Bibliothèque numérique
medic@

Zwelfer, Johann. **Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, Joannis Zwelferi Palat. Med. Doct. Annexa ejusdem Autoris Pharmacopoeia Regia.**

Goudæ, sumptibus Wilhelmi Verhoeven. Anno M. DC. LIII, 1653.
Cote : BIU Santé Pharmacie RES 11071 (1)

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_res011071x01




VERSANTUR HIS TRIBUS
Pharmacopœi Parisienses
Ex Dono Magistri
BATAILLE
1765


PHARMACOPŒIA
Augustana
et eius
MANTISSA,
Cum
ANIMADVERSIONIBUS
I. Zwelfer. Pal. M.D.
ejusdemq:
PHARMACOPŒIA
Regia.



R.F Rés 11071

PHARMACOPOEIA AUGUSTANA REFORMATA,

ET EIVS

MANTISSA.

Cum

ANIMADVERSIONIBUS

JOANNIS ZWELFERI

PALAT. Med. Doct.

Annexa ejuſdem Autoris

PHARMACOPOEIA REGIA.

Petrus Talon

ÉCOLE DE PHARMACIE DE PARIS

GOUDÆ,

Sumptibus WILHELMI VERHOEVEN.

Anno M. DC. LIII.



POTENTISSIMO

AC

INVICTISSIMO

ROMANORUM IMPERATORI

FERDINANDO III

PERPETUO AUGUSTO,

Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,

Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Regi, Archi-duci

Austriæ, Duci Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ Carniolæ & Wirtembergæ, &c. Comiti Tirolis, &c.

IMPERATOR AUGUSTISSIME

SI sedulum hunc arduumque spectato laborem, nullum, qui sibi hoc quicquid est operis, præter GLORIOSISSIMAM VESTRAM MAJESTATEM ullo jure magis vendicare possit, invenio. Meritó enim, quod sub VESTRO CLYPEO elaboratum & enatum est, ad VESTRÆ MAJESTATIS aras suspenditur, tanquam votiva quædam tabula, vel ad Augustum ejusdem pulvinar deponitur, tanquam debitæ subjectionis, gratique & observantis animi μνημόσυνον. Itaque hoc meum qualecunque opus ad INVI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 8 sur 955

ctissimæ Majestatis subsellia depono, câ autem animi devotione câque spe, ut Clementiæ Vestræ Solem confidam illud câ benignitate adspecturum, ut sub ejus radiis tutum sit ab omni livore, ego verò ad plura alia, sub Sacratissimæ Majestatis Vestræ patrocinio, communi mortalium bono ulteriùs proferenda accendar. Sic fiat, sic velit Summus Imperator Divum ac Hominum Jehova, cujus æternæ protectioni Imperatoriam Vestram Majestatem ardentibus votis commendo, qui Ipsam universi terrarum orbis bono perennare jubeat: Ità pro Cæsarea incolumitate & feliciſſimo regimine seriò supplicat

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS VESTRÆ

humillimus cliens

JOANNES SWELFER.

IN-

INDVSTRIA NATVRÆ
Suas Opes & Operas explicantis in Operis frontiſpicio.

IPſa ſuis præſtans opibus, nil indiga noſtri,
Involucro *Natura* ſacro Myſteria velat.
Scandere nemo vias poterit, nec pandere plena
Scrinia gazarum, niſi quem Fortuna juvabit
Æquior. Imperio fruitur *Natura* Potenti,
Sceptrigerâ ſpectata manu, moderatur habenas
In rebus cunctis. Ejus miracula cernit
Ingenio pollens Medicus, confinia mundi
Solerter ſpectans. Hîc ſe ſociata propago
Aëris ac *Ignis*, *Telluris* & *Æquoris* offert.
Ira quid efficiat *Flammarum* fervida, motâ
Vulcani rabie, cœloque ſimillimus *Aër*,
Integra *Telluris* moles, circumfluus *Humor*,
Scire decet, nec ſcire ſatis: tentare neceſſum
Corpora, *Naturæ cauſas* librare latentes.
En *triplex Regnum*, cui ſubdita magna poteſtas!
O *Natura* ſagax! *Animalia* gignis & auges,
E gremio terræ ſplendentia *dona Metalli*
In varios uſus de cornu divite promis.
Quàm varias *Plantas* in pulchris exſeris agris
Lætificos florum, Zephyro ridente, colores?
Florea rura micant, velut inter Cynthia ſtellas.
Verùm *Dædaleæ* penetrare ſacraria *Matris*,
Et cœcos aperire ſinus, tacitoſque receſſus,
Aurificis *Regnum triplex* expendere librâ,
Hoc virtutis opus, Fortunæ nobile munus.
Quali concinnat redolentia *mella labore*
Filia Veris *Apis*, gratiſſimâ civis Hymetri:
Per varias operas, conamina ſedula dextræ
Aſſequitur Medicus Verum, mendacia vulgi
Sordent: adjutu Sacratæ *Palladis* alta
Culmina conſcendit, Myſteria gnavus anhelat.
Armis & parmis pugnandum fortiter haſtis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 10 sur 955

Enſibus & clypeis in caſtris *Palladis Almæ.*
Etſi *Vita brevis, perfectio longior Artis*
Hac brevitate caret, conſtanti ſorte perennans.
Firmat eam *Ratio*, & *prudentis mentis acumen.*
Et *ſapit* & *vigilat*, cauſas examinat omnes
Filius Artificis Naturæ: nulla voluptas,
Deliciæ nullæ ducunt ſolertia corda,
Eſt DEUS in Medico, furor igneus, entheus ardor,
Eſt ibi *Mercurius* Genius, qui ſubvehit *Alis*
Æthereos animos & *Virgâ* abſcondita monſtrat.
Nec mora, nec requies: *Hermetis* dona petuntur,
Cœleſtes rerum vires & munera Divûm.
Cœlum Terra petit, mens Summa tuetur & Ima.
Neſcit enim Virtus occulta, ſepulta jacere.
Emicat, atque caput ſuper omnia cætera tollit.
Naturæ contemnit opes, gazazque *Chymiæ*
Inter verveces, craſſoque ſub æthere natus.
Numen amat doctum Medicum, Medicamina dextra:
Prudens quiſque colit Medicum, quærendo medelam.
Non locus hic monſtris, Erebo vel ſulphure dignis,
Quæ juvat interitum tantæ meditarier Arti.
Zwelferum conſtat felici ſidere natum,
Naturâ Genitrice ſatum, qui fulgida Divûm
Munera Divino pr duxit acumine mentis.
Hoc teſtatur opus, quod luminis aſpicit auras,
Effugiens cineres, ac ære perennius omni.
Verius haud quicquam de Phœbi tripode dictum,
Armiger ille Jovis, pennis pernicibus auras
Sulcans, in Libri formosâ fronte ſuperbit,
Te FERDNANDE, PATER PATRIÆ MITISSIME NOSTRÆ,
CÆSAREUM NUMEN, quod facta Inſignia Magnum
Fecerunt, quod Fama Polis æterna locavit,
Te Patrem cognoſcit opus, Summumque Patronum,
Magnæ molis opus, ſudore, labore paratum.
Singula ſunt dextre, prudenter tradita, doctè,
Singula confirmat perſpecta Peritia rerum,

Et

Et Ratio, Medicæ firmiſſima fulcra cohortis.
Geſtit Apollineæ proſapia tota catervæ.
Pharmacopœus ovat, Cimelia ſplendida nactus,
Cordivoros morbos, triſtes pellentia curas.
Devotis votis Bonitas Suprema roganda eſt,
Ut per *Zwelferum* ſuccreſcat doctior orbis,
Ingenii monumenta ſacri magmenta capeſſant!
Sic ſecura malis virtus invicta manebit,
Mordacem linguam, ronchos & ſibila Momi,
Et Lethum & Lethen contemnet Nobile Verum!
Swelferi ſtudium ſanctiſſima Gratia Cœli
Ditet, quæ valido torquet Supera, Infera nutu!

ex Libris
N. Natalis Sadin

VIRO

Clarissimo & experientissimo Domino

JOANNI ZWELFERO

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ

Doctori eximio, Fautori & Amico meo plurimum honorando.

NUnquam pectore candido Camænûm
Dignus laude vir excidit, nec ejus
Possunt non vigilem tenere curam.
O ZWELFERE decus chori medentûm,
Cui, quicquid tenebris tegit profundis
Antiqui Hermetis ars, patet recluſum;
Quid Sol fulgidus, albicansque Luna
Præstent utilitatis imbecillo;
Cur tot Proteus induat figuras,
Quid Lupi satiet voracitatem,
Et quæ plura foret referre longum,
Fidâ condita mente quæ reservas:
Et cujus Genio Galenus ingens
Connexu sociatus est amico,
Ut sic des ope mutuâ salutem,
Quibus tetrica devorat medullam
Febris, queis macies renudat ossa,
Et queis jam moribunda membra linquit,
Mens pertæsa suæ labentis ædis.
Ergo si mereatur esse curæ,
Si quis laude feratur esse dignus,
Palmam præripies, erisque primus
Quem Musæ nitido beant honore,
Et quondam data serta duplicantur.
Nunc cum de cerebro novum repandis

Scri-

Scripturæ genus, usibus medentûm
Aptum, crescit honore Laurus alma
Laurus Veris habet decus perenne,
Seu Sol torreat arva fervido æstu,
Sive horrescat hyems gelu nocivo.
Laurus fulminis ictibus resistit:
Sic nil te afficiet malo ferali,
Quid fors perfida cunque moliatur.
Sic nunquam peritura permanebit
Factis gloria, quicquid invidorum
Contra ausus capiant calumniæque,
Omen JOVA meum probet, precabor.

Honoris & amicitiæ ergo scribebat

JOH. JACOB WEPFER SCAPHUS
Med. Doct.

ALIUD.

ES duplex Medicus, credo Zwelfere, Deorum
Atque hominum; saltem jus in utrumque tenes.
Dum varium stillas nectar, quod lingua ligurit
Divûm liberiùs, nonne medere Diis?
Pharmacon infirmis dum præbes, nonne mederis?
Justè igitur Medicus diceris esse duplex.
Fac, quæso, linquas Divos, mortalibus insta:
Ipse brevi Divus, si medicaris, eris.

Amicitiæ ergò canebat
JOANN. JACOBUS SCHARANDÆUS
Solodorensis Phil. & Med. Doctor.

ALIUD.

QUod tua nos Patavi Collegia trina monebant,
Id data scripta typo quemlibet ipsa monent.
Sic tua successus habeat doctrina perennes,
Pluribus ut studiis, nos aliosque juves.

Aliud

Aliud ejuſdem.

QUæ mendicatis, ſuffucatiſve referta
Eſt dapibus, talis non mihi menſa placet.
Quas olim medicas epulas Zwelfere parabas,
Hæc mihi menſa placet, hæc tua ſcripta placent.

Amicam ſui memoriam atteſtatur
Joannes Chriſtophorus Hochwidtner
Phil. & Med. Doctor.

ALIUD.

Nobili & Clariſſimo Domino
JOANNI ZWELFERO, AA. LL. & Philoſophiæ, nec non ſaluberrimæ Medicinæ Doctori, ac ſuo quondam in Chymia Inſtructori grati animi ergo accinit.

AUguſtæ celebris quondam quod Vindelicorum
Ægris ſolamen Pharmacopœia tulit,
Hoc liber iſte tuus: multum ſed diſpare fructu,
Mentis quem reperit cura, laborque novus.
Illa docet multum: negat experientia multa:
Libris mens nimium credula, luſa fuit.
Non rarò fructus ſpeculatio plantat inanes,
Ni ſocias jungant Arsque Laborque manus.
Sæpius Æſculâpo ſpondet meditatio montes,
Quos Labor ac Uſus comperit eſſe apinas.
Aſt tua, quam liber iſte fovet, ſecura medela eſt,
Nec niſi quæ propriâ Vera reperta manu.
Hanc dedit argutæ docilis ſolertia mentis,
Et longâ expertus dexteritate Labor:
Hinc tibi Teutonicas excrevit fama per oras,
Hermetem dum te viderat in Latio.
Perge, decus SWELFERE tuum, nomenque per orbem
Sparge libris, raras pande ſalutis opes.
Magna homini NUMEN tribuit tibi dona medendi,
Tu tribuas homini, ſis hominique DEUS.

Idem

Idem Authorem ad editionem Operis adhortabatur anno quovis Verſu ſeorſim comprehenſo.

MAnDato Chartæ, reparans ZweLfere perennI
PharMaCA, & æterno traDe reperta LIbro:
Præſtans arte DoCes ægro MeLIora parare,
TaLIa non ægro pharmacopœa Dabat.
HæC ferè, More feræ, potIs es non traDere faLſa
Carpere Monſtroſo, ZoILe, Dente potes.

GEORGIUS SCHADENBERGER,
Carinth. Med. Doctor.

ALIUD.

Anagramma,

JOANNES ZWELFER.
FUR ZOILE VENENAS.

MOrtiferâ linguâ FUR ZOILE ſcripta VENENAS
ZWELFERI, fruſtra eſt: nulla venena nocent.
Ipſe venenoſis herbis ſcit pellere morbos,
Sic non mors, vita at longior inde venit.
Zodiaci ſignis duodenis omnia ſubſunt,
Vitam prolongant, dant quoque ſæpe necem,
Zwelferi totidem præclaris dotibus; annon
Qui morbis languet, ſubditus eſſe velit?

Paucis dixit

JOANNES FRIDERICUS BAUZ
Phil. & Med. Doctor.

PRO-

PROOEMIUM AD LECTOREM.

NON pauci occidêre soles, *Lector Benevole*, unde primum *Artis Pharmaceuticæ* solida jecerim fundamenta, ejusdemque integros sedecim annos continuus seduluſque sectator extiterim, indeque semper ad altiora adspirans *Chymiam* pro virili excolere cœperim, & hâc pariter instructus tandem *Apollineæ militiæ* sacramentum dixerim, *Artique medicæ*, cui *Pharmaceutice* nimirùm & *Spagyrica* famulantur, totum me dederim. Hinc porrô in hanc prorupi sententiam, cùm viderem, quàm malè *Authores plurimi* in scriptis suis, quæ de *compositionibus* & *præparationibus medicamentorum* publico donârunt, hallucinati fuerint, me operæ pretium facturum, si meæ in prædictis industriæ boni publici causâ tenue aliquod ederem specimen, atq; hunc in finem *Dispensatoria*, alioquin innumeris scatentia mendis, sub incudem revocarem. Cum verò omnia ac singula *Dispensatoria* (quæ tamen uno ferè eodemque tenore conscripta, iisdemque & æqualibus erroribus defœdata sunt,) sigillatim ad examen trahere nimis arduum foret onus, imò etiam supervacaneum, proinde *Augustanorum* illud, ceû inter cætera approbatissimum, & ubivis in *Germania* à *Medicis* & *Pharmacopœis* receptum; quodque cuncta alia complectitur, adeò, ut, eodem à mendis liberato, reliqua omnia repurgata censeam, in manus sumere, eidemque strenuam meam locare operam consultum & proficuum duxi, in quo eâ quâ fieri potuit brevitate errores præcipuos (omnes enim exaggerare & prolixè exponere qui vellet, *Augiæ stabulum* expurgare anniteretur) enucleavi, & prout potui emendavi, quæque in ipso omninò inordinatè & confusè à Medicis præscriptæ fuêre compositiones, servatis ferè semper ipsarum ingredientibus, in ordinem redegi, nec non veram

veram & dextram illarum præparationem, quantum quidem in numerosâ illa ingredientium toties tàm manifestè inter se repugnantium congerie licuit, adjunxi. Ex qua mea qualicunque opera jam palàm fiet, quantopere necessarium sit illi, qui de *Compositionibus* & *Præparationibus medicamentorum* utile aliquid scriptis commendare satagit, ut *Artis Pharmaceuticæ*, pariterque *scientiæ Spagyricæ* fundamentis & præceptis non leviter tinctus ac imbutus sit, secus enim in rebus jatricis & operationibus vel leviſſimis hærebit, ac in absurdiſſimos se præcipitabit errores. Existimo autem atque abundè mihi polliceor, quod, si quisquam has meas *Animadversiones* super prænominatum *Augustanorum Dispensatorium* studiosè attenteque perlegerit, ac sine præconcepta opinione mente revolverit, ipse facillimam, veram & concinnam habiturus est *Methodum*, juxta quam omnes medicaminum quà *componendi* quà *præparandi* formulas dextrè & rationabiliter instituere, quæ etiam brevitatis causâ festinanter silentio consecrata sunt, ex iisdem haud difficulter colligere possit, modò perpetim in memoria habeat, *non quodlibet ex quolibet fieri; nec quodlibet pati à quolibet; neque unumquodque cuilibet, sed determinatum determinato, ac homogeneum homogeneo dextrè commisceri.* Cæterùm quod *Authoritatem Veterum* nec non *Recentiorum* quorundam, inprimis ubi ipsorum errores maximè conspicui fuêre, non adeò sanctè ubique observârim, vitio mihi ne vertas *Amice Lector*, utpotè quod usquequaque fieri non potuit, cùm *Veritatem, ipsam salutemque Proximi Antecessorum nostrorum Authoritati*, vel *Modernorum non paucorum exiguæ famæ*, quam ex conscribendis omnis generis *medicamentorum formulis ac compositionibus* sibi comparare voluêre, longè anteferendam esse duxerim; quippe si illorum præscriptionibus ac traditis, sæpenumerò *Rationi & Experientiæ* apertè reluctantibus, diutiùs firmiterque insisteremus, ac cum iisdem delirare pergeremus, demum & nos *Medicinæ hosti* deberemus ludibrium & *posteris nostris* nosmet-

metipsos risui exponeremus. Proinde me nil quicquam inposterum tangent vel angent acerba & ignominiosa cavillatorum quorundam dicta vel scripta: Etenim quisquis exactè & intimiùs omnia pensiculaverit, non poterit aliter, quin Veritati adstipuletur, mihique, qui in omnibus illam ducem sequor, vel invitus suum det calculum. Sigillatim autem me non movebunt cavillationes indignantium nonnullorum Medicorum & Pharmacopœorum, qui grande nefas esse putant, à conceptis semel erroribus vel latum unguem recedere, vel meliora sequi; quibus tamen imperitiam suam palàm faciunt potiùs, quàm ut famæ meæ vim tantillam inferant, quorum injurias & nefandos insultus *ipsa Veritate propugnatrice* propulsabo nullo dextram subeunte bacillo. Interea de bonis omnibus, *cum doctissimis & experientissimis Medicis*, tùm *sedulis & peritis Pharmacopœis* amplam hanc spem conspicio, quod *Veritatem* avidè suscepturi sint, qui & certò sibi persuadeant, me nil nisi vera propriisque meis manibus tentata & experta huic operi inseruisse. Hisce *Lector Amice* vale, & quem ardens amor *Veri Proximique Salus*, quam undique pro lege habui, sedulum expressêre laborem, amplectere, & conatus meos honestè interpretare. Hoc si *Te* facturum sensero, immortalitatem mihi partam dicam, *Tibique Tuisque* commodis, dum spiritus hos reget artus, totum me devovebo. Dabam Viennæ Anno M. D C. L I I. ipsis Maji Calendis.

I N

IN PHARMACOPOEIAM, SEU DISPENSATORIUM AUGUSTANUM REFORMATUM

PRÆLIMINARIA NECESSARIA.

PRolegomena Isagogica in PHARMACOPOEIAM AUGUSTANAM, *cùm partim superflua sint, utpotè Caput primum,* de officio Pharmacopœi, & qualem eum esse deceat, *in quo superabundanter, & strictissimè ad minima usque is depingitur*; *partim minus sufficientia videantur, ut Caput secundum* de delectu quorundam medicamentorum simplicium, & notis, quibus ipsorum adulteria dignoscantur: *Item Caput tertium* de collectione Simplicium: *Et quartum*, de medicamentorum cùm Simplicium tùm Compositorum repositione ac asservatione, nec non receptaculis vel instrumentis unicuique adhibendis: *Vt & quintum* de medicamentorum quorumlibet duratione: *Octavum item* de Venenis & eorundem Alexipharmacis sive Antidotis; *Ea brevitatis causa omittere, è contra verò Clarissimum Schröderum de his, in sua Pharmacopœia Medico-Chymica, & quidem de collectione medicamentorum simplicium, eorundem repositione ac asservatione, nec non utrorumque cùm Simplicium tùm Compositorum*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 20 sur 955

duratione, aliisque quamplurimis necessariis & notatu dignis, in libro primo de Isagoge: *De officina autem & illius contentis,* in libro secundo: *Et de delectu medicamentorum ex tribus illis regnis, Mineralis, Vegetabili & Animali depromptorum,* in reliquis tribus libris *perpulchre, in Mineralogiam, Phytologiam & Zoologiam divisis, solidè tractantem, Benevolo Lectori unicè commendare volui; quem si diligenter perlegerit, plurima insuper necessaria, quæ in dictis Prolegomenis omissa sunt, ex eo haurire poterit. Caput verò sextum,* de Simplicibus absolutè scriptis, quæ Antonomasia quadam cæteris præstant, quid cujusque loco accipiendum sit, tractans; *Caput deinde septimum,* de succedaneis quorundam medicamentorum, eorundemque substitutis agens; *Ac tandem Caput nonum,* ponderum & mensurarum medicarum instructionem continens, *ideò huic Operi necessariò addenda existimavi, ut & Pharmacopœorum ministri, quibus non semper alios Authores adire licet, in promptu, casu necessitatis habeant, quem consulant Apollinem. si fortè hærerent circa doctrinam, prænominatis tribus capitibus contentam. Quod hîc obiter monere volui, ut Amicus Lector me ne hoc quidem sine causa addidisse, aut illud omisisse videret.*

CAPUT PRIMUM.

De simplicibus absolute scriptis, quæ Antonomasiâ quadam cæteris præstant, quid cujusque loco accipiendum.

EVENIT sæpissimè, ut in præscribendis medicamentorum formulis simplex aliquod ponatur à Practicis solo nomine, absque sexûs, loci, magnitudinis, formæ, coloris, delectûs, aut propriæ partis alicujus determinatione comprehensum, unde dubium hoc oritur, sitne mas vel fœmina, radix an semen, vel folia aut flores, hujus vel illius plantæ ibidem nominatæ aut simplex aliquod aliud sub diversis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 21 sur 955

sis formis ac qualitatibus in Officinis prostans, idque album vel nigrum, amarum vel dulce recipiendum. Pro cujus rei notitia sciendum, in quoque medicamenti genere id assumi semper debere quod est optimum, ut si v. gr. scribatur Benzoinum, sumatur Amygdaloides, quod est optimum; si Aloë occurrat, simpliciter scripta, intelligatur Soccotrina; sin Santalum, capiatur Citrinum, utpote odoratissimum; si Tamariscus, sumatur cortex ejus. Sunt autem plantæ non paucæ, quarum sola in usum Medicum folia cooptantur: aliæ ob flores duntaxat expetuntur: nonnullarum radix, prout in quibusdam semen tantùm cæteris totius stirpis partibus præfertur. Quædam Patriâ nativitate gaudent, ac à solo seu regione unde ortum duxêre, famam sortiuntur: plurimam sexu æstimantur; pleraque verò qualitatibus aliis, quarum hæ in hoc, aliæ in alio desiderari consueverunt, sua pro dignitate distinguuntur.

Itaque si simpliciter occurrat

Absinthium,	SUMATUR.	Ponticum.
Acetum,		Ex vino, non cerevisiâ; aut hydromelle.
Agaricus,		Albus & fœmineus.
Agnus castus,		Semen ejusdem.
Aloë,		Soccotrina.
Alumen,		Scissile.
Amomum,		Scythicum.
Ammi,		Illyricum, aut Ægyptiacum.
Anisum,		Creticum.
Aristolochia,		Rotunda.
Balsamum,		Opobalsamum, vel ejus succedaneum.
Borrago, aut Buglossum,		Flos aut folium, vel utrumque simul.
Bryonia,		Alba, non nigra.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 22 sur 955

Calamintha,	SUMATUR.	Montana.
Capparis,		Cortex radicis.
Cardamomum,		Minus.
Centaurium,		Minus.
Cinamomum,		Acutissimum odoratissimumque.
Corallus,		Ruber.
Costus,		Amarus.
Cuminum,		Æthiopicum.
Cupressus,		Conus ejusdem in adstringentibus, folia aut lignum in diureticis.
Daucus,		Semen Dauci Cretici.
Dictamnus,		Cretensis.
Eruca,		Sylvestris.
Gummi,		Arabicum.
Granatum pom.		Acidum.
Helleborus,		Niger, quia albo securior.
Hepatica,		Lichen.
Hyoscyamus,		Albus.
Hyssopus,		Montanus.
Iris,		Illyrica, vel Florentina.
Lilium,		Album.
Margarita,		Solida ac candida.
Marrubium,		Album.
Mastiche,		Chia, aut Ægyptia.
Medulla,		Cervina, vel si desit, Vitulina,
Mentha,		Rubra & hortensis vera.
Nymphæa,		Candida.
Oleum,		Olivarum.
Opium,		Thebaicum.
Papaver,		Album.
Plantago,		Major.
Pæonia,		Maris semen, aut radix.
Petroselinum,		Macedonicum.

Piper,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 23 sur 955

Piper,	SUMATUR.	Album.
Pix,		Liquida in suppurantibus, sicca in glutinantibus.
Polypodium,		Quercinum.
Prunum,		Damascenum, vel Hungaricum.
Quercula minor,		Chamædrys.
Resina,		Laricina, aut Terebinthina.
Rhus,		Cortex, fructus Sumach.
Rosa,		Rubra.
Rosmarinus,		Herba ejusdem, interdum flos.
Santalum,		Citrinum.
Scordium,		Creticum.
Spica,		Indica.
Stœchas,		Flos Stœchados Arabicæ.
Styrax,		Calamita.
Sulphur,		Apyron, seu vivum.
Thymus,		Creticus.
Veronica,		Mas.
Viola,		Nigra, seu Cærulea.
Zingiber,		Malvaricum.

Nosse quoque Pharmacopœos oportet, plura quandoque Simplicia uno titulo simul comprehendi, utpote cùm scribitur: Accipe quinque herbarum emollientium singularum manipulum, sumantur sequentes, nempe

Quinque herbæ emollientes
- Malva.
- Althæa.
- Violaria.
- Mercurialis.
- Parietaria.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 24 sur 955

His alii Brancam Ursinam, Betam & Atriplicem adscribunt.

Quatuor semina calida majora,
- Anisi.
- Fœniculi.
- Carvi.
- Cumini.

Quatuor semina calida minora,
- Ammeos.
- Amomi.
- Apii.
- Dauci.

Quatuor semina frigida majora,
- Cucumeris.
- Cucurbitæ.
- Citrulli.
- Melonum.

Quatuor semina frigida minora,
- Endiviæ.
- Scariolæ.
- Lactucæ.
- Portulacæ.

Quinque radices aperientes majores,
- Apii.
- Fœniculi.
- Asparagi.
- Petroselini.
- Ruſci.

Quinque radices aperientes minores,
- Graminis.
- Rubiæ.
- Eryngii.
- Capparis.
- Ononidis.

Quinque genera Myrobalanorum,
- Citrini, seu Flavi.
- Chebuli, seu Cepuli.
- Indi, seu Nigri.
- Emblici.
- Bellirici.

Qua-

Quatuor flores cordiales,
- Borraginis.
- Bugloſſi.
- Roſarum.
- Violarum.

Fragmenta quinque lapidum pretioſorum,
- Saphyri.
- Granati.
- Smaragdi.
- Hyacinthi.
- Sardæ, ſeu Corneoli.

Quinque herbæ capillares,
- Adiantum nigrũ, ſeu Capillus Veneris.
- Adiantum album, ſeu Ruta muraria.
- Polytrichon aureum.
- Trichomanes.
- Aſplenium, ſeu Ceterach.

Quatuor aquæ pleuriticæ,
- Cardui B. Mariæ.
- Taraxaconis.
- Cardui Benedicti.
- Scabioſæ.

Tria olea ſtomachica,
- Abſinthii.
- Cydoniorum.
- Maſtichinum.

Quatuor unguenta calida,
- Arêgon.
- Martiaton.
- Althææ.
- Agrippæ.

Quatuor unguenta frigida,
- Album camphoratum.
- Roſatum Meſue.
- Populeon.
- Infrigidans Galeni.

Hæc autem omnia ac ſingula à Pharmacopœis ad amuſſim tenenda, imò memoriæ mandanda ſunt, ne in his alioquin error obtingat, qui vel Medici intentionem præpediat, vel ægro damnum adferat; cùm apprimè cavendum ſit, ne quis ab ea arte, quæ omnibus benefacit, per operarii eam tractantis, aut exercentis vel inſcitiam, vel incuriam lædatur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 26 sur 955

CAPUT SECUNDUM.

De Succedaneis quorundam Medicamentorum, eorundemque substitutis.

EVenit persæpè, ut in tanta tàm diversorum Medicamentorum farragine, simplex aliquod medicamentum desideretur, vel quia id omninò deest, ac comparari vix potest, veluti Balsamum verùm; vel quia vis ejus ob loci, unde id peti debet, distantiam, & itineris prolixam moram, exoletum ad nos devehitur, ac viribus expers: Vel quia de ejus ortu, an nimirum legitimum id sit vel spurium, adhuc dubitatur, unde ne ægri suo commodo priventur, aliud quodpiam viribus æquipollens huic substituendum, quod ejus defectum simili temperaturâ, facultate ac gradu resarciat. Talia subrogata medicamenta Græcis ἀνταλλάγματα dicta, Latinis *Succedanea* & *Substituta*, Officinis, verò licet satis Barbarè, *Quid* pro *Quo* vocari consueverunt. In iis autem deligendis, utpote quidnam cuique commodè subrogari queat, cum non nisi peritissimi Medici, minimè verò Pharmacopœi judicare ac decernere possint ac debeant, idcircò præcipua eorum complexi, hæc ipsa in seriem Alphabeticam sic digessimus, ut è dextro subjecti catalogi latere vera & legitima, ex sinistro verò succedanea seu ἀνταλλάγματα promptè conspicerentur.

	Itaque pro	
Acacia,	SUBSTIT.	Hypocistis, aut succus Prunorum sylvestrium.
Acantho,		Malva.
Acoro,		Calamus Aromaticus, aut in purgantibus Asarum.
Adipe Cervi,		Adeps Capræ.
Adipe Vulpis,		Adeps Taxi.
Althæa,		Malva.

Ammi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 27 sur 955

Ammi,	Substit.	Anisum.
Amomo,		Calamus Arom. aut grana Juniperi, vel semen Citri, ac Hyperici, æquali pondere.
Ammoniaco,		Bdellium.
Amygdalis amaris		Nuclei Persicorum.
Aqua marina,		Aqua simplex, in qua salis uncia semis bullierit.
Aristolochia rotunda,		Longa vel Pistolochia.
Aspalatho,		Lignum Aloës.
Bâlaustio,		Malicorium.
Balsamo,		Oleum Caryophyllorum.
Blito,		Atriplex.
Calamintha,		Menthastrum.
Cardamomo,		Cyperus.
Carpobalsamo,		Cubebæ.
Castia lignea,		Cinamomum optimum.
Chamædry,		Chamæpitys.
Citri succo,		Succus Limonum.
Dauco,		Pastinaca.
Dictamno,		Scordium.
Ebulo,		Sambucus.
Eupatorio Mesuæ,		Asari & Absinthii ana partes æquales.
Folio,		Macis & Cyperi ana partes æquales.
Galbano,		Sagapenum.
Herba Paris,		Umbilicus Veneris, aut Sedum minus.
Hyssopo,		Saturegia.
Jusquiamo,		Papaver.
Lacca,		Styrax.
Lapide Armeno,		Lapis Lazuli.
Mandragora,		Jusquiamus, Solanum, papaver.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 28 sur 955

Meu,	SUBSTIT.	Angelica, aut Ostrutium.
Omphacio,		Succus Granatorum, aut Ribes.
Opobalsamo,		Oleum Nucis Moschatæ,
Opopanace,		Ammoniacum, vel Galbanum.
Oesypo,		Medulla cruris vituli.
Petroselino,		Apium.
Phu,		Valeriana.
Rhapontico,		Rhabarbarum selectum.
Saxifragia,		Pimpinella.
Tamarisco,		Fraxinum.
Xylobalsamo,		Lignum Aloës.

Hæc ideò subjecimus, ne quilibet Pharmacopœus suo pro judicio, eoque forsan crudo, temerè de his quidquam statuat, aut suo pro arbitratu inconsultò in defectum alterius quidpiam subrogare nitatur, quod non prudenti consilio ac unanimi Medicorum exercitatorum decreto eidem sufficiendum fuerit; cum succedaneorum censura non nisi peritissimis Medicis credi possit, ac debeat, utpote in qua non nuda qualitas, sed qualitatis quoque gradus, ac operationis insuper modus doctâ planè & solerti indagine pensitandus.

C A-

CAPUT TERTIUM.

De Ponderibus & Mensuris Medicis.

RECTE sanè hucusque communis Philosophorum schola omnia pondere, numero & mensura contineri docuit, hæc enim agendorum sunt quasi quidam limites ac regulæ, quibus ea, quæ præstanda sunt ad justitiam & æquitatem pensantur, adeò ut his vel posthabitis, vel neglectis in medicina facienda periculi plenus labor sit futurus, cum cujusque medicamenti vis & energia ad subjecti seu patientis ægri vires aut tolerantiam comparatione factâ horum adminiculo eliciendæ debitæ dosis causâ trutinetur, ne aut medicamentum proportione suâ per defectum fraudatum, ac in minori quàm par est quantitate exhibitum effectu à se expectato frustretur, aut in ejusdem proportionis excessu porrectum corpus vel lædat, vel omninò pessundet.

Inchoantur autem pondera à minutioribus, tanquam à partibus totum constructuris; è granis enim scrupuli, ex his drachmæ, hinc unciæ, ac tandem libræ consurgunt, habentque se scrupuli instar literarum, drachmæ instar syllabarum, unciæ instar dictionum, libra instar orationis; unde cùm Fannius Poëta notasset tot unciæ inesse scrupulos, quot Alphabetum Græcum literas continet, nempe viginti quatuor, tale id metro expressit.

Uncia fit drachmis bis quattuor, unde putandum,
Grammata dicta quod hæc viginti quattuor in se
Uncia habet; tot enim formis vox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.

Granum autem, κόκκος dictum, minimum pondus est quo utimur, albi piperis granum pondere adæquans; ejus viginti scrupulum, sexaginta drachmam constituunt,

Siliqua κεράτιον, pendit grana quatuor,

Obolus ὀβολὸς, pendit grana decem, seu scrupulum dimidium.

Scru-

Scrupulus γράμμα seu διώβολον, pendit obolos duos, seu grana viginti.

Drachma δραχμὴ καὶ ὅλκη noſtra, Attica, Græca, pendit grana ſexaginta, ſeu tres ſcrupulos, & eſt octava pars unciæ.

Aureus Arabum, & Denarius Romanus, pendit drachmam unam, & inſuper ſeptimam ejus partem ⅛ circiter grana novem, unde tres Denarii tetradrachmam, & ſeptem Denarii vel Aurei conſtituunt unciam.

Sicilicus pendit drachmas duas.

Sextula pendit quatuor ſcrupulos.

Duella pendit octo ſcrupulos.

Uncia ὐγγία ἢ δωδέκατον duodecima pars libræ, conſtat drachmis octo, denariis ſeptem. Item pendit Oxybaphon Galeno.

Seſcuncia ſeu ſeſcunx, uncia una & ſemis octava pars libræ, idem pendit Faba Alexandrina.

Sextans ἕκτον ſexta pars libræ, duæ unciæ.

Quadrans, tres unciæ, τέτρτον quarta pars libræ.

Triens, quatuor unciæ, τρίτον tertia pars libræ.

Quincunx, unciæ quinque.

Semis vel ſemiſſis, id eſt, dimidium aſſis, unciæ ſex, ἡμίλιτρον.

Septunx, unciæ ſeptem.

Bes vel Beſſis, quaſi bis triens, unciæ octo.

Dodrans, unciæ novem, demitur quadrans.

Dextans, unciæ decem, demitur ſextans.

Deunx, unciæ undecim, demitur uncia.

As vel Aſſis, unciæ duodecim, ſeu libra Romana drachmarum 96.

Libra λίτρα. Pondo triplex eſt. Publica ſeu Zygoſtatica, ſeu Civilis, pendit uncias ſedecim, drachmas 128: dicitur & μνᾶ, ſeu Mina Medica: Item Attica & Ægyptia ſeu Alexandrina, teſte Galen. κεφ γένη in Emplaſtro Heræ, & Emplaſtris viridibus Andromachi. Mina Græcorum 100 drachmarum.

Medi-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 31 sur 955

Medicinalis, quæ & Romana & As, duodecim uncias, denarios 14, drachmas 96 pendit, & hæc est Officinis usitata.

Dioscorides ἡ δὲ λίτρα ἔχει ἀγγίας ι β'. & Galenus ἡ μὲν γὰρ λίτρα δράχμας ἔξ ἄγει τοῖς σύνεγγυς.

Marca continet uncias octo, seu sedecim lotones, & hac utuntur aurifabri. Bes Romanæ libræ.

Notantur autem pondera his signis.

Gr. gr.	DESIGNAT.	Granum.
℈. ß. vel ß.		Dimidium scrupulum.
℈. ı.		Scrupulum.
ʒ. ı.		Drachmam.
ʒ. ß.		Unciam dimidiam.
℥. ı.		Unciam.
℔. ß.		Libram dimidiam.
℔. ı.		Libram.
M.		Manipulum.
N.		Numerum.
P.		Pugillum.
ANA.		Æquale pondus, aut mensuram, duorum vel plurium medicamentorum.

Consultius autem omninò est, in definiendis, aut præscribendis medicamentorum formulis, ac signando numero, priscorum Romanorum notis uti, quæ sic pinguntur: I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. *&c. quàm aliis* Ciphrarum *characteribus*, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *Sic enim ob notarum diversitatem non tàm facile error committitur, qui characterum similitudine forsan subrepere posset, cum* 3. *drachmam, pondus designet, itemque numerum ternarium.*

MEN-

Mensuræ Liquidorum.

Libra Civilis seu publica tantundem pendit, quantum dimidia vini mensura Augustana, quæ capit uncias sedecim; nam integra mensura nostra bilibralis est, & pendit uncias triginta duas.

Hemina Italica, est dimidius Sextarius Atticus, & pendit uncias mensurales novem, tantundem quoque pendit Cotyla Attica; dicitur & Hemixeston. Vide Galen. à χῦ γίνη cap. de iis, quæ Crito conscripsit. Cotyla Italica, est libra mensuralis, seu duodecim unciæ. Gal. αἱ ὑγιεινῶν ε'.

Sextarius Atticus, ὁ ξέστης Ἰταλικὸς ἢ Ῥωμαϊκὸς, continet duas heminas, seu uncias decem & octo, id est dimidiam mensuran Augustanam, & insuper duas uncias.

Chœnix Sextarii duo, mensura Augustana, & quatuor unciæ.

Chus, χοῦς, Chœnices duæ, duæ mensuræ Augustanæ, & octo unciæ.

Congius sex Sextarios continet, id est, tres mensuras Augustanas, & duodecim uncias.

Bicongius duodecim Sextarios, id est, sex mensuras Augustanas, & viginti quatuor uncias continebit. Talis dictus fuit Ciceronis filius.

Tricongius, erant decem mensuræ Augustanæ, & insuper quatuor unciæ.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 33 sur 955

Σὺν Θεῷ.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS PRIMA,

Continens

SYRUPOS ALTERANTES,

Mella, Juleb, Mivas, ac Rob.

Verus ac genuinus Divini illius, senis Hippocratis *filius, & qui non* φημῇ *solum, sed* ἔργῳ, *id est, opere ipso inter medentes nomen suum profiteri satagit, totus in hoc esse debet, ut* Citò, Tutò, & Jucundè *Medicinam faciat; Quò autem illud commodè fieri possit, plures meditati sunt Asclepiadicæ artis Proceres medicamentorum compositiones, in quarum numero non postremum locum obtinet illa, quam* Syrupi *nomine indigitant Pharmaceuticæ artis periti; de cujus legitimo præparandi modo mox sub auspicio hujus Operis agere stat sententia.*

Antequam autem specialem Syruporum *aggrediamur compositionem, seu potiùs dextram eorundem componendorum rationem, consultum arbitrati sumus paucis explicare,* PRIMO, quid *sive* quale *medicamenti genus* Syrupus *sit;* SECUNDO, ad quem usum *inventus;* TERTIO, qualem debeat habere consistentiam, *ut ad futuros usus, viribus integris manentibus ad tempus asservari queat.*

Est autem Syrupus, medicamentum liquidum, non tamen omninò dilutum & aquosum, ex succis, infusionibus, decoctionibus, vel aquis destillatis, cum melle aut saccharo *(quæ voluti Pharmacopœorum sales sunt, quibus suas confectiones à putredine præservant)* ad justam consistentiam coctum.

Inven-

Inventum est hoc Medicamenti genus, partim ut virtutes Vegetabilium *vel* Animalium & Mineralium, *sub hac forma, in unum vel alterum annum, sine situ & corruptione, integrè conservari possent; partim etiam ut palato delicatulorum agretantium consuleretur.*

Consistentia Syruporum, *variat ipsa αὐτοψία & Pharmacopœi arbitratu limitata & restricta*; Pondus itidem Liquoris ad Saccharum *praecisum & exactum determinari nequit, cùm* Liquores *diversi sint, qui ad* Syrupi *confectionem à Medicis praescribuntur: Alii nimirum aquosi sunt & diluti, crassiores alii, nonnulli etiam acidi, utpotè qui non parùm variant pondus & proportionem* Sacchari, *quod & ipsum discrepat in consistentia, puritate & bonitate, quæ omnia & singula à perito artifice probè sunt consideranda; Ut plurimùm verò* pro libra una Sacchari, unciæ septem vel octo liquoris sufficiunt, *ut solâ dissolutione, aut unica saltem ebullitione, efficacis* Syrupi *durabilis* consistentia *acquiratur. Quibus præmissis specialem* Syruporum *præparationem auspicamur, ubi plura, quæ aliàs præmittenda fuissent, affatim elucescent.*

SYRUPUS DE ABSINTHIO.

℞. Absinthii Pontici, seu Romani, libram semis,
Rosarum rubear: uncias duas,
Spicæ Indicæ drachmas tres,
Vini veteris clari optimi,
Succi Cydoniorum ana libras tres, & uncias quatuor

Macerentur in vase fictili horis viginti quatuor: deinde decoquantur, & colaturæ adde

Sacchari libras duas.

Fiat, ut est artis, Syrupus.

VEntriculi, hepatis, & viscerum aliorum imbecillitati etiam dolorifica, & cachexiæ præsertim à causa frigida succurrit: appetentiam dejectam excitat; intestinorum & viscerum mollitiem delet, ac retentricem eorum vim confirmat: flatus discutit, felle suffusos & aurigino sos juvat, humoresque per urinas propellit. Datur in albo & pituitoso mensium flore: sumitur ex aqua Menthæ in ventriculi affectibus, nam in roborando stomacho & jecore mirabilis est potentia.

ANIMADVERSIONES.

COnstat & in confesso est, non pauca *Vegetabilia* quantumvis sicca, ex quibus & hic *Syrupus* passim in Officinis conficitur, secum ferre spiritum quendam fugacem, sive partes tenues & subtiles, levi calore ignis stimulatas, quâ datâ portâ ad auras æthereas

avo-

avolantes, in quibus alioquin summa consistit vis activa, corpus universum penetrandi, quibus *Vegetabilia* plurima viduata, illum, quem aliàs promittebant effectum, neutiquam edere possunt, nec Medicus, qui illis uti satagit, afflictum ægrum sui voti compotem facere potis est. Tali spiritu volatili gaudent præ cæteris cuncta odorifera, utpotè quem odor in ipsa destillatione prodit; cui sua spirituositate neutiquam cedit *vinum* præsertim *vetus & fermentatum*, qua orbatum, vappam relinquit & inutile phlegma; Infallibiliter proinde sequitur, cum in assignata hujus *Syrupi*, aliàs non satis laudandi præparatione, partes illæ spirituosiores, utut lentè coquatur (debent enim quinque libræ & aliquot unciæ insuper affusi liquoris evaporare) exhalent, *Syrupum* hunc ad operandum nullius fore efficaciæ, nisi dexterior illius instituatur præparatio, quæ talis esse potest.

℞. *Absinthii Pontici seu Romani* ℔ ß,
Rosarum rub. ℥ ij,
Spicæ Indicæ ℥ iij,
Vini veteris clari & optimi,
Succi Cydoniorum ana ℔ iij. ℥ iiij.

Incisa quæ incidenda sunt, immitantur cucurbitæ vitreæ, quibus affundantur *Vinum & succus Cydoniorum*, ac appositio capitello, macerentur horis xxiiij. postea augeatur ignis, & in arena fortis fiat destillatio plus quàm ad dimidias, vel ut saltem libra una liquoris in fundo maneat residua; *priores autem unciæ decem aquæ, quæ prodire magis spirituosæ & odoriferæ*, seorsim asserventur, sicut etiam *secunda aqua prolecta* separatim servetur, Refrigeratâ cucurbitâ, species in fundo relictæ exprimantur, expressum *albumine ovi* clarificetur, & ad uncias quatuor inspissetur, vel eousque evaporet; Cui demùm adde *priorìs aquæ destillatæ* ℥ x. circiter &

Sacchari albissimi ℔ ij.

ac solâ supra ignem dissolutione, vel unicâ saltem ebullitione fiat *Syrupus* justæ consistentiæ, impregnatus virtute & efficaciâ rerum, quæ ejus compositionem ingrediuntur. *Aqua secunda separatim asservata*, cùm ob paucitatem *Sacchari* in *Syrupum* redigi nequeat, potest, quotiescunque ille à Medicis præscribitur, cum eodem permixta commodè propinari.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

℞. Succi acidi Mali Citrii per pannum rarum colati libras tres,
Sacchari albissimi libras tres,
Coquantur secundum artem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 36 sur 955

REfrigerando & humectando biliosarum ac æstuantium febrium incendia potentissimè restinguit, & sitis intolerantiam sedat, viscerum phlegmonas, ardoremque vehementem, & biliosos affectus omnes corrigit, cor, ventriculum, & alia viscera, ab intemperie calida imbecilla firmat, spiritus ab immodico calore attenuatos resolvi prohibet; ipsorum putredini, prout etiam humorum ac aëris, totâ suâ substantiâ resistit, febresque pestilentes aut gigni vetat, aut jam natas emendat, nec non venenis adversatur.

ANimadvertant Pharmacopœi in hujus Syrupi præparatione, ut succum Citri sumant, colo sponte sua transmissum, non autem valida expressione paratum, eum cum saccharo albissimo, quale Maderanum est, aut saltem clarificato, secundum artem lento igne decoquant: alias enim facile crassescit, vel in grumos abit, ac situm levi occasione contrahit, aut evadit fuscus ac nigricans, cum alioquin (prout Limonum Syrupus, ac Acetosus simplex, aut Julep rosatum) pellucidus & albus esse debeat.

Peritiores Pharmacopœi succum Citri vel omnino non, vel modicè saltem coquunt, eundem Saccharo per se & supra Syrupi consistentiam cocto artificiosè jungentes: sic enim Syrupus tenuis evadit, ac transparens, nec facile grumescit, aut debitam suam amittit gratiam.

ANIMADVERSIONES.

PRima in præparatione hujus *Syrupi* animadversio firmo stat talo, nec à nobis impugnatur, utpote quam vel illis, qui vix à limine artem Pharmaceuticam salutarunt, ipsa dictitat ratio; Altera verò admonitio nobis non usque adeò sit verisimilis: Si enim *Saccharum* cum tanta quantitate *succi Citri* (præscribuntur enim in præparatione hujus *Syrupi* ℔. *vj. Succi, ad Saccharı* ℔. *ij.* debent igitur *succi* ℔. *iij. cum dimidia* circiter lento igne evaporare) tam diu coquatur, quousque debitam suam nanciscatur consistentiam, non potest non rubicundo colore imbui *Syrupus*, & quò lentiori coquatur igne, eò evadet rubicundior, quod ipsum periti Pharmacopœi probè nôrunt. Tertia admonitio æquè, uti prior, claudicat, quod nimirum peritiores Pharmacopœi *succum Citri* vel omninò non, vel modicè saltem coquant, eundemque *Saccharo* per se, & supra Syrupi consistentiam cocto artificiosè jungant, ac indè *Syrupum transparentem vel lucidum, nec facile grumescentem* sibi promittant. Quomodo enim sine omnimoda coctione possunt exhalare *libræ quatuor cum dimidia succi*, cum alias liquores acidi quodammodo fixi sint, & intensiori ignis gradu in destillatione indigeant? Accipiunt autem nonnunquam Pharmacopœi *non libras sex succi* ad

libras

libras tres Sacchari ſed libram unam & uncias octo circiter ſucci, ad præfatum pondus ſacchari, ſicque ſine diuturniori coctione & unicâ ſaltem ebullitione Syrupum conficiunt tranſparentem, gratam habentem aciditatem, paulò tamen ſubmiſſiorem, ac ſi duplum pondus ſucci additum fuiſſet. Si tamen quiſpiam acidiorem deſideraret Syrupum, poſſet eundem parare in modum ſequentem.

℞. *Succi Citri depurati, & ad remanentiam partis tertiæ (id eſt, ut à tribus libris una remaneat) in M. B. abſtracti* ℔. ij. ß. *Sacchari albiſſimi, vel albumine ovorum clarificati, & ad omnimodam aquoſitatis exhalationem cocti* ℔. iij.

Fiatque una vel altera ebullitione in vaſe terreo vitreato *Syrupus*.

SYRUPUS DE SUCCO ACETOSAE MESUE.

℞. Succi Acetoſæ depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam ſemis.
Coquantur ſecundum artem.

Febribus biliosis admodum gratus eſt, peſtilentibus ſaluber, viſcerum igneum calorem moderatur, ipſaque confirmat, & validè refrigerat.

SYRUPUS DE SUCCO ACETOSELLAE.

℞. Succi Acetoſellæ depurati libras duas,
Sacchari clarificati libram unam.
Coquantur in Syrupum.

Viſcerum inflammationibus, nec non malignis, ac peſtilentibus febribus confert, earundem fervorem reprimit, putredinem emendat, ſitim, ac ſanguinis ebullitiones compeſcit: cor eximiè roborat, & aphtis auxiliatur.

ANIMADVERSIONES.

In Syrupos de Succo Acetoſæ & Acetoſellæ.

NE potiorum & nobiliſſimarum nonnunquam *ſuccorum* partium, dum inutili coctione eos frûſtrà exhalare permittimus, tantam faciamus jacturam, idcirco cum *ſuccorum* inſpiſſatio vel exhalatio in *Syruporum* coctione ad debitam ſuam conſiſtentiam exigatur, præſtabit à *ſucco* tantum liquoris aquei per deſtillationem abſtrahere, donec de ipſo ſaltem remaneat, quantum ad diſſolutionem

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 38 sur 955

ſacchari ſufficere videbitur; E. g. *Vncias ſeptem vel octo ſucci* relinquendo *pro libra una ſacchari*; *Aquæ* verò per deſtillationem à *ſuccis* abſtractæ, quotieſcunque *Syropos* præſcribunt Medici, ad unciam unam vel ampliùs, pro uncia una *Syrupi*, addi poſſunt, ut non ſolùm craſſiores Acetoſæ, aliarumque herbarum partes, à *ſaccharo* devictæ, ſed & ſubtiliores & ſpirituoſæ earundem herbarum partes *Syrupum* nobilitent, reddantque efficaciorem. Idipſum ut fiat, eligatur præparandi modus ex ſequentibus, uter placebit.

℞. *Succi Acetoſæ, Acetoſellæ, aut alicujus alterius herbæ* ℔ *vj.* Depurentur per reſidentiam, poſtea abſtrahantur per Alembicum vitreum ℔. iiij. duabus libris remanentibus addantur

Sacchari albi ℔. *ij.*

Coquanturque unâ vel alterâ ebullitione ad conſiſtentiam *Syrupi*, cui, quoties præſcribitur, *aqua à ſucco deſtillata* pro libitu addi poteſt. Vel

℞. *Succi cujuſdam Herbæ* ℔. *vj.*

Abſtrahantur per Alembicum ad remanentiam *libræ unius*, huic per pannum colatæ, adde

Sacchari albi ℔. *ij.*

Coquantur invicem ad talem conſiſtentiam *Sacchari*, qualem exigeres, ſi *Rotulas* efficere velles; addantur tandem

Aquæ prioris à ſucco per Alembicum deſtillatæ ℥ *xv. circiter.*

Fiatque ebullitione unicâ, vel ſolâ ſaltem diſſolutione *Syrupus*, juſtam habens conſiſtentiam.

SYRUPUS ACETOSUS SIMPLEX MESUE.

℞. Saccari clarifitati libras quinque,
Aquæ fontis libros quatuor,
Aceti vini libras tres,
Coquantur ſecundum artem.

HVmorum craßitiem incidit, & attenuat, obſtructiones levat, aperit & abſtergit, ſalaberrimus in affectibus calidis, ac biliosis, & ex materia mixta natis, bilis impetum tenuitate, ac æſtu furientem frangit, reprimit, incraſſat, & refrigeratione extinguit, urinas movet, ſudores elicit, ac peſtilentiæ putredinique reſiſtit.

ANIMADVERSIONES.

MIrari ſubit, in hac ſimplicis hujus *Syrupi* ſimpliciſſima præparatione, tàm craſſos commiſſos eſſe *errores*, nullâ ratione conticendos; Nimirum ipſa dictitat ratio, cui experientia abundè con-

conteſtatur, *fruſtrà fieri per plura, per pauciora æquè commodè perfici quod poteſt.* En, Lector benevole, deſtinantur in *Syrupi hujus* præparatione, *libris quinque ſacchari, aceti tres libras, & aquæ fontis inſuper quatuor libras,* cum abunde ſufficiant ſolius *aceti libræ tres,* quæ etiamnum aliquandiu cum *ſaccharo* percoquendæ ſunt, ſi debitam exoptes *Syrupi* conſiſtentiam, ut adeò neutiquam opus ſit, *aquæ fontanæ* tantam adjicere copiam, quippe quæ penitùs penitusque exhalare debet, ſi *Syrupus* ad conſiſtentiam coquendus eſt, ſine qua nullatenus illius integritas perſiſtit; Taceo, quod in ipſa *aquæ cum aceto* mixtæ violenta coctione unâ ſubtiliores, volatiles ac ſalinæ aceti partes avolent & evaneſcant, à quibus tamen præſens *Syrupus* ſuas dotes mutuari deberet, vires videlicet attenuandi, humorum craſſitiem incidendi, obſtructiones viſcerum referandi, & alias, quæ ab authore illi aſſignantur, virtutes; Neque etiam puto fore quempiam, qui aſſerere auſit, ex additione *aquæ fontanæ* ullas, ne dicam, majores huic *Syrupo* virtutes acceſſuras. Proindè ſatiùs eſſe arbitror, ex ſolo fortiſſimo & optimè dephlegmato *aceti ſpiritu*, abſque ulla *aquæ additione*, *Syrupum* hunc conficere, procedendo in modum ſequentem, ita nimirum longè efficacior evadet, ac integris viribus ætatem feret.

℞. *Aceti diſtillati fortiſſimi per M. B. deplegmati* ℔. *ij* ß,
Sacchari albi ℔. *iij.* ß.

Coquantur parùm in *vaſe terreo* vel *lapideo* ad conſiſtentiam juſtam *Syrupi.*

SYRUPUS ACETOSUS COMPOSITUS MESUE.

℞. Rad. Fœniculi,
Apii,
Endiviæ ana uncias tres,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Apii ana unciam unam,
Endiviæ unciam ſemis.

Coquantur lento igne in libris decem aquæ ad dimidias: adde colaturæ

Sacchari optimi libras tres,
Aceti acerrimi libras duas.

Coquantur ad Syrupi conſiſtentiam.

OBſtructiones viſcerum reſerat, humorum craſſitiem tenuat & purgat, urinas promovet, febres compoſitas & nothas, prout & ventriculum bile ac pituita craſſa refertum allevat, nec non renum, jecoris, & lienis infarctus penetrat.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 40 sur 955

ANIMADVERSIONES.

DOlendum sanè & detestandum, quod in plerisque medicamentorum præparationibus, abjecta aut vapore-tenus expulsa parte potiori, deteriori nos saturemus, sicque *nucleos* veluti abjiciamus, *putaminibus* contenti; Idipsum in præsenti *Syrupo acetoso composito* usu venit; Etenim & *semina Anisi*, *Fœniculi*, *Apii*, nec non *radices earundem herbarum* ceu odoratæ, aromaticæ, tenuiumque partium, in longa illa coctione, quàm lentissimo etiam igne illa fiat, virtutibus suis, queis *Syrupum* hunc nobilitare deberent, penitus spoliantur, relictis partibus terrestrioribus, ejectis & relegatis aëreis; Utut enim lentè satis coquantur, nihilominus necessum est, ut in prima coctura, *quinque libræ aquæ* exhalent, & tandem iteratâ coctione secundâ, quæ fit cum *saccharo & aceto*, denuò *libræ quinque*; solius enim *aceti* satis superque est, quantum sufficiat *libris illis tribus sacchari* ad conficiendum *Syrupum*. Quomodo igitur Medicus sui voti compos evadet, suumque adipiscetur finem, in reserandis obstructionibus, crassitie humorum attenuanda & minerâ morbificâ per urinam expurgandâ, si subtiliores & tenuiores partes, à quibus virtutes illæ proficiscuntur, *Syrupum* hunc destituant, nilque nisi crassamentum ab ingredientibus illi fit relictum: Itaque ne hæc fiant, paretur modo sequenti.

℞. *Radicum Apii*,
Fœniculi,
Endiviæ ana ℥. *iij*,
Semin. Anisi,
Fœniculi,
Apii ana ℥ *j*,
Endiviæ ℥ ß.

Quibus contusis & cucurbitæ vitreæ immissis, affunde *aceti vini acerrimi destillati* ℔ *ij*, destillentur appositio capitello, & circumlitis junctures per M. B. ad specierum siccitatem usque. *Aqua* sive *acetum destillatum & impregnatum* seorsim asservetur. Speciebus in fundo cucurbitæ remanentibus affunde *aquæ simplicis* ℔ *iij*, coquantur lento igne ad tertias, colaturæ sive expressioni albumine ovorum clarificatæ, adde

Sacchari ℔ *iij*.

Coquantur ad consistentiam *Tabulati*, tandem adde *de superiori aceto destillato*, & virtutibus ingredientium subtilioribus imbuto ℔ j ß, cum *unctis tribus* circiter, fiatque unâ vel alterâ ebullitione aut solâ dissolutione justæ consistentiæ *Syrupus*.

SY-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 41 sur 955

SYRUPUS ACETOSUS DIA-RHODON Mesue.

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,
Endiviæ ana uncias duas,
Rosarum unciam unam,
Glycyrrhizæ unciam semis,
Spicæ drachmas duas semis
Sem. Anisi,
Fænicul,
Apii ana drachmas septem.

Coquantur in libris sex aquæ fontanæ ad duarum partium consumptionem; adde

Succi Endiviæ,
Apii ana libras duas semis,
Aceti libras duas,
Sacchari libras tres.

Fiat lege artis Syrupus.

Usus ejus est ad febres complicatas; hepatis, & splenis obstructiones aperit, & viscera corroborat.

ANIMADVERSIONES,

Magni fit hic *Syrupus* in hepatis & lienis obstructionibus resecandis, visceribusque roborandis, quod encomium illi nullus derogarem, si debito modo & ex arte conficeretur, sin secus fiat, quale ab eo sperandum sit juvamen, quilibet, cui mens integra, ex facili deprehendet; Multus autem ne sim in præscripto componendi modo refutando, ablego Lectorem ad *Animadversiones Syrupi* præcedentis, & melioris informationis ergo sequentem subnecto præparationem.

℞. *Rad. Apii,*
Fœniculi,
Endiviæ ana ℥ ij,
Glycyrrhizæ ℥ ß,
Rosarum rub. ℥ ij,
Spicæ Indicæ, ℥ ij ß.
Sem. Anisi.
Fœniculi.
Apii ana ℥ vij.

Crassiuscule incisa & contusa immittantur cucurbitæ vitreæ vel terreæ, quibus superaffundantur

Succi Endiviæ.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 42 sur 955

Apii ana ℔ ij ß,
Aceti vini ℔ ij.

Deſtillentur ad remanentiam *duarum* circiter *librarum*; Prioris *aquæ* odoriferæ, quæ primò exſtillavit ℔ j, ſeorſim aſſervetur, ſic & *ſecunda aqua* ſeparatim. Remanentiæ deſtillatione in cucurbita exprimantur, expreſſum albumine ovi clarificetur & ad libram j, ſi ejus major quantitas, ſit evaporet. Tandem addantur

Sacchari albi ℔ iij, &
Reſervatæ ſuperioris aquæ odoriferæ
primæ q. ſ. vel ℥ x.
prater propter,

ac paucis ebullitionibus fiat *Syrupus.*

Aqua ſecunda deſtillata, ad uſus in ſuperioribus recitatos aſſervari, & una cum *Syrupo* mixta præſcribi poteſt.

SYRUPUS ADIANTINUS FERNELII.

℞. Adianti albi, id eſt, Rutæ murariæ manipulos tres,
Nigri, ſeu Capilli Veneris,
Simplicis, ſeu Vulgaris, id eſt, Polytrichi aurei,
Saxifragiæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Aſplenii ana manipulos duos.

Coquantur ex aquæ libris octo, dum ad quinque redeant. In expreſſo ſolve

Sacchari albi libras quatuor,
Mellis optimi expurgati libram ſemis,
Fiat Syrupus.

OMnes quacunque corporis parte humores æquabiliter incidit, atque detergit, cuivis morbo incipienti, omni itidem naturæ, ætati, regioni, atque etiam prægnanti familiaris.

In defectu Polytrichi aurei ſubſtituatur Trichomanes.

ANIMADVERSIONES.

Syrupi hujus compoſitionem, licet odorifera & aromatica pauca ingrediantur, utpotè quæ cætera medicamenta tenuitate partium antecellunt, & hujus ratione longiorem coctionem reſpuunt, nihilominùs tamen præſtabit in modum præcedentium ex recentibus etiam *herbis* eundem præparare, per infuſionem & deſtillationem, ita nullarum partium damnum patiemur, & *Syrupum* habebimus efficaciorem.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 43 sur 955

SYRUPUS DE AGRESTA

Mesus.

℞. Omphacii, seu Agrestæ libras quinque.
Sacchari clarificati libras tres.
Coquantur secundum artem.

Potentur astringit, refrigerat, & siccat, ideoque à putredine vindicat, conditionique pestilenti quàm maximè resistit, ventriculum stabilit, eumque ab aliarum partium excrementis securum præstat: prægnantium malaciam dejicit, intemperiem calidam stomachi hepatis, sitimque vehementem restringuit, venenis adversatur, febribusque biliosis benefacit: choleræ morbo, ac dysenteriæ purgato prius corpore medetur. Post cibum sumptus, vomitionem immodeatiorem, molestamque stomachi subversionem ab æstuante bile, aut inflammatione personat.

AGresta, succus est ex uvis immaturis expressus, paulò antequam maturuerint, is Græcis Omphacium dicitur, quod ad intinctus quandoque asservatur. Hoc autem loco Agresta sumi debet nondum coctione densata, sed expressa tantùm & depurata.

ANIMADVERSIONES.

HIc *Syrupus* præ cæteris prioribus encomium meretur, eò quòd virtus ejus *adstringens, refrigerans*, & *roborans*. in coctione sive præscripta ejus præparatione non pereat, quia *spiritus* in Agrestis, nondum maturus, primis ebullitionibus repente evolare nequit, quapropter & illud quod restat, ad prædictos edendos effectus, nobis uberiorem spem relinquit.

SYRUPUS DE ALTHÆA

Fernelii.

℞. Rad. Althææ uncias duas,
Rad. Graminis,
Asparagi,
Glycyrrhizæ,
Uvarum passarum expurgatarum ana unciam semis.
Cicerum rubrorum unciam unam,
Cymarum Althææ;
Malvæ,
Helxines,
Pimpinellæ,
Plantaginis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 44 sur 955

Adianthi utriusque ana manipulum unum,
Quatuor sem. frig. major. & minor. ana drachmas tres.
Coquantur ex aquæ libris sex, dum quatuor supersint: deinde cum sacchari albi libris quatuor, percoquatur Syrupus.

Ardorem urinæ demulcet, ac citra manifestum calorem, crassam, obstruentemque pituitam, nec non viscidam purulentamquerenum saniem, & arenulas blandè acclementer expurgat.

ANIMADVERSIONES.

NOndum inventus est, qui hanc *Fernelii* inconcinnam compositionem, ea, qua præscripta est methodo, in *Syrupum* elegantem, justam habentem consistentiam, vere redigere potuerit; Nam *Altheæ radix*, quocunque modo coquatur, mucilaginem præbet viscidissimam, pariter etiam *cymæ ejusdem herbæ*, ut & *cymæ Malvæ*, nec non quatuor *semina frigida majora & minora*, nonnihil mucilaginosa sunt & oleaginosa, ad *Syrupum* conficiendum inepta. Equidem me non latet, Pharmacopœos, sacculo vel nodulo eadem inclusa, eum reliquis speciebus coctioni submittere, ne *mucilago* cùm horum seminum, tum prædictarum rerum, irritum reddat eorundem conamen, quo minus elegantem gratumque conficiant *Syrupum*, sed inclusa sacculo remaneat *mucilago*, quâ tamen *mucilagine radicum*, *cymarum* & *seminum* destitutus *Syrupus*, nil sanè præter nomen & numerum in officinas adfert, virtutibus illis, quibus insignitur, penitus orbatus. Cùm igitur hic *Syrupus* ex speciebus prædictis absque fuco & fallacia præparari nequeat, Medici autem ob virtutes ejus tantopere deprædicatas, eo carere nolint, proinde Author illis sum, ut loco *Syrupi* alioquin, uti dictum, paratu impossibilis, *decoctum* earundem specierum edulcoratum trahant in usum, cui quatuor *semina frigida majora*, cum *aqua* contusa, *emulsionis* instar, possunt permisceri; Quod ipsum *decoctum* si quoque diutius paulo coqueretur, præ nimia sua visciditate, nauseosum foret & palato ingratum.

SYRUPUS APERITIVUS MAGISTRALIS D. MINDERERI.

℞ Succorum depuratorum
Rad. Cichorii,
Pimpinellæ ana libram unam,
Fumariæ,
Lupuli ana uncias sex,
Petroselini,
Fœniculi ana uncias tres,

Rad.

Rad. Apii,
Enulæ,
Aſparagi,
Eryngii,
Vincetoxici ana unciam unam,
Herbarum Agrimoniæ,
S. Kunegundis, ſeu Eupatorii Avicennæ,
Agerati ana manipulum unum,
Foliorum Cuſcutæ,
Ceterach,
Adianti utriuſque,
Cardui benedicti,
Comarum Abſinthii Pontici,
Florum Centaurii minoris ana manipulum ſemis,
Granorum Alkekengi unciam unam,
Aquæ fontanæ libras ſex,
Aceti Squillitici libras duas,

Arida omnia ex prædictis ſex libris aquæ coque, dum ſuperſint libræ duæ, has tranſcola diligenter, & cum ſuccis & aceto Squillitico, additis

Sacchari albi libris tribus ſemis.

Coque in Syrupum juſtæ conſiſtentiæ.

Omnibus omnino jecoris, meſenterii, hepatis ac venarum meſaraicarum obſtructionibus ſalutaris eſt, diuturnis febribus, & ex eis natis cachexiis ac hydropi prodeſt. Acui ejus vis poteſt, ſpiritu vel oleo Chalcanthi.

ANIMADVERSIONES.

EO nunc res rediit, ut unuſquiſque ferè Medicorum, ſaltem ut nomen ſuum hinc inde in Officinis Pharmaceuticis reſonet, peculiarem, alter hanc, alter illam ſibi effingat *compoſitionem*, quo ipſo tamen ſæpenumero, ſummam ſuam in arte pharmaceutica ignorantiam produnt potius, quam ut exinde famam aliquam ſibi concilient. Hoc vitium non ſolum junioribus, gloriolæ cupidine prurientibus Medicis tenaciter adhæret, ſed & ſenioribus, & quos capitis nives jam propinquæ mortis admonent, perquam familiare eſt; Verùm nimium ſe dant turpiter, & hoſti medicinæ debent ludibrium. Inter illos & author hujus *Syrupi Magiſtralis* nomen profitetur ſuum; Antequam enim hunc conſtrueret, recordari prius debuiſſet, magnam eſſe *radicum* diverſitatem, quarum aliæ ſucculentæ & pulpoſæ ſunt, quædam aridæ & lignoſæ, nonnullæ medio modo ſe habentes. Ex aridis & lignoſis *radicibus* illæ ſunt, ex quibus Author, pro *ſyrupi* hujus confectione, *ſuccum* extorquere jubet, *Cichorii*

cherii nimirùm, præsertim sylvestris (nam domesticæ & sativæ ubique non prostant) *Pimpinellæ, Petroselini, Fœniculi*; Metherclem non possum animum meum inducere, ut credam, unquam Pharmacopœum ex solis hisce aridis *radicibus* abjectis *herbis*, *succum* expressisse, nisi fortè in tàm exigua quantitate, ut operæ precium non fuerit, rem inchoare, nedum perficere; Alterum in hujus *syrupi compositione* animadversione dignum est, quod *liquoris* ℔ *vij* ʃʃ, *cum libris tribus & dimidia sacchari in syrupi* consistentiam debeant percoqui, postquam sat superq; *herbæ radices* & *fructus* decocta sunt, & subtiliores ac summè penetrantes eorundem partes, longiori coctura deperditæ, adeò ut *mesenterii*, *hepatis* ac *venarum mesaraicarum* obstructionibus reserandis, parùm aut nihil proderit hîc *syrupus*; Efflagitant nimirùm hi *morbi* medicamenta spirituosa, non verò crassas & fœculentas medicinas, virtute salinâ, volatili ac spirituali penitùs exutas, utpotè qua inviolentis illis, iisdemque reiteratis coctionibus, omnino castrantur, prout sufficienter etiam in superioribus innuimus. Et licet difficilè sit virtutes singulas rerum, *syrupum* hunc ingredientium, sartas tectasque, non mutatis mutandis conservare, nihilominùs tamen, cum mei instituti in præsens non sit, *compositionibus* hisce ab omnibus Medicis receptis quippiam detrahere, sed veram ac legitimam duntaxat earundem *præparationem* demonstrare & palam facere, idcircò illam propono hunc in modum:

℞. *Succor. depur. ex totis Cichorio,*
Pimpinella, ana libram unam,
Fumaria,
Lupulo ana ℥ *vj.*
Petroselino,
Fœniculo ana ℥ *iij.*

Radicum Apii.
Enulæ,
Asparagi,
Eryngii,
Vincetoxici ana ℥ *j.*

Herb. Agrimoniæ,
Eupatorii Avicen.
Agerati ana M. j.
Cuscutæ,
Ceterach,
Adianthi utriusque,
Carduibened.
Comar, Absinthii Pont.
Florum Centaurii min. ana M ʃʃ,
Granorum Alkekengi ℥ *j.*

Incisis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 47 sur 955

Inciſis & craſſiuſculè contuſis, ac cucurbitæ vitreæ immiſſis, ſuper-affundantur *ſucci* ſuperiùs enumerati, &

Aceti Scyllitici ℔ ij,

Fiatque per arenam in vaſe vitreo fortis deſtillatio, quoad ſuperſint circiter *libra dua liquoris* in fundo cucurbitæ cum ſpeciebus; ſeparatim tamen, ut in aliis præparationibus monui, prioris *aquæ libræ unâ* aſſervata: Reſiduum fortiter expreſſum albumine ovi clarificetur, cujus ſi plus quàm *libra una* fuerit, eouſque evaporet; additiſque *ſacchari libris tribus cum dimidia*, & prius egreſſæ *aquæ ſpirituoſæ* ſeorſim ſuperius aſſervatæ *libra una*, fiat una vel altera ebullitione *ſyrupus*, *Aqua ſecunda* itidem ſeparatim collecta poteſt, prout in aliis monui, convenienti doſi, quoties exigitor *ſyrupus* eidem admiſceri.

SYRUPUS ARANTIORUM.

℞. Succi Arantiorum lege artis percolati libras tres,
Sacchari albiſſimi libram unam ſemis.
Coque in Syrupum.

Dvpliciter his Syrupus præparari conſuevit, è ſucco nimirum Arantiorum dulcium & acidorum: quorum hic nauſeam, ſitum, & cordis tadia pellit: ille calidis faucium ac pectoris malis opitulatur.

ANIMADVERSIONES.

PArari poteſt hic *ſyrupus* admodum *ſyrupi acetoſitatis Citri.*

SYRUPUS DE CORTICIBUS ARANTIORUM.

℞. Corticum Arantiorum recentium & extimorũ libram unam.
Aquæ fontis libras quatuor ſemis.
Coquantur ad duarum partium conſumptionem: colaturæ adde
Sacchari optimi libram unam,
Fiat Syrupus.

VEntriculum frigidum roborat & fulſit, concoctionem adjuvat, ſtatus diſpellit, ac cordis vires adauget.

ANIMADVERSIONES.

OMne medicamentum, quod *cordi robur addere, collapſas vires reſtaurare, ſtatus diſpellere, ac ventriculi intemperiem frigidam corrigere, eundemque roborare ac fulcire debet*, oportet, ut nullatenus virtute

virtute ſuâ balſamicâ, calidâ ac ſpirituosâ, ſit exutum ac privatum; In hujus autem *ſyrupi* præſcripta præparatione, *cortices Arantiorum recentes & extimi*, ſubtilem ac fragrantiſſimum ſuum *ſpiritum & oleum* balſamicum, carminativum, diuturnâ coctura prorſus amittunt, ut nil niſi *Extractum amarum* maneat in reſiduo, (utut lentiſſimo coquatur igne,) nihil ergo de effectu illo & viribus, quæ ipſi attribuuntur, nobis promittere poſſumus, niſi alia & quidem melior vel accuratior inſtituatur *præparatio*, quæ talis eſſe poteſt.

℞. *Cort. Arantior. recentium & extim. conciſorumque* ℔ j. Quibus cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuperinfundatur,

Aquæ ſimplicis (vel quod melius eſſet, Vini generoſi) ℔ j ß. Et poſt unius alteriuſve diei digeſtionem, fiat abſtractio in M. B. juncturis optimè clauſis, ferè uſque ad ſiccitatem *corticum aquâ ſpirituosâ odoriferâ* prolectâ interim aſſervatâ; *Cortices* in cucurbita reſidui cum *libris duabus vel tribus aquæ ſimplicis*, ad remanentiam *libræ unius* coquantur, *decoctum* colatum, & ſi opus, clarificatum, cum

ſaccharî libris duabus,

Denuò coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*, cui, *extracto corticum* imprægnato, *ſuperioris ſpirituoſæ proiectæ aquæ ſ. q.* addatur, ac unicâ ebullitione vel ſolâ diſſolutione, paretur juſtæ conſiſtentiæ *Syrupus*.

Nota, pro *libra una corticum*, viſum eſt *duas* addere *libras ſaccharî*, evadet nihilominus *ſyrupus* longè efficacior, quàm ſi ſimpliciter per coctionem eſſet paratus.

Si quis etiam ſuperiorem à *corticibus deſtillatam aquam*, novis ac recentibus *Arantiorum corticibus* (aliquot unciis) imprægnare & eſſentificare vellet, ſolâ digeſtione & extractione, is adhuc efficaciorem redderet *ſyrupum*.

SYRUPUS FLORUM ARANTIORUM.

℞. Florum Arantiorum recentium libram ſemis.

Infundantur in aquæ fontanæ calentis libris duabus, horis viginti quatuor: tum rejectis prioribus floribus, ac reaſſumptis totidem novis infuſio reiteretur, idque trina vice fiat. Deinde colaturæ unciæ quindecim, coquantur cum ſaccharî albiſſimi libra una in ſyrupum.

Cor ac cerebrum mirificè recreat, ſpiritus inſtaurat, ſudoresque movet: peſtilentibus ideò febribus ſalutaris, infectos namque humores à centro ad circumferentiam propellit, & exanthemata ejicit.

ANI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 49 sur 955

ANIMADVERSIONES.

EX præcedentis *ſyrupi* præparandi modo etiam hujus præparatio diſpaleſcit, nihilominus tamen melioris informationis ergò etiam ſequentem adjiciam:

℞. *Florum Arantiorum recentium* ℔ j ß,

Humectentur integri non contuſi *unâ vel alterâ unciâ vini albi, vel aquæ Roſarum, aut cort. Arantiorum*, & in M. B. deſtillentur; *Aquæ* primo egredientis aſſerventur ℥ vij, vel ℥ viij, reliqua vel ſecunda etiam ſeorſim ſervetur. *Floribus* in fundo remanentibus de novo affundantur, ℔ ij, aquæ ſimplicis ferventis, & ad remanentiam *libræ unius*, leniter coquantur; *decoctum* expreſſum & clarificatum cum

Sacchari albi ℔. j,

Denuò coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*, cui adde

Aqua fragrantioris, prius â floribus deſtillatæ, ℥ vij, *circiter*,

Fiatque in M. B. ſolâ diſſolutione *ſacchari ſyrupus*; *Aqua* ſuperflua deſtillata trahatur in uſum unà cum *ſyrupo*, prout ſæpius monui.

SYRUPUS DE ARTEMISIA.

℞. Artemiſiæ manipulos duas,
Pulegii,
Calaminthæ,
Origani,
Meliſſophylli,
Dictamni Cretici,
Perſicariæ,
Sabinæ,
Majoranæ,
Chamædryos,
Hyperici,
Chamæpityos, ſeu Ivæ Arthericæ,
Matricariæ cum flore,
Centaurii minoris,
Rutæ,
Betonicæ,
Bugloſſi ana manipulum unum,
Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroſelini,
Aſparagi,
Ruſci,
Pimpinellæ,

Enulæ

Enulæ,
Cyperi,
Rubeæ,
Iridis,
Pæoniæ ana unciam unam.
Baccarum Juniperi,
Sem: Liguſtici,
Petroſelini,
Apii,
Aniſi,
Nigellæ,
Rad. Aſari,
Pyrethri,
Phu, ſeu Valerianæ,
Coſti,
Carpobalſami,
Cardamomi,
Caſſiæ ligneæ,
Calami Aromatici ana unciam ſemis.

Omnia trita & quaſſata infundantur horis viginti quatuor in aquæ puræ libris decem, & coquantur ad dimidias; deinde aufer ab igne, ac dum aqua tepuerit, frica manibus, & cola diligenter, expreſſumque cum ſacchari libris quatuor in Syrupum percoque.

Syrupus iſte ex Matthæo de Gradibus in librum nonum Rhaſis ad Almanſorum cap. de menſium ſuppreſſione deſumptus, potens eſt in aperiendis obſtructionibus ex craſſis, viſcidis & glutinoſis humoribus ortum ducentibus: incidit enim, aperit, & potentiſſimè tenuat, uteri autem affectibus potiſſimùm prodeſt, eumque elocatum priſtinæ ſedi reſtituit, flatus frigidoſque humores, quibus is plerumque infeſtatur, ac aliquando etiam emovetur, diſſipans, doloreſque ſupprimens. Nervos interim roborat, menſtruis imperat, materiam contumacem apparat, ejuſdemque exitum provocat.

ADvertendum in hoc Syrupo, ut decoctum, antequam cum ſacharo percoquatur ac inſpiſſetur, diligenti & iteratâ tranſcolatione repurgetur: ne is vel facilè ranceſcat, vel turbidus evadat, aut à craſſa ſubſidentia non probè mundatus facilè corrumpatur, cùm alioquin ob aromatum vim ac condituram per biennium durare queat. Debent autem in ejus coctură ac præparatione Aromata ſub finem demum coctionis injici, ne vires ipſorum protinùs evaneſcant, aut efficacia eorum in ſubtili partium tenuitate conſiſtens, per diuturniorem coactionem expiret.

Quantumvis Syrupus iſte à Fernelio, (prout Plantius notavit) revi-

revisus, ac examinatus, aliam descriptionem ejus judicio sortitus sit, quia tamen nostri Medici diuturno ejus usu ac efficacia hucusque fuêre contenti, ut qui etiam alibi secundum genuinam Auctoris descriptionem parari soleat, ideò nihil in eo immutandum esse consuimus, quem proinde secundum veterem ac prius consuetum modum confici jubemus.

ANIMADVERSIONES.

TRia potissimum in hujus *Syrupi* præparatione occurrunt *Animadversione* digna, Primo quidem, quod injuncta illa transcolatio *decocti*, quam frequenter & diligenter etiam illa fiat, sola non sufficiat ad *decocti* purificationem, & *syrupi* clari ac elegantis confectionem, nisi quoque colatura illa iteratò cum albumine ovi clarificetur; Verùm peritus Pharmacopœus hac admonitione non indiget, quin ipse nôrit quæ factu opus fuerint. Alterum est, quòd *aromata* sub finem demum coctionis injicii jubeantur, ne vires eorum protinus evanescant, aut efficacia ipsorum in subtili partium tenuitate consistens, per diuturniorem coctionem expiret, quod ipsum quidem prudenter monent; ast rem acu non tangunt: Licet enim sub finem primæ decoctionis, *aromata* addantur, ac parum & leniter saltem coquantur, parum etiam de virtutibus suis in decoctionem deponent, & illa ipsa vis aromatica, quæ quantaque in *decoctum* deposita est, si non in eadem decoctione prima iterum exspiret, certò tamen in secunda violenta ebullitione *decocti* cum *saccharo*, exhalabit. Tertiò notandum, cùm non solum *aromata*, sed & reliquorum ingredientium vires utplurimum in subtili partium tenuitate consistant, etiam horum esse habendam rationem. Si itaque efficax desideratur *syrupus*, qui æquè *aromatum* ac aliorum ingredientium virtutibus sit imbutus, paretur is ad modum *syrupi acetosi compositi Mesues*, destillatione nimirum volatilium ac tenuium partium cum tribus libris circiter *aquæ*, & decoctione remanentium *specierum*, fiatque exinde additione *sacchari q. s. syrupus*.

Nota tamen, quod *decoctum*, si à *speciebus*, jam destillationem passis, paratum, cum *saccharo* ad totalem *Tabulati* consistentiam redigendum sit, cui tandem *aqua destillata odorifera & spirituosa* in competenti quantitate (℥ vij. circiter ad ℔ j sacchari) addenda est, ut sine ulteriori coctione, *syrupi* consistentia exsurgat.

SYRUPUS DE BETONICA.

SIMPLEX.

℞. Succi Betonicæ depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam semis,
Fiat Syrupus, ut est artis.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 52 sur 955

AD capitis & uteri vitia propulsanda efficax: leniter aperit, concoquit & abstergit, ac menses moderatè provocat.

ANIMADVERSIONES.

DExtra hujus *Syrupi* præparatio in eo consistit, ut *de tribus libris succi Betonicæ* abstrahantur per Alembicum ℔ ij circiter; Relicta demum *libra una succi*, cum *sacchari libra una & dimidia* coquenda ad consistentiam *Tabulati*; tandem de *succo* superius per destillationem abstracto tantum admisceatur, quantum ad debitam *syrupi* consistentiam sufficere videbitur, sine tamen ulteriori coctione; Reliqua *aqua*, unâ cum *syrupo*, quoties præscribitur, exhiberi potest.

Non possum etiam, Lector benevole, præterire, quin & alteram hujus *syrupi* præparationem addam, secundum quam alii quoque ex consimilibus odoriferis herbis, *syrupi* simplices parari possunt efficacissimi, utpotè

℞. *Succi Betonicæ recentis* ℔ *iiij*, *quibus immerge*
Herbæ Betonicæ minutim concisæ recentis ℔ *j*,

Postea libram unam *succi odorati*, *vel* ℥ *xv*, per destillationem ex M.B. evoca, relictam in fundo cucurbitæ *Betonicam* una cum succo fortiter exprime, expressum album, ovi clarifica, & cum

Sacchari albi libris duabus

ad omnimodam *Tabulati* consistentiam percoque, cui demum

Succum perquam odoriferum destillatum adde, solâque dissolutione confice Syrupum.

Efficaciorem adhuc si quis exoptet hunc *Syrupum*, adeat præparationem *Syrupi de Melissa* sequentis dispensatorii novi & juxta ejus normam etiam hunc conficiat.

SYRUPUS DE BETONICA

COMPOSITUS.

℞. Betonicæ manipulos tres,
Majoranæ manipulum unum semis,
Thymi,
Rosarum ana manipulum unum,
Violariæ,
Stœchadis,
Salviæ ana manipulum semis,
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Ammeos ana unciam semis,
Rad. Pæoniæ,
Polypodii,

Fœni-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 53 sur 955

Fœniculi ana drachmas quinque.

Fiat decoctio in libris sex aquæ, ad medietatis consumptionem, colaturæ postmodum addendo

Succi Betonicæ libras duas,
Sacchari libras tres.
Fiat Syrupus.

Compositus ad prædicta efficacior existit, licet ejus usus nonnihil evilnerit, & eidem syrupus de Stœchade Fernelii successerit

ANIMADVERSIONES.

Quamvis hic *syrupus*, parum in præparatione discrepet à *syrupis* præcedentibus, de *Arthemisia* nimirum, item *Acetoso compositio Mesues*, nihilominus ejus brevem & concinnam addam præparationem;

℞. *Species omnes in compositione superius præscriptas, ut plurimum recentes.*

Quibus incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffunde

Succi Betonicæ recentis ℔ ij,

Et appositocapitello, junctursque probè lutatis ac receptaculo præposito, destilla per M. B. ferè ad siccitatem usque *specierum: Destillata aqua, vel succus odoratus* destillatione prolectus seorsim asservetur. Residuæ in fundo *species* coquantur affusâ *aquâ*, ad remanentiam *duarum librarum* circiter, expressioni vel colaturæ albumine ovi clarificatæ adde *saccharum* præscriptum, & ad consistentiam *Tabulati* percoque, cui demum junge vel adde superiorem destillatum & imprægnatum nobiliorem *succum*, unaque ebullitione vel solâ dissolutione *syrupum* effice præstantissimum.

SYRUPUS DE BERBERIS.

℞. Succi Berberorum depurati libras duas,
Sacchari libram unam semis.
Fiat ex arte Syrupus.

Refrigerat, & modicè attenuat: febribus malignis confert, bilem reprimit, febrium æstus delet, ac immoderatam sitim compescit, biliosis ventris profluviis salutaris.

ANIMADVERSIONES,

Circà hujus *syrupi* præparationem nihil notatu dignum occurrit, nisi quod moneam, ut in *vase terreo* vel *lapideo* sola coctione paretur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 54 sur 955

SYRUPUS DE BORRAGINE.

℞. Florum Borraginis recentium libras duas,
Aquæ fontis puræ calentis libras octo,

Affusâ floribus aquâ sic in infusione per horas viginti quatuor dimittantur: deinde floribus his (factâ prius expressione) abjectis, infusio reassumptis novis ac recentibus floribus secundò, atque sic tertiò iteretur, postmodum accipe

Colaturæ hujus libras quinque.
Sacchari clarificati libras quatuor.
Coque ad formam Syrupi.

SI tanta florum copia non sit, ut ex eorum infusione Syrupus hic; aut alter subsequens parari queat, sic fiat.

℞. Succi Borraginis defecati, & cum albuminibus ovorum clarificati libras octo:

In hoc succo calente, infunde per horas duodecim florum Borraginis recentium libram unam: postea colentur, & cum Sacchari libris quatuor fiat Syrupus.

SYRUPUS DE BUGLOSSO.

Paratur eodem modo, ex trina florum infusione, ut prior jam dictus.

PRosunt hi Syrupi maniacis ac melancholicis: latitiam enim augent, & sanguinem complanant, pectus quoque humectant & leniunt, nec non syncopen & animi defectiones è corde natas arcent, cujus tremori, palpitationi, & imbecillitati eximiè succurrunt.

NOtandum, nos Syrupos hos hactenus ex succis herbarum earundem parari consuetos, ex florum infusionibus trina vice iteratis in posterum conficiendos instituisse: quem sanè modum (ut Melichius monet) etiam Veneti observant; cùm aliàs Syrupi isti valde lenti ac crassi, nec non multum ingrati evadere, succique ipsi facilè corrumpi soleant: licet pro delicatulis ac ditioribus etiam ex ipso florum succo, Syrupi in Officinis nostris parati prostent, eo planè modo quo Syrupus ex succo florum Violarum parari consuevit, confecti,

ANIMADVERSIONES.

In Syrupum de Borragine & Bugloſſo.

FLores *Borraginis* licet sensilli odore non polleant, si tamen verum, quod *latitiam augeant, cor & spiritus vitales recreent & instau-*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 55 sur 955

instaurent, non diffitendum prorsus, eos in se reconditum habere *spiritum* quendam, *spiritibus vitalibus*, adeoque *cordi* ipsi, ceu eorundem *scaturigini* familiarem; Ne igitur & hic coctione longâ in auras avolet, satius erit, posthabito præscripto conficiendi modo, *syrupum* hunc præparare in modum *syrupi* ex *floribus Arantiorum*.

Eodem quoque modo paretur *syrupus* ex *floribus Buglossi*.

SYRUPUS BYZANTINUS SIMPLEX MESUE.

℞. Succorum Endiviæ,
Apii ana libras duas,
Lupuli,
Buglossi ana libram unam.

Ferveant simul, ac spumâ ablatâ depurentur. Inde verò ejus succi libræ quatuor cum Sacchari clarificati libris duabus semis, lento igne in Syrupum percoquantur.

Febres putridas mixtas ex humore bilioso & pituitoso, solutu contumaces juvat: obstructiones viscerum aperit, humores tenaces & lentos incidit, ac tenuat, morbo regio validè succurrit, splenis duritiem, & infarctus ab humoris melancholici crassitie dissipat.

Syrupus Byzantinus sic dictus, vel quod Medici Byzantini frequenter eo uterentur, vel quod Mesue qui Damascenus seu Africanus erat, hunc à Constantinopolitano Medico sibi communicatum acceperit. Vide Ant. Musam Brasavol, in examine Syruporum.

ANIMADVERSIONES.

Potest hic *Syrupus* in modum aliorum *syruporum*, ex succis confectorem commodè parari. Vide *Animadversiones in syrupum de Betonica simplicem*.

SYRUPUS BYZANTINUS COMPOSITUS MESUE.

℞. Succorum Endiviæ,
Apii ana libras duas,
Lupuli,
Buglossi ana libram unam,
In his succis decoquantur,
Rosarum Rubear, unciæ duæ,
Glycyrrhizæ uncia semis,
Spicæ Indicæ drachmæ duæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 56 sur 955

Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Apii ana drachmæ tres,
Colaturæ adde
Aceti libras duas,
Sacchari albiſſimi libras tres
Coquantur, ut eſt artis, in Syrupum.

AD prædicta omnia valentior: ictero adverſatur, hepatis, & ſplenis pertinaces obſtructiones reſerat, ventris inflationem removet, ac hydropem incipientem antevertit.

ANIMADVERSIONES.

COnſulantur *Animadverſiones in ſyrupum aperitivum, Magiſtralem Mindereri*, ſecundum quas, hujus *ſyrupi* inſtituatur præparatio.

SYRUPUS DE CALAMINTHA MESUE.

℞. Calaminthæ Montanæ, ſeu Nepethæ Domeſticæ, ana uncias duas,
Sem. Liguſtici,
Dauci,
Schœnanthi ana drachmas quinque,
Uvarum paſſarum libram ſemis,
Aquæ libras ſex.

Primò coquantur Uvæ paſſæ, deinde reliquæ ad medias: in fine addatur Schœnanthos. Expreſſum percoquatur cum mellis deſpumati libris duabus, & fiat Syrupus.

VIſcerum obſtructiones levat: incidit, attenuat, tergit, & aperit; interna calefacit, obſtinatas materias expulſioni præparat, ac menſes movet, tuſſi antiquæ; aſthmati, intemperiei viſcerum frigidæ convenit: humores viſcidos ac craſſos, bronchia pulmonum obſidentes expurgat: ſenibus familiares affectus levat, nec non lienis tumorem duritiemque diſcutit.

ANIMADVERSIONES.

LIcet hic *ſyrupus* ad normam *ſyrupi de Abſinthio*, vel potiùs *de Betonica compoſiti*, ſatis eleganter confici poſſet, quia verò ratione *mellis* quoad præparandi modum levis quædam occurrit diverſitas proinde ejus dilucidiorem addamus præparationem.

℞. *Calaminthæ mont. ſeu Nepethæ,*
Domeſticæ ana recent. ℥ iij,
Sem. recent. Liguſtici.
Dauci

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 57 sur 955

Dauci ana ℥ j,
Schœnanthi ℥ v,
Uvarum passarum ℔ ß,

Quibus incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis superaffundatur *aquæ simpl.* ℔ ß, fiat destillatio & abstractio ad siccitatem *specierum*, prolectâ *aquâ odoriferâ* asservatâ; Residuæ in cucurbita *species* recentis *aquæ* reaffusæ s. q. coquantur ad remanentiam *libræ unius*, *decoctum* expressum & clarificatum, additis

Mellis optimi libris duabus,

ad consistentiam ejus crassissimam percoquatur, quibus tandem de superiori destillata *aqua odorifera* tantum addatur, quantum pro justa consistentia *syrupi*, sine ulteriori coctione sufficere videbitur, fiatque *syrupus*.

SYRUPUS DE CHAMÆMELO.

Præparatur ex trina florum infusione,
Colatura & Saccharo, uti antecedentes de Borragine & Bugloſſo.

Magnificus ejus usus est in colica & iliaca, itemque affectibus uterinis a frigore enatis. Additur potissimum in enemata, ubi crassos flatus evocare necesse est.

ANIMADVERSIONES.

CUm *syrupo* ex *floribus*, vel etiam *corticibus Arantiorum*, additione *vini* quoad præparationem coincidit & hic *syrupus*, proinde ex illius conficiendi modo satis commodè peti potest,

SYRUPUS DE CAPILLIS VENERIS SIMPLEX.

℞. Capillorum Veneris uncias sex.
Macerentur in libris sex aquæ, horis viginti quatuor: deindè coquantur ad medietatis consumptionem:
Colaturæ adde sacchari libram unam semis.
Fiat Syrupus.

Ad thoracis affectiones calidas ac destillationes tenues præstans est: pleuritidi proindè incipienti idoneus, cùm materia calida, aut mixta suâ tenuitate promptè efferri nequit: obstructiones præterea vasorum leniter aperit.

ANIMADVERSIONES.

NIhil hic *syrupus* difficultatis habet, ejusque debita præparandi ratio ex superioribus facilè colligitur, vel si libet ad præscriptum modum paretur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 58 sur 955

SYRUPUS DE CAPILLIS VENERIS COMPOSITUS.

℞. Capillorum Veneris uncias quinque,
Glycyrrhizæ uncias duas,
Asplenii, seu Phyllitidis, aut Linguæ cervinæ manipulum unum,
Macerentur in libris sex aquæ, horis viginti quatuor: deinde coquantur ad medietatis consumptionem, Colaturæ adde
Sacchari clarificati,
Penidiorum,
Aquæ Capillorum Veneris ana uncias octo.
Fiat Syrupus secundum artem.

VEnarum meatus leniter expurgat, obstructiones aperit, è renibus item & vesica mucores ac arenulas exigit: quem in finem Dodonæus radicum Rusci & Asparagi ana unciam unam, ac seminis insuper Malvæ drachmas duas addendas censet. Nunc Syrupus Adiantinus Fernelii ejus vicem fere supplet.

ANIMADVERSIONES.

HUjus *Syrupi*, sive is simpliciter, sive secundum mentem Dodonæi, additis nimirum *radicibus Rusci*, *Asparagi*, & *semine Malvæ*, vel potius loco ejusdem. *herba* (semen enim quia mucilaginosum est, viscidum & crassum, vel mucilaginosum redderet *decoctum*, difficulter in consistentiam justam & durabilem *syrupi* redigibile) præparandus sit, cum aliis hujus generis, utpote *syrupo de Betonica composito* æqua est conficiendi ratio. Duo vero insuper huic compositioni insunt, quæ nullatenus præterire queo, quin caucis illa attingam; *Saccharum* videlicet *Penidii* & *aqua Capillorum Veneris*; Neque enim video, in quem usum *saccharum*, inprimis *Penidii*, reliquo *saccharo communi* clarificato sit adjectum, utpote quod necquicquam ab alio quovis *saccharo albo* puro discrepat, si in liquore aliquo dissolvatur, nec nisi sola ultra ordinariam consistentiam coctura, & peculiari saltem efformandi modo (qui in manuali operatione consistit) ab eodem differt, qui tamen modus speciem & virtutem ejus non variat, nec ullam vim & efficaciam ulterius illi addit, præterquàm quod magis friabile, & in ore præsertim infantium liquabile evadat, pectusque sic leniter deglutitum leniat, dissolutum vero denuo in aliquo liquore, nihil præ reliquo *saccharo* peculiare habet, & iisdem, quibus illud usibus inservit. Idcirco nescio ob quem singularem finem huic *syrupo* additum sit, nisi quod precium ejus augeat. Alterum æquè ἄπορον & ἄλογον est, quod in secunda

cunda de coctinne cum prædicto *saccharo*, addatur *aqua Capillorum Veneris*, quæ quàm imprudenter & inutiliter illi adjiceatur, inde conjicere possumus, quòd à *tribus illis libris remanentis colaturæ*, in ultima coctione, quæ fit cum *saccharo*, *libræ duæ* debeant evaporare, si justa exoptetur *syrupi* consistentia; Ergo & illa *aqua Capillorum Veneris*, si addita fuerit, exhalabit, & quidem cum primis. Supponitur enim, *aquas* stillatitias *decoctis* esse spirituosiores. Quòd si verum, uti verissimum, etiam *aqua hac Capillorum Veneris* destillata, velocitate fugæ, reliquias *decocti* antevertet; In quem igitur finem addita sit, judicare esto penes benevolum Lectorem.

SYRUPUS DE SUCCO CARDUI BENEDICTI.

℞. Succi Cardui Benedicti depurati libras tres,
Sacchari clarificati libras duas.
Fiat lege artis Syrupus.

Febribus malignis ac pestilentibus confert, humorum putredinem arcet, sudores prolicit, vermes enecat, & pleuritidi auxiliatur.

ANIMADVERSIONES.

Hic *syrupus* præparandi modo, à reliquis è *succis* paratis, non discrepat, adeoque exindè ejus præparatio petatur.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

℞. Succi Cerasorum acidorum per residentiam defæcati libras sex,
Sacchari albissimi libras tres.
Fiat Syrupus.

Ad internos æstus efficax: sitim extinguit, appetitum instaurat, febrium incendia reprimit, bilis ferociam domat, mulierum malacia prodest, cordis denique vires tuetur.

Sumenda hîc sunt Cerasa illa acida, aliquibus Duracina dicta, quæ nos vulgari idiomate Weichſlen aut Weixlen nominamus, atque ex eorum succo, ubi probè maturuerint, Syrupus hic conficiendus.

ANIMADVERSIONES.

In hoc *syrupo*, nihil *animadversione* dignum occurrit, præterquàm, quod is, qui illum præparare vult, observet, ut præ manibus

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 60 sur 955

nibus habeat *ſuccum*, qui ſua ſponte veluti ex *ceraſis* unà cum nucleis contuſis effluxerit, alias enim ſi ope torcularis ex recentibus *ceraſis* idem *ſuccus* ſtatim exprimeretur, in inſpiſſatione cum *ſaccharo* gelatinam præberet, non verò elegantem *ſyrupum*.

SYRUPUS DE CICHORIO

SIMPLEX.

℞. Succi Cichorii depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam ſemis.
Coquantur in Syrupum.

HEpatis, ac renum intemperiem calidam emendat: febribus auxiliatur, bilis acrimoniam frangit, refrigerat, humectat, & obſtructiones expedit.

Compoſitus, ſeu de Cichorio cum Rhabarbaro, inter purgantes requirendus.

ANIMADVERSIONES.

NOn variat à præparatione reliquorum Syruporum ex ſuccis.

SYRUPUS DE CINAMOMO.

℞. Cinamomi optimi, ſeu acutiſſimi, craſſiuſculè pulveriſati uncias duas ſemis,
Ponantur in cucurbitam vitream, addanturque
Aquæ Cinamomi optimæ libræ duæ.

Stent in loco calido benè obturato vaſe, ne quid expiret, horis viginti quatuor: deinde colentur, & validè exprimantur, ac in expreſſione hac rurſum tantundem Cinamomi infundatur, itereturque id in univerſum quatuor vicibus. Tum demum Cinamomo omni collecto ſic infuſo, & poſt quatuor expreſſiones relicto, affundatur libra una vini Malvatici generoſiſſimi. Stent pariter in infuſione: tandem validè exprimantur, & addantur expreſſo
Aquæ Roſarum odoratiſſimæ unciæ duæ.
Sacchari albiſſimi libra una.
Decoquantur in vaſe fictili probè tecto ad conſiſtentiam Syrupi.

VItales ſpiritus plurimum recreat, cor, ac ventriculum à frigore languidum reficit, oris halitum commendat, coctioni ſtudet, nec non univerſas corporis vires fulcit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 61 sur 955

ANIMADVERSIONES.

QUàm insulsa sit precioſi hujus *ſyrupi* præparatio, cùm ex analyſi ejus mox patebit, tùm quilibet, qui vel per transennam illam introſpexerit, facilè videbit. Etenim *Cinamomum*, idque optimum & acutiſſimum, (quale ad hunc *ſyrupum*, ſpiritibus vitalibus plurimum recreandis & reficiendis, nec non univerſis corporis viribus fulciendis deſtinatum, non immeritò eligitur:) *aroma* eſt, cujus efficacia, ut ipſi fateri neceſſe habent, in ſubtili partium tenuitate conſiſtit, quæ tum facilè in diuturniori coctură exhalare poſſit; Cujus etiam experiundi exemplum habemus in deſtillatione illius *aquæ*, maximè ſi vaſa non ſatis firmiter agglutinata ſint; tum enim odor aromaticus ſummè penetrans illicò ferit nares, & in auras avolat. Quod ſi ibi contingit, multo magis in inconſiderata hac *ſyrupi* præparatione eveniet; ubi priuſquam ille ſuam acquirat conſiſtentiam, *libræ duæ cum dimidia liquoris optimi & fragrantiſſimi*, coquendo debent exhalare. Verùm objicient, *ſyrupum* coquendum ab ipſis præcipi in vaſe fictili probè tecto: Euge quàm benè & prudenter ſibi conſulunt ignari! quòd ſi ſeculum coqueretur in vaſe operto & clauſo, ubi nil exſpirare poſſet, nunquam ad conſiſtentiam ſuam *ſyrupus* percoqui queat. Et quid etiamnum ſibi volunt ſuperingeſtæ illæ *aquæ roſarum fragrantiſſimæ unciæ duæ?* Utpotè quæ non minùs ac nobiliſſimæ & aëreæ *Cinamomi* partes æthera & aëra petent, relictâ terreâ mole, craſſamento nimirum omni *ſpiritu balſamico* viduato & exinanito. Verùm ne longior ſim in hiſce erroribus enucleandis, ſubnectam genuinam *ſyrupi* hujus nobiliſſimi præparationem, quæ talis eſt,

℞. *Cinamomi acutiſſimi craſſiuſculè conciſi* ℥ *ij* ß,
Quibus cucurbitæ vitreæ immiſſis, ſuperaffundantur
Aquæ Cinamomi deſtillatæ bonæ ℔ *ij*,
Locentur in balneum, mox appoſito & agglutinato capitello, cum præpoſito recipiente, ſtentque in digeſtione aliquandiu, poſtea fortis fiat ad ſiccitatem uſque deſtillatio. Tùm refrigeratâ cuburbitâ excipiatur reſiduum *Cinamomum*, quod ſeparatim aſſervetur, &
Recentis acerrimi Cinamomi tantundem,
cucurbitæ immittatur, cui ſuperaffundatur
Aquæ à priori Cinamomo abſtractæ,
& denuò poſt aliqualem digeſtionem, ad omnimodam ſiccitatem per M. B. abſtrahatur, relictum in fundo *Cinamomum* æquè ut prius ſervetur; qui labor infundendo & abſtrahendo (ſemper addito *Cinamomo* recenti) tertiâ & quartâ vice reiterandus eſſet, ſed laboris hujus poteſt fieri compendium, ſi nimirum tertia vice
Cinamomi acerrimi ℥ *v*, cum
Aquæ illa bis abſtractæ

unâ

unâ vice infundantur, quæ ut antea per deſtillationem ad *Cinamomi* ſiccitatem uſque evocetur. *Aqua* quæ exſtillavit, fortiſſima erit & acerrima, peculiari vitro probè obturato aſſervanda.

Relictum illud & à trina deſtillatione reſervatum Cinamomum,

in eandem projiciatur cucurbitam, cui ſuperaffundantur.

Vini Malvatici ℔ j ß,
Aquæ Roſarum ℥ ij,

Et poſt aliqualem digeſtionem lutatis optimè junctûris, & affixo receptaculo, fiat abſtractio ad remanentiam circiter *libræ unius*; *aquæ* egreſſa conjungatur priori; Reſiduum autem in fundo cucurbitæ expreſſum, & albumine ovi clarificatum, ceu *Extractum Cinamomi* liquidum, pro ultimata *ſyrupi* confectione ſimiliter aſſervetur. Tum accipiantur omnes illæ *aquæ deſtillatæ* jam conjunctæ, reitereturque adhuc ſemel, per arenam deſtillatio vel rectificatio, cujus primitùs egreſſa ℔ j ß, ſigillatim aſſervetur, reliquâ quæ ſequitur *aquâ*, ſimiliter ſeorſim reſervatâ.

Poſtea demum

℞. *Extractum illud liquidum ſuperiùs à deſtillatione aſſervatum, & albumine ovi clarificatum,*

quod cum

Sacchari albiſſimi libris duabus cum dimidia, coque ad conſiſtentiam Tabulati, eique poſtremò

Aquæ ſuperioris fragrantiſſimæ rectificatæ ſ. q. ℔ j ß, *circiter*)

adde;

Et ſolâ diſſolutione vel unâ ebullitione, conſice *ſyrupum* efficaciſſimum.

Auctarii loco adjicio hanc cautelam, ne vel *aqua illa Cinamomi acerrima* filtretur, vel *ſyrupus* per pannum coletur, ſic enim oleaginoſitas utriuſque vel filtro vel panno adhærens, non ſine inſigni virium jactura periret.

SYRUPUS CORALLIORUM.

℞. Corallia rubicundiſſima & elegantiſſima, verbi gratiâ libram ſemis.

Succi Berberorum perfectæ maturitatis perquàm accuratiſſimè depurati, ut materiam quatuor digitos, aut paulò plus ſuperemineat, digeratur in calore balnei vaporoſi, continuè per tres integros dies, donec totum Corallium in illo liquore ferè diſſolutum appareat. Hic relictis fæcibus per inclinationem ſeparetur, recentem illis ſuccum depuratum rurſus affundendo, tantiſper id reiterando, quoad nullum ampliùs colorem fundere Corallia videantur. Pro hujus ſucci Corallinâ

linâ essentiâ sic optimè imprægnati, libris duabus, sumatur Sacchari candidi libra una, coquantur in formam Syrupi.

PLura qui hac de re, sive quoad balnei vaporosi constitutionem, sive operationis dexteritatem desiderat, Quercetanum ipsum, aliosque adeat.

Hic Syrupus præditus est miris proprietatibus, ad instaurationem facultatum naturalium, & omnium affectuum ab hepatis vitio scaturientium, confert præterea omnibus fluxionibus hepaticis, dysentericis, & lientericis.

ANIMADVERSIONES.

Syrupus hic Corallinus primâ fronte satis speciosus apparens, plurimis refertus est difficultatibus: Præcipiunt nimirum dissolutionem dimidiæ libræ *Coralliorum*, quam ipsam moliuntur *succo Berberorum depurato*, ad supereminentiam quatuor vel quinque digitorum transversorum iisdem affuso. Quâ assignatâ quantitate *succi Corallia* tamdiu digerere jubent, quousque totum *Corallium* in liquore illo ferè dissolutum appareat; quod tamen uti prorsus impossibile, (vix enim octo vel decem libræ *succi Berberûm* sufficiunt pro dissolvenda *dimidia libra Coralliorum:*) ita ipsimet quoque moniti sui parùm memores, jubent relictis fecibus recentem *succum* depuratum rursus affundere, tantisper id reiterando, donec totaliter ferè dissoluta *Corallia*, nullum amplius colorem fundere videantur; Ad quid autem reiterata illa frequens affusio *succi* recentis, si primâ vice *Corallium* ferè totum dissolvi possit? Aut quomodo *Corallia* in liquore rubicundissimo (qualis est *succus Berberûm*) colorem suum ita distinctim diffundere queunt, ut ab eo tanquam signo diagnostico, *sufficientis dissolutionis & extractionis indicium* desumi possit, cum rubicundius sit menstruum (scilicet *Berberorum succus*) ipsis *Corallis*, ceu ex quibus *tinctura* extrahenda? Sed esto, imprægnatum hoc modo habeant saturatâ *tincturâ Corallinâ succum*, subjiciant eundem Vulcani violentiæ, percoquant, suo modo cum *saccharo* pro libitu, deprehendent, *Corallia* suum retinaculum, quo veluti compede erant restricta, mox desertura, & loco *syrupi Corallinâ Essentiâ* imbuti, reperient grumosum, à *Corallis* planè quasi desertum *Berberorum succum saccharinâ dulcedine* delinitum; *Aciditas* enim *succi* superatur quasi & vincitur à dulcedine *sacchari* (præsertim in violenta & diuturna coctione) quod est veluti *sal dulce Corallia* præcipitans, more aliorum *salium*. Præscriptâ itaque ceu inutili præparatione relictâ, proponemus aliam meliorem.

℞. *Coralliorum rubicundissimorum* ℔ ß,

Dissolvantur totaliter in s. q. *aceti destillati*, solutio filtretur, & ad siccitatem per M. B. abstrahatur, atque insipidum prodibit phlegma rema-

remanente in fundo cucurbitæ solutione siccâ, sive *sale coralliorum albicante*, majoris ponderis, quàm antea erant ipsa *corallia*, ob *salem acidum aceti*, qui arrepto corpore (*corallii* scilicet) ipsi indissolubili nexu se associavit; Et frustrà laborant qui *solutiones* illas sive *sales* per reiteratas *aquarum stillatitiarum* affusiones & abstractiones edulcorare tentant, quam nullo modo amittunt, nisi destruxeris totum, traditâ *solutione* igni violento.

Hujus salis sive solutionis siccæ coralliorum, nunc pro libitu Medici, unciæ duæ vel tres accipi;

Et cum

Succi Berberum recentis clari unciis octo,

dissolvi, additâque

Sacchari albissimi libra unâ,

Solâ digestione & dissolutione in *syrupum*, justæ consistentiæ ori & oculis gratum, redigi possunt.

SYRUPUS DE CORTICIBUS CITRI.

℞. Corticum Citri recentium & extimorum libram unam,
Granorum tinctorum seu Chermes drachmas duas,
Aquæ fontis libras quinque.
Coquantur ad duarum partium consumptionem: adde colato
Sacchari optimi libram unam.
Fiat Syrupus, qui aromatisetur cum Moschi Orientalis granis quatuor.

VEntriculum cum corde roborat: corruptos, putres, ac fœtidos stomachi humores obtundit: anhelitus graveolentiam abigit: pestilentibus venenatisque morbis resistit: cordis palpitationi medetur, mœstitiamque discutit. Eo etiam sæpè utimur in compositionum seu Eclegmatum mixturis ad cerebrum, cor, & ventriculum roborandum institutis.

NOnnulli corticum Citri quantitatem in Julep probè coctum injiciunt, & sic servatâ odoris fragrantiâ, suavior evadit: quæ jucunditas etiam huic conciliari potest, injecta sub finem coctionis corticum Citri recentium portione aliquâ.

ANIMADVERSIONES.

IPsimet nolentes volentes in annexa sua animadversione fateri coguntur, rei veritate convicti, quod servatâ odoris fragrantiâ suavior, & per consequens etiam utilior & efficacior evadat *syrupus*; deberent proindè in id unicè esse intenti, ut fragrantiam illam *rerum*

rum aromaticarum & balsamicarum, quantum possent, servarent, nec longiori illâ satisque violentâ coctione destruerent; de quo cùm jam tum in superioribus satis superque conquesti simus, præsertim in præparatione *Syrupi de corticibus Arantiorum*, ideò eò relegamus benevolum Lectorem, ex cujus præparandi modo, etiam hujus conficiendi rationem satis luculenter colligere poterit. Cui si insuper odorem *Moschi* conciliare volupe fuerit, recipiat *Moschum* prout in præparatione vulgari habetur, eumque nodulo inclusum, rostro capitelli imponat, sic prima, quæ in destillatione prodit *aqua*, fragrantissimam *Moschi essentiam* extrahet, secumque ducet, quæ demùm permixta *syrupo*, gratissimum eidem & saporem & odorem conciliabit. Cratia autem illa & rustica post perfectam *syrupi* coctionem, *corticum Citri* injectio, pro *odore Citrino* & grato illi conciliando, vel nobilioribus virtutibus eundem imbuendo, explodenda est, cum *decoctum* quoddam *saccharo* imprægnatum, & ad *syrupi* consistentiam coctum, ob lentorem & crassitiem, aliarum rerum essentias ulterius extrahere nullo modo possit. Si quis tamen in vulgari modo præparato *syrupo odorem Citrinum* exaltare vellet, posset ille diversimodè, & quidem longè majori artificio, eidem conciliari utpotè manibus saltem exprimendo *succum ex corticibus Citri exterioribus, sive Citri flavedine fragrantissimum, in saccharum pulverisatum*, & *syrupo* admiscendo; Aut, si libet, poterit *Elæosaccharum* confici ex *Citrino oleo* & *Syrupo* addi; vel etiam ope parvi cujusdam torcularis, ex subtilissimis exterioribus *Citri corticibus succus oleaginosus* exprimi, isque cum *sacchari pulvere* optimè permixtus, *syrupo* artificiosè adjungi posset: Ita nimirum ille *sapore* & *odore citrino* saturatè imbutus, alios vulgari modo præparatos *syrupos*, multis parasangis superaret, & eximiis illis virtutibus, quæ ipsi attribuuntur, præ aliis superbiret.

SYRUPUS CYDONIORUM.

℞. Succi Cydoniorum acidorum depurati & clarificati libras tres,
Sacchari albi libram unam semis.
Fiat Syrupus secundum artem.

Languidas & resolutas ventriculi vires recreat, nauseam & vomitum sistit, nutritionis instrumenta roborat, coctricem facultatem juvat, ac viscerum omnium vires instaurat, lienteriam, & alvi profluvium biliosum, aut dysenteriam hepaticam ex humorum acrimoniâ obortam sedat ac cohibet: cibi appetentiam excitat, ejusque fastidium detrahit, malos succos, biliosos præsertim, concoquit, & expulsioni apparat.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 66 sur 955

SYRUPUS DE ENDIVIA
SIMPLEX.

℞. Succi Endiviæ depurati libras octo,
Sacchari libras quatuor.
Coquantur, ut est artis.

AD hepatis, & viscerum omnium intemperiem calidam frequentis est usus: sitis enim ardores inextinguibiles evincit, ac morbi lateralis initiis præcipuè convenit.

ANIMADVERSIONES.

In Syrupum Cydoniorum, & de Endivia Simplicem.

JUxtà modum præscriptum, aliorumque *syroporum ac succis* confectorum commodè parantur.

SYRUPUS DE ENDIVIA
COMPOSITUS.

℞, Endiviæ recentis,
Borraginis,
Scariolæ,
Hepaticæ,
Buglossi,
Melissæ,
Eupatorii,
Lactucæ ana manip. unum,
Quatuor sem. frig. major. ana unciam unam,
Florum Cordialium ana drachmas tres,
Santali albi,
Rubri ana drachmam unam.

Coquantur in aquæ fontis libris sex, secundum artem ad medias: deinde colaturæ adde

Succi Endiviæ depurati libras quinque,
Granatorum uncias tres,
Sacchari albi libras quatuor.
Fiat Syrupus, ut est artis.

PRapotens est in magno præcordiorum incendio, nec non ventriculi & hepatis intemperie calidâ, febribus itidem biliosis & ardentibus adjumento est, obstructiones modestè liberat, ac urinas promovet.

IN-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 67 sur 955

INtybus vera copiosè nunc apud nos provenit studiosâ satione educata, caulibus quidem ac foliis Cichorio similis existens, sed iis tamen majoribus, pinguioribus, ac magis succulentis prædita.

Complures hujus syrupi compositiones cum circumferantur, nos usitatum hactenus Officinis nostris ejus parandi modum amplexati, descriptionem prioribus annis consuetam retinuimus: cùm quod ejus compositio nobis inter cæteras visa sit laudabilior, tum quod ei jam nostra manus assueverit. Ejus primus auctor extitit Gentilis, cujus tamen in hoc syrupo structuram subsecuta posteritas nonnihil immutavit.

ANIMADVERSIONES.

HIc *Syrupus* meretur suas laudes, si dextra ejus fiat præparatio, quæ ex confectione superiori *Syrupi Magistralis Mendereri* petatur, id unicè observando, ne in *vase cupreo* paretur (ob *succum Granatorum acidum*) sed *terreo* potiùs, aut aliquando in eorundem defectu, *ferreo*, ceu *cupreo* minus nocivo, id quod in omnium *syruporum*, quos *acidi liquores* ingrediuntur, præparationibus sedulo notandum, quod non potui, quin datâ occasione heic iterum monerem.

SYRUPUS DE EUPATORIO

MESUE.

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,
Endivia ana uncias duas,
Glycyrrhizæ,
Schœnanthi,
Cuscutæ,
Absinthii,
Rosarum ana drachmas sex,
Capillorum Veneris,
Bedeguar. Spinæ albæ, seu Cardui Benedicti,
Suhahæ, Spinæ Ægyptiæ, seu Eryngii,
Florum Buglossi,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Eupatorii, seu Agerati ana drachmas quinque.
Rhabarbari,
Masticches ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Asari,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 68 sur 955

Folii, vel ejus loco Spicæ Romanæ ana drachmas duas.
Aquæ fontanæ libras octo.
Coquantur ad tertiæ partis consumptionem:
Expressioni adde
Succi Apii libras duas,
Endiviæ libram unam.
Sacchari libras quatuor.
Coquantur secundum artem in Syrupum.

QUintus est in febribus diuturnis ac tertianis nothis, ex bile aut pituitâ crassâ, quæ jecoris aut lienis obstructiones parit, partesque nutritorias & concoctrices vires labefactat, ortum ducentibus: aperit, incidit, tenuat, tergit, & digerit: appetentiam excitat, coctionem firmat, robur ventriculi suscitat, hydropi succurrit, cacochymiam & cachexiam emendat: vitiosos succos per urinas educit, intemperiem frigidam delet, flatus ventriculo aut jecori innatos dissipat, hypochondriorum dolorem ac tensionem levat, atque adeò totius corporis corruptionem, quæ malè affectum ventriculum & hepar sequitur, expurgat.

QUoniam hoc loco de Eupatorio agitur, sciendum triplex id esse: Dioscoridis nimirum & Græcorum, quod est *Agrimonia*: secundum, Mesue, quod est *Ageraton*: tertium, Avicennæ, *Herba* scilicet *S. Kunegundis*: Eupatorium vulgare, seu Origanum Aquaticum.

Pro folio, quo legitimo caremus, Spica Romana substituitur, utpote jecori præ Mace, quæ alioquin folii locum supplet, familiaris: cùm præsertim Syrupus iste hepatis obstructionibus ac debilitatibus, ab Auctore sit destinatus.

ANIMADVERSIONES.

COnsulantur supra hunc *Syrupum Animadversiones in Syrupum de Betonica compositum*, ex quibus videre est, quâ ratione etiam in hujus dextra præparatione procedendum sit.

SYRUPUS DE FARFARA.

℞. Succi Farfaræ depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam semis.
Decoquantur in Syrupum.

REfrigerat, lenit, & humectat: calidis ob id pectoris vitiis apprimè confert, tussi, pleuritidi, peripneumoniæ, ac phthisi salutaris, nec non catarrhis salsis, acribus & in pectus, fauces que delabentibus perquam idoneus.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 69 sur 955

SYRUPUS DE FRAGIS.

℞. Succi Fragorum depurati, ac per colum transmissi, libras tres,
Sacchari clarificati libram unam semis.
Fiat lege artis Syrupus.

Æstuosis febribus, ac internis incendiis convenit, calculos itidem atterit, urinas movet, & renum arenulas expurgat.

SYRUPUS DE FVMARIA SIMPLEX.

℞. Succi Fumiterræ depurati libras quatuor,
Sacchari clarificati libras duas semis.
Fiat Syrupus.

Adustos, salsos, ac retorridos humores concoquit, sanguinem mundificat, obstructiones expedit, ventriculum & jecur roborat, icterum extergit, ventrem lubricat, urinas prolicit, cutis vitia, utpote pruritum & scabiem aufert; demum ex viscerum infarctu natas febres, præsertim verò biliosas finit.

Compositus in Purgantibus requirendus.

ANIMADVERSIONES,

In Syrupos de Farfara, de Fragis, & de Fumaria simplicem.

Horum, uti omnium *Syruporum ex succis* simpliciter parandorum, una eademque est conficiendi ratio, quocirca ne diu in hisce moremur, eorum præparatio ex superioribus, qui sunt de genere hoc, petatur.

SYRUPUS DE GLYCYRRHIZA MESUE.

℞. Glycyrrhizæ uncias duas,
Capillorum Veneris unciam unam,
Hyssopi unciam semis,
Aquæ libras quatuor,
Species prædictæ in aquâ priùs fervefactâ, horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias; colaturæ adde
Mellis despumati,
Penidiorum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 70 sur 955

Sacchari ana uncias octo,
Aquæ rosarum uncias sex.
Fiat Syrupus secundum artem,

Thoracem, & pulmones expurgat: diuturna, itemque ficca tussi, ac pleuritidi opem fert; aperit, dilatat, tergit; asperam arteriam & partes spirituales lenit easque ad materiam expectorandam confirmat: incipientibus thoracis affectibus frigidis & pituitosis saluber est; calefacit enim, incidit, tenuat, expurgat, lenit & siccat, eaque omnia moderatissimè præstat.

ANIMADVERSIONES.

ERrores hujus præparationis & compositionis ex parte in *Animadversionibus* supra *syrupum Capillorum Veneris compositum* deteguntur, imprimis quoad *saccharum Penidii, cum saccharo communi & melle despumato* addendum: Quam incaute etiam & inutiliter *aqua rosarum* in secunda illa decoctione addatur, partim ex ejusdem *syrupi de Capillis Veneris*, partim etiam aliorum *syruporum* (quorum compositionem odorifera similia ingrediuntur) *Animadversionibus* abundè patebit, ut supervacaneum & tædiosum censeam, eandem crambem toties recoquere. Ex quibus etiam legitimus hujus *syrupi* præparandi modus enitet.

SYRUPUS GRANATORUM DULCIUM.

℞. Succi Granatorum dulcium libras quinque,
Sacchari albissimi libras duas semis.
Coquantur secundum artem.

Tussim hic syrupus sedat, excreationes promovet, humectando sitim à siccitate profectam mitigat, ac pectus lenit.

SYRUPUS GRANATORUM ACIDORUM.

Paratur eodem modo, quo *syrupus* Granatorum dulcium.

Refrigerat, & humectat: nauseam, ac vomitum biliosum reprimit, & essentiæ suæ tenuitate obstructa nonnihil liberat, ideoque febribus biliosis plurimum auxilii adfert.

ANIMADVERSIONES.

In Syrupum Granatorum dulcium & acidorum.

PRæparatio *syrupi acetositatis citri*, etiam horum *syruporum* præparationem ad unguem demonstrat, quæ superiùs perlustretur.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 71 sur 955

SYRUPUS DE SUCCO HEDERAE TERRESTRIS.

℞. Succi Hederæ terrestris depurati libras tres,
Sacchari albissimi libram unam semis.
Coquantur ut est artis.

Ad internos abscessus, cruenta, & sanioſa sputa salubris phthisi medetur, vasa rupta glutinat, apostemata purulenta mundificat & sanat: urinas, menses, ac sudores promovet,

Quercetanus aliter syrupum hunc nec minus dextrè præparat. Recipit enim succi Hederæ terrestris libras duas semis, sacchari rosati libram unam, Penidiorum uncias quatuor, & sic in syrupum percoquit.

ANIMADVERSIONES.

Paretur similiter uti alii *syrupi ex succis simplices.* Quercetani præparatio, quæ fit cum additione *sacchari rosati & Penidiorum*, nobis non adeò perplacet, tùm quod *saccharum penidiatū* (uti superiùs in *Animadversionibus* supra *Syrupum de Capillis Veneris compositum*, item *de Glycyrrhiza* abundè demonstravimus) inutiliter *saccharo communi* substituatur, tùm etiam, quod *saccharum rosatum* absque singulari ratione illi addatur, quia *saccharum rosatum* saltem ex *pulvere flor. rosarum rubearum & saccharo simplici* confectum est: Si igitur hunc *syrupum* virtute *rosarum* imbuere velis, longè melius erit, *rosarum siccarum & rubearum* certam quantitatem, cum *succo hederæ terrestris*, paulumper *spiritu vitrioli*, vel *sulphuris* acuato, extrahere, & tandem addito *saccharo, syrupum* conficere.

SYRUPUS FLORUM HYPERICI.

Paratur ex triplici infusione, cum saccharo, ut Syrupus de Borragine, & alii consimiles,

Calculosis, ac renum dolores patientibus auxilio est, urinas movet, vermes enecat, nec non cordis cerebrique vires adauget.

ANIMADVERSIONES.

Cum *syrupi* hujus præparatio cum *syrupi florum Arantiorum* præparatione coincidat, proindè genuina ejus parandi ratio, ex *Animadversionibus* supra eundèm factis, haud difficulter colligi poterit, quò benevolum Lectorem remitto.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 72 sur 955

SYRUPUS DE HYSSOPO

MESUE.

℞. Hyſſopi mediocriter ſicci,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroſelini,
Glycyrrhizæ ana drachmas decem,
Hordei mundati nuciam ſemis,
Tragacanthi,
Sem. Malvæ,
Cydoniorum ana drachm. tres,
Capillorum Veneris drachm. ſex,
Jujubarum,
Sebeſten ana numero triginta,
Uvarum paſſarum enucleatarum unciam unam ſemis,
Caricarum,
Dactylorum pinguium ana numero decem,
Aquæ libras octo.

Coquantur ad librarum quinque conſumptionem:
Expreſſum cum Penidiorum alborum libris duabus, in ſyrupum percoquatur.

Utimur eo in morbis thoracis invaleſcentibus, ex frigida, craſſa, & lenta materia natis, ubi attenuatione, deterſione, ac expurgatione majore opus eſt; aſthmaticos & tuſſiculoſos juvat, obſtructiones liberat, hypochondriorum dolori utilis, ac renum calculis ſalutaris.

Deſcriptio Meſue radices Petroſelini non recipit; Nos autem aliorum quoque judicio ſuffulti, pro veteri conſuetudine eas adjiciendas cenſemus.

ANIMADVERSIONES.

Plura futili ac inutili huic compoſitioni inſunt, quæ ſi paulò accuratiùs rationis lance expendantur, deprehenduntur difficillimam, imo impoſſibilem reddere hujus *ſyrupi* confectionem, ut jure meritò hûc trahi queant omnia illa, quæ ſuperius *de ſyrupo de Althæa* dicta & annotata. Etenim ſi ingredientium ſpecierum proprietates exactius examinemus, certo inveniemus, neutiquam ex illis *ſyrupum* confici poſſe, pauculis ſaltem exceptis, nimirùm *Hyſſopo, radicibus Apii, Fœniculi, Petroſelini, Glycyrrhiza*, & *herbâ Capillorum Veneris*, quæ quidem *decoctum* præbent craſſum, in *ſyrupi* tamen conſiſtentiam facilè reducibile. *Jujuba* verò, *Sebeſten*, *Uva paſſæ*,

passæ, Caricæ, Dactyli, crassum & viscosum (præsertim si diutius paulò, prout *fructus* desiderant, coquantur) efficiunt *decoctum*, quòd difficulter ad *syrupi* consistentiam redigi potest: *Tragacanthum* autem, *semen Malvæ, Cydoniorum*, nihil in coctura præbent, nisi meram viscidam spissamque *mucilaginem*, talis horum tota est substantia, quâ ipsâ si imbuatur *decoctum*, evadet illud quantum quantum penitus viscosum & mucilagineum, imò nil nisi *mucilago* ipsa, unde *syrupum* eleganter transparentem (prout quidem in Officinis, ast fucatus æquè uti *Syrupus de Althæa Fernelii*, prostat:) conficere qui potuerit,

Talem vix repperit unum.
Millibus è multis hominum consultus Apollo.

Non equidem me latet, quòd Pharmacopœi prædictas *species mucilaginosas* nodulo includant, ut ita præcaveant, quo minùs earundem *mucilago* (quæ alioquin, non nisi vi ex sacculo exprimi potest:) in *decoctum* migret, verùm sacculo inclusa remaneat tota; Sed quæso, si *mucilago* illa, quæ tota prænominatarum rerum est *substantia & essentia decocto* permisceri non debet, in quem finem ergo (dicat mihi quis) species illæ *decocto* adduntur? De *Penidio* nil dicam, quo cùm specierum prædictarum *decoctum* in *syrupum* percoqui præcipitur, quod ob nullam aliam causam *saccharo communi* substituitur, quàm ut precium *syrupi* augeatur. Equidem meum nunc esset, insulsæ *hujus Mesues compositionis* genuinam præparationem subnectere, verùm cùm, uti dictum, impossibile sit, ex omnibus hisce *speciebus syrupum* conficere, idcircò suadeo, ut ex solo *hyssopi succo, radicibus Apii, Fœniculi, Petroselini, Glycyrrhizæ*, & *herbâ Hyssopi recenti*, juxta *Animadversiones Syrupi de Betonica simplicis & compositi*, *syrupum* conficiant, qui hunc de *hyssopo Mesues* longè antecellet.

SYRUPUS DE JUJUBIS

Mesue.

℞. Jujubarum num. sexaginta,
Violarum,
Sem. Malvæ ana drachmas quinque,
Capillorum Veneris.
Hordei mundati,
Glycyrrhizæ ana unciam unam,
Sem. Papaveris albi,
Melonum,
Lactucæ,
Cydoniorum,
Tragacanthi ana drachmas tres.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 74 sur 955

Aquæ fontis libras ſex.
Coque ad tertias, & colaturæ adde
Sacchari libras duas.
Fiat Syrupus.

AD tuſſim ſiccam, arteriæ aſperitatem, omnesque thoracis & ſpiritualium partium affectus à fluxionibus calidis ortum habentes accommodatus; ſputum tenue ſuo lentore maturat, incraſſat, glutinat, & exſpectorat, violato viribus affinis, ſed minus refrigerat, eum Manardus ad veſicæ ulcera celebrat, ad quæ lentore dulci, frigido & mucoſo, ideoque leniente opus eſt.

SImplex fit ex ziziphis centum, in aquæ cœleſtis libris quatuor ad dimidias coctis, cum ſacchari libra unâ. Utilis ad tenues in pectus deſtillationes, & ſputum liquidius modicè incraſſandum.

ANIMADVERSIONES.

IN *ſyrupi* hujus reformatione operæ precium non eſt, ut diu nos moremur, quippe cum eandem, quam præcedens de *hyſſopo* redoleat proſapiam; iiſdemque, queis ille ſcateat erroribus, proinde, ne in immenſam molem liber excreſcat, eaſdem laudes & *Animadverſiones* omni jure ipſi tribuo. Quod ſi inter hunc *compoſitum*, & de *zizyphis ſimplicem*, mihi daretur optio, poſtremum ego non ſine ratione eligerem.

SYRUPUS DE LIMONIBUS.

℞. Succi Limonum maturorum per ſetaceum transcolati libras ſex,
Sacchari albiſſimi libras tres.
Coquantur ſecundum artem.

REfrigerat, & acrimoniæ ſuæ vi penetrat: internis incendiis ſummoperè conducit, putredinem arcet, ac lumbricos enecat, cor, & ſtomachum reficit, eorundemque vires tuetur: caloris febrilis vehementiam componit, affectibus biliosis magis quam ſyrupus de Citro conveniens.

In hujus Syrupi præparatione obſervetur regula circa ſucci expreſſionem in deſcriptione Syrupi acetoſitatis Citri tradita.

ANIMADVERSIONES.

HIc *Syrupus* ubique locorum in Germania vices *ſyrupi acetoſitatis Citri* ſupplet, nec adeò inconvenienter, cùm *ſuccus Limonum* à *ſucco Pomorum citriorum* parùm aut nihil differat, unde etiam idem hic *ſyrupus*, pro *ſyrupo acetoſitatis citri*, in Italiâ ipſa promiſcuè

miſcuè divenditur, ubi tamen *poma citria* affatim haberi poſſunt ; ſed quoniam multum quidem in ſe habent *pulpæ* vel *carnis*, parùm autem continent *ſucci*, ideò ne Italis ipſis ſufficiunt pro confectione *ſyrupi*, in copia ibidem præſcribendi. Cùm autem horum *pomorum ſucci*, in odore, ſapore & virtute parùm vel nihil diſcrepent, igitur etiam ambo ſub eandem præparationem cadunt, & unâ eâdemque methodo *ſyrupi* ex ipſis confici poſſunt.

SYRUPUS DE LVPVLO.

℞. Succorum depuratorum Lupuli libras quatuor,
Fumariæ libras duas,
Sacchari clarificati libras quatuor.
Fiat Syrupus ſecundum artem.

ADjecoris intemperiem calidam & bilis efferveſcentis impetum retundendum perutilis: ſanguinem purgat, ejuſque ebullitionem temperato calore compeſcit, biliosis inſuper febribus, ſynochis, cephalagiæ calidæ, internisque fervoribus confert, ictero perquàm idoneus.

PAratur quoque hic Syrupus ex ſolo Lupuli ſucco, prout Meſue Cap. de volubili docet.

In hujus Syrupi confectione ſtudendum, ut ſuccus è primis emergentis Lupuli viticulis ac turionibus, ſeu aſparagis, ante ea folia exprimatur, non autem cùm jam planta provectior in caules adolevit.

SYRUPUS DE SVCCO MELISSOPHYLLI.

℞. Succi Meliſſophylli, ſeu Citrariæ veræ libras tres,
Sacchari albi libram unam ſemis,
Coquantur in formam Syrupi.

ADcordis vires reparandas efficax: hypothymias perſanat, ſpiritus auget, ac peſtilentium febrium malignitati adverſatur, uteri inſuper affectibus ſummoperè prodeſt, immunditiem enim expurgat, & menſes moram trahentes ejicit.

SYRUPUS DE MENTHA MINOR MESUE.

℞. Succi Menthæ depurati,
Granatorum dulcium,
Acidorum ana libram unam,
Sacchari tantundem.
Coquantur paulatim ſecundum artem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 76 sur 955

COmmendatur in ventriculi intemperie frigida, ideòque vomitum, nauſeam, & ſingultum ſedat, ac alvi fluorem, retentricis facultatis imbecillitate ſubortum refrenat, ſtomachum quoque, & ventrem inferiorem totum blando ſuo calore, leniſque aſtrictione confortat.

ANIMADVERSIONES.

In Syrupos de Lupulo, Meliſſophyllo, & de Mentha minorem Meſue.

NOn variant hi *ſyrupi*, conficiendi modo, à *ſyrupo de Betonica ſimplici*, ideò quæ de illo ſuperiùs annotata, revolvenda ſunt.

SYRUPUS DE MENTHA MAJOR MESUE.

℞. Succi Cydoniorum acido-dulcium,
Dulcium,
Granatorum acido-dulcium,
Dulcium,
Acidorum ana libram unam ſemis.
In ſuccis his, horis viginti quatuor macera
Menthæ ſiccæ libram unam ſemis,
Roſar. rubear. uncias duas.
His adjungito
Vini antiqui menſuras duas noſtrates, ſeu libras quatuor civiles.
Coquantur lento igne ad dimidias: poſtea colentur, addendo colaturæ
Sacchari libras duas.
Coquantur ad perfectionem: & cùm repoſueris, aromatiza cum Galliæ Moſchatæ veræ, tritæ, & in ſindone ligatæ, atque ex orificio vaſis ſuſpenſæ, drachmis tribus.

PRiore longè præſtantior, ſed multùm quoque pretioſior: in quo parando Mentha parum ſicca ſumenda eſt, quæ ſupervacaneam humiditatem ſuis flatibus ventriculum turbantem, depoſuerit.

ANIMADVERSIONES.

LEpida ſanè & ridicula, mox in frontiſpicio hujus *ſyrupi*, ſeſe offert *ſuccorum Cydoniorum & Granatorum* alternatim permiſcendorum variatio, quæ vix poſſibilis eſt, ut in Italia (quæ tellus illis aliàs vernacula eſt, maximè *Granatis*) ne dicam in Germania, utpotè in qua vel rarus vel nullus ob Solis aërisque inclementiam eorundem

rundem proventus est, habeatur. Neque etiam necessum arbitror adeò rigidè & præcisè differentias illas *succorum* trahere ad dextram hujus *syrupi* confectionem. Etenim quod ad *Cydonia* attinet, illa parùm quoad *aciditatem* & *dulcedinem* inter sese differunt, & ut plurimùm prout magis vel minus maturitatem adepta sunt, in sapore discrepant; *Granata* autem sive *fructus mali Punici*, manifestè inter se differre nullus diffiteor: Sed quæso nonne *sapor acido-dulcis*, sive *dulci-acidus*, ex *dulci* & *acido* constituitur? Ad quid ergò sumptuosa quidem, ast inutilis illa, nec ullius momenti *succorum dulcium* & *acidorum* sigillatim addendorum farrago, si ex solis *acido-dulcibus Granatis succus* pro *syrupi* hujus confectione exoptetur? Res sanè cachinno digna, etiam in leviſſimis illis, quæ vel cruda gens rustica, si judicium suum parùm saltem consuleret, ex facili suboleret, intempestivam suam curiositatem prostituere; Æquè perpera & absurda est illa *vini antiqui* & *generosi* additio, ex qua nil nisi majus precium viriumque major jactura, in *syrupum* redundat; etenim ut jam superiùs ad ravim usque hortati sumus, ubi tantam liquoris copiam ante debitam *syrupi consistentiam* acquirendam (qualis etiam hic exigitur) exhalare priùs oportet, ibi *vinum*, maximè *vetus* & *fermentatum*, utpotè summè spirituosum, aliaque quorum virtus in subtilioribus & aëreis partibus consistit, quàm lentâ etiam coctura tractentur, frustrà adduntur; de quibus cùm in superioribus abundè satis dictum sit, ideò supervacaneum censemus prolixius hæc exaggerare. Legantur quæ mox sub auspicio hujus libri de præparatione exteriori *syrupi de Absinthio* annotavimus. Cæterum quam ineptè etiam illa de *Mentha parùm priùs siccanda*, pro supervacaneæ humiditatis suis flatibus ventriculum turbantis depositione, addita sit *Animadversio*, quisque facilè videbit, qui computum instituerit, quot libræ pro *syrupi* hujus consistentia indipiscenda, liquorum, cùm *vini*, tùm *succorum* inutiliter debeant evaporare, maximè si *syrupus* ad præscriptum modum præparandus sit. Præstabit tamen (ne tantam nobiliſſimarum virtutum, specierum ingredientium faciamus jacturam) hujus præparationem instituere ad modum *syrupi de Absinthio*, aut aliorum simillium, destillando nimirum partes spirituosiores, easdemque seorsim asservando; Tandem cum relicto in cucurbita *decocto colato, clarificato*, & *ad consistentiam cum saccharo inspissato*, addit etiam *liquoris spirituosi primum in destillatione egressi q. s.* unicâ ebullitione conficere *syrupum*, oculis & palato gratiſſimum, & ad ventriculum roborandum efficaciſſimum.

Drachmæ illæ tres Gallicæ Moschatæ, quas præposterè etiam in sidone ligatas & tritas, jam confecto *syrupo* immittere præcipit Author, in destillatione rostro Alembici imponantur, ita *spirituosa*, quæ in principio prodit *aqua*, omnem illarum eliciet *essentiam*, quæ alioquin à *syrupo* jam perfectè ad crassitiem cocto, extrahi non posset.

SYR-

SYRUPUS DE SVCCO MERCURIALIS.

℞. Succi Mercurialis depurati libras tres,
Sacchari libram unam ſemis.
Coque in Syrupum,

Eius uſus ad enemata paranda olim frequens: alvum enim modeſte ſubducit, bilioſos & aqueos humores evacuans, uterum quoque impurum mundificat, & conceptioni habilem efficit.

ANIMADVERSIONES.

SI quis hunc *Syrupum*, in modum aliorum ex *ſuccis* compoſitorum, conficere voluerit, per me licebit. Cæteroquin cùm uſus hujus *ſyrupi* ſolis clyſteribus & injectionibus inferioris gutturis deſtinatus ſit, non adeò exquiſita indigebit præparatione, & ſufficit ſi per ſimplicem coctionem paretur.

SYRUPUS MYRTINVS COMPOSITUS MESUE.

℞. Baccarum Myrti drachmas viginti,
Roſarum rubearum,
Santali albi, & rubri.
Sumach,
Balauſtiorum,
Berberorum ana drachmas quindecim,
Meſpilorum drachmas quinquaginta,
Succi pomorum agreſtium,
Cydoniorum ana libram ſemis.

Omnia, exceptis ſuccis, coquantur in aquæ fontis libris octo ad medias: colentur, & cum ſacchari libris tribus, additus in fine ſuccis,

Fiat Syrupus.

Efficax ad thoracis & pectoris affectus, ubi contraria indicatio difficultatem parit, ac aſtringentibus ſimul & vacuantibus utendum eſt, ut in hæmorrhagia pulmonum tenui, & calidâ uſſi, ventris etiam profluvium tranquillat, hæmorrhagiam omnem, utpote pectoris, renum, uteri, ac abundantia menſtrua cohibet, diabetem reprimit, & omnem immodicam vacuationem ſiſtit; quia refrigerat, ſiccat, & adſtringit; viſcera ab intemperie calida reſoluta, confirmat, ventriculi ſubverſionem & vomitum compeſcit, ac tuſſim quæ diarrhœam ſequitur, exterminat.

Com-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 79 sur 955

COmmodissimè paratur hic Syrupus autumnali tempore, quando Mespila matura quidem, sed duriuscula adhuc, nec temporis morâ vel diuturniore situ remollita prostant.

Syrupus Myrtillorum simplex, seu ex succo, nostris non est in usu, cum his locis parari nequeat, nisi quis succum Myrtillorum ex Italia, aut Gallia Narbonensi petere voluerit, quantumvis Nostri quoque Myrtilli, vulgò Heydelbeer / *ad hunc usum maximoperè celebrentur & traducantur.*

SYrupum hunc Myrtinum compositum, alioquin diminutum & mancum, Clarissimus D. D. Adolphus Qcco Officinarum Pharmaceuticarum hujus Reipubl. quondam Visitator ordinarius è tenebris penè eruit, ac integrum restituit.

ANIMADVERSIONES.

CUm hic *Syrupus* maximam partem, ex meris *adstringentibus* conflatus sit, ab eoque sola *vis abstrictiva* exoptetur, proinde absque ulteriori labore, per *simplicem coctionem*, satis commodè parari poterit; eò quòd in residua hujus *decocti* aliarumque similium *stipticarum* rerum parte terrestriori, resideat *vis abstringendi*, non verò in *aqua* ab iisdem *destillata*: In vanum itaque laborant, ac veluti ex inanibus paleis trituram frumenti facere nituntur, qui ex rebus *adstringentibus* (loquor autem de *Vegetabilibus*) insigni & curiosâ solertiâ destillatis, sibi singulares *aquas stipticas* pollicentur, utpote quâ virtute *adstrictoriâ*, *aqua* earundem rerum *destillata*, penitùs orbata, & sola remanentia terrestrior, uti dictum, impræg-nata est.

SYRVPVS NEPHROCATHARTICUS JOUBERTI.

℞. Quinque radicum aperientium ana uncias duas,
Rad. Raphani sylvestris.
Ononidis,
Bardanæ,
Ericæ,
Rubi,
Eryngii,
Levistici,
Rubiæ majoris ana unciam unam.

Macerentur contusæ in aceto vini albi per diem naturalem; postea accipe

Calami aromatici,
Cyperi,
Asari,

Rad

Rad. Valerianæ,
Althææ,
Cort. radicis Capparis,
Citri ficci ana unciam ſemis,
Saxifragiæ cum radicibus,
Plantaginis cum radicibus ana manip. duos,
Summitatum Malvæ,
Parietariæ,
Urticæ,
Aſparagi,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Quinque herbar: Capillarium,
Naſturtii,
Siſymbrii aquatici,
Berlæ, id eſt, Sii, ſeu Laveris,
Crethæ marinæ,
Fragariæ ana manip. unum,
Pulpæ Paſſularum minorum,
Jujubarum,
Sebeſten,
Glycyrrhizæ raſæ ana uncias duas,
Caricarum pinguium numero triginta,
Granorum Halicacabi,
Juniperi ana numero viginti.
Quatuor ſeminum frig. majorum,
Minorum,
Sem. Milii Solis,
Urticæ,
Ocimi ana unciam ſemis,
Carui,
Dauci,
Seſeleos ana drachmas duas,
Florum Cordialium,
Geniſtæ.
Hyperici,
Matriſylvæ ana pugillum unum.

Coquantur in ſufficienti quantitate decocti hordei, addito aceto infuſionis radicum.

Libris quatuor colaturæ adde
Succi Limonum libram unam,
Sacchari & Mellis deſpumati ana libras duas,

Fiat Syrupus, qui aromatiſetur
Cinamomi uncia una.

Nucis Moſchatæ unciæ ſemis.
Reponatur in uſum.

Laborioſa eſt hujus Syrupi confectio, ejus tamen uſus apud nos increbuit, ob eximias vires, quibus in ciendâ remorante urinâ, renibuſque à ſabulo liberandis pollet: calculos enim atterit, arenulas expurgat, urinarios meatus patefacit & mundificat renum, ureterum, ac veſicæ obſtructiones liberans. Datur commodiſſimè cum decocto Herniaria, aut Cicerum rubeorum.

RAphanus ſylveſtris intelligitur **Mörrettich**/ vulgò **Krien.**

Erica, herbula eſt fruticoſa, Tamariſco haud abſimilis, foliis tamen habens minora, magisque viridia, quæ noſtris **Heyden** dicitur.

Rubia, Erythrodanum eſt Dioſcoridis, radix noſtris Officinis plus ſatis cognita, vulgò **Ferberröth** nominata.

Siſymbrium, Naſturtium eſt aquaticum, vulgò **Bzunnenkreß.**

Berle, Gallicum eſt vocabulum, ſignificans apud nos Apium Paluſtre, ſeu Sium, vel Laver Dioſcoridis; quæ planta vulgari idiomate **Waſſermerck** appellatur.

Cretha marina, quæ & Salſa marina Officinis dicitur, Crithmi ſeu Crithami eſt ſpecies, quæ noſtris **Meerfenchel**/ **Bacillenkraut**/ & **Meerpeterlein** nominari conſuevit. Aliquibus Empetrum marinum, quod tamen Empetrum verum non eſt, ejus tamen loco Empetrum verum, ſeu Herniaria Hollerii rectè ſubſtituitur.

De Matriſylva difficultas hîc oritur, cùm variæ plantæ hoc titulo indigitari ſoleant: utpote Sclarea illa albicans & ſylveſtris, itemque Stellaria vocata herba, quæ & Matriſylva vulgaris, alioquin Spergula dicta, Germanis **Sternleberkraut**/ itemque Periclymenum, ſeu Caprifolium Germanicum, cujus flores hoc loco accipiendos omnino cenſemus, cum planta hæc potentiſſimè urinas moveat, grumoſumque ſanguinem, ac alias in urinariis meatibus collectas impuritates expellat.

Quamvis Syrupi hujus confectionem antiquitas noſtra ob eximias vires commendaverit, ejus tamen uſus apud nos jam evaluit.

ANIMADVERSIONES.

INgentem & inconcinnam *Syrupi* hujus ingredientium farraginem, quiſquis miraretur potiùs, quàm ut eandem vel verbulo commendare dignaretur, quippe quæ vel primo ſtatim intuitu Lectorem, ne dum illum, qui *ſyrupum* ex iis parare debet, tædio afficit: Ultra hoc ſanè parùm perſpectè *Pulpas Paſſularum, Iujubarum* & *Sebeſten* adjicit Author, ignorans *Pulpas in ſyrupum* reduci

non

non posse, & inter illas omnium minimè, quæ *viscida* sunt; quales præbent *Sebesten*, & *Iujubæ*: Præterea satis mirari nequeo summam Authoris in præscribendis *grænis Iuniperi* cautelam, quorum quantitas adeò exigua huic compositioni inest, ut, supposito totum compositum continere triginta res doses, (℥ *lxvj nimirum*) ac ita ℥ *ij syrupi* sumendo pro unaquaque dosi, quælibet dosis vix virtute *dimidii grani Iuniperi* gaudeat, quæ tamen *grana Iuniperi*, inter potissima reponi merentur, à quibus *syrupus* hic *virtutem Nephrocathartica* sortiatur; Nec minùs inconvenienter Author hujus compositionis *species ingredientes omnes*, in *decocto hordei* coquere jubet, nescius, quòd *hordeum*, si diutius coquatur (prout necessum est, si virtutibus ejus *decoctum* imprægnari debet) *cremorem* præbeat, ad *syrupi elegantis* confectionem, nullo modo conducibilem: Et ponamus recipi *decoctum hordei clarum*, *perspicuum*, & *optimè defanatum*, haud bene tamen & illud adhiberetur, cùm parùm ampliùs de virtutibus *specierum præscriptarum* extrahere posset, eò quòd jam tùm saturatè imbutum sit virtute ipsius *hordei*, quod manifestum & palàm fit in quibuscunque solutionibus & extractionibus, sive illæ fiant cum *spiritu vini*, *aceto destillato*, *aquâ destillatâ* vel *simplici*, aut quovis alio liquore vel menstruo, ad extractiones rerum usurpari solito. Tangenda etiam essent illa, quæ pro *aromatisatione* sub finem adjiciuntur, verùm cùm usus hujus *syrupi* apud cordatos Medicos jam dudum evíluerit, idcircò brevitatis gratiâ. missa hæc facio, nec aliam meliorem præparationem addo, cùm vix credam ullum reperiri, qui eam desideret. Si quis tamen hunc *syrupum* conficere velit, ille imitetur præparationem *syrupi Magistralis Mindereri* vel *acetosi compositi*, secundum nostrum indigitatum modum, omissis autem *Pulpis*, *ipsa Passula*, *Iujubæ*, & *Sebesten* accipiantur.

SYRVPVS DE NYMPHÆA
SIMPLEX NICOLAI.

Fit ex trinâ florum Nymphææ albæ infusione, prout Syrupus rosatus.

INsigniter refrigerat, somnum allicit, viscerum æstus mitigat, Veneris insomnia cohibet, semen immodicè fluens restringit, sitim temperat, ac febrium ardores compescit.

ANIMADVERSIONES.

ANimadversiones suprà *syrupos ex infusionibus florum Arautiorum*, *Buglossæ*, &c. confectos, hîc consulantur.

SYRU-

SYRUPUS DE NYMPHÆA COMPOSITUS FRANCISCI PEDEMONTANI.

℞. Flor. Nymphææ albæ uncias duas,
Citrinæ,
Psyllii integri,
Sem. Acetosæ ana unciam unam,
Quatuor frigid. major. ana unciam semis,
Minor. ana drachmas duas.
Rad. Fœniculi unciam unam.

Coquantur in aquæ hordei libris quatuor ad medias: colaturæ addantur

Sacchari libra una,
Succi Granatorum acidorum,
Aceti albi ana unciæ duæ.
Fiat Syrupus, qui aromatisetur cum
Santali Citrini,
Spicæ Indicæ ana drachmâ unâ semis.

Valet ad biliosarum vehementiumque febrium æstus dolores à bile procreatos, & capitis fervores, insomniam levat, sitim extinguit, ac potenter refrigerat & humectat.

Describitur hic Syrupus à Pedemontano in Cap. de calidâ intemperie hepatis simplici, & compositâ, additurque ei Spica, ne suâ frigiditate facilè obstructiones pariat.

ANIMADVERSIONES.

Neque hic *syrupus* suis caret difficultatibus, quas non levidenses creat illi, qui ipsum paraturus est; Etenim pleraque ingredientia ita nata sunt, ut in coctura *mucilaginosum & viscidum* adeoque ad *Syrupum* conficiendum inutile fere reddant *decoctum*, ut sunt potissimum *semina illa quatuor frigida minora, Psyllium &c.* qualem *decocti* lentorem & visciditatem tùm maximè promovebit *decoctum hordei*, quo species decoqui jubentur: *Corrigentia* quod spectat, scilicet *Santalum Citrinum*, & *Spicam Indicam*, illa sub finem demùm jam confecto *syrupo* addita, parùm de sua vi aromatica eidem impertient, ob rationes antea multoties allegatas; Quæ ipsa etiam si una cum *decocto* coqui debent, vires suas in tenuiori & aërea sui particula consistentes vel levi coctura amittent. Suasor itaque sum, ut qui *syrupum* hunc anxiè expetat, ipse aut magis concinnam ejus sibi offormet compositionem, aut vice hujus, *emulsionem ingredientium seminum*, ope *decocti florum Nymphea, & radicum Fœniculi*, confici curet, cui *Saccharum*, *Acetum*, & *succum Granatorum* ultimò addat. Vel imitetur modum nostrum, in *syrupi acetosi*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 84 sur 955

compoſiti præparatione commendatum; Videat autem, ne in coctura *decoctum mucilaginoſum* reddat, ſed iteratâ clarificatione, quantum poteſt, tenue efficiat.

SYRUPUS DE PAPAVERE
SIMPLEX MESUE.

℞. Capitum Papaveris albi & nigri recentium, & cum ſeminibus ana uncias ſeptem & ſemis,
Aquæ pluvialis libras octo.
Decoquantur ad remanentiam libræ unius & dimidiæ: cui adde
Penidiorum,
Sacchari ana uncias quatuor.
Fiat Syrupus, ut eſt artis.

USu creber, arcendis defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus in thoracem ruentibus, quæ aſperam arteriam fauceſque exaſperant, & vigilare cogunt, proinde tuſsim ex defluxionibus iis enatam, pellit: lentore autem ſuo gutturis aſperitatem lenit, caloris incendium mitigat, ſitim explet, ſomnum conciliat cum propriis viribus, refrigerando nimirum & humectando, tum ex accidenti, ſedata videlicet tuſsi quæ inſomnium parit.

ANIMADVERSIONES.

SUfficiet hunc *ſyrupum* ſolâ coctură paraſſe, id unicè cavendo, ne mucilagineum evadat *decoctum*, quale *Papaveris capita* etiam præbere aſſolent, ſi diu coquantur: *Saccharum Penidii*, quàm inconſideratè addatur, ex ſuperioribus noſtris *Animadverſionibus* abundè patebit.

SYRUPUS DE PAPAVERE
COMPOSITUS MESUE.

℞. Capitum Papaveris albi & nigri cum ſuis ſeminibus ana uncias ſex, & drachmas duas,
Capillorum Veneris drachmas quindecim,
Glycyrrhizæ drachmas quinque,
Jujubarum numero triginta,
Sem. Lactucæ uncias quinque,
Malvæ,
Cydoniorum ana drachmas ſex.
Coquantur in libris octo aquæ, ultra medietatis conſumptionem:
Poſtmodum accipe
Colaturæ libras tres.

Peni-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 85 sur 955

Penidiorum,
Sacchari ana libram unam.
Fiat Syrupus.

Ad prædicta efficacior, potentiùs somnum conciliat & refrigerat, catarrhum, tussim, siccam & phthisim sedeat: alvi etiam profluvio, ac dysenteriæ, quæ ex materiæ atris & biliosa effluxu excitatur, medicatur, intemperiem calidam & siccam intestinorum emendat.

Mesue in utroque hoc syrupo aquæ tantummodo libras quatuor recipit, veruntamen quia portio hæc liquoris nimis parca exiterat, ideo eandem duplicandam esse censuimus. Quem præparandi modum à multis jam annis communi collegii voto observavimus.

Parandi norma hæc est: ut capita Papaveris horis viginti quatuor ante coctionem in prædictâ aquæ quantitate macerentur: Postmodum autem semina mucilaginosa in linteum ligata, inter coquendum ipsi syrupo, ut facultates ei suas tradant, immergantur: alioquin enim mucilagines syrupum glutinosum ac ingratum redderent.

ANIMADVERSIONES.

Posset hic *Syrupus* similem in modum, uti præcedens, solâ coctione parari, nisi ingens illa *seminum mucilaginosorum* adjecta copia, præparationem ejus legitimam, penitus præpediret, utpotè è quibus virtus nulla extrahi potest, nisi simul extractâ *mucilagine*, in qua omnis earundem consistit vis & efficacia; Quâ tamen (quod sæpiùs superiùs innuimus) si imbuatur *decoctum*, omnino ineptum redditur, ut pro *syrupo* conficiendo, Pharmacopœo inservire possit; Propterea nilquicquam prodest futilis illa admonitio, quâ *semina mucilaginosa* linteo illigata & inclusa, inter coquendum, *decocto* immergi jubentur, ut eâ ratione exitus *mucilagini* prohibeatur.

SYRUPUS DE PAPAVERE ERRATICO, quod aliis Papaver Rhoeas dicitur.

Fit ex trinâ florum infusione, ut *Syrupus rosatus simplex*, vel de *Borragine*: quamvis ex *succo* quoque parari queat.

Ad ardentium febrium vehementes æstus adhibetur, quorum incendia potenter extinguit, ac calores efficaciter mitigat, vigiliasque arcet, calidis præsertim pectoris malis, utpote peripneumonia, acribus destillationibus, faucium inflammationibus,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 86 sur 955

ac pleuritidi, cui à proprietate quàm maximè prodesse creditur, salutaris existit.

SYRUPUS FLORUM PARALYSEOS.

Paratur ex repetitâ florum infusione, ut præcedens.

FRigidos nervorum, ac cerebri morbos egregiè curat. Datur convulsis, tremulis, & paralyticis: cordis etiam vires tuetur, ac oris ulcera persanat: Atque in eundem usum mel quoque simili modo paratum prostat.

SYRUPUS DE PÆONIA.

Et hic quoque Syrupus eodem modo, quo antecedentes jam dicti, ex florum triplici infusione parandus, quamvis aliqui ex ipso florum succo eundem conficiant.

EPilepsiæ, convulsionibus, ac spasmo auxiliatur: comitialis morbi insultus frangit, menses ducit, uterinis quoque affectibus conducit.

SYRUPUS DE PILOSELLA, seu HISPIDULA RENODAEI.

℞. Summitatum floridarum & recentium Piloſellæ libram unam. Infundantur per horas duodecim in libris quinque aquæ calentis; deinde lento igne bulliant: abhinc colaturæ libris quatuor adde

Sacchari libras tres.

Coquantur ex arte in Syrupum.

AD plurimos pulmonis affectus depellendos maximè idoneus, ejus enim vulnera sanat, & ulcera retardat. Exhibetur potissimum iis, quibus à capite aut aliis partibus in thoracem fit defluxio, & quibus pulmones pituitoso humore multo infarciuntur: siquidem humoris irruentis impetum cohibet, fluxum coquit, partem affectam roborat, ac expectorationem movet.

ANIMADVERSIONES.

In Syrupum de Papavere Erratico, Florum Paralyseos, de Pæonia, de Piloſella, seu Hiſpidula Renodæi.

OMnes hi *Syrupi*, uti alii, ex *florum infusionibus* facti, parentur, de quibus supra actum fuit.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 87 sur 955

SYRUPUS DE SUCCO PLANTAGINIS.

℞. Succi Plantaginis defæcati, ac diligenter per colum trajecti libras tres,
Sacchari albi libram unam semis.
Coquantur ut est artis.

Utiliter internis vasorum disruptionibus adhibetur; proinde cruentis sputis, ac renibus sanguinem fundentibus auxilio est, dysenteriam quoque, hæmorrhoidas, & menses nimium fluentes reprimit ac restringit, internosque sinus glutinat.

ANIMADVERSIONES.

Hujus præparandi modus diversus non est, ab aliorum *syrupo-rum* præparationibus ex *succis* factis, de quibus satis superque superiùs egimus, ut non opus sit peculiarem ejus confectionem hic adscribere.

SYRUPUS DE POMIS SIMPLEX MESUE.

℞. Succi Pomorum dulcium,
Acidorum ana libras quinque.

Cocti & despumati succi ad dimidias, biduo residere permittantur: tum colentur, & cum sacchari libris tribus, fiat syrupus.

Cor imbecillum roborat, syncopen, & cordis palpitationem juvat, ac omnibus cordis affectibus ab atrâ bile succurrit: ventriculum firmat, sitim sedat, febribusque biliosis auxiliator, cor, & facultates ejus omnes sopitas excitat, ac lætitiam inducit.

E Dulcibus eligenda sunt sapidissima, ex acidis quæ vinosa dicuntur, nostris Weinling / aut Beyopffel: quæ integra, hoc est, cum corticibus exprimenda, quod saporis vis in iis contineatur, cujus ratione cor mirificè corroborare creduntur. Alium syrupum de Pomis ad Electuarium Alkermes parandum requisitum, describit Joubertus, qui sequitur.

ANIMADVERSIONES.

Simpliciter modo præscripto, vel ad modum aliorum *syruporum ex succis confectorum*, & hic *syrupus* parari potest.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 88 sur 955

SYRUPUS DE POMIS.

Ad confectionem Alkermes expetitus.

℞ Setæ ſucco granorum Kermes tinctæ libram unam.

Infunde eam in ſucci Pomorum dulcium, & aquæ roſarum ana libra unam ſemis: Stent in infuſione per horas viginti quatuor; poſtea ſimul bulliant, dum aqua rubeſcat. Deinde cola, & exprime; expreſſumque cum ſacchari albi unciis octodecim & drachmis ſex in ſyrupi conſiſtentiam percoque.

Obſervetur hîc regula in Prolegomenis circa vaſa tradita: debent enim hi ſucci nunquam in vaſe æreo, ſtanneo, aut ex aurichalco confecto pro biduana reſidentia aſſervari, ſed vel in lapideo aut ſaltem teſtaceo vitreato: alioquin ſtatim æruginem ſapiunt, noxamque ingentem contrahunt.

Compoſitus, qui Regi Sapor adſcribitur, inter purgantes requirendus.

ANIMADVERSIONES.

ADeò inepta eſt & ridicula hujus *Syrupi*, pro tam nobili, & quam nunc omnis orbis loquitur, *confectione*, præparatio, ut vix ullam invenire queam, quæ illam ineptiis ſuperet: Quæ enim dementia eſt, ubi *res ipſa* æquè commodè haberi poteſt, aliam aliquam ejuſdem colore leviter tinctam ſibi eligere, eidemque præferre? Quod tamen in præſens feciſſe videntur, qui ad præfatam compoſitionem *Setam granis Kermis* tinctam, illis ipſis *granis* (quæ tamen affatim ubique ferè locorum proſtant, & quorum *uncia una* plus in ſe continet *tinctura*, quàm *Setæ tinctæ integra libra*) neſcio quo jure, quaque injuriâ prætulerunt; Taceo, quod *Seta* illa, vel potiùs *Sericum*, rarò *ſucco* vel *tinctura* ſolâ & ſincerâ *granorum Kermes* imbutum, ad utplurimum rebus alienis à tinctoribus adulteratum ſit; Addo quòd *Seta* ſive *Sericum*, *ſucco* vel *tinctura granorum Kermes* tinctum, ingens ſaltem huic *confectioni* addat precium. Miror porrò inſignem illorum in *ſaccharo* parſimoniam, dum unciis novemdecim *ſyrupo* huic deſtinatis, *drachmas duas* detrahant; Et libens vel unicam ſaltem rationem ſcirem, quare *tinctura illi coccineæ*, vel *libræ uni Setæ tinctæ*, plus minusve non debeat addi *ſacchari*, quàm ℥ *xviij*, & ℥ *vj*; & cur ℥ *duæ* decurtandæ, nec *unciæ illæ novemdecim* integræ huic *ſyrupo* impendendæ ſint? cùm tamen aliàs in additione fruſtraneâ *rerum aromaticarum* adeò liberales ſint, ut mirari ſubeat tantam illorum prodigalitatem, quam ipſam etiam in hac *confectione* denuò oſtentant exemplo *aquæ roſarum fragrantiſſimæ*, quam æquè ac ſi nihil illis conſtaret, unà cum *ſucci pomorum* portione aquea, in auras avo-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 89 sur 955

volare permittunt: Verùm ne diutiùs in nugis illis ventilandis calamum moremur, aliam eamque magis concinnam præparationem subnectamus, quæ talis esto.

℞. *Granorum Kermes* ʒ j,
Infunde eam
Succi depur. & clarif. Pomorum dulcium ℔ j,
addendo
Olei Tartari per deliq. aliquot guttulas.

Peractâ digestione unâque vel alterâ ebullitione, fiat colatura, *grannis residuis* adhuc *dimidiâ libra succi*, itidem pauculis *guttulis olei Tartari acuati* reaffusâ, reiteratâque post aliqualem digestionem vel levem coctionem colaturâ, cui adde

Sacchari albissimi vel clarificati ℔ j ß,

& ad *syrupi consistentiam* in vase terreo percoque. Hunc si *Rosarum* odore imbuere velis, *Elæosacchari rosarum* ʒ ij, aut plus minusvè, prout intensiorem vel remissiorem *odorem rosaceum* exigis, illi adde, sicque optimè reconditum usui asserva.

SYRUPUS DE PORTULACA

Mesue.

℞. Sem. Portulacæ libram semis.
Succi Endiviæ cocti & depurati libras duas,
Sacchari libram unam,
Succi Granatorum acidorum uncias novem.

Tritum semen in succo Endiviæ macera viginti quatuor horis; postea lento igne coque ad dimidias: demum cum saccharo percoque in syrupum.

Potenter refrigerat, sitim inexhaustam sedat, febrium ardores ventriculi & jecoris calidam intemperiem moderatur. Eo efficaciter utimur ad lumbricos, & interaneorum animalia expellenda, cortice Citri indito.

ANIMADVERSIONES.

Nisi quis *aquâ ex succo Endiviæ*, aliàs per destillationem parari solitâ (quæ tota in hujus *syrupi* præparatione exhalare debet) opus habuerit, poterit eundem ad modum præscriptum absque destillatione conficere; Consultiùs autem foret, ad ℔ ij *aquæ* per destillationem abstrahere, & unà cum *syrupo* exhibere.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 90 sur 955

SYRUPUS DE PRASIO

MESUE.

℞. Prasii, seu Marrubii non adeò sicci uncias duas,
Glycyrrhizæ unciam unam,
Capillorum Veneris,
Hyssopi parum sicci ana drachmas sex,
Calaminthæ,
Anisi,
Rad. Apii,
Fœniculi ana drachmas quinque,
Ireos,
Sem. Malvæ,
Fœnugræci ana drachmas tres,
Lini,
Cydoniorum ana drachmas duas,
Passularum enucleatarum uncias quinque,
Caricarum pinguium numero sedecim.

Coquantur in aquæ puræ libris decem ad dimidias: expressioni adde

Penidiorum,
Mellis despumati ana libras duas.
Fiat Syrupus.

AD longos & diuturnos thoracis affectus, tussim, anhelam, senibus & frigidis naturis familiarem, ex crassa, frigida, viscida & lenta materia perquam salutaris, asthmaticis prodest, suppuratorum pus egregiè dissolvit, dissecat, & incidit, tergit, educit, & in apertum promovet. Variam componendi rationem require apud Fœsium.

ANIMADVERSIONES.

AD tædium usque hactenus demonstratum est; *semina Malvæ, Fœnugræci, Lini, Cydoniorum*, ob *mucilaginem meram*, quâ *decoctum* imbuunt, inepta esse ad conficiendos *syrupos elegantes, justæ consistentiæ, gratique coloris & saporis*, quales quidem ab omnibus, non Pharmacopœis solùm, sed ipsis etiam Medicis, expeti probè novi. Quibus *mucilaginosis seminibus*, si destitueretur hæc *Mesues compositio*, & ad normam aliorum *syruporum* per destillationem pararetur, citiùs fortè inde *syrupus* componi posset, ad effectus ipsi attributos edendos, longè aptior, utpote quorum *visciditate*, vis ejus dissolvendi, incidendi, & detergendi, lentamque ac viscidam materiam peccantem attenuandi & educendi, planè obtunditur aut annihilatur.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 91 sur 955

SYRVPVS DE DUABUS RADICIBUS.

℞. Rad. Petroſelini,
Fœniculi ana uncias quatuor,
Aquæ libras quinque.
Coque ad medias: colaturæ adde
Sacchari albiſſimi libras duas.
Fiat Syrupus.

Obſtructiones viſcerum levat, humorum craſſitiem extergit, purgat & tenuat; urinas promovet; febres compoſitas & nothas adjuvat; ventriculum bile ac pituitâ refertum allevat; renum, lienis & jecoris infarctus penetrat.

SYRVPVS DE QUINQUE RADICIBUS MESUE.

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroſelini,
Aſparagi,
Ruſci ana uncias duas,
Aquæ fontis libras ſex.
Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem: expreſſum coquatur denuò cum
Sacchari libris tribus:
Addendo ad finem
Aceti albi uncias octo.

Humorum lentitiam incîdit magis, & apparat, obſtructaque potentiùs allevat, ad omnia prædicta efficacior.

ANIMADVERSIONES.

In Syrupos de duabus Radicibus, & de quinque Radicibus.

PArentur quocunque modo libuerit, vel beneficio ſimplicis *coctionis*, vel (quod melius fortè) *deſtillatione & abſtractione partium tenuium, in ſpiritu volatili conſiſtentium*, & à prima deſtillatione aſſervatarum, quæ ultimò *ſyrupo* vel *ſaccharo ad Tabulati conſiſtentiam cocto*, admiſceri poſſunt, prout in aliis apertè ſatis docuimus. Poſſemus etiam in præparatione *ſyrupi de quinque radicibus* imitari modum in *Animadverſionibus* noſtris ſuper *ſyrupum acetoſum compoſitum* commendatum, deſtillando nimirum ſpecies inter initia cum ſolo *aceto deſtillato* infuſas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 92 sur 955

SYRVPVS DE RIBES.

℞. Succi Ribes depurati libras tres,
Sacchari libram unam ſemis.
Fiat ex arte Syrupus.

INcendio febrili ſalubris exiſtit, excalefacta viſcera acoris ſui jucunditate plurimùm recreat, ſitim ſedat, nec non choleræ, cardiacisque ſuccurrit.

ANIMADVERSIONES.

TRahatur huic præparatio *ſyrupi ceraſorum acidorum*, obſervatis ſimul *Animadverſionibus* ſuper eundem factis, quas benevolus Lector, pro libitu revidere poterit.

SYRVPVS ROSATVS SIMPLEX.

℞. Roſarum rubearum recentium libras quatuor,
Aquæ puræ calentis libras ſedecim.
Stent in infuſione per horas viginti quatuor; tum rejectis prioribus roſis totidem recentes ſumantur, ac reiteretur id tertium: deinde colati ſingulis libris quinque addantur ſacchari libræ quatuor.
Fiat Syrupus.

ABſtergit, aperit, lenit, ac concoquit: bilem crudam, & humores pituitoſos febrium fomitem obtinentes, expulſioni apparat, alvumque molliorem reddit.

ANIMADVERSIONES.

CUm in hoc *ſyrupo vis* (uti apparet) *ſolutiva* maximè exoptetur, confici poterit juxtà modum præſcriptum, *trinâ* videlicet *florum infuſione*, ac *forti* ſingulis vicibus *reiteratâ expreſſione.*

SYRVPVS DE ROSIS SICCIS.

℞. Roſarum rubrarum exſiccatarum libram unam.
Infundantur in aquæ calentis puræ libris ſex, horis viginti quatuor, infuſionem hanc reaſſumptis ſemper novis roſis triplicando: Tandem in expreſſione dilue ſacchari albiſſimi libras tres.
Coque ex arte in Syrupum.

AD omnem alvi fluorem ſiſtendum commendatur, cœliacos, lientericos, ac dyſentericos probè juvat, partes internas roborat, ulcera detergit, ac glutinat; vomitum compeſcit, nec non uteri rheumatiſmum cohibet.

Ani-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 93 sur 955

ANIMADVERSIONES.

MOdus parandi priorem *Syrupum*, etiam huic convenienter applicari poteſt; in eo enim hi duo *ſyrupi* ſolummodò diſcrepant, quod in ipſo *vis ſolutiva*, in hoc verò *ſtiptica* magis exoptetur, quæ amboin *terreſtriori roſarum parte* conſiſtunt.

SYRVPVS DE RVBO IDÆO.

℞. Succi baccarum Rubi Idæi diligenter transcolati libras tres,
Sacchari albi libram unam ſemis.
Coque in Syrupum.

FEbrium æſtus mitigat, cordis defectiones arcet, lypothymias fugat, alvum blandè aſtringit, ob id diarrhœæ & dyſenteriæ, bilioſiſque alvi fluxionibus opitulatur: cordis inſuper vires ſupra gemmas ac uniones, tutatur & auget.

SYRVPVS DE SCABIOSA.

℞. Succi Scabioſæ defæcati libras tres.
Sacchari libram unam ſemis.
Coque in Syrupum.

PEctori: noxis plurimùm prodeſt, & anhelam ſenum tußim ſublevat, pleuritidi confert, malignis febribus reſiſtit, ac apoſtemata diſſolvit, & repurgat.

ANIMADVERSIONES.
In Syrupos de Rubo Idæo, & de Scabioſa.

PArentur ut alii *Syrupi* ex conſimilibus *ſuccis* confecti, de quibus ſuperiùs.

SYRVPVS SCELOTYRBICVS.

℞. Succi Naſturtii aquatici.
Becabungæ ana libram ſemis,
Fumariæ,
Lupuli ana uncias tres.
Ferveant ſimul, ablataque ſpuma, depurentur per reſidentiam.
℞. Succi hujus libram unam, uncias quatuor.
Decoque cum ſacchari clarificari unciis octo lento igne, ad ſyrupi conſiſtentiam.

SCorbuto in primis medetur, ejuſdemque ſymptomata varia mitigat, lienis, & venarum meſaraicarum obſtructiones aperit; eroſioni oris, & gingivarum mirificè prodeſt.

ANI-

ANIMADVERSIONES.

CUm virtus *plantarum Antiſcorbuticarum* potiſſimùm reſideat in ſpirituoſa earundem parte, ſeu potiùs *ſale volatili*, vel ſi mavis in *ſpiritu volatili ſalino*, qui levi etiam ignis calore concitatus ſibi fugâ conſulere, ac Dædaleis veluti remigiis aëra petere ſolet, ut adeò ſedulâ obſervantiâ heîc opus ſit, ne is *diuturniori coctione* in auras pellatur, ſecùs enim *ſyrupum* viribus truncatum, nanciſcereris. Præſtabit itaque à *ſuccis*, priuſquam *coctioni* ſubdentur, eorundem *tartium ſpirituoſiorum uncias quinque* circiter, per Alembicum abstrahere ex reſiduo verò cum *ſaccharo ad conſiſtentiam Tabulati* cŏcto, additis prædictis *unciis quinque abſtracti ſucci ſpirituoſioris* ſine ulteriori coctione conficere *ſyrupum*. Conſulantur etiam *Animadverſiones ſyrupi de Betonica ſimplicis*.

SYRVPVS DE SCOLOPENDRIO FERNELII.

℞. Polypodii Quercini,
Rad. Bugloſſi utriusque,
Cort. rad. Capparum,
Tamariſci ana uncias duas,
Scolopendrii veri, ſeu Ceterach manipulos tres,
Lupuli,
Capillorum Veneris,
Cuſcutæ,
Meliſſophylli ana manipulos duos.

Coquantur in aquæ libris novem ad remanentiam librarum quinque: colaturæ huic adde

Sacchari albi libras quatuor,

Percoquantur in Syrupum.

CRaſſam terrenamque melancholiam extenuat, mollit, fluxamque reddit: lienem obſtructione liberat, tumentumque ſolvit, melancholiæ quartanis, diuturnisque febribus apprimè utilis.

SYrupum hunc ex Fernelio huc tranſtulimus, ejus enim qui in veteri diſpenſatorio continebatur uſus, ob ingratum ſaporem propemodum eviluit, hic autem non minoris efficaciæ exiſtit.

ANIMADVERSIONES.

HIc *ſyrupus* juxtà modum in *Animadverſionibus ſyrupi de Calamintha Meſues* edoctum, convenientiſſimè præparari poteſt.

SYRU-

SYRUPUS DE SCORDIO SIMPLEX.

℞. Succi Scordii depurati libras duas,
Sacchari libram unam semis.
Fiat Syrupus.

Eius usus præcipuus est in pestilentibus & malignis febribus: interna namque putredini maximè adversatur, ac humorum corruptiones emendat, lumbricos enecat, menses ciet, venenis reluctatur, vasa rupta glutinat, nec non sudores prolicit.

NOtandum in succi hujus defectu substitui posse decoctum Scordii Cretici, aut Nostratis, ex copiosâ plantæ hujus quantitate paratum, quod multam herbæ vim imbiberit, ita ut suo valore succum æquet.

ANIMADVERSIONES,

Syrupi hujus præparatio cum dexterrima illa *syrupi de Betonica simplicis* præparatione coincidit. Etenim hoc pacto *succi Scordii vis antiloimica excellens* non solùm conservatur, sed etiam insigniter augetur, & consequenter *syrupus* hic ad enumeratos effectus multò redditur efficacior.

SYRUPUS DE SCORDIO COMPOSITUS HIERONYMI MERCURIALIS.

℞. Florum Nymphææ,
Rosarum,
Borraginis,
Citri,
Foliorum Sonchi,
Borraginis,
Acetosæ,
Pimpinellæ ana pugillos quinque,
Sem. Acetosæ,
Citri ana drach. quinque.
Decoque in aquæ hordei libris tribus ad tertias: deinde recipe dicti decocti libras duas,
Succi Scordii depurati libras tres,
Sacchari fini libras quatuor.
Decoque secundum artem; in fine addenda
Camphoræ,
Moschi ana scrup. semis.
Misce pro Syrupo.

DE

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 96 sur 955

DEscribitur hic Syrupus ab Octaviano Roboreto, *in Tractatu de Febre puncticulari, cui præcipuè convenit, prout morbis omnibus ab humorum corruptelâ seu putredine natis.*

IN defectu Citri, cortices substituantur.

ANIMADVERSIONES.

NObilis hic *syrupus* paretur juxta modum nostrum in præparatione *syrupi de Betonica compositi* notatum, destillando nimirùm species primò cum solo *succo Scordii* ad siccitatem ferè, rostro Alembici impositis *Moscho* & *Camphorâ*, ita efficies *syrupum* præstantissimum.

SYRUPUS DE SEMPERVIVO SIMPLEX.

℞. Succi Sempervivi colati ac depurati libras tres,
Sacchari albi libram unam semis.
Coque in syrupum.

FEbrium æstus potenter extinguit, ac internis incendiis auxiliatur, ob id linguæ inflammationem ejusque ariditatem aufert.

ANIMADVERSIONES.

PArandus eo modo, quo alii ex *succis* confecti *syrupi.*

SYRUPUS DE SEMPERVIVO COMPOSITUS.

℞. Foliorum Sempervivi recent. libras duodecim,
Contundantur in pilâ lapidea, aspergendo iisdem,
Salis Ammoniaci mundi ana drachmas decem.

Stent sic simul probè tecta in vase fictili vitreato, per dies tres, vel quatuor, sed tamen quotidie agitentur. Postea ex his exprimatur succus, qui cum sacchari libris sex, in vase itidem fictili aut lapideo, coquantur in syrupum justæ consistentiæ.

PRiore longè efficacior ad restinguendum febrium calorem suprà modum furentem: faucium, ac linguæ ariditatem & inflammationem tollit, ac pruinæ morbo opitulatur.

ANIMADVERSIONES.

COnficiatur juxtà modum præscriptum, cavendo sedulò, ne *metallina vasa* præsertim *cuprea*, in coctione ejusdem adhibantur, propter adjectum *salem armoniacum*, sed vel in *lapideo* aut saltem *testa-*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 97 sur 955

testaceo vasæ vitreato decoquatur, alioquin statim *vitriolatum & eruginosum* acquirit *saporem*, ingratum & ventriculo nocivum.

SYRUPUS DE STOECHADE

Simplex.

℞. Flor. Stœchadis uncias tres, & drachmas sex,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana drachmas decem,
Anisi drachmas septem,
Passularum enucleatarum uncias quatuor,
Aquæ libras septem.

Decoquantur ad consumptionem librarum duarum: Colaturæ adde

Sacchari aut mellis libras quatuor.
Condiantur cum
Calami Aromatici,
Cinamomi,
Zingiberis ana drachmâ unâ semis,
Ligentur in nodulo, ac in syrupo suspendantur.

Ventriculum, cor, cerebrum, ac hepar obfirmat: crassos humores incidit, tenacem lentamque pituitatem dividit, obstructiones à viscidis humoribus obortas reserat, crudosque à frigore succos concoquit.

Animadversiones.

Cum in assignata hujus *syrupi* præparatione virtutes illæ eximiæ in sulphureis ac subtilioribus specierum ingredientium partibus consistentes, *coctione diuturnâ*, utut lentâ, penitùs exhalent, ac omninò aboleantur, relicto *extracto terrestriori*, ad effectus superiùs denominatos præstandos plane inhabili ac inutili, idcircò modo sequenti, quo *virtutes illæ balsamicæ* integrè serventur cædemque *syrupo* incorporentur, laudabiliter parari potest, utpote:

℞. *Species omnes huic syrupo, cùm decoctioni, tùm aromatisationi, destinatas.*

Quibus contusis & concisis, affunde in cucurbita vitrea *aquæ simplicis* ℔ *ij*, & appositio capitello, junctirisque benè lutatis, nec non receptaculo præposito, instituatur per M. B. destillatio, quousque aliquid prodeat, vel ad siccitatem *specierum, aqua odorifera destillatione prolecta*, sigillatim asservetur: *Species in fundo cucurbitæ remanentes affusâ aquæ* ſ. *q.* coquantur *ad* ℔ *ij*, factaque colaturâ & clarificatione, addatur huic decocto *saccharum eidem superiùs destinatum*

natum (℔ v,) & ad omnimodam ejus consistentiam coquatur, ac si *Tabulæ* confici deberent; cui adde *aquam superiùs destillatam*, solaque dissolutione, ac sine ulteriori *coctione*, effice *syrupum*, *cerebri*, *cordi* & *ventriculo* gratum.

SYRUPUS DE STOECHADE

COMPOSITUS MESUE.

℞. Flor. Stœchad. uncias tres & drachmas sex,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana drachmas decem,
Aniti,
Pyrethri ana drachmas septem,
Piperis longi drachmas tres,
Zingiberis drachmas duas,
Passularum enucleatarum uncias quatuor,
Aquæ libras octo.

Coquantur ad duarum librarum consumptionem.

Colatum & expressum cum sacchari aut mellis libras quinque clarificatum, coquatur in syrupum; cui propè decocto aromata ista in panno raro ligata immergantur, deinde in syrupo ad totius condituram appendantur.

℞. Cinamomi,
Calami Aromatici,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Zingiberis,
Piperis nigri,
Longi ana drachmam unam semis.

Crassiunculè tundantur, ac in nodulo ligentur.

Affectibus cerebri frigidioribus & pituitosioribus convenientior, ubi calore majore, incidentibus. & tenuantibus magis utendum est, cerebri, ac nervorum frigidis noxis remedio est, horum causam, pituitam scilicet crassam & viscidam potenter dissecans, digerens, ac tenuans; paralysi spasmo cynico, convulsioni, nec non epilepsiæ medicatur, destillationes frigidas consumit & siccat; facit etiam ad pectus anhelosum à destillatione impendente, ac ventriculum confortat.

SYRUPUS DE STOECHADE

FERNELII.

℞. Florum Stœchad. uncias quatuor,
Thymi,

Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana unciam unam semis,
Salviæ,
Betonicæ,
Flor. Rorismarini ana unciam semis,
Sem. Rutæ,
Pæoniæ,
Fœniculi ana drachmas tres.

Coquantur ex aquæ libris decem ad dimidias, expressumque jus cum sacchari & mellis ana libris duabus; denuò coquatur in syrupum, qui condiatur cum

Cinamomi,
Zingiberis,
Calami odorati ana drachmis duabus.

Ligentur aromata hæc linteo raro, & in syrupo hoc appensa maneant.

Syruporum supradictorum vires æquat imò quoad cerebri affectus sanandos longè validior existit, ut priorum syruporum usus præ hujus compositione jam propè negligatur. Eum igitur, utpote nobis usitatissimum, ex Fernelio huc transposuimus.

ANIMADVERSIONES
In Syrupos de Stœchade compositum, & de Stœchade Fernelii.

HI *Syrupi* non minoribus, quàm præcedens, pollent virtutibus, quin eundem etiam superant, si ritè & debito modo præparentur; Videantur ergò *Animadversiones* præcedentis, ac secundùm illarum ductum instituatur præparatio.

SYRVPVS DE SYMPHYTO
FERNELII.

℞. Radicum & Cymarum Symphyti majoris & minoris ana manipulos tres,

Rosarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis ana manipulos duos,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 100 sur 955

Ex tusis omnibus recentibus exprimatur succus, coquaturque, & expumetur ad libras tres; addendo

Sacchari albi libras duas semis.

Fiat Syrupus.

Tabidorum & ulceratorum pulmonum saniem & pus blandè, ac leniter sine sanguinis eruptura metu extergit, pulmonesque pariter confirmat.

ANIMADVERSIONES.

Paretur simplici *coctione*, vel præmissâ *destillatione succorum*, prout in aliis *syruporum ex succis* confectorum præparationibus indigitavimus. Notandum autem hic, quod ex *manipulis viginti radicum, florum & herbarum*, huic *syrupo* destinatis, vix ac ne vix quidem *tres libræ succi* elici possint; necessum igitur, ut qui hunc *syrupum* ex voto conficere satagit, majorem sibi procuret *herbarum* quantitatem.

SYRVPVS FLORVM TUNICAE.

Fit, ut Syrupus rosatus simplex, & alii consimiles, qui ex trina florum infusione parari consueverunt.

Ad præcipuos cordis affectus tollendos efficax, ejus tremorem ac syncopas fugat, animi deliquiis opitulatur, ac pestilentis luis, febriumque contagiosarum noxas disjicit.

SYRVPVS DE SVCCO VERONICAE.

℞. Succi Veronicæ depurati libras tres,
Sacchari albi libram unam semis.
Coquantur in Syrupum.

Renum calculos & arenulas expurgat, eosque purulentos mundificat, & sanat; pulmonum præterea exulcerationibus eximiè convenit, quorum saniem abstergit, ulcera glutinat, nec non sanguinis sputitionem prohibet, pestilentibus febribus quàm maximè salutaris.

ANIMADVERSIONES

In Syrupos Florum Tunicæ, & de Succo Veronicæ.

Nobilis & elegantis *Syrupi de floribus Tunicæ* præparatio instituatur juxta modum *Syrupi florum Arantiorum*, vel similium

lium ex *fragrantibus herbis* & *floribus* confectorum.

Syrupus autem de *ſucco Veronicæ* ad normam *ſyrupi de Betonicæ ſimplicis* præparetur.

SYRVPVS VIOLATVS.

SIMPLEX.

Fit eodem modo, quo Syrupus roſatus ſimplex.

IN febrium æſtibus, biliosis & acutis morbis, viſcerum inflammationibus, ac ſiti inexplebili commendatur. Roſato potentius refrigerat & humectat, unde & ſomniferus magis. gutturis aſperitates lenit, thoracis & pectoris totiusque ventris inferioris affectibus calidis ſuccurrit, & ſiccam tuſſim, partes ſpirituales ſua humoris lentitia obliniens eluit, ac alvum nonnihil emolliendo bilis acrimoniam retundit.

MEſue violarum recentium libras ſex, horis octo, in libris quindecim aquæ macerat in vaſe terreo coôperto, quibus colatis & expreſſis, violas recentes totidem addit, eodemque intervallo macerat in aqua calida. Expreſſi & colati libras quinque, cum ſacchari libris quatuor, lento igne decoquit; dum concreſcant, purgat albuminibus ovorum, ut in Syrupo roſato.

ANIMADVERSIONES.

CUm alvo ſimul leniendæ deſtinatus ſit hic *ſyrupus*, ideò ad modum præſcriptum parari poterit; Id autem in hujus *ſyrupi* confectione notandum, quod *color ejus cæruleus*, aliàs ſumme delectabilis *coctione longiori* deperdatur, ac in fuſcum vel ſubviridem minusque delectabilem commutetur. Quod ſi tamen eidem *ſyrupo colorem gratum purpureum* conciliare lubido fuerit, inſtillentur infuſioni aliquot guttulæ *ſpiritus ſalis*, vel *ſucci citri una vel altera drachma:* Clarificatio hujus *infuſionis* non niſi per *reſidentiam* in loco calido fieri poteſt, & in vanum laborat, qui ope *albuminum ovorum*, ejus citiorem *clarificationem* molitur: Quod ipſum etiam in *ſyrupo roſarum ſimplici & ſolutivo* obſervetur.

SYRVPVS VIOLATVS COMPOSITUS MESUE.

℞. Violarum recentium uncias duas,
Sem. Cydoniorum.
Malvæ ana unciam unam,
Jujubarum,
Sebeſten ana num. viginti,
Aquæ cucurbitæ libras ſex.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 102 sur 955

Coquantur simul ad tertias, addendo
Sacchari libram unam semis.
Fiat Syrupus secundum artem.

Pleuritidi & tussi ex causâ calidâ medetur; non solùm enim leniendo, & refrigerando, humectandoque ad omnem arteriæ asperitatem utilis existit, sed etiam ardentem urinam, ac nephriticum cruciatum demulcet.

CUcurbita distillanda est dum adhuc tenera existit, & antequam indurescere incipiat.

ANIMADVERSIONES.

NIsi loco *Syrupi violacei*, spissum vel mucilaginosum *Embamma* exoptes, missam facias suadeo, & intactam relinquas assignatam hujus *Syrupi* præparationem; Quòd si monenti mihi fidem adhibere non vis, ipsius periculum facias, meaque non experière mendacia verba.

SYRVPVS VIOLATVS EX SUCCO FOLIORUM.

℞. Florum Violarum, quantum volueris; eos diligenter excerptos, & à viridi caule repurgatos, in mortario marmoreo pistillo ligneo contunde, à quibus postea prælo subjectis, succum educ: cujus diligenter transcolati, accipe uncias octo,
Sacchari albissimi libram unam.
Coquantur in tepido balnei calore, quousque in syrupi consistentiam abierint, spumam diligenter auferendo, serveturque syrupus in vase vitreo, vel testaceo vitreato.

Efficacissimus est in pectoris ac faucium morbis calidis: acres defluxiones permulcet ac temperat, sitim relevat, gutturis asperitatem mitigat, raucedinem adimit, refrigerat & humectat. Delicatis naturis, ideoque pueriles & infantibus à tenui destillatione tussientibus auxilio est, somnumque inducit.

ALii Saccharum priùs despumant, & ad justam consistentiam, vel etiam ulteriùs inspissant: abhinc succum addunt, & tepido calore saccharo commiscent ac reponunt. Qui modus apud nostrates Pharmacopœos etiam usitatior existit.

ANIMADVERSIONES.

HIc *syrupus* rarò perquàm, ex *succo florum expresso* conficitur, sed ex *infusione* cum *aqua* factâ, & quidem satis benè, cùm *flores contusi* ut plurimùm *mucilaginosum* præbeant *succum*, eoque magis

magis si fortiori impetu præli cogantur, relictis *floribus*, integris adhuc virtutibus ac nativis suis coloribus præditis, qui denuò infusi cum *aqua* vel alio convenienti *liquore*, eandem eleganti tincturâ cæruleâ saturatè imbuunt, suamque essentiam ac virtutes salvas & integras eidem communicant. Addam igitur duos modos non inelegantes, ex quibus uter placebit, pro *syrupi* hujus dextra præparatione eligatur.

℞. *Flor. Violar recent. à viridi caule repurg. & excrept.* ℔ j,
Cui superaffunde
Aquæ ferventis ℔ ij,

Coöperiatur *infusio* (quæ commodè fieri potest in *vase stanneo*) relinquaturque in calore leni per aliquot horas; postea fiat expressio fortis; *Colaturæ vel expressæ infusioni non calefactæ*, de novo adde *aliquot uncias florum Violarum in mortario lapideo contusorum*, quam repone loco tepido per aliquot horas, iterumque exprime; *Expresso succo purpureo* adde

Sacchari pulverisati q.s. (*ad* ℔ j, ℥ iij, *succi vel infusionis circiter admiscendo sacchari* ℔ ij,)

Ac solâ dissolutione in *vase stanneo* super B. M. vel ahenum aquâ fervente repletum collocato, fiat *syrupus* elegantissimus, purpureo violaceus, ac insuper etiam durabilis. Ex *floribus* à bina infusione superiùs adhuc residuis, utpote qui multum adhuc tincturæ & virtutis in se continet, altera adhuc fiat *infusio* cum *aqua ferventi*, ex *colatura* demum cum *saccharo* ad sufficientiam addito, fiat sine coctione vel ebullitione *syrupus*, uti superiùs per M. B. (vel prout sequetur) minus quidem elegans, ast virtutibus *violarum* satis impregnatus, qui vel pauperibus leviori precio divendi, vel pro *julapio* prostare poterit. Alias etiam hic *syrupus* unicâ duntaxat ebullitione parari potis est, tali modo;

℞. *Infusi violarum purpurei* ℥ xv *circiter*,
Sacchari albi contusi ℔ ij.

Et in *aheno stanno obducto*, igne ardenti vel recenti carbonum confestim una vel altera fiat ebullitio; postea ab igne remotis, ac supernatante spumâ cochleari vel spatulâ abjectâ, *syrupum* per setaceum cola, & usui serva.

MEL ANACARDINVM AZARAVII

℞. Anacardia recentia, tere, & in aqua decoque, donec melliginem quandam in rubeo colore fuscam remittant, eam aquæ innatantem auferto ac reponito.

Memoriæ jacturam resarcit, labantes sensus refricat, oblivionem discutit, ac mentem exacuit: morbis cerebri frigidis & humidis conducit, nervorumque resolutioni opitulatur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 104 sur 955

FUchsius paulò aliter describit. Anacardia enim seorsim trita in aceto justæ quantitatis diebus septem perfundit, octavo die lento igne ad medietatem decoquit, & per linteolum colat, fæcem remanentem siccat, in succo autem mel justæ quantitatis ad spissitudinem decoquit.

ANIMADVERSIONES.

OEdipo opus est ad primum hujus *mellis Anacardini* præparandi modum explicandum, utpotè qui adeò obscurus est & intricatus, ut nemo exinde desideratam *mellis hujus* præparationem, vel conjecturare saltem, ne dum exactè conficere queat. Alter verò, qui Fuchsio tribuitur, paulò dilucidior magisque concinnus apparet, nihilominus tamen quid hic sibi velit, dum *fæces remanentes exsiccat*, me quoque latet. Quod si genuinum *mel Anacardinum* expetis, paretur illud vel coquendo vel digerendo *Anacardia* cum *aquâ* vel *aceto* (prout libuerit, modò eorundem *essentia* extrahatur) & postea cum *mellis* ſ. q. additâ, ad consistentiam debitam percoquendo. Possunt autem meo judicio ad ℔ *j mellis*, sumi *Anacardiorum* ʒ iij, plùs minusvè pro arbitratu Medici. *Coctione* vix quicquam illis demitur de virtutibus, prout nec alii *fructus*, nisi admodum tenuium partium extiterint, *coctione* vires suas amittunt.

MEL ANTHOSATVM.

℞. Mellis rosati simplicis libras tres,
Florum Rorismarini recentium manipulos sex.

Stent in infusione, loco calido, horis viginti quatuor; deinde exprimantur, & fiat colatura, quæ decoquatur, ut artis est.

COlicos ac uterinos dolores mitigat, ob calorem benignum, viscera fovent em, quibus etiam robur addit, cerebri, cordis, & ventriculi vires augens, & crudam in intestinis, ac circa mesenterium pituitam concoquens, flatibus discutiendis idoneum. Additur in Enemata, ubi paresis ex colica metuitur, nervosas enim partes à noxis defendit.

ANIMADVERSIONES.

SI *mel rosatum* antea debitam suam consistentiam nactum fuerit, opus non erit, ut *flores Anthos cum melle rosato dicto* infusi, denuo coquantur, ne eorundem odor fragrantissimus, in coctura exspiret, sed sufficit aliquandiu loco calido in infusione permansisse, quia *flores Rorismarini* quantumvis recentes succulenti non sunt, ideòque parùm liquoris *melli* impertire queunt, ut adeò necessum non sit, ante ad debitam crassitiem coctum *mel rosatum* ulteriùs coquere,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 105 sur 955

coquere, nisi coctio in Alembico cum suo capitello munito fiat, & *exstillans humiditas fragrans melli residuo*, denuò reddatur. Priusquam autem *flores rorismarini melli rosato* infundantur, nonnihil contundantur vel conscindantur, ut eò melius *melli* eorum pateat introitus.

ALITER SIC PARATUR.

℞. Foliorum rorismarini libram unam,
Aquæ fontanæ libras sex.

Stent in infusione per horas duodecim, abhinc secunda & tertia vice, reassumpto novo roremarino, repetatur infusio, cujus colaturæ libris quinque, adde

Mellis optimi despumati libras quatuor.

Coque secundum artum,

CUm in compluribus locis florum rorismarini tanta non extet copia, quæ huic melli parando sufficiat, non minori efficaciâ herba ejusdem substituitur.

Rondeletius, *Renodæus*, & alii, libras tres mellis accipiunt, ac in eo libram unam florum rorismarini infundunt, & insolatione solâ mel anthosatum parant.

ANIMADVERSIONES.

In alterum ejusdem mellis anthosati parandi modum.

ATrinâ illâ *infusione*, cum reassumpto semper recenti *roremarino*, peractâ, non exigua virtus in *mel* redundare posset, nisi illam una cum eadem scilicet *infusione*, totam ferè inter *coquendum* exhalare necessum esset, cùm *mel* per se liquidum sit, ac tantam uti *saccharum* (quod siccum est,) liquoris admistionem ferre nequeat. Inodorum itaque vel saltem ingratum relinquetur *mel*, nullâ re minùs quàm *rorismarini virtutibus potioribus ac subtilioribus* imprægnatum, quæ tantùm abest, ut cum *melle* in coctione persistere potuerint, quin mox inchoatâ coctura in auras avolarint: Proinde magis nobis arridet simplex illa *Renodæi* & *Rondeletii* aliorumque simplicitate gaudentium, ac ipsis etiam mulierculis, lippisque & tonsoribus nota præparatio, utpotè quæ, licet non singulare artificium redoleat, ad minimum saltem absquè virium insigni jactura peragitur: Quod si verò magis artificiosam præparationem anhelas, cujus ad exemplum alias similes ex *herbis* & *floribus* conficere queas, en, dabo sequentem!

℞. *Rorismarini aut Florum ejusdem* ℔ *ij*, *vel* ℔ *iij*,
Quibus minutim consciss, & cucurbitæ vitreæ immissis superaffundantur

Aquæ ejusdem destillatæ, aut vini opt. ℔ *jß.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 106 sur 955

Fiat deſtillatio in M. B. ad ſiccitatem *florum* uſque, remanenti in fundo *roremarino* aut *floribus* ejuſdem, reaffundatur *aqua deſtillatione prolecta*, quæ iterum deſtillando proliciatur; Prioris tamen *aquæ* utpote *ſpirituoſioris* majorumq; virium ſeorſim aſſervetur *libra una*; Relictum autem à deſtillatione in cucurbita *roremmarinum*, affusâ ſ. q. *aquæ ſimplicis* coque, *decoctum colatum & album, ovorum clarificatum* cum

Mellis ſimplicis clari libris quatuor

commiſce, & coquendo ultrà ordinariam ac ſatis craſſam *mellis conſiſtentiam* evaporare ſine. Tandem ubi parùm tefrixerit, additâ prout videbitur

Prioris aquæ deſtillatæ ſpirituoſæ ſ. q.

(quam tamen vix exactè determinare poterimus, ob *mellis, extracto roriſmarini* imbuti, variantem conſiſtentiam) fiat *mel* juſtæ conſiſtentiæ, quod ipſum quò magis *præfatâ aquâ ſpirituosâ* imprægnari poterit, eò evadet præſtantius & efficacius.

MEL EMBLICORUM.

℞. Myrobalanorum Emblicorum numero quinquaginta.

Contundantur mediocriter, & decoquantur in libris tribus aquæ ad conſumptionem librarum duarum: reſiduo adde mellis tantundem, & ad juſtam conſiſtentiam percoque.

Cor, cerebrum, jecur, nec non ventriculum ſolidat, corporis odorem commendat, ac hilaritatem parit.

MEl hoc Emblicorum nihil aliud eſt, quàm Emblicorum decoctum ad conſiſtentiam inſpiſſatum, ſeu mel in quo Myrobalani Emblici conditi aſſervantur.

ANIMADVERSIONES.

PAretur modo præſcripto; Etenim *Myrobalani* & ſimiles *fructus* coctione parum nihilvè amittunt, ſunt enim minus ſulphurei; Antequam verò *decoctum melle* jungatur, neceſſum eſt, ut cum *albumine ovi* priùs clarificetur, ac tum demùm cum *melle* maritetur. Quod autem *mel Emblicorum*, hoc modo paratum, nihil aliud ſit, quàm *decoctum Emblicorum ad conſiſtentiam inſpiſſatum*, idipſum & ridiculoſum apparet, & contradictionem implicat. Nam ſi ſimplex eſſet *decoctum*, nullo modo ipſi competeret *mellis Emblici* nomen. Verùm difficultas illa in *Annotatis* diluitur, dum ipſa aſſerunt, *mel Emblicorum eſſe mel in quo Myrobalani Emblici conditi aſſervantur*; Ergò.

MEL

MEL MENTHÆ.

℞. Succi Menthæ purificati libras duas,
Mellis optimi tantundem,
Coquantur ad justam consistentiam.

Ventriculum frigidum fovet, coctionem adjuvat, ac pituitosos faucium tumores discutit.

ANIMADVERSIONES.

Mentha planta est balsamica, calefaciens & exsiccans, tenuiumque partium, cujus fragrantia partesque sulphureæ ac subtiliores, utpotè, in quibus ejusdem virtus maximè reposita est, ut integrè quantum possibile est, *melli* communicentur, in id ingenuus Pharmacopæus omnem operam impendere debet. Quod ipsum in assignata similtra præparatione ut fieri queat, non adeò in facili est, cùm odor omnis & fragrantia, subtilioresque *succi* partes, in *coctione* cum *melle*, in auras pellantur: Ut itaque universæ *Menthæ* virtutes balsamicæ *melli* imprimantur, instituatur ejus ceu convenientissima præparatio in modum *mellis anthosati* vel *rorismarini secundi*, à nobis superiùs traditum. Vel paretur ad normam sequentem:

℞. *Succi Menthæ* ℔ *ij*,
cui immerge
Herbæ Menthæ odorif. contus. recent. ℔ ß, *plùs minusvè*,
Et per M. B. è cucurbita vitrea destillando, evoca libram unam circiter, cui prolectæ *aquæ odoriferæ*, denuò
Recent. herbæ Menthæ ℥ *iiij*,
immergantur, digerantur, & tandem exprimantur: Hâc *essentiâ* interim asservatâ,

℞. *Mentham utramque à destillatione unâ cum residuo succo, & extractione relictam*;

Quam affusâ, adhuc *librâ unâ vel alterâ aquæ simplicis* coq; ad ℔ j, præter propter *decoctum expressum & optimè clarificatum*, additis
Mellis optimi & clari libris duabus vel tribus,
iterum coquendo ad consistentiam *mellis* crassissimam ordinariâ multò crassiorem redige, cui tandem *de superiori destillata & essentificata aqua vel succo* tantum junge, quantum ad justam consistentiam sine ulteriori *coctione* sufficere videbitur, fiatque *mel Menthæ* præstantissimum.

MEL MERCVRIALE.

℞. Succi Mercurialis libras tres,
Mellis puri ac optimi libram unam semis.
Coquantur & despumentur, ut artis est.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 108 sur 955

EAsdem cum Syrupo vires obtinet, magis tamen abstergit, ideoque alvum (ubi Enematibus inditur) felicius subducit.

ANIMADVERSIONES.

QUod superiùs in ejusdem *Syrupi* præparatione monui, idipsum etiam hîc locum habet, propterea simplici saltem *coctione* parandum est.

MEL PASSVLARVM.

℞. Uvarum passarum libras quatuor,
Aquæ libras duodecim.

Macerentur horis viginti quatuor; deinde decoquantur ad remanentiam tertiæ partis: Colentur, & colatura decoquatur ad mellis consistentiam, & reponatur. Hoc *decoctum* vocatur *Mel Passularum.*

PEctoris vitiis, præcipuè verò destillationi acri, & calidæ, à salsis humoribus ortæ conducit, asperam arteriam lenit, & humectat, tenuem expectoratum promovet, tussim itidem, acrauedinem mitigat.

ANIMADVERSIONES.

NOn contendamus de nomine, & utrum præstet *decoctionem* hanc, vel *Rob*, vel *Sapæ*, aut *Mellis* nomine insignire; Præstabit autem omnium convenientissimè inter *Rob* illam reponere, quia sine *melle* conficitur.

MEL ROSATUM SIMPLEX.

℞. Rosarum rubrarum recentium libras tres,
Aquæ fontanæ puræ & calentis libras duodecim.

Stent in infusione per horas viginti qnatuor: abhinc rejectis prioribus rosis; totidem recentes rursus priori brodio infundantur, reiterenturque id tertium. Tandem colati libris quinque adduntur libræ quatuor mellis.

Coquantur simul ut est artis.

VEntriculum roborat, detergit, viscidosque succos expurgat, coctionem juvat, putredini adversatur, humores crudos concoquit oris phlegmonas, prout & gingivarum tonsillarumque inflammationes placat

MEL ROSATUM MESUE.

℞. Rosarum rubearum nondum penitus apertarum libras duas.

Mellis

Mellis optimi libras ſex
Coquantur lento igne ſecundum artem.

ID vulgus plerumque expetit, ac uſurpat; eo ſiquidem raucedines mitigare, aſperæ quoque arteriæ, columellæ, faucium & gutturis noxas depellere edoctum eſt.

MEl roſarum Nicolai apud non in uſu non eſt, cui ferè ſimile eſt illud, quod Noribergenſes fol. 149, deſcribunt. Recipiunt autem folia roſarum rubearum nondum penitùs explicatarum, recentia, eaque in aqua cœleſti percoquunt, ac colant: colaturæ ſuccum roſarum depuratum. melque deſpumatum admiſcent, & ad juſtam conſiſtentiam coquendo perducunt.

ANIMADVERSIONES.

In Mel roſatum ſimplex, & Meſue.

PArari poſſunt ad normam *mellis Anthoſati ſecundi*, vel *Menthæ* jam edocti: Noribergenſium modus conficiendi *Mel roſarum Nicolai* æquè inconcinnus eſt, atque hujus, ſcatet enim iiſdem difficultatibus, propterea eundem ſimiliter improbamus.

MEL ROSATUM CITRATUM.

℞. Mellis roſati ſimplic. ad perfectionem cocti libras duas.
Huic, dum adhuc à coctura fervet, infunde
Cort. Citri recentium & extimorum libram unam.
Stent in infuſione per menſem, poſtea mel transcoletur, ac reponatur.

FRigidis ventriculi & cordis affectibus eximiè ſuccurrit, abſtergit tenuat, concoquit, corruptionem humorum, eorundemque putredinem arcet ideoque fœtentem animam corrigit. Requiritur potiſſimùm ad compoſitionem Oxymellis Helleborati a Iuliano deſcripti, & à Geſnero magnis encomiis celebrati.

ANIMADVERSIONES.

INjectionem vel infuſionem *corticum Citri* confecto, & ad conſiſtentiam debitam jam percocto, *melli* fruſtraneam & inutilem eſſe, jam tum ſuperiùs in præparationibus *ſyruporum de corticibus Citri & Arantiorum*, ſatis ſuperque demonſtravi, ut adeò ſupervacaneum eſſe cenſeam, illa quæ ibidem hac de re dicta ſunt, heîc repetere; Ut autem hoc ipſum *mel*, de quo nunc agimus (quodque ſi rectè præparatum ſit, egregiis pollet viribus,) artificiosè & dextrè præparetur. imitari convenit modum noſtrum ſequentem, utpotè

℞. *Roſar. Damaſc. recent. & contuſar.* ℔ ij,
Corticum Citri exterior. recent. & conſciſ. ℥ vj, *vel* ℥ viij.

Quibus

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 110 sur 955

Quibus cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur

Aquæ rosarum fragrantissimæ ℥ iij,

Postea fiat destillatio in M. B. juncturis probè clausis, ad siccitatem ferè *rosarum* & *corticum* (vel ad prolectionem ℥ ix circiter) *prolecto liquori odorifero*; de novo immerge

Corticum Citri recent. extim. ℥ iij,

Et factâ digestione in vitro optimè clauso, coletur tandem *essentia*, & studiosè interim asservetur, *Residuis* à destillatione *rosis* & *corticibus citri*, item ab essentia relictis, superaffundantur

Aquæ fervent. is simpl. ℔ ij,

Et post unius diei digestionem, fiat colatura & expressio; *Infusum expressum* optimè clarificetur, & additis

Mellis optimi clari libris tribus,

coquantur ad crassam & ordinariâ multò crassiorem *mellis* consistentiam; cui demùm remoto ab igne, & nonnihil refrigerato, addatur

Aquæ superioris destillatæ & recentibus Citri corticibus essentificatæ ſ. q.

vel quantum imprimi possit, ut sine ulteriori *coctione* justam *syrupi* consistentiam acquirat; eritque *Mel citratum* delicatissimum.

MEL VIOLATUM.

Fit, ut Mel rosatum simplex.

Refrigerat, lenit, & humectat, alvumque emollit: inditur potissimùm Enematibus, ubi bilis & caloris acrimonia levanda, aut obtundenda est.

ANIMADVERSIONES.

Fiat ad normam *Mellis anthosati secundi*, vel juxtà præparationem *Mellis Menthæ*.

OXYMEL SIMPLEX CALENI ET MESUE,

℞. Mellis despumati libras duas,
Aceti vini acerrimi libram unam,
Aquæ libras quatuor.

Mel cum aqua diligenter despumetur; & ubi aqua coquendo fuerit absumpta, addito aceto facta unicâ ebullitione, removeatur ab igne, ac servetur usui.

Magna hujus vis crassa tenuandi, lenta incidendi, viscida detergendi, obstructa aperiendi, idque sine manifesto calore, quo nomine febribus diuturnis & nothis ex crassa bile ac pituita

tuita enatis convenit, humidis naturis & frigidis, crudam, crassam, & pituitosam succorum copiam coacervantibus aptum, nervos tamen & uterum ladere, tussim excitare, ac sputum acidum potius demergere quam provocare creditur, unde in materiebus pectoris educendis duo casus occurrunt, ejus usum non admittentes; nimirum in morbi principio cruda existente materia propter aceti acrimoniam, quòd tussim provocet cum tamen ante coctionem materiæ fieri non debeat: deinde ubi virtus debilis & non sufficiens ad expellendum existit, ibi frustra virtute decrescente homo irritatur. Vid. 3. de ratione victus in morbis acutis cap. 27. & 28. *componendi rationem docet* Gal. 4. Salubrium.

ANIMADVERSIONES.

VAnitas hujus præparationis in *Animadversionibus* nostris super *syrupum acetosum simplicem* sat superque ventilata & discussa est; Nimirùm quod *aqua* superfluè saltem & cum detrimento virtutum *syrupo* sive *melli*, inprimis jam clarificatis & despumatis addatur, etenim in diuturniori illa *coctione*, quâ *aqua* tanta copia exhalare debet (debent autem in hac præparatione *quatuor libræ* evaporare) *aceti* partes penetrantiores, una cum *aquæ* rapiuntur in auras, quas tamen servare multò esset consultiùs. Neque etiam necessum est, ut *aqua* ob ulteriorem *mellis* despumationem & clarificationem addatur, cùm ipsi *mel* jam *despumatum* pro confectione sumendum esse præcipiant; supervacaneum itaque est, illud ulteriùs despumare: E contra verò præstabit absque ulla *aquæ* affusione, *acetum melli* statim addidisse, & cum eo *mel* ad debitam consistentiam percoquendo, *Oxymel* parasse.

OXYMEL COMPOSITVM MESVE.

℞. Corticum mundatorum & incisorum radicum
Apii,
Petroselini,
Rusci,
Fœniculi,
Asparagi ana uncias duas,
Sem. Apii,
Fœniculi,
Petroselini ana unciam unam,
Aceti libram unam semis,
Aquæ libras sex,
Mellis libras tres.

Cortices radicum & semina horis viginti quatuor macerentur in vase lapideo in aceto & aqua: tum coquantur ad tertiæ partis consumptionem: colato additur mel, & lento igne percoquitur.

Ef-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 112 sur 955

Efficacius est superiore, ac morbis procedentibus & diuturnis magis opportunum: potentiùs enim materia crassitudinem apparat, incîdit, tenuat, facitque ad affectus ex bile crassa, ac pituita lentore natos, melancholicis malis, quartanæ, & splenis duritici bono est, inclinante potissimùm morbo, quotidianis febribus succurrit, urinas & sudores, coctâ jam materiâ, prolectat.

ANIMADVERSIONES.

HOc ipsum *Oxymel*, si dextrè paretur, multum præstare posse, non diffido. Itaque pro hujus legitima præparatione, sequentem commendo modum:

℞. *Non corticum mundatorum & incisorum radicum* (curiositas enim illa in minutilis hisce planè & inutilis & supervacanea est) *sed ipsarumet*
Radicum Apii,
Petroselini,
Rusci,
Fœniculi,
Asparagi ana ℥ ij,
Sem. Apii,
Fœniculi,
Petroselini ana ℥ j.

Incisa & contusa crassiusculè, immittantur in cucurbitam vitream, quibus superaffundatur
Aceti destillati ℔ j ß,
Fiatque destillatio juncturis benè clausis, in M. B. ferè ad siccitatem usque specierum: *Acetum*, sive *aqua prolecta, odorifera* servetur; Remanentes in fundo cucurbitæ *species*, affusis de novo *aquæ simplicis* ℔ *iij*, coquantur in olla vitreata ad dimidias, factaque colaturâ & expressione forti, expressum postea *albumine ovorum* clarificetur, ac cum *tribus libris mellis* tamdiu coquatur, donec *mel* denuò satis crassam, imò ordinariâ multo crassiorem acquisiverit *consistentiam*, cui tandem *de superiori liquore spirituoso* vel *aceto destillato* tantum affundatur, quantum ad justam *mellis* crassitiem sufficere videbitur.

OXYMEL DIURETICUM
D. AMBROSII JUNO SENIORIS.

℞. Mellis despumati uncias quindecim,
Aceti albi acerrimi,
Aquæ fontis ana libras duas,
Rad. Raphani recentium unciam unam,
Fœniculi drach. decem,

Apii,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 113 sur 955

Apii,
Petroſelini,
Geniſtæ,
Aſari,
Leviſtici ana drach. tres,
Sem. Fœniculi,
Petroſelini,
Aſparagi,
Ruſci ana drachmas duas,
Coriandrorum præparatorum,
Cumini ana drachmam ſemis.
Coquantur ſecundum artem.

POtenter lotium exigit, ac impeditam urinam, & renum calculos propellit: cujus uſus olim D. Ambroſio *celebris erat, prout etiamnum noſtris Medicis familiaris exiſtit.*

ANIMADVERSIONES.

PRæſtabit etiam hujus *Oxymellis* præparationem inſtituere ad normam & methodum in prioris *Oximellis compoſiti* confectione à nobis traditam; Tali enim modo, longè meliores & majores ſortietur virtutes, quàm ſi vulgari viâ præparetur, quâ ipsâ tantùm abeſt, ut vires ejus conſerventur, quin ſi non omnibus, ad minimum tamen maximâ, potiori & penetrantiori earundem parte caſtretur.

OXYMEL SCYLLITICVM

MESUE.

℞. Mellis diſpumati libras tres:
Aceti Scyllitici libras duas.
Coquantur ad perfectam conſiſtentiam.

AD cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitoſos, aut melancholicos etiam contumaces pollens. Eo utimur in epilepticorum inſultibus, ipſoque paroxyſmo, aſthmaticis quoque plurimùm confert, venarum obſtructiones etiam inveteratas reſerat, craſſusque humores potenter incidit.

Compoſitum fit, ut Oxymel compoſitum ex radicibus.

ANIMADVERSIONES.

PArari poterit ad modum præſcriptum, videlicet per ſimplicem *coctionem*, cùm de *Scyllâ* ſpirituoſi nihil in *coctura* facilè amplius perire queat, utpote quod jam tùm in priori ſua *præparatione* ferè amiſit; de his plura in *aceti ſcyllitici* præparatione.

OXY-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 114 sur 955

OXYSACCHARVM SIMPLEX.

℞. Succi Granatorum acidorum uncias octo,
Aceti uncias quatuor,
Sacchari albi libram unam.

Saccharum puriſſimum aceto ſolvatur, & ad craſſam conſiſtentiam percoquatur, cui, dum modicè refrixerit, ſuccus Granatorum admiſceatur, ſimulque lege artis in ſyrupi formam reducantur.

HVmori ferventi refrigerando, craſſo autem incidendo, putredini arcendæ ſiti ſedandæ; nec non viſcerum inflammationi mitigandæ conducit.

ANIMADVERSIONES.

PAretur juxtâ modum præſcriptum, per ſimplicem *coctionem*, lentoque igne, inque *vaſe terreo*, vel *lapideo*.

OXYSACCHARVM COMPOSITUM NICOLAI PRAEPOSITI.

℞. Capillorum Veneris,
Aſpleni, ſeu Phyllitidis, aut Linguæ cervinæ,
Scolopendrii, ſeu Ceterach,
Lichenis, ſeu Hepaticæ,
Violarum,
Polytrichi,
Rad. Fœniculi,
Aſparagi,
Ruſci,
Graminis ana unciam unam,
Succi Granatorum acidorum libras octo ſemis.

Omnia in Granatorum acidorum ſucco triduo macerentur. Deinde cum modica ebullitione exprimantur & colentur: tandem cum ſacchari libris quatuor ad formam ſyrupi percoquantur.

FEbribus impuris, & tertianis nothis, omnibuſque affectibus ex ſanguinis ac bilis fervore & craſſitie natis ſubvenit jecoris, lienisque obſtructionibus confert, & concalefacta viſcera juvat.

ANIMADVERSIONES.

QUia uſus hujus *Oxyſacchari* jam propemodùm eviluit, idcircò de ejuſdem præparatione multus non ero: ſi qua autem exigeretur, præparari poſſet ad modum præſcriptum, cùm pauca ſint *ingredientia*, quæ vel fragrantem ſpirent odorem, aut adeò ſubtilium partium ſint, ut earum vis promptè exhalare poſſit.

JULEP

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 115 sur 955

JULEP ROSARUM.

℞. Aquæ roſarum odoratiſſimæ libras tres,
Sacchari albiſſimi libras duas.
Fiat cum diligentia.

Cordiale planè medicamentum eſt, totius corporis exæſtuationi confert, vitales ſpiritus reſtitut, eoſdemque evanidos reparat.

ANIMADVERSIONES.

QUanta fiat virtutum deperditio, ſi *liquores odoriferi* cum *ſaccharo* diu percoqui debeant, de eo jam ad ravim uſque in ſuperioribus conqueſti ſumus. Quæ ſi ſaltem per tranſennam denuò inſpiciantur, unusquiſque facilè videbit, quam turpiter ſe dent, qui hujus *julepi* præparationem, juxta modum præſcriptum moliuntur: Etenim duplicem hi committunt errorem, cùm, quòd fragrantiſſimum *aquæ roſarum* odorem *coctura* penitus expirare ſinant, tùm etiam, quòd hanc ipſam *aquam* in nimis larga quantitate adeò luxuriosè addant. Præcipiunt enim ad *ſacchari* ℔ *ij*, ſumendas eſſe *aquæ roſarum* ℔ *iij*, cùm tamen pro *ſacchari libris duabus* ad conficiendum hunc vel ſimilem *Julepum* vel *Syrupum*, ſufficeret *libra una cum tribus vel quatuor circiter unciis aquæ*, quæ itaque reliqua eſt *aquæ libra una, cum unciis octo*, totaliter ac inutiliter, & quidem pars ejus fragrantior, ut expiret neceſſum eſt, verùm ad quid perditio hæc? Paretur ergò ſequenti modo:

℞. *Aquæ roſarum odoriferæ* ℔ *ij*,
Roſarum rub. contuſ. & ſale condit. ℔ *j*,
Fiatque in cucurbita vitrea ex M. B. deſtillatio vel rectificatio
Aquæ fragrantioris primitùs prolectæ,
℞. ℥ *xv*, vel ℥ *xvj*,
quibus adde
Sacchari albiſſimi vel clarificati ℔ *ij*,
ac ſolâ ejuſdem diſſolutione paretur Julapium.
Ad eundem modum paretur etiam *Julep ſambucinum* ſequens.

JULEP SAMBUCINUM.

℞. Aquæ Sambucinum ex floribus libras tres,
Sacchari albiſſimi libras duas.
Fiat Julep.

Seroſos in corpore humores blandè temperat, calores febriles mitigat, & ſudores elicit; in potu jucundus, noſtratibusque admodum familiaris exiſtit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 116 sur 955

JULEP EX VINO ARNOLDI
DE VILLA NOVA.

℞. Vini optimi & perquàm odorati libras tres,
Sacchari libras duas.
Fiat Julep.

VEntriculi & cordis robur tuetur, coctionem promovet, frigidos, crudosque humores partim incîdit, partim concoquit; ac canninam famem lenit.

ANIMADVERSIONES.

ARnoldum de Villa nova stupidissimæ hujus præparationis Authorem extitisse, vix ego adduci possum ut credam: Etenim longè aliter ejusdem scripta testantur, nimirùm quòd fuerit vir solidæ doctrinæ, rerumque naturalium exquisitâ cognitione imbutus, *ipsâ* etiam *Spagyricâ scientiâ arteque destillatoria* instructissimus: Adeoque mihi non sit verisimile, quòd is tam insipidam hujus *Julapii* præparationem tradiderit; sed potiùs crediderim illam ab alio quodam, qui fortè in operationibus spagyricis peccaverit nunquam, effictam vel excogitatam esse, sicque demùm huic operi irrepsisse. Namque unusquisque, qui vel leviter saltem *arte destillatoriâ* imbutus est, haud invitus mihi contestabitur, quòd, si *vinum* destilletur, ejusque *pars spirituosa & optima*, etiam satis lento igne ab eo proliciatur nihil tùm ab eo remaneat, præter *aquosum ac ingratum vel nauseosum phlegma*, omni virtute odore ac sapore *vini* spoliatum: An tu Lector benevole, nunc in præscripto hujus *Julapii* conficiendi modo, ubi, dum ille ad consistentiam suam debitam percoquendus est, *vini optimi & perquam odorati libra una cum unciis octo* vapore tenùs resolvi, & in auram pelli debent, aliter fieri putas? Proinde non tantam *vini generosi* facias jacturam, & nihilominùs *julapium* habeas *odore ac sapore vinoso*, & eximiis *vini virtutibus* imprægnatum, modo sequenti magis, uti puto, rationi conformi, præparationem instituas. Nimirùm

℞. *Vini Malvatici* ℔ *ij*,

à quibus destillando prolicias ℔ *j*, quas denuò (*rejecto phlegmate relicto*) cum *libris totidem vini Malvatici recentis* commisceas, ac iterum destillando ℔ ij evoces: Idem labor addito *vino Malvatico recenti* adhuc semel reiteretur, rejecto semper *phlegmate relicto inutili*, & quod prodiit *vinum summè spirituosum & fragrantissimum*, cum *sacchari s. q.* redigatur in *julepum* sine *coctione* ulteriori, sed solâ dissolutione; cujus *uncia una* plus præstabit, quàm vulgariter parati *libra una*.

JU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 117 sur 955

JULEP VIOLARUM.

℞. Aquæ Violarum ex floribus libras tres,
Sacchari clarificati libras duas.
Coque ut Julep Rosarum,

Febrium incendia reprimit, insomniam levat: gutturis, faucium, ac asperæ arteriæ afflictionibus à salsi aut acris humoris influxu enatis succurrit; calidus insuper, ac siccis pectoris morbis apprimè convenit, & cordi supercalefacto auxiliatur.

ANIMADVERSIONES.

Julepum hunc *violaceum* ex *aquâ* conficere *violarum*, minùs proficuum videtur; *Aqua* enim exiguam saltem spirat *violarum* fragrantiam, & meo quidem judicio magis efficax & laudabile efficeretur *Julapium*, si idipsum ex secunda *florum infusione* (dum in *syrupi violarum* confectione occupati sumus) fieret, uti in *Animadversionibus* super eundem *syrupum* superius monuimus: Si tamen præcisè ex *aquâ violarum* parandus esset, possemus imitari modum in præparatione *Julepi rosarum* sub finem *Animadversionum* à nobis commendatum, quò benevolum Lectorem relego.

MIVA CYDONIORVM SIMPLEX Mesue.

℞. Succi Cydoniorum medii saporis depurati libras duodecim.
Coquantur ad medietatem: tum adde
Vini albi veteris libras quinque.
Coquantur lento igne, crebro despumando, ad tertiæ partis consumptionem: postquam resederit, cola & adde
Sacchari libras tres.
Coquantur demum ad justam consistentiam.

Adversus alvi profluvia efficax, ventriculum & cætera viscera firmat, ac vomitionem prohibet.

ANIMADVERSIONES.

Quæ de *vino veteri* nunc dicenda essent, quàm perperam illud confectionibus, sive illæ simplices sint, sive aromaticæ, à quibus denuò per evaporationem idipsum propellere necesium est, addatur, jam ad nauseam usque superiùs in *Animadversionibus* super *Julepum de vino* dicta sunt? Præstat igitur *Mivam hanc Cydoniorum* tali modo conficere:

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 118 sur 955

℞. *Succi Cydoniorum per reſidentiam depurati* ℔ *xij*,
Muſti vini recentis clari ℔ *v*,
Coquantur lento igne ad remanentiam ℔ *iv* circiter, adde tandem
Sacchari albi ℔ *ij*,
Et ad conſiſtentiam Mivæ percoque.

Nota: Si quis loco *muſti vini*, tantum adhuc vellet addere *ſucci Cydoniorum recentis*, ipſi non repugnarem.

MIVA CYDONIORUM AROMATICA NICOLAI.

℞. Succi Cydoniorum acidorum libras viginti,
Vini albi potentis veteris libras decem,
Sacchari aut mellis optimi deſpumati libras ſex.

Coquantur ad perfectionem: poſtea impone ſequentia aromata in ſindone ligata,

Cinamomi electi,
Cardamomi majoris ana drachmas tres,
Caryophyllorum drachmas duas,
Zingiberis,
Maſtiches,
Ligni aloës,
Macis ana drachmam unam ſemis,
Croci drachmas duas.

Omnia, excepto Croco, parum terantur, & nodulo ligata ſuſpendantur, identidem confricando in ipſo medicamento, donec craſſeſcat: deinde ſublatum ab igne, aromatiza cum

Moſchi ſcrupulo uno,
Trochiſcorum Galliæ Moſchatæ veræ drachmis duabus.

Fiat, ut eſt artis.

VEntriculum frigidum & humidum, & à pituitoſis humoribus laxum conſtringit: ob id diarrhœam inde cauſatam refrenat, præcipuè verò lienteriam cohibet, concoctricis facultatis vires plurimum auget, omnemque ventriculi vim frigore ſopitam exuſcitat, ac ſtomachi exolutiones avertit.

ANIMADVERSIONES.

QUod de *vino veteri* in præcedenti *Miva Cydoniorum ſimplici* innuimus, etiam huc trahatur; Poſſemus etiam de *aromatibus*, quæ demum ad perfectionem *decoctæ Mivæ*, in ſindone ligata, imponi ſiniſtrè jubentur, plura verba facere; aſt ne multi ſimus, cùm jam in præcedentibus errorem hunc excuſſerimus, ad ipſam *Mivæ* hujus dexteriorem præparationem recta progrediamur; quæ talis;

℞. *Succi*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 119 sur 955

℞. *Succi Cydoniorum recentis* ℔ *xx*,
Musti vini recentis ℔ *vj*,
Coquantur vel inspissentur per se ad consistentiam *Mivæ* vel *Syrupi crassioris*; Jam vero
℞ *Aromata supradicta in compositione*;
Quibus crassiusculè incisis & contusis; nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffunde
Vini albi potentis veteris ℔ *iij*,
Et destilla in arena vel M. B. appositio capitello, ad remanentiam *duarum librarum*, rostro capitelli imponendo
Moschum & *Galliam Moschatam*,
ut in destillatione *odor* & *essentia* eorum ab *aqua spirituosa* prodeunte, eliciatur. Hanc *aquam fragrantissimam aromaticam* seorsim asserva: Remanentes in fundo cucurbitæ species prælo subjice, *expressum* clarifica, & cum
Sacchari albi vel clarificati ℔ *vj*,
ad consistentiam *Tabulati* percoque.
Tandem illi junge
Succum Cydoniorum unà cum musto inspissatum & superiùs asservatum,
Nec non
Aquam illam perquam fragrantem, ac summè spirituosam, à speciebus aromaticis destillatione abstractam,
tumque solâ dissolutione para *Mivam Cydoniorum aromaticam regiam & præstantissimam*.

Nota Quod *mustum vino veteri*, si coctione submittendum aut inspissandum sit, præferam, non sine prægnanti ratione fit, cùm insignis inter illa sit differentia: Nam *illud immaturum est vinum*, & instar *succi cujusdam fructus*, destillationi commissum, *aquam veluti elementarem* præbet *insipidam*, remanente *succo residuo inspissato, gustui grato, ac virtutibus ventriculum roborantibus & modicè adstringentibus prædito: Hoc* verò *maturum est, fermentatum*, & levi caloris pulsu aut leniissimo igne destillatum *spiritum* emittit *ardentem*, & quidem imprimis, remanente in residuo, *phlegmate nauseabundo, ingrato*, ventriculum invertente, & non nisi porcis saginandis ferculum conducibile,

DIACARYON, Seu ROB NUCUM Galeni et Mesue.

℞. Succi corticum viridium Juglandium diebus canicularibus extracti libras quatuor,
Mellis libras duas.
Coquantur, ut est artis.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 120 sur 955

Stomaticum est medicamentum, admodum efficax ad oris phlegmonas & synanchas, destillationes tenues in fauces, & alias præfocantes, pueris, mulieribus, naturisque humidis magnoperè commodatum. Mesue *ex* Galeno lib. 6. κῦ πτπς capite 2. *phlegmonarum initiis adstringentium aliquid vult miscendum, ut Rosas, Balaustia: in statu Crocum, & Myrrham: in declinatione, Nitrum, Salem, Ammoniacum, & similia.*

DIAMORON SIMPLEX
GALENI.

℞. Succi Mororum domesticorum libras quinque,
Mellis libram unam.

Clarificetur primum succus: deinde cum melle coquatur ad justam consistentiam.

Phlegmonarum principiis salubre: cujus vires augentur additis repellentibus, & adstringentibus; qualia sunt Alumen, Omphacium, Rhus Rosa, Balaustia, Malicorium, Cytinus, Gallæ immaturæ, Hypocistidis aut Lentisci succus.

DIAMORON COMPOSITVM
EJUSDEM.

Præparetur ut priùs jam modò descriptum, addendo prædictis,
Myrrhæ,
Croci ana drachmam unam semis,
Omphacii seu Agrestæ unciam unam.

Coquatur Omphacium cum succo Mororum & Melle. Myrrha verò & Crocus sub finem adjiciantur, cùm scilicet ab igne remotum fuerit medicamentum.

Phlegmonis ad statum provectis, quibus concoquentia & digerentia medicamenta adhibere convenit, maximè prodest; etenim privatim concoctoriâ inflammationum vi præditum est.

DIAMORON USITATUM
NICOLAI.

℞. Succi Mororum Batinorum, id est, Rubi, libram unam,
Mororum Celsi libram semis,
Mellis libram unam,
Sapæ uncias tres.

Succos Mororum priùs depuratos, cum melle & sapa in vase lapideo suaviter decoque: coctum percola & serva.

AD

Ad faucium ardores, ſerpentiæ oris ulceræ, gulæ, columellæ, & tonſillarum inflammationes, anginæque principia efficax exiſtit, eſtque ejus uſus præ cæteris celeberrimus.

Mora Celſa, ſeu Domeſtica, Noſtris **Maulbeer** dicuntur. Mora verò ſylveſtria, ſunt Mora rubi Bati, quæ **Brombeer** & **Himbeer** vulgari idiomate appellantur.

ROB DE AGRESTA.

℞. Omphacii, ſeu Agreſtæ libras duas,
Sacchari optimi libram unam,
Coque ad ſpiſſitudinem mellis.

Refrigerat & adſtringit, unde fluxus malignos ac colliquantes coërcet, ſitim ſedat, bilioſos ructus compeſcit, & contagioſis morbis opitulatur.

ROB DE BERBERIS SIMPLEX.

℞. Succi de Berberis libras tres, vel quantum volueris,
Coquantur per ſe ad ſpiſſitudinem mellis.

ROB DE BERBERIS COMPOSITUM.

℞. Succi de Berberis depurati libras duas,
Sacchari optimi libram unam.
Coquantur ut eſt artis.

Utrumque valenter refrigerat, ac præter adſtrictionem nonnihil incidentis facultatis habet, bilem ventriculo infeſtam reprimit, inde enata ventris profluvia ſiſtit, & ſitim inexpletam pacat: febribus ob id bilioſis, ac tertianis opportunum.

Compoſitum cum Syrupi ſuperiùs traditi deſcriptione concordat, præterquam quòd Syrupus plus ſacchari admittit; eſt tamen apud nos Rob magis in uſu quàm Syrupus.

ROB CERASORUM SIMPLEX.

Paratur eodem modo, quo proximè antecedens Rob de Berberis ſimplex.

Fervores internos extinguit, ſitim ſedat, cor roborat, ejuſdemque calores præternaturales ſuaviter temperat.

ROB DE CORNIS.

℞. Succi Pulpæ Cornorum libras duas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 122 sur 955

Sacchari libram unam.
Coquantur secundum artem.

POtenter adstringit, unde in fluxibus ventris, dysenteria, lienteria, & cœliaca utiliter exhibetur.

ROB CYDONIORVM.

℞. Succi Cydoniorum artificiosè depurati libras sex.
Coque ad duarum partium absumptionem, seu ad mellis spissitudinem.

IUs multiplex usus esse solet in diarrhœa biliosa, dysenteria, ac alvi profluviis à calidis & acribus humoribus concitatis, vomitiones & stomachi subversiones emendat, cholerœ morbo medetur intestinorum hæmorrhagiam cohibet, venenatis morbis adversatur & sudores potissimum tamen in adultis ac ætate provectis, promovet.

NOtandum, ut probè succus depuretur, eundem priùs calefieri, deinde verò ut resideat, reponi debere. Quod ubi factum, tum demum lento igne coquendus. Adhibenda porrò sunt vasa ad succos hos acidos figulina vitreata, vel omninò lapidea, prout supra in Prolegomenis monuimus.

ROB CYNOSBATI.

Fit, ut Rob de Cornis ex caliculis Rosarum sylvestrium, qui post florum defluvium circa finem autumni, vel medio autumno, pulcherrimo rubore matureſcunt.

USurpatur Rob prædictum ex Cynorrhodo Barbari, qui aliis Cynosbatus dicitur, ad renum calculos atterendos, & arenulas eorundem expurgandas, hæmorrhagias etiam uteri, renum ac vesicæ cohibendas: dysentericis quoque auxilio est.

ROB EBVLINVM.

℞. Succi Granorum Ebuli libram unam.
Inspissetur per se lento igne, additâ libra semis sacchari.

BIlem, pituitam, aquasque modestè detrahit, sudores movet, ac ob prædicta hydropicos adjuvat: leucophlegmatiæ medetur, & podagricis procurato ab ejus sumptione sudore benefacit.

ROB JVNIPERINVM.

Eodem modo quo priùs parari consuevit.

FRigidis ventriculi, uteri, ac intestinorum malis magnoperè prodest; urinas, menses, calculosque ejicit, venes & vesicam à mucositate

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 123 sur 955

cositate repurgat; flatus ventris discutit, venena pellit, ob id plebs adversus aëris infectionem, & contagiosos morbos antidotum familiare existit, ac pectus à crudo, crasso, & tenaciùs infarcto phlegmate expurgat.

ROB PRVNORVM SYLVESTRIVM.

Fit ex pulpa Prunorum sylvestrium, seu ex fructu spinosi fruticis Acaciæ.

Dysenteriam, diarrhœam, ac ventris profluvia, præsertim verò serosa & biliosa potenter adstringendo retardat, ac retentricem cùm ventriculi, tùm intestinorum facultatem confirmat.

ROB DE RIBES UTRVMQVE,

Paratur utrumque, ut Rob de Berberis.

NOn intelligimus hoc loco Ribes è Syriæ montanis allatum, sed nostrum. Ad refrigerandum, adstringendum, & ventriculum, cateraque viscera fervoris intemperie dissoluta recreanda, & confirmanda proficuum, sitim restinguit, partim eam quæ ex ventriculo concalefacto, tùm eam quæ ex cordis omniumque partium intemperie sicca & calida orta est, calorem febrilem mitigat, ventriculum firmat, vomitum biliosum reprimit, felleas alvi excretiones sistit, choleræ medicatur, hæmorrhagiam curat, cardiacis succurrit, pestilente cœlo efficax, undique nata exanthemata sanat, ac ebrietati resistit.

ROB SAMBVCINVM,

Fit ut Ebulinum.

EBulino viribus affine est, etenim ictericos & hydropicos juvat, sudoresque potenter prolicit, ac serum acre, nec non biliosi ichoris abundantiam, & erysipelata ante sudorem sumptum ejicit.

ROB VERONICÆ.

℞. Succi Veronicæ libras duas,
Sacchari libram unam.
Fiat Rob.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 124 sur 955

UTiliter pulmoniacis ac phthiſicis lingendum porrigitur, ſed & urinarios meatus expurgat, renumque calculos atterit, ſanguinem mundificat ſudores prolicit, & malignis peſtilentibusque febribus adverſatur; datur ſanguinem ſereantibus, ab alto lapſis, qui vaſis alicujus interni rupturam paſſi ſunt.

ANIMADVERSIONES

In Diacaryon ſeu Rob Nucum Galeni & Meſue, & reliqua ſubſequentia omnia ex ſuccis parandæ, exceptis Rob de Cornis, Cynosbati & Iuniperino.

PArentur juxta modos præſcriptos, ſimplici nimirùm *coctione*; Ex ſimilibus enim *ſuccis recentibus fructuum*, vix *ſpirituoſi* quidpiam ſed potiùs *humiditas* quædam *elementaris* in coctura exhalat.

ANIMADVERSIONES

In Rob de Cornis, Cynosbati, & Iuniperinum.

HAud benè præcipiunt ex *ſuccis* prædictorum *fructuum* enumerata *Rob* conficienda eſſe, cùm nemo iſtâ unquam ex *ſuccis* paraverit, aut parare potuerit; Etenim *fructus* illi *ſuccos* non præbent, ſed neceſſum eſt, ut *affuſâ aquâ* aliquandiu coquantur, donec molleſcant, *pulpasque* vel *decocta craſſa* ſuppeditent, quæ per ſetaceum vel linteum cogenda & trajicienda ſunt; ex quibus tandem inſpiſſatis, & ab humiditate ſuperflua mediante evaporatione liberatis, *Rob* confici poſſunt, cum, vel ſine additione *Sacchari*, prout cuivis libuerit.

De *Rob juniperino* autem ut ſingulariter aliquid addam, moneamque, operæ precium duxi, ne id quod toties inculcavimus, hîc prætereamus. *Grana Iuniperi*, utpotè ex planta vel arbuſcula calida & ſulphurea oriunda, *oleum* præbent efficaciſſimum, ad plurimos, cùm internos, tùm externos humani corporis affectus, maximè proficuum; *Id* inquam, in coctura illa diuturnâ, quam *grana* hæc deſiderant, ſi ex illis *Rob* vel *Pulpam* conficere lubido fuerit, totaliter exſpirat, & in auras evaneſcit, reddetur proinde *Rob* inodorum & inefficax, utpotè virtutibus potioribus *granorum* dictorum diuturnâ coctura deperditis. Cui tamen errori mederi poterimus, ſi jam perfectè cocto & parato *Rob*, aliquantillum *olei* ex iiſdem *baccis juniperinis* deſtillati addamus, maximè ubi tempore peſtis eo uti voluerimus. Fiat autem priùs ex *oleo prædicto*, & *ſaccharo albo pulveriſato* mixtura, quam *Elæoſaccharum* vocant, eamque tandem dicto *Rob* optimè admiſce. Quantitas verò *olei* pro diverſitate affectuum augeri & imminui poteſt; communiter tamen ʒ j ß, vel ʒ ij *olei*, ad ℔ j *Rob*, ſufficient.

MEDI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 125 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS II.

Continens

SYRUPOS PURGANTES.

SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

Paratur ex multiplici infusione Florum, ad normam Syrupi rosati laxativi simplicis.

Syrupi rosati vires æmulatur: ichores enim sanguini admixtos, tenuéque serum leniter expurgat, ac blandè alvum subducit.

ANIMADVERSIONES.

Commodissimè parari poterit ad normam *Syrupi rosati simplicis* præcedentis; Videantur tamen *Animadversiones* nostræ subsequentes super *Syrupum rosatum solutivum simplicem.*

SYRUPUS DE CARTHAMO.

℞. Adianthi albi,
Hyssopi,
Thymi,
Origani,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Scolopendrii,
Bugloſſi ana manip. semis,
Cuscutæ,
Vesicariæ, seu Halicacabi ana unciam semis,
Rad. Angelicæ,
Glycyrrhizæ,
Fœniculi,
Asparagi ana unciam unam,
Polypodii quercini unciam unam semis,

Cor

Corticum Tamariſci unciam ſemis.
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Ammeos,
Dauci ana unciam unam,
Carthami leviter contuſi uncias quatuor,
Uvarum paſſarum exoſſatarum uncias duas.

Decoque in aquâ ad tertias; poſtea colentur, ac colaturæ calenti infunde

Foliorum Senæ repurgatæ unciam unam ſemis,
Agarici Trochiſcati unciam ſemis,
Rhabarbari electi drachmas ſex,
Zingiberis drachmam unam.

Macerentur per noctem, ac ſequenti die poſt validam expreſſionem colentur: poſtmodum adde

Sacchari albiſſimi libram unam,
Syrupi Violati ſolutivi,
Roſati ſolutivi,
Acetoſi ſimplicis ana uncias duas.

Coquantur iterum modicè ad juſtam conſiſtentiam.

Febribus inveteratis, quotidianis, quartanis, & obſtructionibus viſcerum ex humoribus craſſis, ac pituitâ enatis opitulatur: incidit extenuat, aperit, nec non pituitoſos & ſeroſos humores leniter per alvum educit, ac extergit.

SYrupus hic de Carthamo, vel Diacnicu dictus deſcribitur ab Andernaco Comment 2. de vet & nov. Medicinâ Dialog. 7. in cujus ſtructurâ Noribergenſes Thymum ac Polypodium omittunt, ac ſeminis Aniſi, Fœniculi, Ammeos, & Dauci, unciam tantum dimidiam legunt, cùm auctor unciam adſcribat. Vide Editionem Andernaci Baſilienſem Anni 1571.

ANIMADVERSIONES.

QUod inconcinniter, ac ſine omni ratione ſæpè numero plures, quàm neceſſe eſſet, nonnunquam etiam ſibi invicem repugnantes ſpecies, ſaltem ut pompoſas & magnificas efficiant ſuas medicaminum compoſitiones, Medici cùm priſci, tùm moderni, corradant & conſarcinent, de eo jam ſuperiùs ſatis querelarum fuit, quas libentes nunc demùm mitteremus, niſi denuò mox ſub ipſo auſpicio *hujus Claſſis ſecundæ ſyruporum purgantium* ſimiles, imò majores, pluresque ſeſe nobis obviam ſiſterent errores, quos non aliter poſſumus, quàm ut ſub incudem rectæ rationis & judicii aliquantum revocemus, eosque pro virili diluamus. Inter illos autem non minimi ſunt,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 127 sur 955

ſunt, qui in *ſyrupo hoc de Carthamo dicto*, ſeſe offerunt, mox mox ventilandi. Nimirum apud Philoſophos ſaniores ratum eſt & firmum, quod *omne recipiens, recipiat ſaltem ad modum ſuæ receptavitatis, non ad imprimentis*. Hoc ipſum, (ut alia exempla taceam) ſatis manifeſtum eſt & evidens in *Extractionibus Hermeticis*, fientibus beneficio alicujus *liquoris*, quod *Menſtruum Spagyrici* appellant. Nam ſi *liquor aliquis* ſive *menſtruum*, rei cuipiam extrahendæ affundatur, ac cum eo ſatis diu digeratur, nunquam plus extrahet vel recipiet, quam quantum continere poteſt. Exemplo ſit *ſpiritus vini*, qui, ſi *eſſentiâ* vel *tincturâ* alicujus *vegetabilis* vel alterius rei *mineralis* aut *animalis* ſaturatè imbutus, recentibus ſpeciebus pro earundem eſſentia vel tinctura extrahenda ſuperaffundatur, & ſi vel menſes aliquot vel annos etiam cum adjectis ſpeciebus in digeſtione ſervetur, apparet, quod ne tantillum quidem ampliùs in ſe receperit, quàm quod antea extraxerit, antequam illum aliis ſpeciebus affudiſti; Adeò ut ſi plus de eſſentia illarum rerum, quâ ille imprægnatus eſt, deſideres, alium recentem ſpiritum illis affundas neceſſum ſit, ſecùs enim ſi operatus fueris, & oleum, quod dicitur, & operam perdes. Idem etiam in *liquoribus acidis* uſu venit, ſive *vegetabiles* illi ſint, ſive *minerales*; Nunquam enim experiêre hoſce *liquores*, ſi ſemel E. g. *Coralliis*, affuſi, tantùm de ipſis extraxerint vel diſſolverint, quantum extrahere vel diſſolvere potuêre, ulterius recentibus *Coralliis* vel aliis rebus ſuperaffuſos, extrahere vel elicere quicquam. Sic & *aqua ſimplex* vel *deſtillata* in *infuſionibus* & *decoctionibus* pro *ſyrupis* aut aliis ſimilibus confectionibus, *menſtruum* eſt, cujus ope vires ingredientium ſpecierum elici debent: Hoc ipſum *menſtruum* ſive *aqua*, ſpeciebus extrahendis affuſa, & cum iiſdem cocta vel digeſta tantum in ſe recipit, quantum aptè ſuſcipere & retinere poteſt, & ubi virtute ſpecierum illarum ſufficienter imbuta, iterumque aliis recentibus ſpeciebus affundatur, tum nil amplius ex iiſdem, vel elicit, vel elicere poteſt, quia, uti ſuperiùs dictum, *Nihil recipit ultrâ ſuum poſſe, ſive modum ſuæ receptivitatis*. Ex dictis jam quilibet facilè colligere poteſt, quid quantumque *aqua illa*, cum tanta *ſyrupi* (quem nunc præ manibus habemus) ingredientium farragine, ad tertias decocta, ac ſatis ſuperque virtutibus eorundem imbuta poſſit, reaffuſa aliis recentibus *ſpeciebus purgantibus*, pro *vi cathartica* eorundem extrahenda, unde poſtea *ſyrupus* virtutem & efficaciam *purgandi* ſortiatur: Certè meo judicio vel parum admodum, vel prorſus nihil. Alter non minùs craſſus error, qui *ſyrupi* hujus confectionem defœdat, eſt, quòd *radicum, herbarum, ac ſeminum plurimorum ingredientium partes ſubtiliores odorifera & aromatica* in diuturna *coctione* penitùs expirent & dependantur, nec de iis quicquam *ſyrupo* accedat. Reliquos quoad *purgantia* & plurima alia *ingredientia* commiſſos errores lubens taceo, cùm mei inſti-

instituti non sit, compositiones traditas in totum evertere, sed saltem veram & genuinam earundem præparandi rationem demonstrare, quàm & mox hîc subjungam, quaque benè intellectâ, præparationes etiam reliquorum cuivis facilius innotescent.

℞. *Species pro decocto primo, superiùs denominatas,*

Quibus incisis & contusis nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffunde

Aquæ fontanæ ℔ v.

Destillentur apposito Capitello ad remanentiam trium librarum circiter, *aquâ destillatâ interim asservatâ*: Species in Alembico relictæ exprimantur, & *expressus liquor albumine ovorum clarificetur.* Tum,

℞. *Species purgantes pro secundâ infusione superiùs quoque indigitatas.*

Quibus incisis, crassiusculè superaffunde *decoctum superiùs clarificatum*, stentque in infusione per diem, coquantur postea parùm, & exprimantur; *Relictis speciebus purgantibus*, affunde *aquam superiùs à primo decocto destillatam*, & ut antea digere, ac tandem exprime. *Binas hasce colaturas conjunctas, & albumine ovorum clarificatas*, addita *sacchari* ℔ j, in *syrupi* consistentiam percoque; Cui demum adjungantur *syrupi*; utpotè,

Syr. Violarum solutivus.
Rosatus solutivus, &
Acetosus simplex.

Equidem impossibile est, quin in tantâ ingredientium farragine, & horum respectu, tam diminutâ quantitate *sacchari*, virtutum nonnullarum rerum fiat deperditio; Nihilominùs tamen hic *syrupus*, si nostro modo præparetur, longè majorem habebit *vim purgandi*, ob duplicem *infusionem & extractionem specierum purgantium*, factam; primò, cum *decocto clarificato*, quod in clarificatione tenuius evasit, consequenter etiam aptius magisque dispositum ad extrahendas *purgantium vires*, quam alioquin crassum nec clarificatum *decoctum*: Et secundò, cùm *aqua destillata* propria, utpotè quæ tenuis admodum & præstantissima, virtutes *purgantium* relictas, egregiè elicere potest. Si mihi tamen res committeretur, si non omnes *species primæ decoctionis* omitterem, & sola *aquæ simplic. s. q. purgantes species* extraherem, ad minimum *odorifera & balsamica* arcerem, & loco horum, eorundem *olea destillata*, beneficio *sacchari pulverisati* in *Elæosaccharum* redacta, *syrupo* ultimò odoris & suavitatis gratiâ adderem. Possem nec non alios modos præparandi, & quidem paulò artificiosioris adducere, ne tanta rerum ingredientium fieret jactura, sed ob dictarum ingredientium diversitatem, intricatissimi essent, qui vix à quibusdam Pharmacopœis percipi possent, idcircò

quan-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 129 sur 955

quantum possibile fuit, simplicitati studui, ne habeant quod conquerantur Pharmacopœi, de laboriosâ conficiendi ratione.

SYRUPUS DE CICHORIO
Cum Rhabarbaro Nicolai Florentini.

℞. Endiviæ domesticæ,
Sylvestris ana manipulos duos semis,
Cichorii,
Taraxaci ana manipulos duos,
Cicerbitæ, seu Sonchi levis,
Hepaticæ, seu Lichenis,
Lactucæ domesticæ,
Fumiterræ,
Lupulorum ana manipulum unum,
Hordei integri uncias duas,
Capillorum Veneris uncias duas, & drachmas duas,
Veticariæ, seu Halicacabi,
Glycyrrhizæ,
Ceterach,
Cuscutæ ana drachmas sex.
Adianthi vulgaris, seu Rutæ murariæ,
Rad. Fœniculi,
Apii,
Asparagi ana uncias duas.

Decoquantur in aquæ libris triginta, ad medietatis consumptionem: deinde cum sacchari albi clarificati libris decem, fiat syrupus. Pro cujus decocti unaquaque libra inter coquendum adjiciantur,

Rhabarbari optimi uncia semis,
Spicæ scrupuli duo.

Ligato hæc in linteolum rarum, & exprime in decocto, bulliendo parum priusquam saccharum adjiciatur: deinde in percocto syrupo suspendantur.

Usurpatur ad jecoris intemperiem calidam, obstructionem, fellis suffusionem, seu icterum, splenicis & melancholicis confert, cachexiam, & viscerum impuritatem, omnemque materiam venenatam solvit, nutritionis instrumenta firmat, humoresque vitiosos per urinam & secessum educit, peculiariter verò epilepticis subvenit, maximè pueris: quem in hoc casu mirificè commendabat Montanus, *imò asserebat* Nicolaum *eundem ad epilepsiam propulsandam composuisse.*

IN

IN hoc Syrupo, etiam in prioribus Editionibus, consultò omissum fuit, Polytrichum cum Scariolâ: Endiviæ porrò & Capillorum Veneris quantitas non sine ratione adaucta. Et quoniam Epaticus verè est Rhabarbari etiam dosin augere, ejusque pro unaquaque decocti (non sacchari ut in prioribus) librâ unicam semis sumere consultum judicavimus: retinentes interea Spicæ eandem: quòd in majori sumpta (ut *Petrus Coudenb.* rectè monet) & sapore & odore Syrupus magis ingratus redderetur. Si qui fortè Rhabarbari dosin adhuc augendam censent, prout ex *Nicolai Præpositi* sententia in quibusdam locis fieri legimus, nec nos quidem improbamus; pro nostro tamen usu, hanc quantitatem, plurium aliorum authoritate nixi elegimus. Vide *Renod.* Describitur à *Nicolai Florentino*, *Sermone* 5. *de obstruct. hepatu.*

SYrupum hunc præparandi magna est apud plerosque disparitas. Nobis hic modus probatur, ut hordeum cum radicibus & herbis aridis horis viginti quatuor in dicta aquæ quantitate infundatur, deinde simul omnia decoquantur ad medias. De hoc decocto transcolato portio aliqua reservetur, quanta sufficere videbitur, in qua Rhabarbari optimi minutim incisi unciæ septem semis, & spicæ drachmæ duæ & scrupuli duo, horis ad minimum duodecim infundi possint: quæ postmodum simul bulliant, ac leniter exprimantur, atque hæc ipsa unà cum suo hoc liquore priori jam ferè sufficienter in syrupum cocto addita, in perfectum syrupum inspissentur, Spicam & Rhabarbarum panniculo illigata, in syrupo in posterum demersa retinendo, atque sic Rhabarbari & Spicæ vires syrupo facultatem suam tradunt, cujus vis sola in syrupum suspensione post additum saccharum alioquin vix animadverteretur.

ANIMADVERSIONES.

MUltæ quidem *Animadversiones*, huic *syrupo* adjectæ sunt: parum autem ad rem facientes, ex quibus tamen ultimam, quæ *Rhabarbarum* in *decoctio transcolato* coquere jubet, præ reliquis amplecteret, si nodum tangeret, sed & ipsa manea est & mutila; Proinde omnium optimum erit, *syrupum* hunc conficere ad modum præcedentis *de Carthamo*, præmissâ non quidem destillatione, sed duntaxat clarificatione *decocti*, antequam *Rhabarbarum* cum *Spica nardi* eidem extrahenda committantur; Quod ipsum *decoctum* studiosè defæcatum, *Rhabarbaro* pro meliori ejus extractione, bis affundi, ac denuò colatum & clarificatum cum *saccharo*, ad debitam *syrupi* consistentiam, percoqui poterit.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 131 sur 955

SYRUPUS DIASEREOS ANDERNACI.

℞. Intybi Latifolii, seu Endiviæ,
Cichorii ana manip tres,
Adianthi albi, seu Rutæ Murariæ,
Nigri, seu Capillorum Veneris,
Agrimoniæ,
Scolopendrii, seu Ceterach,
Lupuli,
Fumariæ ana manipulum semis,
Granorum Halicacabi,
Cuscutæ ana drachmas tres,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Asparagi ana unciam semis,
Polypodii quercini unciam unam,
Glycyrrhizæ drachmas sex,
Sem. Cnici unciam unam semis,
Quatuor frigid. majorum ana drachmas duas,
Hordei non excorticati pugillos duos,
Sem. Endiviæ,
Cichorii ana drachmam unam semis,
Uvarum Passarum unciam unam,
Pruna Damascena numero viginti,
Florum Borraginis,
Buglossi,
Violarum ana pugillum unum,
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum ana unciam semis.

Omnia in aqua ad tertias decoquantur, & in hujus decocti ritè colati libra & semisse, macerentur seorsim per noctem.

Rhabarbari electi unciæ duæ semis,
Agarici trochiscati uncia,
Foliorum Senæ uncia una semis,
Zingiberis,
Cinamomi ana drachma.

Expressis, colatisque iterum adde
Sacchari optimi libram,
Syrupi rosati solutivi uncias tres.

Mixta omnia rursus modicè coquantur ad justam spissitudinem.

Ad viscerum obstructiones, febres & alia inde proventientia mala efficax, auriginosos, felle suffusos, cachecticos, hydropi-

tosque

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 132 sur 955

cosque plurimùm adjuvat : renes etiam emungit, ac corpori boxum colorum conciliat.

CUm seris medicamenti hujus basis existat, nimis autem parca nobis visa fuerit Intybi & Cichorii quantitas, idcirco earundem herbarum portionem triplicandam censuimus, ut syrupus evadat efficacior. Describitur ab *Andernaco Comment. 2. Dialogo 7. de veteri & novâ Medicinâ.*

ANIMADVERSIONES.

SYrupi, hujus præscripta præparatio plures involvit difficultates, quæ tamen maximam partem eveniunt, ratione exiguæ quantitatis *aquæ*, tàm ingenti specierum ingredientium copiæ deputatæ, utpotè quâ illæ vix sufficienter humectari, nedum decoqui, multò minus competenti modo extrahi queunt. Hinc adeò fit ut parùm efficax hic *syrupus* in Pharmacopoliis prostet, quantumvis ipsi Pharmacopœi saniores, tàm exiguâ quantitate *aquæ*, pro decoquenda tantâ farragine specierum, pro majori parte inutilium, contenti non sint; nihilominùs tamen nec hi totaliter rem ex debito peragunt: Etenim si benè & ex arte hic *syrupus* confectus sit, *unica ejus uncia* integrum constituet *Pharmacum*, & in se continebit vires *duorum scrupulorum ac granorum tredecim rhabarbari*; *Scrupuli unius agarici trochiscati*, & *drachmæ dimidiæ foliorum Sennæ*; taceo, quam insuper à *syrupo rosato solutivo* mutuaretur *virtutem laxativam*. Reliquos errores prægrandes non minus, qui circa præscriptum *syrupi* hujus conficiendi modum occurrunt, brevitatis causa omitto, genuinam ejus præparationem annectens, quæ tùm institui poterit in modum *syrupi de Carthamo*, nimirùm destillando *decoctum*, priusquàm illud extrahendis speciebus purgantibus affundatur, (eò enim melius earundem fiet extractio,) vel si huic labori parcere animus esset, poterit fieri ejusdem præparatio modo sequenti: Nimirum

℞. *Species suprà dictas primi decocti*,

Quas incisas & contusas, coque in *aquæ simplicis* ℔ *x*, ad tertiæ partis consumptionem, sive remanentiam circiter *librarum sex*, factáque colaturâ & expressione; *decoctum* expressum, *albumine ovorum* optimè clarificetur. Tùm

℞. *Species subsequentes purgantes crassiusculè incisas*,

Quibus affunde *decocti superioris clarificati* ℔ *iij*; stent per aliquot horas in digestione loco calido, & post unam vel alteram ebullitionem fiat, cum expressione leni, colatura; *remanentibus speciebus catharticis residuæ tres libræ decocti superioris clarificati* affundantur, & iterum post digestionem aliquot horarum, ac unam vel alteram ebullitionem, lenis instituatur expressio. Tandem etiam ne quidquam virtutis catharticæ *speciebus purgantibus* remaneat, adhuc semel iisdem super-

superaffundantur *aquæ simplicis* ℔ ij, reiteratâ ut antea post unam vel alteram ebullitionem colatura & expressione; Has *extractiones & decoctiones* omnes conjunctas, *albumine ovorum* denuò clarifica: Clarificatas cum *sacchari destinato pondere* ad debitam consistentiam *syrupi* percoque, cui postremò *syrupum rosatum solutivum* admisce-re, sicque usui reservare poteris.

SYRVPVS DOMESTICVS,

Seu, De Spina Infectoria, Quam vulgus Spinam Cervinam vocat.

℞. Baccarum fruticis illius, quem Spinam Cervinam vocant, circa finem Septembris aut Octobris, initio collectarum quantitatem sufficientem:

Contundantur in pila lapideâ, deinde exprimendo colentur: Succus expressus coquatur lento igne, donec quarta pars absumatur, atque iterum coletur.

℞. Hujus colati libras duas,
Sacchari uncias sedecim.

Coquantur simul, donec syrupi benè cocti, consistentiam acquirant, adjiciendo in fine,

Anisi,
Mastiches ana ʒ iij,
Zingiberis,
Cinamomi,
Caryophyllorum ana drachmam unam semis.
Fiat Syrupus.

Syrupus Domesticus sic dictus, quòd familiariter eo uti possimus, bilem, pituitam, & seroſos maximè humores purgat; unde ejus usus, præcipuus in cachexiâ, hydrope, ac arthritide. Consule de eo Reinerium Solenandrum in Consiliis.

Baccas semicontusas quatuor diebus in fictili vitreato macerari per se in loco calido permittito, & efficacior succus reddetur. Cujus libras duas cum sacchari vel mellis libra una semis decoquunt ad syrupi spissitudinem: demùm linteolo rariore colato addunt Cinamomi, Zingiberis ana unciam semis, Caryophyllorum drachmas duas, fiat Syrupus. Hunc ita *Matthiolus, in Dioscorid. præpar. lib. 1. cap. 102, de Rhamis.*

Caveant Pharmacopœi, ne pro Cervispinæ baccis similitudine fortè san decepti, Alaterni baccas accipiant.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 134 sur 955

ANIMADVERSIONES.

UNicum in *Syrupi* hujus assignata præparatione mihi displicet, quòd nimirum perfecto & ad debitam suam consistentiam cocto *syrupo*, *species illæ aromaticæ*, quarum in compositione præscripta, fit mentio, quæque non solùm palato gratum & amabilem *syrupum* reddere, sed insuper etiam eundem (uti quidem existimant) corrigere debent, quò minus ventriculo noxam aliquam inferat, sub finem demum addantur; nam uti superiùs aliquoties demonstravimus, *syrupi* jam confecti, tùm ob suam crassitiem, tùm etiam quod jam ante virtutibus specierum ex quibus compositi, sufficienter imbuti sint, ad extrahendas quarumcunque rerum essentias inepti ac inhabiles sunt; Quam ob causam, diù mecum cogitavi, quâ viâ, quâque ratione, hic & similes *syrupi purgantes*, parari possent, ut viribus specierum ingredientium, præsertim *aromatum*, quæ illis addi præcipiuntur, ob saporis saltem & odoris gratiam, penitus imbuerentur, nec iisdem (uti communiter fit) tantoperè spoliarentur; Ast vix modum hactenus invenire potui, qui votum meum omnimodè expleret, cum tanta sæpenumero in quamplurimis cùm *syrupis*, tùm aliis compositionibus ingredientium non rarò inter se repugnantium, farrago adsit, ut si unum integrè conservare studeamus, alterum vel inviti eamus perditum. Nec parum ad hoc facit, exigua illa, multoties *syrupis* destinata *sacchari* quantitas, quæ parcam etiam exigit liquoris additionem. Hisce tamen non obstantibus, adjiciam duos modos, ad quorum imitationem, & huic, de quo nobis nunc sermo est, & aliis consimilibus *syrupis*, *vis aromatica* ingredientium, commodè imprimi possit. Quorum primus & quidem facillimus est, quemque jam superiùs aliquoties indigitavi, ut *specierum aromaticarum olea destillata* (quæ sunt velùti essentiæ illarum) quantitate convenienti & proportionatâ (utpote ad hunc *syrupum olei Anisi* ℈ ß, *olei Mastichis* ℈ j, *olei Zinziberis & Cinamomi ana gr. v*, *olei Caryophyllorum* ℈ ß) *saccharo pulverisato* exactè commisceantur, ac inde *Elæosaccharum* conficiatur, quod demùm *syrupo* jam confecto addi poterit: Alter verò modus hic est;

℞. *Succi ex gr. Spinæ Cervinæ colati* ℔ ij, ℥ viij,

Quæ vel mediante destillatione vel coctione, abstrahantur ad remanentiam ℥ xj *circiter*, quibus junge *aromata*, sive illa quæ sub finem compositionis, vel quæ in Animadversionibus secundum mentem *Matthioli* in *Dioscoridem* notata sunt, ac omnia cucurbitæ vitreæ immissa, appositio capitello, in M. B. destilla vel abstrahe ad dimidias circiter. Residuum in fundo cucurbitæ *liquorem* per colaturam à *speciebus aromaticis* separatum, parùm clarifica, & liquori ab eo destillato, id est, *aquæ aromaticæ* prolectæ denuò junge, additisque tandem

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 135 sur 955

dem *ſacchari* ℥ xvj, unâ vel alterâ ebullitione, aut ſolâ ejuſdem diſſolutione, redige in *ſyrupum* juſtæ conſiſtentiæ.

SYRVPVS EMETICVS
Angeli Salae.

℞. Vitri Antimonii ſubtiliſſimè pulveriſati unciam unam,
Cinamomi electi,
Zedoariæ ana drachmas duas,
Santali rubri unciam ſemis,
Croci Orientalis drachmam ſemis,
Aceti roſati uncias viginti,
Seminis Angelicæ drachmas duas.

Infundantur omnia in Balneo Mariæ per viginti quatuor horas; poſtea balneo refrigerato colentur diligentiſſimè, & filtrentur per chartam bibulam: deinde tantum ſacchari, cum aqua roſarum ſolvatur, quantum eſt pondus prædicti liquoris: Coquatur denique ſaccharum ad conſiſtentiam Tabularum manus Chriſti, & cum prædicto liquore miſceatur.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Vomitorium hoc medicamentum non tantùm vitioſos humores ventriculi evacuat, ſed & ejuſdem tunicis impactos educit; ex aliis etiam partibus peccantem materiam revellit; hinc non ſolùm ipſis ventriculi vitiis prodeſt, ſed etiam febribus intermittentibus, aliiſque morbis chronicis conducit.

ANIMADVERSIONES.

ERroribus quibus præcedentes *ſyrupi* ferè ad unum omnes ſcatent, neque hic, de quo nunc agimus *ſyrupus Emeticus*, exemptus eſt, quin plures inſuper continet difficultates, nimioperè ejuſdem laudes deturpantes. Etenim primò male & inutiliter inſtituitur *vitri antimonii* (quod ejuſdem baſis eſt) correctio, adjectione *ſpecierum aromaticarum*, utpotè quæ nullo modo directe vim ejus *emeticam* infringere, ſed ſolummodo ventriculum roborare valent, quò minus ille adeò violenter ab eodem *vitro antimonii* afficiatur, ac quaſi firmior reddatur, ejuſdem conamîni reſiſtendo: Quinimo dum hoc agunt, & naturæ & medicamenti operantis conatum invertunt. Etenim ſi *ſyrupus hic emeticus*, qui eam ob cauſam inventus eſt, ut per vomitum vitioſos humores, tum ex ventriculo ipſo, tum etiam partibus adjacentibus evacuet & educat, operationes ſuas, ſcilicet per ἔμεσιν exerere debet, cur tantopere id ſtudent, ut *virtutem ejus emeticam*, partim beneficio *aceti*, partim (uti illi putant) adjectione *aromatum* infringant? Atque ita ab una parte ſtimulum naturæ addant, ad expulſionem noxæ, ab altera verò compedibus

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 136 sur 955

quasi restrictam teneant, eique remoram faciant, quo minus etiam id, quod illi ipsi intendunt, expellere queat, sicque naturam in suis operibus interturbent, faciantque ambiguam? Næ, si quis ventriculum intenderet roborare, longè consultiùs foret id facere, posteaquam ille saburrâ humoris excrementitii exoneratus esset, quàm in illo ipso actu, dum eâdem saburrâ gravatum ipsum alleviare studet; Sed mittamus hæc, & unicuique hac de re liberum relinquamus arbitrium; Hoc saltem in præsens assero & jubeo, si quis verè Antimonii vim infringere velit, *aromatum* adjectione id non tentet, sed ope solius *Nitri* correctionem ejus instituat. Alterum quod heîc moneam est, quod ex anatica proportione *liquoris* & *sacchari*, sine coctione, (ut illi indigitant) syrupus confici nequeat; proinde necessum erit, ut adhuc aliqua portio liquoris coquendo exhalet, hoc autem si fiet, multum de *essentia aromatum*, correctionis gratiâ *syrupo* huic additorum exhalabit; quo minus autem hoc contingat, suasor sum, ut *syrupi hujus aromatisatio* (si necessariò fieri debeat) instituatur juxtà modum primum, in præcedentis *Syrupi Animadversionibus* edoctum, *Elæosaccharis ex oleis ingredientium aromatum* confectis, sic enim ipsorum *essentia syrupo* integrè communicabitur.

SYRVPVS DE EPITHYMO

MESUE.

℞. Epithymi uncias duas semis,
Myrobalanorum Citrinorum,
Indorum ana drachmas quindecim,
Cuscutæ,
Fumiterræ ana drachmas decem,
Thymi,
Buglossi,
Calaminthæ,
Myrobalanorum Emblicorum,
Belliricorum,
Glycyrrhizæ,
Polypodii,
Agarici,
Stœchad. ana drach. sex,
Rosarum,
Fœniculi,
Anisi ana drachmas duas semis,
Prunorum numero viginti,
Passularum enucleatarum uncias quatuor,
Tamarindorum uncias duas semis,

Aquæ

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 137 sur 955

A quæ libras decem.
Bulliant secundum artem: Colaturæ adde
Sacchari libras quatuor,
Sapæ libras duas.
Coquantur secundum artem.

EO utimur in humoribus & affectibus pituitosis, ac melancholicis à bile adusta & atra. Occulta vulnera, fistulosa & sinuosa curat: fœdam corporis scabiem & nigram, capitis areas & impetiginem emendat; psoram, lepram, cancrum, elephantiam, morbum item Gallicum depellit.

ANIMADVERSIONES.

HIc *Syrupus* in *classe Syruporum purgantium* reponi, vix meretur, eò, quòd pauciſſimæ *ſpecies purgantes* ipsius compoſitionem ingrediantur, unde tùm exigua etiam *vis cathartica* in eundem redundabit; Quod reliquas illius virtutes attinet, in tam ingenti morborum enumeratorum agmine profligando, nimirum *Psora, Lepra, Cancro, Elephantiaſi* curandis, &c. (quibus morbis afflicti alioquin deſperatæ ſalutis à Medicis cenſentur) de iis valdè dubito, nec ullâ ratione animum meum inducere poſſum, ut credam, à tam inconcinnè conſarcinato *ſyrupo*, tantas virtutes proficiſci poſſe: Quin faciliùs eò adducor, ut pro commento habeam, quicquid tùm de ipſo, tùm de aliis conſimilibus abſque ratione & ordine, conflatis compoſitionibus adeò ſpeciosè effutiunt. Certè tyro nuper Medicinæ ſacris initiatus, ſummæ inſcitiæ & ignorantiæ argui poſſet, ſi ita ἀμεθόδως huic ſimilem aliquam efformaret compoſitionem, utpotè in quâ *Purgantia, Corroborantia, Cephalica, Cardiaca, Epatica, &c. radices, herbæ, flores, fructus, ſemina*, ac omnia quæ ſaltem in buccam venêre, nullo ſervato ordine, nec ullâ etiam ratione, mixtim conglomerantur. Sed hiſce poſt liminio poſitis, redeamus ad propoſitum, tradituri magis concinnam hujus *Syrupi* præparationem, quæ tùm commodiſſimè fieri poterit, in modum alterius cujuſdam *Syrupi* alterantis, utpotè *Syrupi de Abſinthio*, vel *de Betonicæ ſimplicis*, admiſcendo *Sapam*, ubi demum perfecta coctio peracta fuerit.

SYRUPUS DE FUMARIA
COMPOSITUS MESUE.

℞. Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum ana drach. viginti,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Violarum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 138 sur 955

Absinthii,
Cuscutæ ana unciam unam.
Glycyrrhizæ,
Rosarum ana drachmas quatuor,
Epithymi,
Polypodii ana drachmas septem,
Pruna numero centum,
Passularum enucleatarum libram semis,
Tamarindorum,
Pulpæ Cassiæ ana uncias duas,
Aquæ fontis libras decem.

Omnia præter Cassiam & Tamarindos lento igne secundum artem coquantur, & colentur; ac in colatura adhuc calente dissolvantur Cassia & Tamarindi:

Deinde verò adde
Succi Fumiterræ depurati,
Sacchari albi ana libras tres.

Rursum coquantur in formam Syrupi.

PVrgatorius est, à tribus unciis ad quinque vel sex sumptus; educit pituitam salsam, & bilem utramque ustam; nec non liberatis obstructionibus; febres putridas ab his humoribus enatas curat, ventriculum & hepar roborat, humores salsos & adustos propellit, psoram, lepram, scabiem, impetiginem, ac exanthemata delet, icterum utrumq; propulsat, utuntur eo quidam in morbo Gallico.

ANIMADVERSIONES.

EAndem his *Syrupus* cum priore redolet prosapiam, iisdemque nævis defœdatus est, nec sanè meretur, ut in correctione ejusdem operam nostram occupemus: Risu nimirum & explosione dignus est potiùs, quàm severiori examine. Quis enim Pharmacopœus ex *decocti crassi aliquot libris, additis Pulpæ Cassiæ & Tamarindorum ana unciis duabus, & succi Fumiterræ*, nec non *sacchari ana libris tribus*, elegantem unquam confecerit *syrupum*?

SYRUPUS DE FLORIBUS.

PERSICORUM.

℞. Florum Persicorum recentium libram unam.

Macerentur horis duodecim in libris tribus aquæ calentis, expresso postmodum & colato liquori parem florum recentium quantitatem infundendo, idque quater, aut quinquies iteretur. Postremæ dehinc colaturæ accipe libras tres,

Sacchari albi libras duas semis.

Fiat secundum artem Syrupus.

Aquas

Aquas & bilem educit, vermes enecat, ac meſenterium infarctu liberans, ſeroſos humores per alvum exturbat.

Propter defectum florum apud nos parari nequit.

Animadverſiones.

Hic *Syrupus* ſimpliciter ſaltem, modo præſcripto, confici poterit, nec prolixiori *Animadverſione* indiget.

SYRUPUS DE POLYPODIO.

℞. Polypodii quercini libram unam.

Id, ſi recens haberi poteſt, incidatur; ſin minus, craſſiuſculè contundatur, infundaturque horis viginti quatuor, in libris duodecim aquæ fontanæ: deinde bulliat ad conſumptionem medietatis, ac in fine adde

Calami aromatici unciam unam,
Sem. Fœniculi drachmas tres.

Iterum leniter bulliant, ac decocto huic colato adde

Muchari, vel infuſionis roſarum ſolutivæ libram unam ſemis,
Succi Borraginis,
Fumariæ,
Lupuli ana uncias ſex.

In his ſuccis & liquoribus coque.

Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana unciam unam ſemis,
Paſſularum minorum uncias tres.

Bulliant ſimul ad conſumptionem tertiæ partis, in fine addendo

Senæ Orientalis uncias ſex.

Poſtmodum exprimantur, & colentur, ac calatura cum ſacchari libris tribus coquatur in ſyrupum.

Atrabilarios humores potiſſimum evocat, ac lienis vitiis opitulatur, unde ſpleneticis & arquato correptis auxilio eſt; ſanguinem depurat, ac atram bilem & aduſtos humores prolicit, cutemque à ſcabie fœdam eluit.

Animadverſiones.

In *Syrupi hujus compoſitione* acumen ſui judicii author oſtentare conatur, dum tot frequentes ac reiteratas *infuſiones & decoctiones, ſpeciebus ingredientibus*, pro meliori earundem extractione, deſtinat; Quæ tamen ridiculæ ſunt potiùs, quàm quòd ſingularem aliquam ſapiant ἀκρίβειαν; Etenim quàm ineptum ſit, *decoctis craſſis*, recentibus ſpeciebus reaffuſis, novâ rerum moliri extractionẽ, ex ſuperiori-

rioribus *Syruporum de Carthamo* & *Diasereos*, aliorumque *Animadversionibus*, uti spero, superabundanter patebit. Quam præposterè etiam parumque perspectè *sem. Fœniculi*, & *Calamus aromaticus* sub finem primæ *decoctionis Polypodii* addantur, ea nimirum intentione, ut vis earundem aromatica integra servetur, exinde elucescit, quòd in sequentibus tribus adhuc diversis coctionibus, ubi *septem libræ aquositatis*, antequam *syrupus* perfectam suam nanciscatur consistentiam, exhalare debent, illa nihilominus deperdatur. Sed ne longior sim in erroribus, quoad *syrupi* hujus præparandi modum commissis, ventilandis, aggrediar aliam ejus præparationem, quæ talis;

℞. *Polypodii quercini* ℔ j,
Myrobalani Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana ℥ j ß,
Passular. minorum ℥ ij.

Incisa & contusa immittantur cucurbitæ, quibus superaffundantur

Aquæ simplicis ℔ vj,
Succi Borraginis,
Fumariæ,
Lupuli ana ℥ vj,

Destillenturque appositio capitello, ad remanentiam *librarum duarum* circiter, *aquâ* destillatâ interim servatâ: Relictæ in cucurbita *species* exprimantur; *expressum* albumine ovi optimè clarificetur, & ad coctionem *syrupi* sigillatim etiam asservetur. Postea

℞. *Foliorum Sennæ* ℥ vj,

Quæ consciſſa crassiusculè infundantur cum superiùs destillatæ *aquæ* parte primùm dimidiâ, & post aliqualem digestionem, unamque vel alteram ebullitionem, fiat colatura & expressio: Relictis *foliis Sennæ residuæ aqua destillata* affundatur, & post brevem peractam digestionem & coctionem, mediante colaturâ & expressione *folia Sennæ* viribus omnibus penitùs exhausta segregentur; Colaturæ expressæ, *tincturâ & essentiâ foliorum Sennæ* imprægnatæ, omnes simul confusæ & conjunctæ, addito *albumine ovi* clarificentur, quibus adde *decoctum* superiùs à destillatione asservatum & pariter clarificatum; nec non

Muchari rosarum ℔ j ß,
fiatque, additis etiam
Sacchari albi libris tribus,

per coctionem Syrupus; qui demùm
Elæosacchar. Fœniculi, &
Calami aromat.
ad libitum & saporis gratiam aromatizetur.

Si

Si quis tamen ſimpliciori modo ſine deſtillatione perficiendo, contentus eſſe velit, is coquat ſaltem *ſpecies* prædictas, deſtillationi ſuperiùs deſtinatas, & *decoctum* earundem optimè albumine ovorum priùs depuratum, *foliis Senæ* extrahendis affundat, reïteratâ eâdem extractione *aquâ ſimplici* ultimò affusâ, prout in *Syrupo diaſereos* etiam edocuimus, ac tandem ex conjunctis depuratis & clarificatis colaturis, addito *mucharo roſarum* & *ſaccharo*, conficiat *ſyrupum*.

SYRUPUS E POMIS REGIS

Sapor Meſue.

℞. Succi Pomorum dulcium,
Borraginis,
Bugloſſi ana libram unam ſemis,
Folliculorum Senæ uncias duas,
Croci drachmam unam.

Sena contrita horis viginti quatuor in ſuccis maceretur, ac ſemel aut bis ferveſiat, & coletur: expreſſum cum ſacchari libris duabus percoquatur in Syrupum. Crocus panno lineo ligatus, inter coquendum infricetur.

Hic Syrupus Medorum Regi Sapor, *à quo captus eſt* Valerianus *Imperator, attribuitur*, & Meſue *adſcribitur. Eo utimur ad omnes affectus melancholicos; maniam, melancholiam, cordis etiam robur plurimùm auget.*

Animadversiones.

Syrupi hujus præparatio fiat mediante binâ infuſione & coctione *foliorum Senæ*, cum *ſuccis depuratis*, adjecto etiam *Croco*, Demùm poſt iteratam clarificationem, addito *ſaccharo*, in *vaſe fictili vitreato* vel *ferreo*, percoquatur *ſyrupus* ad debitam conſiſtentiam.

SYRUPUS DE RHABARBARO

Solutivus.

℞. Rhabarbari optimi,
Foliorum Senæ ana uncias duas ſemis,
Florum Violarum manipulum unum,
Cinamomi drachmam unam ſemis,
Zingiberis drachmam ſemis,
Aquarum Betonicæ,
Cichorii,
Bugloſſi ana libram unam.

Fiat

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 142 sur 955

Fiat omnium infusio per noctem: manè ebullitione & expressione facta, colaturæ libræ duæ decoquantur in syrupum cum sacchari albi unciis sedecim. Adde

Syrupi rosati solutivi compositi uncias quatuor.

Citra molestiam in pueris & delicatulis alvum subducit, utramque bilem deturbans, ac pituitam quoque leniter evacuans.

ANIMADVERSIONES.

QUo simpliciori modo traduntur *syruporum* aliarumque compositionum præparationes, eò minus scatent erroribus, quod in præsenti *syrupo* luculenter videre est; Igitur pauca duntaxat quoad ejus præparandi modum immutare voluimus. Consultum autem arbitramur, ut *aquæ*, infusioni & decoctioni dicatæ, quantitas, paulùm augeatur, quò sic tota *vis purgatrix specierum catharticarum, Rhabarbari* scilicet, & *foliorum Sennæ*, repetitis tamen vicibus, eò melius & perfectius extrahi possit. Neque etiam pro *extractione specierum, aquis illis destillatis* opus est, cùm quicquid in se continent spirituosi & efficacis, sub coctura & inspissatione *syrupi*, penitùs exhalet; possumus igitur sumptibus parcere, substituendo illis *aquam pluvialem* vel *fontanam*. *Aromatisatio* tandem, *syrupo* jam perfectè cocto, paucis guttulis *oleorum destillatorum, Cinamomi & Zinziberis saccharo* instillatis, commodò peragi potest.

SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS SIMPLEX, Sive MUCHARUM.

℞. Foliorum Rosarum Damascen. recentium libras quinquaginta quinque.

Macerentur horis viginti quatuor, in libris ducentis aquæ claræ ferventissimæ, in vase terreo vitreato, stricti oris & bene coöperto. Postea facta expressione, aqua rursus calefiat, non tamen ad ebullitionem usque, & in ea rosarum viridium libræ quinquaginta totidem horis infundantur: expressione rursus factâ, eidem aquæ recalefactæ, libræ quadraginta quinque rosarum tamdiu infundantur, & leniter exprimantur. Abhinc libræ quadraginta eodem modo infundantur ac exprimantur. Tum quoque libræ triginta quinque eodem ordine. rursus triginta, post viginti quinque, demum viginti, ut tandem eidem aquæ libræ trecentæ foliorum rosarum recentium infusæ sint. His peractis, infusionem cola; fine, ut resideat quoad clarescat. Postremò adde sacchari albi libras quinquaginta, & in syrupum percoque.

Mesue duas tantùm fieri jubet rosarum infusiones, sed præstiterit fecisse plures. Quidam eundem paulò aliter præparant: nam

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 143 sur 955

nam aquæ libris triginta duabus vigesies infundunt sex rosarum libras : demum additis colato sacchari libris duodecim, percoquunt in syrupum. Nos quia inæquali interdum pondere eundem paramus, formulam hanc adjicere voluimus :

Aquæ libras,	200. Integra descriptio.
Medietas,	100. Medietas.
Tertia pars,	66. & uncias octo.
Quarta pars,	50.
Medietas quartæ partis,	25.
1. Infusio rosarum, lib.	55.
	27. semis.
	18. & uncias 4.
	13. & uncias 9.
	6. & uncias 10. semis.
2. Infusio rosarum, lib.	50.
	25.
	16. & uncias 8.
	12. semis.
	6. & uncias 8.
3. Infusio,	45.
	22. semis.
	15.
	11. & uncias 3.
	5. & uncias 7. semis.
4. Infusio,	40.
	20.
	13. & uncias 4.
	10.
	5.
5. Infusio,	35.
	17. semis.
	11. & uncias 8.
	8. & uncias 9.
	4. & uncias 4. semis.
6. Infusio,	30.
	15.
	10.
	7. semis.
	3. & uncias 9.

7. In-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 144 sur 955

7. Infusio,	25. 12. semis 8. & uncias 4. 6. & uncias 3. 3. & unciam unam semis.
8. Infusio,	20. 10. 6. & uncias 3. 5. 2. semis.
Sacchari libras,	50. 25. 16. & uncias 9. 12. semis. 6. & uncias 3.

Syrupus is in usu creberrimus est ad ventriculi incendium, & igneum calorem febrilem, sitimque inexpletam sedandam, febribus pestilentibus præstantissimus, quòd putredini, venenis & aeris vitio, subamara & aromatica suâ qualitate resistat, viscera nimio calore dissoluta refrigerando roborat, & ad temperiem reducit, febrium insomniam levat, ac modicè alvum subducit.

ANIMADVERSIONES.

Syrupum hunc juxtà modum præscriptum, satis commodè parari posse, non imus inficias, licet laborum & sumptuum, insigne compendium fieri posset; Sufficeret nimirum ter quaterve saltem cum s. quantitate & proportionatâ *rosarum* recentium *infusionem* instituere, quod idem præstaret, ac si octies vel novies eadem *infusio* reiteraretur, semel enim ad sufficientiam aliarum rerum virtutibus imbuta *aqua*, ulteriori extractioni ampliùs inservire nequit, ob causam sæpiùs in superioribus allegatam. Neque efficacior evaderet *syrupus*, si ad normam & methodum sciolorum, quorundam, in Animadversionibus ipsorum locatam, conficeretur, qui nimirum *centum & viginti libras rosarum vigesies, cum aquæ libris triginta duabus* infundere, & demùm additis *sacchari libris duodecim in syrupum* percoquere jubent, cum ingenti sanè *Rosarum* profusione, cùm longè majori compendio, ex multo minori *Rosarum* quantitate, *vim cathartícam* sufficienter elicere & æquè bene acquirere queamus. Quòd si verò quis, non adeò *Rosarum vim purgantem* intendat, sed potiùs reiteratis tot infusionibus, cum tanta recentium *Rosarum* mole peragendis, vim refrigerantem intensiorem extorquere nitatur, is certò longè à proposito suo aberrat; quò frequentius enim *Rosæ* infunduntur vel *infusioni* immergantur, eo majori ama-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 145 sur 955

amaritudine inquinatior *infusio* : *Amaritudo* autem non frigoris, sed caloris soboles ; ergo illa tantoperè non refrigerabit : Taceo quòd in praxi medica non semel observatum sit, calores febriles à propinato hoc *syrupo rosarum solutivo*, tam frequentibus infusionibus parato, non tantum non diminutos & refractos, sed etiam intensiores redditos esse, & ex *simplici tertiana intermittente, duplicem factam*, ac in satis longum tempus, cum insigni ægrotantium vitæ discrimine protractam fuisse ; Verùm mittamus hæc, ne litem hanc nostram faciamus, quin aliis relinquamus, qui *purgantia* omnia calida severè pronunciant. Nostri saltem instituti propriè est, errores quoad præparandi modum indigitare, de reliquis alii sint solliciti. Quantum ad suavitatem & odoris fragrantiam, illa vix ac ne vix quidem, juxtà modum communem præscriptum, in hoc *syrupo* conservari poterit, neque etiam tantopere efflagitatur.

Notare etiam hic placuit, quod *rosæ* à tot infusionibus relictæ, fermentationi committendæ sint, ex quibus postea *rosarum spiritus* per destillationem elici poterit.

SYRVPVS ROSATVS SOLVTIVVS COMPOSITVS HELLEBORATVS MONTANI.

℞. Corticum Myrobalanorum omnium ana uncias quatuor.

Contundantur crassè & fricentur omnibus oleo Amygdalarum dulcium : deinde infundantur in libris duodecim infusionis rosarum suprà scriptæ, per horas viginti quatuor ; addendo

Foliorum Senæ,
Epithymi,
Polypodii ana uncias sex,
Seminum Citri,
Glycyrrhizæ ana uncias quatuor,
Caryophyllorum unciam unam,
Corticum rad. Hellebori nigri viri præparati drachmas sex.

Decoquantur omnia simul lento igne, ad quartæ partis consumptionem : adde postea

Sacchari clarificati libras quinque,
Rhabarbari electi in nodulo ligati drach. sedecim.

Fiat Syrupus secundum artem.

Utebatur eo Montanus, *Medicus Patavinus clarissimus, in affectibus melancholicis lue Gallica, psora, lepra, impetigine, lichenibus, cancro, elephantiâ, & aliis.*

℞ Rhabarbarum seorsim coquendum, ut in Syru. de Cichor. composito.

ANI-

ANIMADVERSIONES.

PRimum, quod in *ſyrupi* hujus compoſitione & præparatione ſcrupulum movet, eſt, quòd *cortices Myrobalanorum oleo Amygdalarum dulcium* fricari jubeantur; aſt in quem finem, me ignorare ingenuè profiteor: Poſtquam tamen diu mecum mediatus ſum, inveni tandem, quòd cum triturando *Myrobalana pulverem* dent facilè avolantem, uti *fructus alii ſicci non oleaginoſi*, uſus autem obtinuerit, ut ejuſmodi res ſiccæ, in Officinis, ſi triturentur, guttulis aliquot *olei Amygdalarum dulcium* conſpergantur, ne pulveris ſubtiliſſimi, quem *Alcohol* appellant, tantam faciant jacturam, hinc forſitan (re tamen non admodum benè intellectâ) *Myrobalana* à quibuſdam Medicis, qui ultrà modum ſibi ſapere videntur, ſive in ſubtilem pulverem (ubi opus eſt, nonnullis guttulis *olei* inſtillandis) redigi, ſive craſſiuſculè ad decocta confringi ea debeant, *olea amygdalarum dulcium* fricari præcipiantur: Sed me herclè malè agunt, qui decoctioni deſtinata *Myrobalana*, *oleo* affricant, etenim impedit ſaltem *oleum*, quò minùs *aqua* affuſa ſe *Myrobalanis* inſinuare, eorundemque *ſubſtantiam* penitùs permeare queat. Alterum, quod correctione ſummoperè indigeret, ſæpiùs jam ventilatum eſt, nimirum quòd *Mucharum roſarum*, utpotè craſſum & per ſe ad extrahendum inefficax, nihilominus magnæ *Myrobalanorum* moli, *unciis ſcilicet viginti* extrahendis deſtinetur, antequam adhuc *purgantium* & reliquarum *ſpecierum* viribus eliciendis adaptetur, ſed quàm benè, judicet is qui mente conſtat. Tertium, riſu dignum eſt, quòd nimirum *radicum Hellebori nigri cortices* ſolummodo, non verò *integræ radices*, *ſubtiles*, filamentis parùm craſſiores ab Authore præſcribantur, & quilibet certò ſibi perſuaſum habeat, quod ſi Author unquam ſeparationem *corticum harum radicum* tentaſſet, nunquam adeò inutilem & indignum laborem Pharmacopœis (qui clanculum ſubrident) impoſuiſſet. Plura quidem dictitat animus veritatis indagandæ cupidus, verùm, ut verba referam ad compendium, attingam ſaltem, quæ dextram *ſyrupi* præparationem concernunt, quæ tùm inſtitui poterit in modum ſequentem;

℞. *Corticum Myrobalanorum omnium ana* ℥iv;
Epithymi,
Polypodii ana ℥ vj,
Sem. Citri,
Glycyrrhyzæ ana ℥iv,
Caryophyllorum ℥ß, *vel* ℥ij.

Inciſa & contuſa craſſiuſculè immittantur in cucurbitam vitream, quibus affundantur *infuſionis roſarum defæcatæ* ℔ xij, locenturque in digeſtionem horis viginti quatuor: poſtea appoſito capitello,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 147 sur 955

tello, fiat destillatio ad remanentiam *trium librarum* circiter; Relictis in cucurbita *speciebus* expressis abjectisque, & colaturâ albumine ovorum clarificatâ, interimque asservatâ, Tùm

℞. *Foliorum Sennæ* ℥ vj,
Rad. Helleb. nigri ℥ vj,
Rhabarbari electi ℥ ij,

Quæ cuncta incisa & contusa superiori *aquâ*, à *speciebus* & *mucharo rosarum* destillata, binâ vel trinâ affusione, digestione, coctione, & expressione (uti in præcedentis *syrupi* præparatione monuimus) extrahantur, *extractiones* probè clarificatæ, tandem cum *superiori colatura asservatâ*, additisque

Sacchari albi clarificati ℔ v,

redigantur in *syrupum* justæ consistentiæ, qui ultimò *Elæosaccharo Caryophyllorum* aromatizandus est, in quem finem etiam *Caryophyllorum* ℥ ß, vel ℥ vj, primæ *infusioni* detraxi.

SYRUPUS ROSATUS COMPOSITUS SINE HELLEBORO.

℞. Myrobalanorum omnium ana uncias duas.

Contundantur crasso modo, & fricentur oleo Amygdalarum dulcium. Infundantur in libris quindecim infusionis rosarum horis viginti quatuor: cui adde

Rad. Polypodii uncias duas semis,
Sem. Carthami unciam semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana drachmas sex,
Fol. & folliculorum Senæ,
Epithymi ana unciam semis,
Corticum Citri unciam unam,
Caryophyllorum unciam semis,
Nucis Moschatæ drachmas tres.

Fiat rursus infusio horis viginti quatuor, quibus elapsis, fortissima fiat expressio: & adde ad liquoris singulas libras duas.

Sacchari libram unam.

Fiat Syrupus.

Modestiùs quidem quàm prior purgat, nihilominus tamen bilem utramque, ac pituitam educit, visceribus robur addens. Atque hîc syrupus compositionem syrupi de Rhabarbaro ingreditur.

PAratur & alius quidam Syrupus rosatus cum additione radicum Cichorii, & foliorum Fumariæ, Syrupus rosatus laxativus cum Ambubeia dictus. Is sic habet.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 148 sur 955

℞. Rad. Cichorii recentium & mundatarum libras duas,
Herb. Fumariæ recent. manip. ſex.

Infundantur horis duodecim in libris ſex Muchari perfecti, ſeu infuſionis roſarum laxativæ, poſtea colentur & exprimantur: colatura poſthinc cum ſacchari libris tribus coquatur in Syrupum, cui ad juſtam conſiſtentiam ferè percocto, in panno raro lineo immittantur, ac poſt perfectam coctionem in eo pendula permaneant ſequentia: utpotè

Specierum Diatrion Santal. drachma una,
Diathodon Abbatis drachma ſemis.

Fiat Syrupus, ut artis eſt.

Utramque bilem ac ſeroſos humores blandè vacuat, ſalſos itidem ichores leniter educit, ac putres emendat, unde adustum ſanguinem corrigit, ac jecori obſtructo opitulatur; ictlerum, ac tertianas ſanat, & venarum meſaraicarum oppilationes expedit; D. Raymundo Minderero, *Collegæ noſtro quondam, præ cæteris, uſu familiaris ac conſuetus.*

ANIMADVERSIONES.

QUamvis & hic *ſyrupus*, æquè uti præcedens, peculiarem correctionem, & ſpeciale ingredientium examen deſideraret, nihilominùs tamen brevitati ſtudens, ejus præparationem perito Pharmacopœo commendare volui, qui ipſam ad normam *ſyrupi* præcedentis inſtituat, & *aromatum* quàm maximam habeat rationem, quorum *Elæoſacchara* vel ſub finem confectionis addere, vel juxtà modum in *Animadverſionibus Syrupi de Spina Cervina* indigitatum, fragrantiam & virtutem *ſpecierum aromaticarum*, eidem conciliare poterit.

Sequens *Syrupus cum radicibus Cichorii de Ambubeia dictus*, ſimiliter præparari poteſt in modum præcedentium, deſtillando primùm *infuſionem roſarum* ad remanentiam *duarum librarum*, poſtea *aquâ à Mucharo roſarum* per deſtillationem abſtractâ, *radices Cichorii*, *herbam fumariam*, & *ſpecies reliquas* (ceu minus odoratas) ope digeſtionis, coctionis & expreſſionis penitùs extrahendo, & tandem omnibus conjunctis ac unitis, & albumine ovorum priùs clarificatis, additâ *ſacchari* ſ. q. ipſum ad debitam conſiſtentiam percoquendo.

SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS QUERCETANI.

℞. Succi roſarum pallidarum recenter expreſſi libras ſex; in quibus infunde roſarum pallidarum mediocriter contuſarum libras tres.

Stent

Stent in Balneo Mariæ tepido, per viginti quatuor horas, deinde exprimantur : & ſic reiterentur infuſiones, cum libris tribus roſarum novarum, duodecies ; quibus abſolutis, ultima expreſſio reponatur in uno vel pluribus vitris ad digerendum in Balneo Mariæ viginti quatuor horis, uſque dum in fundo vaſis appareat ſedimentum, quod tamdiu clarefiat, donec nullæ ampliùs fæces conſpiciantur :

℞. Hujus ſucci ſummè depurati, à quo humiditas mercurialis aliqua ex parte ſit abſtracta uncias ſedecim,
Sacchari albiſſimi uncias quatuor,
Fiat ſecundum artem Syrupus.

Eſt Iuſdem cum communi Syrupo roſarum ſolutivo facultatis, niſi quod hic, ut exquiſitius præparatus, ita in minori doſi validioribus viribus præditus iis qui ſunt delicatioris naturæ, commodiùs exhibetur.

ANIMADVERSIONES.

Hic *Syrupus* præ antecedenti *Syrupo roſarum ſolutivo* nihil peculiare habet, quin iiſdem, nec minoribus, nec majoribus pollet virtutibus, eademque ſibi vendicat attributa. Proindè operæ precium non eſt, ut vel in encomiis ipſius deprædicandis, vel erroribus in ejuſdem præparatione commiſſis refutandis diu nos moremur, progrediamur ad alia.

SYRUPUS SPLENETICUS
D. D. Davidis Verbezii.

℞. Succi Pomorum redolentium libram unam,
Meliſſæ uncias quatuor,
Limonum uncias tres,
Spiritus Vitrioli ab omni phlegmate depurati ſcrupulos duos ſemis,
Foliorum Senæ repurgatorum uncias duas,
Polypodii quercini unciam unam,
Ellebori nigri præparati drachmas tres ſemis,
Corticum Capparum,
Tamariſci ana unciam ſemis,
Foliorum Citrariæ,
Ceterach ana manipulum unum,
Florum Cordialium ana pugillos duos,
Seminum Viticis,
Ocimi Caryophyllati,
Citri ana drachmas duas ſemis,
Croci Auſtriaci ſcrupulum unum,
Cinamomi acuti unciam ſemis.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 150 sur 955

Macerentur in Balneo Mariæ tepido per biduum, coquantur postea parum, & fortiter exprimantur: Colaturæ adde sacchari candi violacei libram unam.

Fiat Syrupus mediocriter coctus, circa finem inspergendo seorsim Cremoris Tartari in tenuissimum pollinem redacti drachmas tres.

IN omnibus melancholiæ speciebus singulari proprietate salutaris existit, humores atrabilarios lieni & venis mesaraicis impactos incidit & educit, evapores eorundem ad cerebrum delatos dispellit.

ANIMADVERSIONES.

HIc *syrupus* desiderat paulò accuratiorem dexterioremque præparationem. Præprimis enim non sufficiunt *uncia illæ novemdecim succorum*, pro specierum ingredientium infusione & extractione, necessùm proinde est, ut peractâ extractione primâ cum prædictis *succis*, alia iteratò fiat infusio cum *aqua simplici* quousque omnis *virtus specierum* sit prolecta. Cæterùm cui singulari usui *saccharum candum violatum* ab ipso addatur, augurari nequeo, nisi fortè ut precium illius intendatur; Accedit, quod prædictum *Saccharum candum violatum* ubivis obvium non sit, sed rarò admodùm in Pharmacopoliis prostet, ac fortè fortunâ saltem in iisdem reperiatur, si nempe *syrupus violatus* diutiùs paulò asservetur, & assignata *sacchari* quantitas in ejusdem præparatione nonnihil aucta fuerit: Ob eandem causam (penuriam scilicet *sacchari candi violati*) etiam fit, ut in pauciſſimis Officinis pharmaceuticis *syrupus* hic parari possit? Præstabit igitur loco *sacchari candi violacei*, particulam *infusionis Violarum* addere, eidemque substituere *saccharum commune album*. Quod *cremorem Tartari* concernit, ille meo judicio non perfectè demum elaborato *syrupo*, sed ipsis *infusionibus* & *decoctionibus* addendus esset. *Spiritum* autem *Vitrioli* quod spectat, ejus guttulæ aliquod extra *syrupi* confectionem, quoties ille a Medico præscriberetur, ad libitum addi possent, prout nimirum magis vel minus sive intensius aut remissius obstructiones viscerum reserare, humorumque crassitiem incidere, est animus.

SYRUPUS LENITIVUS
DE TRIBUS.

℞. Foliorum Senæ Orientalium mundatorum uncias sex,
Spiritus Vitrioli optimè rectificati drachmam unam,
Muchari rosarum optimi ferventis libras duas.

Indantur in cucurbitam vitream, appositio cœco alembico, & circumlitis ritè fugis, maneant infusa in rorido balnei calore, horis viginti quatuor, factâ levi ebullitione, & fortissimâ expressione; in colatura denuò infunde ut priùs.

Folio-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 151 sur 955

Foliorum Senæ mundatorum uncias ſex:

Iterumque facta levi ebulitione, & forti expreſſione, infunde tertiùm minutiſſimè inciſorum

Foliorum Senæ mundatorum uncias ſex,
Rhabarbari ſelectiſſimi,
Agarici albiſſimi ana uncias duas,
Zingiberis acuti,
Caryophyllorum ana drachmas duas,
Cinamomi interioris electi drachmas tres,
Spicæ Indicæ drachmam unam:

Ubi iterum ſic ſteterint infuſa, ebullierint leviter, & expreſſa fortiter fuerint, colentur diligenter ad uſum. Poſtea

℞. Remanentias foliorum Senæ ex infuſione ſuperiori.
Radicum Polypodii quercini,
Glycyrrhizæ ana unciam unam ſemis,
Adianthi utriuſque ana manipulum unum,
Paſſularum majorum exoſſatarum,
Minorum repurgatarum ana uncias tres,
Prun. Damaſcen. dulcium numero triginta,
Aquæ fontanæ libras quatuor ſemis,

Coquantur ſecundum artem ad remanentiam libræ unius ſemis: In ultimam ebullitionem injiciendo

Florum quatuor Cordialium ana pugillos tres,
Corticum Citri recentium drachmas duas:

Expreſſis & colatis diligentiſſimè, adde

Sacchari finiſſimi uncias ſedecim:

Et ubi jam ad conſiſtentiam cocta fuerint.

Infuſionis ex Mucharo factæ libram unam.

Fiat legi artis Syrupus.

OMnes æqualiter humores, pituitam & utramque bilem blandè evacuat, adeòque omnibus viſcerum naturalium obſtructionibus, ac inde natis febribus, tertianæ & quartanæ pellendis, admodum ſalutaris exiſtit, qui multò jucundior & commodior futurus eſt, ſi tres vel quatuor unciæ Mannæ lege artis diſſolutæ, eidem addantur.

HUjus *Syrupi* deſcriptionem, Pannoniæ & Auſtriæ familiarem, uſuque receptam, paucis immutavit, & Pharmacopœiæ noſtræ additam voluit Clariſſimus Vir D. D. *Paulus Ieniſchius*, Collega nobis plurimùm amandus.

ANIMADVERSIONES.

OMni jure hic *Syrupus*, ſi ex ſpeciebus ipſi deputatis debitè conſideretur, inter *cathartico*s propriè dictos reponendus eſſet. Etenim ſi accuratam ingredientium, & *Syrupi* ex iiſdem confecti,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 152 sur 955

quantitatis computationem instituamus, deprehendemus, unicam unam hujus *Syrupi* continere debere vires, *sex drachmarum foliorum Sennæ: Dimidiæ drachmæ, & granorum quinque Rhabarbari*, nec non *drachmæ dimidiæ & granorum quinque Agarici* nec non insuper habere *virtutem solutivam* ab addito *mucharo rosarum*, ita ut *unciæ ejus dimidiæ*, usque ad *unciam integram*, satis potens constituat *Phlegmacum*. Verùm enim verò, æquè ut in aliis *Syrupis* præcedentibus, ita & in hoc, secundum morem consuetum, tot absurdi committuntur errores, ut vix sciam cui primùm occurrendum sit. Inprimis autem sese offert idem jam toties refutatus error, de *Mucharo rosarum*, quod, uti jam superiùs monuimus, per se satis crassum, & abundè *rosarum virtutibus* imbutum, ulteriori infusioni & extractioni prorsus inservire nequit, præsertim tot specierum enumeratarum, pro quarum humectatione vix sufficeret *mucchari* illa assignata quantitas, ne dum pro perfecta earundem extractione & trina coctione; Sunt enim omnes species siccæ, quæ vel *ambas* facilè absorbent *Mucchari libras*, utut fortiter ope torcularis, post singulas infusiones & ebullitiones exprimantur, quippe nihilominùs humidæ manent species, & tantùm abest, ut omne *Mucharum* pressu à ab illis extorqueri possit, quin ferè totum cum *speciebus* illis maneat impactum. Præterea *infusio* & levis *ebullitio*, quæ in rorido balnei calore, inque cucurbita capitello cœco munitâ, & undiquaque firmiter clausâ fieri debet, quàm absurda illa sit, quivis facilè cernit: Nec minorem absurditatem involvit *aromatisatio* sive adjectio *aromatum*, maximè secundæ *infusioni* deputatorum, à quorum viribus, si fortè aliquid primæ *decoctioni* communicaretur, in secunda & tertia utique evanesceret. Sola item *remanentia foliorum Sennæ*, superioris *infusionis*, cum additione nonnullorum *fructuum* & *radicum*. cur illa duntaxat, & non reliqua etiam secundæ & tertiæ *infusionibus*, *Sennæ folia* relicta, cum *cathartics* plurimis, novâ affusâ aquâ pariter coqui debeant, non video, cùm minùs ex his quàm ex illis de viribus extractum sit; Sed hæc leviter saltem attingere, & reliqua etiam brevitatis causa transilire voluimus, progressum facturi ad genuinam *Syrupi* prænominati præparationem, quæ talis esto:

℞. *Foliorum Sennæ* ℔ j ß,
Rhabarbari electi
Agarici albi ana ℥ ij,
Polypodii quercini ℥ j ß,
Zinziberis ℥ ij;
Caryophyllorum ℥ j,
Spicæ Indicæ ℥ j,

Inciſa & contusa crassiusculè infundantur cum
Infusionis vel Mucchari rosarum libris tribus,
Aquæ simplicis libris duabus,

Stent-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 153 sur 955

Stentque in loco calido per noctem, manè factâ ebullitione, colentur & exprimantur fortiter: Expressæ & relictæ *species* cum *libris tribus vel quatuor circiter aquæ simplicis*, iterum infundantur, & post digestionem unius diei vel noctis, factâ ebullitione exprimantur. Expressis *speciebus* denuò, si libuerit, *libræ duæ aquæ simplicis* affundantur, digerantur, coquantur, & exprimantur: Tandem *colaturæ* & *expressiones* omnes junctim albumin. ovorum, optimè clarificentur.

Jam demùm

℞. *Reliquas crassiores, minusque syrupo convenientes species, nimirùm*

Glycyrrhizæ ℥ j ß,
Adianthi utriusque ana M j,
Passularum majorum exossatarum,
minorum purgat ana ℥ iij,
Prunorum Damascenorum N xxx,
Florum quatuor Cordial. ana p. iij,

Quæ incisâ coquantur in *aquæ simplicis* quantitate sufficienti, ad remanentiam *circiter libræ unius*, tum fiat colatura & levis expressio: *Expressum* albu. ovi optimè clarificatum, superiori *infusioni* purganti jungatur, addendo

Sacchari albi clarificati ℥ xvj,

(vel etiam majorem quantitatem, si Medico ita visum fuerit,) & coquendo fiat *syrupus*; cui denique post perfectam coctionem adde

Elæosacchari Caryophyllorum,
Cinamomi,
Corticum Citri ana ß q.

ad odoris & saporis gratiam, ac insuper etiam

Spiritus Vitrioli rect ℥ j

Nota, quòd *spiritum vitrioli* ultimò addiderimus, factum est pro majori præparandi commoditate; Etenim expressiones utplurimùm torcularibus, *decoctiones* verò in *ahenis aneis* perficiuntur, utpotè quæ facilè *syrupo* acri *vitrioli spiritu* acuato, saporem aliquem æruginosum impertire possent. Nihilominùs tamen hoc modo sub finem additus *spiritus vitrioli* idem corrigendo præstabit, ac si mox inter initia *infusionibus* additus fuisset.

SYRUPUS VIOLATUS
Solutivus,

Fit ut Syrupus rosatus solutivus, ex iteratis Violarum recentium infusionibus.

℞. Hujus infusionis libras tres,
Sacchari clarificati libras duas.
Coquantur lento igne ad syrupi consistentiam.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 154 sur 955

IN febrium æstibus biliosis & acutis morbis, viscerum inflammationibus, ac siti inexplebili commendatur. Rosato validiùs refrigerat & humectat, unde & somniferus magis existit, gutturis asperitates lenit, thoracis & pectoris totius que ventris inferioris affectibus calidis succurrit, siccæ tussi medetur, ac alvum emolliendo bilis acrimoniam retundit. Alter ex Violarum succo Actuarii Iosacchar exprimit, quo ad thoracis vitia, & bilis acrimoniam utimur, ut & composito Mesue. *Solutivus verò saluberrimus in febribus æstuantibus, & biliosa incendio extinguendo.*

MEL ROSATUM LAXATIVUM.

℞. Prædictæ infusionis multiplicis libras sex,
Mellis libras tres.
Fiat Mel rosatum.

EAsdem, quas Syrupus rosatus solutivus simplex vires obtinet; minùs tamen refrigerat, sed potentius abstergit.

MEL VIOLATUM SOLUTIVUM.

Fit eodem modo quo Rosatum solutivum.

SYrupo jam dicto, viribus affine est: inditur potissimùm Enematibus, ubi febres cum alvi adstrictione molestæ sunt.

ANIMADVERSIONES.

In Syrupum violatum solutivum, Mel rosatum laxativum, & Mel violatum solutivum.

PArentur juxtà modum præscriptum in *Animadversionibus* nostris, super *Syrupum rosatum solutivum*, quas Lector benevolus haud gravatim consulere velit.

OXYMEL HELLEBORATUM
MAJUS JULIANI.

℞. Foliorum Rutæ,
Thymi,
Dictamni Cretici,
Hyssopi,
Pulegii,
Prasii albi,
Cardui Benedicti,
Spicæ Celticæ,
Corticum Sambuci interiorum ana manipulum unum,
Calaminthæ Montanæ pugillos duos,
Sem. Anisi,

Fœni-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 155 sur 955

Fœniculi,
Ocimi,
Urticæ Romanæ,
Anethi ana drachmas duas,
Rad. Angelicæ,
Althææ,
Ari,
Scillæ præparatæ,
Turbith,
Aristolochiæ rotundæ,
Longæ,
Iridis vulgaris,
Costi,
Polypodii ana unciam unam,
Helleboti albi,
Nigri præparat. ana drachmas tres,
Esulæ præparatæ drachmas duas.

Infundantur triduo in libris septem aceti acerrimi, & sapæ unciis duabus in vase vitreato benè obturato, ad Solem vel ad fornacem: deinde in eodem vase, vel lapideo, decoquantur ad medias; sub finem decoctionis ad consumptionem aceti, adde

Agarici electi drachmas duas.

Cola, & cum mellis rosati citrati, & sacchari ana libra unâ, fiat Syrupus; qui sub finem aromatisetur cum pulverisatis & mixtis aromatibus sequentibus; utpote

Caryophyllorum,
Croci,
Zingiberis,
Galangæ.
Macis ana drachmâ unâ.

Medicamentum hoc Gesnero *maximoperè quondam celebratum fuit, cujus de hoc ipso Oxymelle encomion subjunximus. Mirificè abstergit, incidit, aperit, humores omnes, omniaque excrementa è corpore protrudit, omnes meatus intus foris que reserat. A centro ad superficiem propellit manifestè, ita ut cutem rubificet, sicut longiore in balneis morâ fieri consuevit; exanthemata aut pustulas aliquibus, alios vé tumores excitat, qui alioqui circa interiora fortè colligerentur, quamobrē in præservatione à peste usum ejus perutilem futurum non dubitaverim; ulcera habentes, vim ejus statim in ipsis ulceribus penetrantem & aperientem sentiunt. Præcipua ejus vis in epilepsia, asthmate, & omnibus ferè morbis, à materia frigida, crassa, tenace, à phlegmate aut melancholia, dependentibus in capite, ventriculo thorace jecore, renibus, liene, utero, & articulis. Incidenti aperiendique causa dare soleo ante purgationes, ita ut duæ tresvé drachmæ per se manè*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 156 sur 955

per tres ferè dies lambantur, vel cùm exigua ſæpa ad amaritudinem ejus fallendam, & aqua hyſſopi aliâvé bibantur, vel cum aliquo decocto. Si vomitum ciere libeat, ut ubi venent ſuſpicio eſt, dari poteſt uncia, cum dimidia Oxymelitis Scillini, & aqua tepida fontanâ, aut deſtillato aliquo, vel decocto Agarici, cum corticibus aut ſem. Raphani, ſem. Anethi, radicibus Aſari, Malvâ, Ficubus. Movetur autem vomitus tertia ferè hora poſtquam ſumptum eſt, aliis priùs, nonnullis tardiùs, quibuſdam & alvus ſimul movetur. Sic & arthriticis, & iſchiadicis prodeſt: menſes manifeſtè promovet, expellit etiam albos, ſic diebus aliquot ſumatur, & poſtea dentur pillulæ convenientes, ut de Hiera cum Agarico & radicibus Aſari, urinam & calculos provocat, præſertim cum Syrupo conveniente datum, ut de floribus Perſicorum, ſanguinem concretum ubivis diſſipat, etiam in thorace, inſlante ſuffocationis periculo, epilepſiam non confirmatam curat, lumbricos pellit ſitim aufert cùm aliis pleruſque, tùm hydropicis ſpirationem facilitat aſthma, & orthopnœam curat, aut mitigat plerumque illicò potum, vel ſi lambatur per ſe, vel cum Oxymelite Scillitico aut Lobech ſano aliové Sanguinem pellit, quibus abundat, per quoſvis meatus, ut nares, vel hæmorrhoidas, vel uterum, & hac ratione, naturâ quod redundat evacuante, à venæ ſectione abſtinere poſſumus in debilioribus præſertim, ut puerperis, cum pleuritide, aut alio morbo vena ſectionem requirente laborant pleuritici id lambant cum bacillo Glycyrrhizæ: admiſto Lobech ſano, vel ſyrupo Glycyrrhizæ, aut Hyſſopino & Iulep bibant ex aqua ſaccharata cum ſyrupo Glycyrrhizæ. Frigidioribus & hyeme datur utiliter cum aqua ardente & ficu modicè toſta inciſaque, id totum accidendi debet, & mox extingui, ac ſumi, vel cum vino aromatico, vel aquâ de radicibus Gentianæ deſtillata, vel alia. Cum decocto conveniente datur cachecticis, ictericis, & febribus plerisque potiſſimùm quartanis. Datur à drachmis duabus ad quinque vel ſex: Loco aceti vinum generoſum accipi poteſt, propter illos quos aceti ſapor, odor, aut uſus offendit. Suavius item erit, ſi autumno paretur cum muſto. Hæc omnia nos experiundo obſervavimus plura autem Medici induſtrii ipſo uſu. Vtor & frequentiſſimè, & magno cum ſucceſſu, poſſemque hiſtorias multas recitare, ſed nec vacat, nec opus eſt. Hæc Conradus Geſnerus.

ANIMADVERSIONES.

PAnaceam, me herclè, ipſamque Divûm adjutricem manum, *Oxymel hoc Iulianum* diceres, ſi vera eſſent, quæ de immenſis ejus virtutibus, in tot tantisque profligandis morborum monſtris plenis buccis, prædicat *Geſnerus*; Et proh! quam beati eſſent Medici, ſi talis Medicina illis ſuppeteret, quâ ſolâ & unicâ, tot conjuratos noſtræ naturæ hoſtes (quos morbos nuncupamus) promiſcuè pro-

prosternere & debellare possent: Nimirum Dii essent, & Numine pleni; Ast facilè corruit tanta hujus medicaminis dignitas, ejusque immensa laus oppido vilescit, si intimiùs saltem ineoncinna ejus compositio & præparatio consideretur, & experientia consulatur testis, quàm frequenter illud sine ullo juvamine, nonnunquam etiam cum detrimento ægrotantium, fuerit adhibitum: Multus autem ne sim, cum errores in ipsius compositione commissi facillimè ex prioribus consimilibus, malè consarcinatis compositionibus à nobis superius castigatis, satis elucescant, idcircò absque longiori sermonis syrmate, ipsam famosi hujus *Oxymellis* præparationem proponemus, vulgari illâ quodammodo concinniorem, & uti spero, efficaciorem.

℞. *Species supradictas unà cum Agarico, & pauculis, si libet, Aromatibus, in fine alioquin addendis,*
(omissâ radice Althææ.)

Quibus incisis & contusis, vitreæque cucurbitæ immissis, superaffundantur

Aceti destillati ℔ *v*,

Stent in digestione per diem vel noctem; postea per Alembicum abstrahantur *libræ tres*, & in *cucurbitæ residuæ species*, unà cum restante *liquore* fortiter exprimantur; Expressus autem & colatus *liquor* seorsim asservetur; *Speciebus* ab expressione relictis, *acetum* superiori destillatione prolectum reaffundatur, quòd ad remanentiam *libræ unius* circiter, iterum ab eisdem destillando evocetur, iterumque *speciebus* in fundo relictis, unà cum *residuo liquore*, uti superiùs, expressis, & colaturâ separatim asservatâ. Hæ eædem *species* expressæ tertiâ vice cum destillato *liquore* iterato irrigentur, & *libra dimidia* solummodo, vel *unciæ septem fragrantioris & spirituosioris aceti* ab iisdem abstrahantur, studioseque asserventur. *Species* in fundo restantes, cum supernatante humiditate denuò fortiter exprimantur, & *expressum* binis illis prioribus *colaturis* jungatur, quæ junctim albumine ovî optimè clarificentur, & cum *libra una mellis* tamdiu coquantur, donec illud, debitam suam consistentiam rursus acquisiverit, virtuteque *decocti specierum* ingredientium parte crassiori imprægnati, saturate sit imbutum. Cui tandem affunde *liquorem illum spirituosum*, seorsim asservatum, sive *acetum ultimâ destillatione prolectum*, & additâ *libra unâ sacchari albi*, solâ dissolutione confice *Syrupum* vel *Oxymel*.

MEDI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 158 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS III.

Continens

PHARMACA ET ELECTUARIA LENIENTIA.

ABsolutis binis Classibus superioribus, quarum prima Syruporum alterantium, Mellium, Juleporum, Mivarum, & Rob: *Altera verò*, Syruporum purgantium *sericm complexa est*; *Nunc tertiam quæ de* Electuariis *agit, aggrediamur.* Est autem Electuarium medicamentum consistentiâ solidius, nec nimis fluidum, nec omninò siccum, sed medium inter utrumque, pulmenti ferè ad instar, inventum tùm pro diuturniori specierum conservatione, tùm etiam ut ægrotantibus, quibus solidior medicamentorum forma magis arridet, prospiceretur.

Duplex autem est Electuarium, *vel* simplex, *quale est, quod duntaxat ex unica re, utpotè* Cassia, Tamarindis, Passulis, Prunis, &c. *constat, &* Pulpæ *nomine indigitatur*; *vel* compositum, *quod ex pluribus speciebus, iisque vel* digerentibus, purgantibus, confortantibus, Alexipharmacis, *vel aliis consimilibus confectum est:*

Et quamvis Electuaria lenitiva & purgantia, *de quibus in hâc Classe tertiâ & quartâ agitur*; *Item* Confectiones solutivæ & solidæ, *quæ in Classe quintâ continentur, utplurimùm ob simplicem præparandi modum, tot tantisque erroribus non scateant, nihilominùs tamen illis prorsus exempta non sunt, suosque æquè uti Syrupi (de quibus in præcedentibus tractatum fuit) patiuntur manes; Inter illa verò maximè, quæ magis composita sunt, & in quibus Authores eximiam suam scientiam ostentare, ac singulare ejusdem specimen edere voluerunt; Ea ipsa expendenda nunc in me suscipiam, sed brevioribus quàm in* Syruporum confectionibus, *utpotè quæ vix paucioribus absolvi potuêre, factum est.*

FLOS, Seu PULPA CASSIÆ.

℞. Cannas, seu Siliquas Cassiæ ponderosas, & quæ concussæ non resonant, aperi, & contentam in eis pulpam, seu medullam cum lamiinis

nis & seminibus suis diligenter excava; exempta projice super inversum & angustum cribrum ex setis equinis contextum: cribrum deinde supra bullientis aquæ vaporem ponito, & averso cochlearis convexo, medullam Cassiæ hinc inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur, ac id quod excretum est, aut penetraverit, confestim subinde auferto, ne plus quàm deceat de aqueo vapore imbibat: idque tamdiu fac, donec quantum voles, collegeris. Præstiterit tamen, ubi necessitas postulat, recentes semper Cassiæ flores educere, cùm diutiùs repositi protinùs acescant.

Pulpa excalfacit & humectat primo ordine, sanguinem depurat, ejus acrimoniam temperat, ac sitim coërcet, ventriculum, bilem & pituitam educendo mundificat, pectus & guttur lenit, ejus abscessus resolvens, renum calori cum infuso Glycyrrhizæ confert, & calculi generationem prohibet, ac in acutis febribus exhibetur: alvum enim blandè lenit, ac flavam bilem infernè deturbat, atque ex hac natas febres mitigat.

CAssia lenitiva, quæ & Siliqua, & Fistula dicitur, fructus est cujusdam arboris in Ægypto, Syria, ac India provenientis. Eligenda non admodum crassa, pellucens, recens, gravis, farcta, & quæ concussa inclusis seminibus minimè perstrepet.

CASSIA EXTRACTA.

℞. Violariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ,
Florum Violarum ana manipulum unum.

Fiat omnium decoctio in aquâ sufficiente, quo decocto, Cassia extrahatur, & cannæ ejus laventur: Deinde

℞. Pulpæ Cassiæ cum hac decoctione extractæ, & ad spissitudinem coctæ libram unam,
Sacchari libram unam semis.
Coque ad perfectionem, ut est artis.

Hujus usus est potissimùm in Enematibus, non rarò tamen in bolo quoque exhibetur, cùm ipso flore Cassiæ minùs sit flatulenta, ac magis emolliat, & humectat.

PULPA PRUNORUM.

℞. Prunorum magnorum acidorum & vinosorum quantitatem, quam voles, & exemptis nucleis in fictili vitreato magno percoque: deinde per cribrum setaceum exprimito; expressam Pulpam denuò lento igne ad perfectam & justam spissitudinem coquito, addendo

dendo Sacchari tertiam circiter partem, vel ad Pulpæ libras decem, Sacchari libras tres: ita enim melius conservatur, ne situ corrumpatur.

Ventrem mollit ac alvum facilitat, calorem febrilem extinguit, sitis que fastidia permulcet.

INter Pruna nobis eligenda sunt Damascena, seu Hungarica, ut quæ præ cæteris ad medicamentorum compositiones requirantur, & ad earundem constitutiones expetantur.

PVLPA TAMARINDORVM.

Extrahitur eodem modo, quo Pulpa Cassiæ.

Tamarindorum Pulpa refrigerat & siccat ordine secundo, aut tertio; bilem facilè solvit, ac præassatos humores lenit, unde arquatis, lienosis, scabiem lepram, vitiligines & lichenas patientibus commodè exhibetur; namque cutaneas exulcerationes omnes, à sanguinis adustione natas tollit; insaniam insuper ac furorem permulcere creditur.

PRæstant inter Tamarindos ii, qui in obscuro rubescunt, molles, recentes, & qui nervosis quibusdam villis fracti inveniuntur. Sunt autem Tamarindi Palmulæ Indicæ, quæ Græcis *Oxyphœnica* dicuntur.

ANIMADVERSIONES.

In Pulpam seu Flores Cassiæ, Cassiam extractam, Pulpam Prunorum & Tamarindorum.

CIrca harum *Pulparum* præparandi modos, vix quicquam quod correctione dignum (cum simplicissimi sint) occurrit, quippe earum præparatio solâ *coctione* perficitur: *Fructibus* autem ejusmodi simplici coctură nihil demitur, præter elementarem quandam humiditatem, maximè ubi recentes vel crudi existunt; Ast fermentati, quia æque uti alia *vegetabilia* spiritum ardentem suppeditant, coctionis intensioris prorsus impatientes evadunt. Circa *sacchari* admistionem tamẽ difficultas quædam causari facilè & error committi potest; etenim si illud in quantitate sufficienti *Pulpis* non addatur, (uti in *Pulpa Prunorum* accidit, in qua *decem libris Pulpæ, tres libras Sacchari* addere præcipiunt) ætatem ægrè ferunt, & facillimè corrumpuntur; Si verò in debita quantitate illud addatur (v. gr. ℔ j ß, vel ℔ j, & ℥ iij *sacchari* circiter, pro conservanda *libra unâ Pulpæ*) illæ nativas suas vires, nisi in dupla vel tripla dosi exhibitæ, exerere nequeunt. Præstat igitur uti bene in præparatione *florum Cassiæ*

Cassiæ monitum est, has *pulpas* quoties necessitas postulat, recenter semper extrahere, & ultra unam alteramvè septimanam, præsertim tempore æstivo, non asservare. Cæterùm in præparatione *Cassiæ extractæ*, ubi ℔ *j* ß *sacchari*, *libræ uni pulpæ* destinatur, observandum, quòd, cùm *Cassia* hoc modo extracta, *Enematibus* potissimum dicata sit, ac rarò interne exhibeatur, accipiendum sit *Saccharum rubrum*, quod *Thomæum* nominant, pro *Clysteribus* accommodatissimum; magis enim ventrem laxat, quam *Saccharum album*.

DIACASSIA CVM MANNA

INCERTI AUTORIS.

℞. Prunorum Damascenorum uncias duas,
Florum Violarum manipulum unum semis
Aquæ puræ uncias decem & octo.

Bulliant ut artis est, ad medietatis consumptionem: cola, & in colatura dissolve

Pulpæ Cassiæ uncias sex,
Tamarindorum unciam unam,
Mannæ optimæ uncias duas,
Syrupi Violati uncias duas,
Sacchari Candi,
Penidii ana unciam unam,
Conservæ Violarum ex foliolis uncias quatuor.

Confice ut artis est.

Medicamentum hoc leniens, mite ac suave confert iis, qui duriore sunt alvo; hanc enim leniter & citra molestiam subducit, ac flavam bilem ejicit, febresque inde natas levat.

Monendi hoc loco Pharmacopœi, hoc & ejusmodi plura subsequentia Electuaria in minori dosi paranda, quia periculum est, ne Cassia Pulpæ Tamarindorum commista, ex diuturnitate temporis acescat; de quo videatur *Fernelius in methodo medendi*.

ANIMADVERSIONES.

Electuaria in propria sua consistentia, rarò admodum inprimis in Germania exhibentur, ubi *boli* illi prægrandes, quos ex ipsis efformare solent, & in aliis oris alioquin satis frequentes, delicatulis ægris illicò fastidium pariunt, ut adeò hanc ob causam, usus horum penè eviluerit. Si quis itaque ipsis uti, & ægrotantibus propinare voluerit, necessum habet, ut in liquoribus ea dissolvat, & *potiones* ex iis conficiat, aut *clysteribus* destinet: Veruntamen nec *potionibus*, nec *clysteribus electuaria*, quorum compositionem *flores* contusi,

tusi, aut *conservæ* eorundem ingrediuntur, commodè inservire possunt; Vix enim *flores*, quicunque illi sint, adeò subtiliter contundi & comminui possunt, ut *potiunculis* misti, flocculos non præbeant, *clysteribus* autem additi, instrumenti sive canalis (præsertim si foramen parvulū & angustum habuerit) orificium non obstruant. Et cùm satis improvidè etiam, ac inutiliter Author incertus hujus confectionis, peculiares illas differentias *sacchari*, nec non *syrupos & conservas* admiscere jubeat: Ideo hæc immutare consultum arbitrati sumus. Quantum autem ad *saccharum candi & penidii*, de ipsis jam superius in *syruporum* confectionibus, præsertim *de Capillis Veneris*, abundè demonstravimus, quàm iniquè *saccharo albo communi clarificato* præferantur, quodque nihil præ illo peculiare habeant, sed saltem precium medicamentorum augeant: Avecque huic *electuario saccharum commune clarificatum* eorum loco substituere, non immeritò nec sine ratione suademus. Cur verò Author *syrupum & conservam florum Violarum*, utpotè quibus nulla purgandi vis inest, *Electuario* huic addiderit, id equidem capere non possum, quin longè convenientius esse dixerim, si loco *conservæ* aut *syrupi prædicti*, *syrupus violatus solutivus Electuario* permisceretur, loco autem *sacchari candi & penidii*, *saccharum commune album*: *Manna* verò, vel colata, vel electa, in fine demum & ad consistentiam cocto *electuario* addatur. In reliquis imitari poterunt modum ab Authore incognito præscriptum.

ELECTUARIUM DIACATHOLICON, Seu ANTIDOTUS CATHOLICA NICOLAI PRAEPOSITI.

℞. Polypodii quercini libram semis.

Decoquatur in aquæ communis mensuris nostratibus quatuor, ad medietatis consumptionem: cum ejus decocti quantitate sufficienti, extrahe

Pulp. Cassiæ,
Tamarindorum ana uncias quatuor.

Inspissentur Pulpæ donec ad justam consistentiam fuerint redactæ: deinde cum residuo decocto dissolve

Sacchari libras quatuor,
Penidiorum,
Sacchari Candi albi ana drachmas duas.

Coquantur simul ad syrupi consistentiam: ubi paululum refrixerit, adde Pulpam Cassiæ & Tamarindorum, probè agitando. Postremò subsequentes pulveres paulatim insperge, & confice electuarium, ut est artis:

℞. Senæ uncias quatuor,

Rha-

Rhabarbari,
Violarum,
Polypodii,
Aniſi ana uncias duas,
Glycyrrhizæ drachmas duas,
Sem. quatuor frigid. major. ana unciam ſemis.
Pulveriſentur ſimul omnia, & miſceantur ut artis eſt.

Electuarium ſuave ac mite, quod acutis & peracutis morbis confert, emollit, & alterat, robur addit jecinoroſis, lienoſis, & arthriticis; tertianis, quartanis, & quotidianis febribus adverſatur: doloribus item capitis auxilio eſt; univerſos denique corporis humores blandè ac innoxiè educit, multiplici nobis uſu familiare.

Licet varii variè medicamentum hoc præparent, quia tamen iſte modus componendi Pharmacopœis noſtris hucuſque fuit uſitatus, ac conſuetus, qui etiam non nobis ſolùm, ſed & aliis omnium optimus eſſe videtur, idcircò eundem in poſterum quoque obſervari voluimus.

Nonnulla quoque Exemplaria addunt Polypodii decoquendi libræ dimidiæ ad tollendam ejus flatulentiam ſeminis Fœniculi unciam unam, verùm flatulentia jam dicta à ſemine Aniſi, cujus unciæ duæ compoſitionem hanc ingrediuntur, facilè corrigitur.

ANIMADVERSIONES.

Electuarii hujus præſcriptum præparandi modum, non adeò improbo, id ſaltem in eo ridiculum animadverto, quo ipſo etiam Author plurimis ſe deridendum propinat, quòd *libris octo Electuarii*, præter *quatuor illas libras ſacchari communis*, inſuper auctuarii loco, *ſacchari candi & penidii ana drachmas duas* adjicere præcipiat; Quantum enim *doſis* quælibet hujus *electuarii* iſtorum *ſaccharum* capere, aut quid ſingularis emolumenti in ægrotum ex tam exigua ſuperadditione *ſacchari*, tùm *candi*, tùm *penidii* redundare poterit; expendat & judicet æquus Lector.

ELECTVARIVM LENITIVUM FLORENZOLAE.

℞. Paſſularum enucleatarum uncias duas,
Capillorum Veneris, ſeu Adianthi nigri,
Violarum recentium,
Hordei mundi ana manipulum unum,
Jujubas,
Sebeſtes ana numero viginti,
Glycyrrhizæ unciam ſemis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 164 sur 955

Prunorum enucleatorum,
Tamarindorum ana drachmas ſex,
Foliorum Senæ,
Polypodii ana uncias duas,
Mercurialis manipulum unum ſemis.

Decoquantur, ut artis eſt, in ſufficiente aqua ad conſumptionem duarum tertiarum; poſtmodum cola, & in colato diſſolve

Pulpar. Caſſiæ,
Tamarindorum,
Prunorum,
Sacchari optimi,
Conſervæ Violarum ex foliolis ana uncias ſex,
Pulveris Senæ uncias tres ſemis.

Fiat Electuarium, ut eſt artis.

Bilem, pituitamque, nec non his humoribus admixtum ſuccum melancholicum blandè, ac ſine vel noxâ, vel moleſtiâ educit; febrium humoralium materiam ſubtrahit, inteſtina lenit & emollit: pleuritidi quoque, nec non aliis pectoris ac renum morbis præſertim à calore natis, confert.

JUjubæ, Græcis *Zizipha*, Galeno *Serica* dicuntur, fructus cujuſdam arboris peregrinæ, in calid. & humid. ſunt temperati ad pectoris & pulmonis vitia perutiles. Renum inſuper & veſicæ vitiis proſunt, ac ſanguinem incraſſant. *Matthiolus.*

Sebeſtes, *Myxa* Græcis & *Myxaria*, fructus ſunt ex arbore, Pruno propemodum ſimili, prunis parvis haud diſſimiles, caliculo quodam ut glandes, imâ parte colligati, nucleo intus triquetro, guſtu prædulci, lentâ tenacique pulpâ dejectoria facultate pollente. Utiliter dantur ex bile febrientibus, linguæ aſperitatem leniunt, pectori atque tuſſi opitulantur, ventris tineas pellunt, urinæ ardori à bile aut pituitâ ſalsâ contracto medentur. Eligenda ſunt plena, pinguia, & carnoſa, quæque ſitum non redolent, nec teredinem ſenſerunt. Hæc *Matthiolus.*

ELECTUARIUM LENITIVUM
De Manna Nicolai Alexandrini.

℞. Prun. Damaſcen. numero viginti,
Violarum unciam unam,
Capillorum Veneris,
Ceterach,
Lichenis ſeu Hepaticæ ana drachmas tres.
Seminum quatuor frigidorum majorum ana unciam unam.

Coquan-

Coquantur in aqua sufficiente ad medietatis consumptionem, exprimantur & colentur: *In* colato dissolve

Mannæ optimæ & purissimæ,
Conservæ Violarum,
Pulpæ Cassiæ ana unciam unam,
Sacchari albissimi libras quatuor.

Coquantur ad mellis consistentiam: ad extremum subsequentes pulveres paulatim inspergantur,

Seminum quatuor frigid. major. excorticatorum,
Florum Violarum,
Nymphææ,
Seminum Lactucæ,
Scariolæ,
Portulacæ,
Rhabarbari electi,
Foliorum Senæ ana uncia una.

Pulverisentur simul omnia, & cum prædictis misceantur: Fiat Electuarium in bonâ formâ.

Ad purgandum sanguinem, flavam & atram bilem reprimendam, jecur calefactum nonnihil refrigerandum, & universi corporis purgationem accommodatum existit. De Manna consule Matthiolum, & Donatum *ab alto Mari Tractatu proprio de Manna edito.*

ELECTUARIUM DIAPRUNIS SIMPLEX.

℞. Pulpæ Prunorum ad debitam consistentiam in fictili vitreato decoctæ libras duas,
Sacchari purissimi libram unam.

Levissimâ coctură redigantur in formam Electuarii, ut artis est.

Easdem, quas Pulpa Prunorum, vires obtinet, cum quâ ferè convenit.

ANIMADVERSIONES

In Electuarium lenitivum Florenzolæ, Lenitivum de Manna, & Diaprunis simplex.

HÆc *Electuaria* ad modos præscriptos quidem confici possunt; id tamen in iis unicè observandum, ut ubi *purgantes species* cum crassioribus ac viscidioribus *fructibus* coqui præcipiuntur, (uti fit in *Electuarii lenitivi Florenzolæ* primâ decoctione cum *foliis Senæ,*) ea cum his non simul, sed per se & separatim in aqua co-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 166 sur 955

quantur, ac deinceps reliquo *decocto craſſiori fructuum*, itidem ſeorſim facto jungantur. Ratio eſt, quòd hi *fructus* (uti antea quoque in *Syruporum* diverſis præparationibus annotavimus, & ſtudiosè obſervari juſſimus,) viſcidi ſint, & conſequenter mucore & viſcoſitate ſuâ aquam illis affuſam illicò inquinent, unde ipſa poſtea ad extractionem reliquarum *ſpecierum*, quæ nonnihil duriores ſunt, (ut in hâc compoſitione *folia Sennæ*,) prorſus redditur inepta. Quin etiam loco *conſervæ violarum*, in prædicto *Electuario lenitivo*, *Syrupum flor. violarum ſolutivum* ſubſtituendum eſſe, vel ipſa dictitat ratio. *Mannam* autem, ubi illa *Electuariis* deſtinatur, colatam vel electam, in fine demùm ipſis jam ad conſiſtentiam coctis, addendam eſſe, jam ante in præparatione *Diacaſſiæ cum Manna* monuimus. Quæ ratione *ſaccharo* in *Electuario Diaprunis* obſervanda ſint, *Animadverſiones* noſtræ præcedentes ſuper *flores Caſſiæ*, edocebunt.

DIAPRVNIS LENITIVVM, Seu DIADAMASCENON NICOLAI.

℞. Prun. Damaſcen. numero centum.

Coquantur perfectè in aquâ ſufficiente, deinde cribro raro transmittantur, & reſervatâ pulpâ decoctioni, affunde

Violarum unciam mediam.

Bulliant ſufficienter, & colentur; colaturæ addantur

Sacchari libræ duæ,
Pulpæ ſupradictæ libra una,
Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum ana uncia una.

Coquantur lento igne, & addantur ſubſequentes pulveres tenuiſſimè triti, ſemper movendo,

℞. Santalorum alborum,
Rubeorum,
Spodii de Ebore,
Rhabarbari.
Cinamomi ana drachmas tres,
Roſarum,
Violarum,
Seminum Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi ana drachmas duas,
Semin. quatuor frigid. majorum ana drachmam unam.

Commiſceantur, ut artis eſt.

Com-

COmmendatur ad febres acutas, ardentes, omnesque alias tertianas, continuas, hecticas marasmodes, lipyrias, causum & synochum, & ad omnem febrilem affectum in principio, augmento, & statu ægritudinis. Solutivum verò in ejusmedi morbis cavendum ob Scammonium præparatum, seu Diagrydium, in quo in febribus continuis peritiores Medici merito abstinent.

PHarmacopœi nostri paulò aliter, & majore fortè compendio, quàm à *Nicolao* annotatum sit, hoc medicamentum præparare solent. Violarum enim unciam unam semis in aquæ puræ unciis decem & octo ad tertias decoquunt: cum ejus decocti portione aliquâ extrahunt. Cassiam & Tamarindos decoquunt ad justam consistentiam: cum residuo decocto Sacchari libram unam & semis ad spissitudinem decoquunt, addendo Diaprunis simplicis, seu Pulpæ Prunorum sine saccharo libram unam, Pulpæ Tamarindorum & Cassiæ ana unciam unam: ubi ad justam consistentiam fuerint redacta, adjiciunt reliquos pulveres. Meliùs tamen fuerit, si prunorum recentium pulpa noviter extracta per se inspissetur, & tum ad libram unam pulpæ sacchari libræ duæ, & reliqua adjiciantur, & componantur, ut artis est.

ANIMADVERSIONES

ANimadversio huic *Electuario* ab Authoribus annexa, intricatam & inconcinnam ejus præparationem quodammodo elucidat & emendat, compendiosiori scilicet & meliori præparandi modo: Utinam etiam castratio & correctio, in tanta farragine *pulverum* ultimò illi addendorum, instituta fuisset: quippe quæ efficit, ut hoc *Electuarium* ventri replendo & gravando inserviat potiùs, quàm ut illum permeare, ac corpus vitiosa humorum peccantium saburrâ, sublevare possit.

HIERA PICRA GALENI,

Quam SIMPLICEM vocant.

℞. Cinamomi,
Xylobalsami, aut ejus loco Ligni Aloës, vel Cubebarum,
Asari,
Spicæ Indicæ,
Mastiches Chiæ,
Croci ana drachmas sex,
Aloës non lotæ triplum, seu uncias duodecim semis.
Mellis despumati libras quatuor, uncias tres.
Fiat Electuarium.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 168 sur 955

Medicamentum hoc famosum, cujus Galenus *Auctor extitit, describitur ab eodem* 7. Methodi med. cap. 9. & lib. 2. de tuenda valetudine cap. 10. *quod quàm maximè prodest vitiosis succis, qui in ventriculi tunicis hærent; utiliter exhibetur iis, qui suffusorum imagines, & alia symptomata ex stomachi vitio patiuntur, & præterea iis, qui alvo sunt adstricta, & mulieribus, quæ non probè purgantur.*

ADvertant Pharmacopœi, ne species melli despumato priùs injiciant, quàm idipsum ab igne fuerit remotum, ac ferè refrigeratum, alioquin enim Aloë rursus conglobatur, & picis instar indurata coit. Observandun quoque regulam illam communem, quæ in medicamentis purgantibus species non nimis subtiliter terendas esse docet, in Hieris, præsertim verò in hac, minimè tenendam, cùm hîc (ut *Galenus in octavo de Compos. Medic. secundum loca in fine capitis tertii*, de Hiera Themisonis agens, admonet,) specierum exactè tritarum vis Aloën ad longinquas & magis remotas partes deducere debeat.

ANIMADVERSIONES.

QUia hoc *Electuarium* ex paucis, iisque inter se non repugnantibus ingredientibus compositum est, & simplici viâ ejusdem præparatio instituitur, proinde minùs erroribus est refertum, & præ cæteris pomposis compositionibus ceu quibus plerumque quot *species*, tot σφάλματα insunt, nobis unicè arridet. Ingratum saltem & valdè amarum ob admistionem *Aloës* obtinebit saporem, cui hoc accidit, quòd in satis magna *dosi* exhibendum sit, si quid præstare debeat. Propterea quoque tarus ejus usus est internus, cùm paulò delicatiores ægroti à rebus intensè amaris plurimùm abhorreant. Nec tamen est, ut ob amaritudinem illam, soli gutturi inferiori (quod nonnulli Medicorum faciunt, dum ad *clysteres* illud usurpant,) destinetur, sed quoties necessitas & morbi hoc *medicamentum* efflagitant, ex ingredientibus ejusdem, posthabito *melle*, *pilulæ* effórmari possunt, ita nimirum amaritudo ejus palatum minus offendet, & multò lubentiùs etiam à delicatulis ipsis assumetur.

ELECTVARIVM HIERÆ
CUM AGARICO.

℞ Specierum Hieræ simplicis sine Aloë,
Agarici trochiscati ana drachmas quatuor,
Aloës non lotæ unciam unam,
Mellis despumati uncias sex.
Misce, fiat Electuarium.

Bilem,

Bilem, & pituitam citra moleſtiam educit, ut ingredientia teſtantur.

ANIMADVERSIONES.

PArari poterit hæc *Hiera* juxta modum præſcriptum, obſervando tamen cùm in hoc, tùm in præcedenti aliiſque *Electuariis*, ne *ſpecies* pulveriſatæ, præſertim quæ *Diagridium* recipiunt, *melli ferventi aut intensè calenti*, ſed *ſemi refrigerato* demùm immittantur; aliàs enim *ſpecies* in grumos facilè concreſcunt. Suaſor etiam ſum, ut qui paraturus eſt hoc & ſimilia *Electuaria*, ne *ſpecies melli* ſimul & ſemel immittat, ſed *mel ſpeciebus* in alio vaſe vel ſartagine contentis, per vices, continuo agitando, affundat.

ELECTUARIUM LENITIVUM
EX TAMARINDIS.

℞. Foliorum Senæ mundatorum uncias tres ſemis,
Cinamomi electi drachmam unam,
Spicæ Indicæ ſcrupulos duos,
Vini Pucini vel Rheinfalini menſuram unam.

Fiat per noctem maceratio in loco calido, manè fiat una atque altera ebullitio; exprimè fortiter, & in ea diſſolve

Pulpæ Tamarindorum uncias tres,
Paſſularum enucleatarum uncias duas,
Mannæ Calabrinæ uncias tres ſemis.

Miſce; ſub finem addendo

Aquæ Cinamomi drachmam unam.

Fiat Electuarium.

BLandiſſimum hoc medicamentum delicatis & tenera ætatis feliciter propinatur, facilè aſſumitur, facilius retinetur, & facilimè operatur.

ANIMADVERSIONES.

MIrabilis hujus *electuarii* componendi modus præſcriptus, vel indignanti etiam riſum extorqueret, utpotè quo ſtrictè obſervato, nec *electuarium* efficies, nec *ſyrupum*, ſed craſſam quandam potionem: Unâ enim atque alterâ illâ aſſignatâ ebullitione, *à menſura integra* (quæ *libras quatuor circiter* continebit) *vini Reinfalini*, vix *uncias aliquot*, ſpirituoſioris quidem exhalabunt, quomodo jam, ſi in *vino illo ſervato laxativo, pulparum Tamarindorum & Paſſularum uncias quinque, & Mannæ uncias tres* diſſolvantur, ac tantummodo (uti præſcriptus præparandi modus jubet,) commiſceantur, *electuarium* exinde exſurget? Attamen quiſquis ferè Pharma-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 170 sur 955

macopœus, ratione & artis peritiâ instructus, optimè hoc *Electuarium* conficere nôrit, sed alio magis concinno, nec ita stupido & insipido modo, nimirùm vel *infuso* & *decocto foliorum Senæ* superiori, *Tamarindorum & Passularum pulpas* extrahendo, iisdemque jam ad consistentiam debitam coctis, *Mannam* addendo. Vel etiam cùm determinatum pondus *pulparum* adeò exactè, ita ut nil desit, aut aliquantum supersit, extrahere nequeamus, ex *foliis Senæ* prædictis *vino* parando *extractum*, quod ipsum jam confectis *Pulpis* & *Mannâ* addi, atque ita *Electuarium* parari potest, & quidem in non nimis magna quantitate, cùm durabile non sit. Cæterùm, omnes *pulpæ*, sive *Tamarindorum*, sive *Passularum*, &c. exossatæ & enucleatæ sunt, aliàs enim non *pulpæ* essent *fructuum*, sed *fructus* ipsi *Tamarindi* scilicet, & *Passulæ*, ut adeò opus non fuisset peculiari admonitione de sumendis *pulpis* enucleatis.

TRYPHERA PERSICA MESUE,

Aut JOANNIS DAMASCENI.

℞. Succ. Endiviæ veræ libras tres,
Apii,
Lupulorum ana libras duas,
Solani uncias novem,
Berberorum uncias tres:
Projiciantur desuper,
Violarum recentium aut exiccatarum,
Rosarum ana drachmæ tres,
Folliculorum Senæ unciæ duæ,
Agarici uncia una,
Prun. Damascen. numero quinquaginta,
Cuscutæ uncia semis,
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum,
Fricatorum Oleo Amygdalarum dulcium recenter expresso ana unciæ duæ,
Spicæ Indicæ drachmæ tres.
Bulliant lento igne, donec supersint libræ duæ: deinde addantur
Epithymi drachmæ quadraginta.
Bulliant leniter, deinde ab igne deponantur, & percolentur, ac in unâ colati parte dissolvantur
Tamarindorum unciæ tres,
Mannæ uncia una semis,
Pulpæ Cassiæ unciæ quatuor,

Con-

Conſervæ Violatæ libra una.

Colentur, & mundentur à granis & ſordibus, atque in aliam colati partem addantur

Sacchari albiſſimi libræ tres,
Aceti vini libra una.

Coquantur lento igne, deinde projiciatur id ſuper illud, quod diſſolutum eſt in ſuccis, & aggregentur ſimul omnia, & coquantur ad mellis conſiſtentiam. Poſtremò in pulverem redactæ ſpecies ſequentes inſpergantur:

℞. Rhabarbari optimi unciæ duæ,
Myrobalanorum Citrinorum uncia una ſemis,
Chebulorum,
Indorum una uncia una,
Belliricorum,
Emblicorum ana uncia ſemis,
Sem. Fumiterræ,
Trochiſc. Diarhodon,
Macis,
Maſtiches,
Cubebarum,
Spodii de Ebore,
Santali Citrini ana drachmæ duæ,
Nucleorum ſemin. quatuor frigid. major. ana drachmæ duæ ſemis,
Sem. aniſi uncia ſemis,
Spicæ Indicæ drachmæ duæ.

Fiat Electuarium ſecundum artem in forma Opiatæ.

Valet adverſus acutas febres, & calidam ventriculi & jecoris intemperiem, morbis omnibus ex humorum uſtione natis confert; ſitim reſtinguit, icterum calidum ex obſtructione ſanat, ſuffuſionem à vaporibus bilioſis viſui incommodantem diſcutit, ſanguinem purgat, & purum reddit; unde in febribus peſtilentibus & ipsâ peſte, magnoperè à Georgio Agricola, *& aliis, commendatur.*

Tryphera hæc Perſis quondam uſitata, quam mollem ac delicatam dicere queas, à doctiſſimo Viro Domino Doctor. *Adolpho Occone* Reipublicæ Auguſtanæ quondam Medico, & Officinarum Pharmaceuticarum Viſitatore Ordinario, ſummo ſtudio recognita & reviſa, ac è veteribus *Meſuæ*, & Monachorum Romanorum codicibus eruta, ſic nobis hactenus in uſu fuit; qui idem *Fuchſii* & *Nicolai* Græci auctoritatem ſecutus, ſic eam reſtituit, quam componendi rationem noſtris Pharmacopœis expertam, ac uſu probatam, omnino retinemus. Cur autem ſuccorum quantitas non

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 172 sur 955

modò aucta, sed etiam immutata fuerit, ratio in priori editione hujus Dispensatorii requiri poterit, ubi quoque Trypheræ nomenclaturâ plus magis explicata legitur.

ANIMADVERSIONES.

OMnes in hac *Trypheræ* tùm compositione, tùm præparatione commissos crassos & absurdos errores, ad unguem enarrare, enumeratos examinare & corrigere, non unius paginæ foret opus. Proinde ut scriptionis operam compendi faciamus, absque longiori præloquio, præparationem ejus, quæ tamen vix meretur, ut publicis *dispensatoriis* inferatur, proponemus. Videlicet

℞. *Succorum denominatorum depuratorum* ℔ *ij circiter*,
Quibus mediante coctione extrahe, non *folliculorum Sennæ*, sed

Foliorum Sennæ el. ℥ *ij*,
Agarici alb. ℥ *j*,

Factâ sufficienti extractione, colaturam asserva.

Jam

℞. *Reliquas species omnes*; utpotè
Violarum,
Rosarum ana ℥ *ij*,
Prun. Damascen. N. L.
Cuscutæ ℥ ß,
Myrobal. Citrinor.
Chebulor.
Indorum ana exossat. non verò *oleo Amygd. dulc.* ineptè fricat. ℥ *ij*,
Spicæ Indicæ ℥ *ij*,
Epithymi ℥ *v.*

Incisa omnia & contusa, coquantur cum reliquis *libris quinque succorum depuratorum* superiùs denominatorum, & *aceti vini* ℔ *j*, in vase terreo vitreato ad remanentiam *trium librarum*. Quibus duabus *decoctionibus* commistis, adde

Sacchari albi ℔ *ij*.

Coquantur ad consistentiam *syrupi crassioris*, cui addantur

Pulpæ Tamarindorum ℥ *ij*,
Cassiæ ℥ *iv*,
Mannæ electæ ℥ *j* ß.

Et pro *conserva Violarum*,
Syrupi Violati solutivi adhuc parùm inspissati ℔ *j*.

Denique, ubi parùm refrixerint, *species* superiores ordine subsequentes in Alcohol redactæ s. a. ipsis jungantur, & confectum *electuarium* usui asservetur.

PAS-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 173 sur 955

PASSULÆ LAXATIVÆ.

℞. Fol. Senæ Alexand. uncias quatuor,
Cinamomi electi,
Zingiberis ana scrupulos quatuor,
Aquæ Endiviæ & vini albi ana uncias quatuordecim.

Infundantur per horas sex, aut octo; deinde ebulliant, ac leniter exprimantur: huic decocto post colaturam adde

Sacchari albi uncias quatuor.

Coquantur simul ferè usque ad consistentiam syrupi, injiciendo tùm, ut adhuc simul leniter bulliant,

Passularum minorum repurgatarum uncias duodecim.

Atque sic lege artis post justam coctionem reponantur

Eodem modo parantur & Zibebæ, & Pruna laxativa nostris usitata.

Adstrictam alvum leniunt, fæcesque diutius detentas expellunt. Dantur pueruli, delicatuli, & hominibus alias medicinas purgantes respuentibus, quamvis à longinquis partibus ob facilitatem vix quidquam educere possint: quotidianus tamen usus eas indies à nobis postulat, utpotè ad ventris obstructiones reservandas cunctis expetitas.

Efficaciores, sed minùs quidem gratæ evadunt hæ Passulæ, & Zibebæ, si loco aquæ endiviæ & vini, mucharum seu infusionem rosarum solutivam sumpseris, veruntamen tunc nonnihil amarescunt.

ANIMADVERSIONES.

Hæ *Passulæ laxativæ* commodè quidem ad modum præscriptum præparari possunt, meo tamen judicio melius foret, si priùs ex *foliis Senæ vino vel spiritu vini extractum* pararetur, & postea ex *unciis duabus cum dimidia vini albi optimi*, in quo *Cinamomi el. & Zinziberis ana scrupuli quatuor* aliquandiu infusi steterint, additis *sacchari albi* ℥ *iv*, solâ dissolutione conficeretur *syrupus*; Cui tandem *Passulæ* repurgatæ unà cum superiori *extracto foliorum Senæ* jungi, & factâ unâ adhuc vel alterâ ebullitione, confectæ asservari possent.

MEDI-

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS IV.

Continens

ELECTUARIA SOLUTIVA MOLLIA.

BENEDICTA SOLUTIVA NICOLAI.

℞. Turbith electi,
Sacchari ana drachmas decem,
Diagrydii,
Esulæ præparatæ,
Hermodactylorum,
Rosarum ana drachmas quinque,
Caryphyllorum,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Croci,
Saxifragiæ veræ,
Piperis longi,
Amomi veri,
Cardamomi minoris,
Sem. Apii,
Petroselini.
Granorum Solis,
Fœniculi,
Asparagi,
Carui,
Rusci,
Salis Gemmæ,
Galangæ,
Macis ana drachmam unam,
Mellis despumati optimi quantum satis est, seu libram unam semis.

Fiat Electuarium, ut est artis.

Hum.

Humores pituitosos ad articulos potissimùm decumbentes elicit, colicis prodest, ad quorum Enemata plurimùm expetitur. A renibus quoque & vesicâ purgat, sed in calida causa ab ejus usu desistendum.

Esulam aliqui omittunt, quam tamen Auctor decem drachmarum pondere in hanc confectionem recipit, prout *Fuchsius* ex *Nicolao* tàm Latino quàm Græco notat. Nobis medietas sufficere posse videtur, unde drachmas solummodo quinque apposuimus. Debet autem ea nequaquam, nisi debito modo priùs præparata, medicamento huic indi, cujus correctionem, præparationemque suo loco require.

Pro Amomo, qui eo carent, Asarum substituant, quod præter cæteras, quas habet facultates, purgatoriâ suâ vi paulò valentius medicamentum si redditurum. Alii Cyperum, aut Calamum aromaticum ejus loco accipiunt, quod nec nos improbamus.

ANIMADVERSIONES.

Simpliciſſima hæc est præparatio, propterea neque singulares illi insunt errores, poteritque juxta modum præscriptum commodè perfici. In admixtione *specierum* observetur *Animadversio*, facta super *Electuarium Hieræ Picræ cum Agarico.*

DIABALZEMER, Seu ELECTUARIUM SENATUM RENODAEI.

℞. Rad. Cichorii,
Bugloſſi,
Polypodii quercini,
Graminis,
Glycyrrhizæ,
Cort. rad. Capparûm ana unciam semis,
Paſſularum Corinthiacarum drach. ſex,
Adianthi,
Hæmionitidis,
Ceterach,
Cuſcutæ,
Artemiſiæ,
Fumariæ,
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Meliſſæ,
Florum Geniſtæ,
Violarum ana manipulum semis.

Coquantur in libris ſex ad medias: in colaturæ libris tribus infundè & coque

Folio-

Foliorum Senæ uncias quatuor,
Ellebori nigri præparati,
Turbith optimi ana unciam unam ſemis,
Caryophyllorum drachmas duas,
Sem. Dauci,
Coriandri ana drachmam unam ſemis.

Bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, colaturæ addendo
Sacchari libram unam ſemis.

Coquantur ſupra conſiſtentiam Syrupi, cui permiſce expreſſionem
Unciæ ſemis rhabarbari optimi in aqua chalybeata infuſi,
Senæ pulveriſatæ uncias duas,
Lapidis Lazuli præparati,
Cinamomi ana unciam ſemis,
Saſſafras unciam unam,
Rad. Pæoniæ,
Corr. Tamariſci,
Epithymi,
Cort. median. fraxini,
Sem, Agni caſti,
Nigellæ Romanæ,
Spicæ Indicæ ana drachmas duas,
Anthos,
Stœchados ana drachmam unam.
Fiat Electuarium.

Mirum in modum convenit lienoſis, melancholicis, hypochondriacis, maniacis, epilepticis. ſine febre delirantibus, paſſionibus hyſtericis; fœdis viduarum coloribus, elephanticis ſcabioſis, & Indicâ lue, vel Venereo morbo inveterato laborantibus.

ANIMADVERSIONES.

IN duobus potiſſimùm autorem hujus compoſitionis erraſſe animadverto. Primò quidem, quòd *decoctum* plurium *ſpecierum* virtutibus jam ſatis ſuperque imprægnatum, ac iiſdem ferè incraſſatum, adeòque ulteriori extractioni ineptum, *ſpeciebus purgantibus* reaffundere, easque hoc ipſo extrahere maleſuadus præcipiat. Huic errori ut obviam eamus, neceſſum eſt, ut affusâ etiam *aquâ ſimplici*, *purgantia* mediante coctione extrahamus, aut ad minimum *decoctum* illud primum optimè, antequam *ſpeciebus purgantibus* affundatur, *albumin. ovorum* clarificemus, & inſuper adhuc ſemel particulâ *aquæ ſimplicis* ad omnimodam *virtutis cathartica* extractionem prædictarum *ſpecierum*, *infuſionem & coctionem* moliamur; Secundus error in eo conſiſtit, quòd ſolummodo expreſſionem *unciæ dimidiæ rhabar-*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 177 sur 955

rhabarbari in aqua chalybeata infusi, & non *rhabarbarum ipsum in substantia*, sive in forma *pulveris*, vel saltem particulam ejus *extracti, aquâ chalybeatâ facti*, *syrupo* jam pro *electuario* confecto admisceri jubeat; hoc enim longè satiùs esset, quàm si *infusum rhabarbari* expressum tantummodo adderetur: Etenim si *uncia dimidia rhabarbari in aliquot unciis aquæ chalybeatæ* infusa fuerit, ac infusio hæc expressa, *syrupo* admisceatur, liquidus nimis evadet *syrupus*, ulteriori coctione ad debitam suam consistentiam summoperè indigens. Si verò *infusio rhabarbari* prædicta paucâ duntaxat quantitate *aquæ chalybeatæ* facta fuerit, non poterit *rhabarbari* vires & virtutes integrè extrahere, ergo utrumque malè factum erit. Præstabit itaque nimiâ illâ curiositate missâ, *rhabarbarum* vel in substantia cum reliquis *pulveribus electuario* commiscere, vel illud unà cum *foliis Sena, radicibus Hellebori nigri, & Turbith.* junctim superiori *extractioni* committere. Atque ex his liquet genuina hujus *electuarii* præparatio.

DIACARTHAMUM ARNOLDI
De Villa Nova.

℞. Specierum Diatragacanthi frigidi unciam semis,
Pulpæ Cydoniorum unciam unam,
Medullæ Carthami unciam semis,
Zingiberis drachmas duas,
Diagrydii drachmas tres,
Turbith albi drachmas sex,
Mannæ drachmas duas,
Mellis rosati colati,
Sacchari candi ana unciam unam,
Hermodactylorum unciam semis,
Sacchari albi in aqua Borraginis dissoluti, uncias decem semis.
Fiat Electuarium liquidum.

Flavæ bili ac pituitæ educendæ mirificè prodest, & ad omnes affectus è mixta cum bile pituitâ provenientes efficax est, mixtis itidem podagris, hemitritæo, paralysi, ac cephalalgiæ succurrit.

Cydoniorum pulpa saccharo condiri debet, in cujus usum Cydoniatum nostrum rectè succedit, & cum Manna ac Melle rosato solutum, colatur per stamen: quæ omnia saccharo postea paulò ultra, quàm Electuario convenit, cocto, simul trita & colata cum pulveribus adduntur. Diagrydium tamen per se terendum.

ELE-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 178 sur 955

ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM.

℞. Costi amari,
Sem. Cymini,
Zinzib. albi,
Caryophyll. ana drachmam unam,
Diagrydii,
Hermodactylorum alborum superiore cortice mundatorum ana drach. duas,
Mellis despumati,
Vini odoriferi ana uncias tres.
Fiat lege artis Electuarium.

Bilem utramque evacuat, cachexiæ, & ex illa provenientibus morbis variis conducit; obstructiones viscerum reserat, eorundemque duritiem attenuat & emollit.

ELECTUARIUM DE CITRO SOLUTIVUM.

℞. Cortic. Citri Pomi condit.
Conserv. Borraginis,
Buglossi,
Violarum ana drachm. quinque,
Specier. Diatragacanthi frigidi,
Diagrydii ana unciam semis,
Turbith optimi drachmas sex,
Sacchari albi in aquis cordialibus dissoluti libram unam.
Fiat Electuarium.

Electuarium hoc à Guidone de Cauliaco, Tractatu septimo de purgatione *desumptum, bilem ac pituitam evacuat, idem fermè præstans, quod Diacarthamum* Arnoldi, *nisi quod gratius sit. Addit verò* Guido *foliorum Sennæ drachmas quinque, ac inde tabellas conficit, pondere unciæ dimidiæ, quæ medicamenti, febribus tertianis, ac hemitritæis, corporis item malo habitui, visceribusque excrementosis profuturi, pro virium tamen ratione, dosis esse solet.*

ELECTUARIUM EPISCOPI, quod ELESCOPH appellatur MESUE.

℞. Diagrydii,
Turbith ana drachmas sex,
Caryophyllorum,

Cina-

Cinamomi,
Zingiberis,
Myrobalanorum Emblicorum,
Nucis Moſchatæ,
Polypodii ana drachmas duas & ſemis,
Sacchari uncias ſex,
Mellis deſpumati triplum, id eſt, uncias decem, & drachmam unam.

Lavam bilem, ac pituitam elicit, flatus & excrementa è toto corpore educit, ob id doloribus articulorum & hypochondriorum prodeſt, colicis item cruciatibus mirificè auxiliatur, ac humores ad renes, & veſicam decumbentes expurgat. Pulvis tamen eſt potius in uſu aut confectio ſolida, quorum utrumque ſi efficacius haberi, ac, ut in minore doſi eodem effectu exhiberi queat, efficere volueris, pro ſacchari unciis ſex cum Cordo & Coudenbergio *ſacchari drachmas tantummodo ſex legito.*

ANIMADVERSIONES

In Diacarthamum Arnoldi de Villa Nova: Electuarium item Caryocoſtinum: Electuarium de Citro ſolutivum, & Eleſcoph.

Electuaria hæc cùm ſimplicia ſint, nil deſiderant præter unicam Pharmacopœi diligentiam, ut qui in *Electuario diacarthamo pulpam cydoniorum*, vel ſi lubet, eorundem *gelatinam* ritè diſſolvat. In *Caryocoſtino* autem *vinum* omittere conducibilius eſt, quàm addere, quia nihilominùs coctione cum *melle* iterùm exhalare deberet, ſi competentem *electuarii* expeteres conſiſtentiam. Cętera ſimpliciter conficiantur, prout textus habet; conſuli tamen etiam poſſunt *Animadverſiones* ſuper *Elect. de Hiera cum Agarico* in claſſe præcedenti.

Quo modo in *Elect. diacarth. Arnoldi*, ratione *ſpecierum diatrag. frigidi* procedendum ſit, conſulantur *Animadverſiones* noſtræ ſubſequentes, ſuper *Elect. roſat. Meſues*, ut & *Diacarthamum ſolidum.*

CONFECTIO HAMECH

Major Mesue.

℞. Myrobalanorum Citrinorum uncias quatuor,
Chebulorum,
Indorum,
Rhabarbari electi ana uncias duas,
Agarici,
Colocynthidis,
Polypodii ana drachmas decem & octo,
Abſinthii,
Thymi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 180 sur 955

Senæ ana unciam unam,
Violarum drachmas quindecim,
Epithymi uncias duas,
Seminum Aniſi,
Fœniculi,
Roſarum rubearum ana drachmas ſex,
Succi Fumiterræ libram unam,
Prunorum numero ſexaginta,
Paſſularum enucleatarum uncias ſex.

Macerentur omnia in ſero lactis caprini ſufficiente, in vaſe vitreato, anguſti orificii, bene obturato, in loco tepido per dies quinque. Poſtea ferveant unâ aut alterâ ebullitione, manibus fricentur, & colentur. Colati parte aliquâ ſervatâ pro Mannâ diluendâ & Pulpis extrahendis, reſiduo adde

Sacchari albi libram unam ſemis.

Diſſolvatur in infuſione ferveſactâ & colatâ, & ad juſtam conſiſtentiam decoquatur: deinde adde Mannæ electæ cum ſuperiore decocto dilutæ uncias duas,

Pulp. Caſſiæ uncias quatuor,
Tamarindorum uncias quinque.

Redigantur ſimul ad juſtam conſiſtentiam: deinde paulatim ſubſequentes pulveres inſperge, rudiculâ ſemper agitando,

Scammonii præparati ſeorſim in pulverem redacti unciam unam & ſemis,
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana unciam ſemis,
Belliricorum,
Emblicorum,
Rhabarbari,
Sem. Fumiterræ ana drachmas tres,
Aniſi,
Spicæ Indicæ ana drachmas duas,
Fiat Electuarium, ut eſt artis.

Utramque bilem & pituitam ſalſam purgat, ob id morbis inde natis, impetigini, ſcabiei, elephantiæ, cancro exedenti, & ſimilibus morbis mirificè confert; unde omni fœditati à bilioſis & adductis humoribus procreatæ quàm maximè conducit; in quartanis feliciter datur tum Ellebori decocto, vel infuſo, quorum utriuſque deſcriptionem ſubjunximus.

ANIMADVERSIONES.

FAmoſa hæc *confectio* parari quidem poſſet, ad normam in *Animadverſionibus* noſtris ſuper *Trypheram Perſicam* præſcriptam, melio-

melioris tamen informationis gratiâ, præparationem, ad noſtram ſententiam, breviter adjungemus, utpotè

℞. *Rhabarbari electi* ℥ ij,
Agarici albi,
Celocynthidis,
Polypodii ana ℥ ij, ʒ ij,
Foliorum Sena ʒ j.

Inciſa & contuſa, infundantur in *libra una ſucci Fumiterræ*, & *ſeri lactis libris tribus*; ſtent infuſa loco calido per unum vel alterum diem, factâque ebullitione exprimantur: Reliquis & expreſſis *ſpeciebus*, de novo affundantur *ſeri lactis* ℔ ij, & poſt unius vel alterius diei digeſtionem, factamque ebullitionem iterum exprimantur; *Expreſſiones ambæ* junctæ aſſerventur: Jam

℞. *Reliquas primi decocti ſpecie*; utpotè
Myrobelan. Citrinorum ℥ iv,
Chebulorum,
Indorum ana ℥ ij,
Abſinthii,
Thymi ana ℥ j,
Violarum ℥ j, ʒ vij,
Epithymi ℥ ij,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Roſarum rubrarum ana ʒ vj,
Prunor. N. lx,
Paſſular. enucleatar. ℥ vj.

Contuſa & conſciſſa omnia macerentur, & coquantur in ℔ vj *ſeri lactis* ad dimidias, factâque expreſſione, adde colaturæ ſuperiorem *decoctionem ex ſpeciebus catharticis*, &

Sacchari albi ℔ j ß,

Coquantur junctim ad conſiſtentiam *ſyrupi* paulò craſſiorem; Cui in fine adde

Pulpæ Tamarindorum ℥ v,
Caſiæ ℥ iij,
Mannæ elect. ℥ ij,

Et ubi parùm refrixerint, etiam *ſpecies ſuperiùs enumeratas in ſubtilem pulverem redactas*.

Nota; Si quis etiam *decoctiones* tùm *purgantium*, tùm reliquarum *ſpecierum* albumine ovorum clarificare vellet, antequam illis *ſaccharum* adderet, is ſanè operam impenderet non pœnitendam, quippè hoc ipſo efficeret, quò minùs hæc *confectio* adeò violenter ageret, nec alvi tormina excitaret, quod alioquin *colocynthidi*, ceu violentiſſimo cathartico, peculiare eſt.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 182 sur 955

INFUSUM ELLEBORI.

℞. Corticum rad. Ellebori nigri præparat. drachmas duas;
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana drachmam unam;
Cinamomi,
Caryophyllorum ana grana tria.
Fiat infuſio ſ. a. cujus doſis unciæ tres.

ANIMADVERSIONES.

QUæ de curioſa decorticatione *radicum Ellebori nigri*, in *Animadverſionibus ſuper ſyrupum roſatum ſolutivum compoſ. elleboratum Montani* dicta ſunt, hûc etiam commodè trahi poſſunt. Cæterùm certa hujus *infuſionis doſis* (℥ iij, ſcilicet) adeò ſtrictè determinari nequit, niſi quoque determinetur, quantum *liquoris* vel *aquæ ſpecifice* pro earundem infuſione affundendum ſit.

DECOCTUM ELLEBORI.

℞. Corticum Ellebori nigri ſcrupulos quatuor,
Sem. Aniſi,
Citri,
Caryophyllorum ana drachmam ſemis.
Fiat decoctio, ut eſt artis.
℞. Hujus decocti uncias quatuor,
Hamech unciam ſemis,
Syrupi de Fumoterræ compoſiti unciam unam.
Miſce.

Datur in febribus quartanis, & humoribus aduſtis, ut in Gallico, & aliis.

ARtificioſa eſt medicamenti hujus compoſitio, ideò in ejus præparatione magnâ opus eſt diligentiâ, præſertim cum multiplex ejus uſus exiſtat, unde à doctiſſimo *Johanne Baptiſta Montano Aurea confectio* vocari meruit.

Pro infuſione ſimplicium, Pharmacopæi plerumque aſſumunt ſeri caprini libras duodecim, vel etiam paulò plus; videntur tamen duodecim libræ, vel ad ſummum tredecim ſufficere poſſe.

NOtandum quoque nos in hac editione, Abſinthii, Thymi, & Senæ, unciam legendam cenſuiſſe, ita enim habet *Meſue*, licet ſubjungat (in alio drachmas ſex.) Ratio quoque ſic legendum eſſe monſtrat: mox enim in compoſitione ſequitur ſem. Aniſi, Fœniculi, Roſarum rubearum ana drachmas ſex, unde ſine dubio Auctor priora tria ſimplicia, Abſinthium nempe, Thymum, & Senam, æquale cum his

his pondus habitura posterioribus his conjunxisset, & sic unâ serie omnium dosin æqualem definiisset, ne eadem ponderis quantitas unâ in compositione bis posita occurreret.

ANIMADVERSIONES:

PRæstaret loco *decocti*, *infusum* superiùs descriptum, additâ certâ quantitate *liquoris affundendi*, in usum trahere, vel has ipsas *species* cum determinato quodam *liquore*, solùm infundere, digerere, & sine decoctione, (ob adjecta *aromata*, quorum fragrantia & subtiliores partes in coctione exhalant) colaturam usui reservare.

HIERA COMPOSITA

NICOLAI.

℞. Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Schœnanthi,
Asari,
Xylocassiæ, aut Cinamomi exquisitissimi,
Xylobalsami, aut Ligni Aloës,
Carpobalsami, aut Cubebarum,
Violarum,
Absinthii,
Epithymi,
Agarici,
Rosarum,
Turbith,
Colocynthidos,
Mastiches ana drachmam unam, scrupulum unum,
Aloës non lotæ quantum reliquorum omnium, id est, uncias duas, drachmas quinque, scrupulum unum,
Mellis despumati libram unam semis.
Misce, fiat Electuarium.

Hiera hæc, quæ & magna, & Hiera ex sedecim rebus dicitur, (Mel enim & Aloë in compositionibus hisce non numerantur) ad Enematum usus valdè est solemnis: probè enim pituitam lentam, crassam & frigidam intestinis adhærentem eluit, jecoris obstructiones liberat, lienis duritiem emollit, densitatem expedit, renibus & vesicæ humoris deturbatione proficit, uteri intemperiem emendat; capitis etiam affectus, oculorum & aurium gravedines à magno pituitalentore ortas juvat, ventriculo demum benefacit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 184 sur 955

HIERA LOGADII NICOLAI

MYREPSI.

℞. Pulpæ Colocynthidos,
Polypodii ana drachmas duas,
Euphorbii,
Folii Montani minoris,
Sem. Thymelææ, vel Coccognidii ana drachmam unam semis, grana sex,
Absinthii,
Myrrhæ ana drachmam unam, grana duodecim,
Centaurii minoris,
Agarici,
Ammoniaci,
Folii, vel ejus loco Macis,
Spicæ Indicæ,
Scillæ præparatæ,
Diagrydii ana drachmam unam,
Aloes,
Comarum Thymi,
Chamædryos,
Cassiæ ligneæ,
Bdellii,
Marrubii ana scrupulum unum, grana quatuordecim;
Cinamomi,
Opopànacis,
Castorii,
Aristolochiæ longæ,
Trium Piperum,
Croci,
Sagapeni,
Petroselini Macedonici ana drachmam semis,
Ellebori nigri,
Albi ana grana sex,
Mellis despumati triplum, seu uncias decem.
Misce, fiat Electuarium.

Mala melancholica diuturna partim propulsat, partim transmutat, appetitum instaurat, hilaritatem ac robur corpori inducens; epilepticis, vertiginosis, subitò concidentibus, spumantibus, linguam mordentibus, & convulsis auxilio est, biliosis ac elephantiacis inter initia convenit; feris item impetiginibus, lethargicis, jecinorosis, & iis qui venena lethalia hauserunt, utilis est, ac menses potenter movet; ischiadicis & lumborum dolore vexatis admodum

modum competere creditur, diuturnis morbis à vitiosis humoribus ob-ortis plurimùm conferens. Expetitur potissimùm in Enemata, ubi viscosos, crassos, lentos, & tenaces humores evocare necesse est; rarò enim supernè exhibetur, licet aliqui nimis forsan audaciter ejus dosin à drachmis duabus usque ad quatuor ad summum sese extendere posse putent; qua de re perito cuique Medico vigorem validorum purgantium Hieræ hujus compositionem ingredientium consideranti, suum sit judicium.

PRo Pulpa Colocynthidis non in hac solummodo compositione, sed in omnibus aliis Trochiscos Alhandali substituimus.

Thymelææ seu Coccognidii semina ubi defuerint, quæ tamen apud nos facilè haberi possunt, his commodè substitui queunt semina Laureolæ Germanicæ, quæ planta nostris Zetlandt dicitur, easdem quas Thymelæa, Chamelæa, ac Lathyris vires habens.

HIERA PACHII EX NICOLAO ALEXANDRINO, QUÆ & DIACOLOCYNTHIDOS.

℞. Stœchadis,
Marrubii,
Chamædryos,
Agarici,
Colocynthidos ana drachmas decem,
Opopanacis,
Sagapeni,
Petroselini,
Radicis Aristolochiæ rotundæ,
Piperis albi ana drachmas quinque,
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polii,
Croci ana drachmas quatuor,
Mellis despumati triplum, id est, libras duas, uncias novem, & drachmas quinque.

SCribonius Largus de compos. Med. cap. 97. *Hieram hanc ad* Pachium *autorem refert, & mirificis laudibus in cælum effert. Cùm igitur tantæ efficaciæ sit, & alii etiam qui eâ usi sunt, ejus vires fuerint experti, in nostris quoque Officinis hanc constructam & paratam esse voluimus. Sanat enim morbo comitiali correptos, furiosos, vertigine laborantes, ac diuturno capitis dolore infestatos: facit item ad lateris dolores, asthmaticos juvat, vocem amissam restituit:*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 186 sur 955

ſubitas præfocationes, incubum, convulſionem cynicam, ſeu caninam dictam aufert. Datur iis qui ex alto lapſi, aut nervorum tenſiones reſolutionesque paſſi ſunt. Prodeſt itidem articulari morbo, ſpinæ, ac lumborum doloribus, item podagræ mirificè auxiliatur; durities in mulierum mammis cum dolore conſiſtentes levat, & interdum ex integro ſanat; ſtomachicis mirum in modum confert: remedio eſt iis, quibus cibus in ventriculo aceſcit, quique nauſea aſſiduè infeſtantur, ac ſalivâ abundant; melancholicis autem præcipuè benefacit, carcinomata & cacoëthe curat.

ANIMADVERSIONES

In Hieram compoſitam Nicolai, & Hieram Logadii Nicolai Myrepſi; item Hieram Pachii, ex Nicolao Alexandrino.

PLures ſatisque egregiæ *præfatas compoſitiones* nobilitant *ſpecies*, quas gutturi inferiori (cui tamen ignobiliori uſui *prima* & *ſecunda* potiſſimùm à plurimis deſtinantur) injicere nefas, & abſonum eſſet; Plures etiam additæ ſunt, quas omiſiſſe longè meliùs fuiſſet, præſertim in *Hiera Logadii*, quam etiam ob violentam, mordacem & exurentem ſuam qualitatem, ad interiores uſus ferè ineptam ac inhabilem reddunt; Sed hæc aliis, qui ipſis frequentiùs utuntur, conſideranda relinquo; Id ſaltem in præſens inuere volo, quòd *ſpecies primæ Hieræ*, nimirùm *compoſitionis Nicolai*, dempto *melle*, commodiùs *pilulis* ex iis conficiendis inſerviant, quàm *electuario*. Cæterùm in confectione horum & ſimilium *electuariorum*, quæ diverſa *gummata*, aliasque res ſolubiles recipiunt, conveniet imitari præparationem *theriaces*, ſcilicet *gummata* (utpotè in *Hiera Logadii*, *Opopanacum*, *Sagapenum*, *Myrrham*, *Bdellium*, & *Ammoniacum*) in *liquore* aliquo convenienti ſtudiosè priùs diſſolvendo, ac ſoluta demum *ſpeciebus* reliquis admiſcendo.

ELECTUARIUM INDUM

MAJUS MESUE.

℞. Cinamomi,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Roſarum,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Macis,
Cyperi rotundi ana unciam ſemis,
Santalorum Citrinorum drachmas duas ſemis,
Turbith optimi uncias ſex, drachmas duas,
Ligni aloës,
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas,

Sac-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 187 sur 955

Sacchari,
Penidiorum ana drachmas viginti,
Galangæ,
Cardamomi majoris,
Minoris,
Asari,
Mastiches ana drachmam unam semis,
Diagrydii unciam unam semis.

Omnia terantur, & cum oleo Amygdalarum dulcium fricentur, & cum subsequenti syrupo conficiantur,

℞. Succorum depuratorum Apii,
Fœniculi,
Cydoniorum,
Granatorum ana libram semis.
Mellis despumati optimi libras quatuor semis.

Decoquantur succi cum melle ad spissitudinem justam, ut est artis: deinde misceantur species.

PVtridorum humorum, maximè verò pituitosorum excrementa à ventriculo & aliis partibus nutritioni servientibus educit, ac crassos in iis flatus discutit, unde etiam vitia hinc nata, inflationem nempe ventriculi, coli, renum, & aliorum viscerum persanat.

ANIMADVERSIONES.

SI cui volenti erit denominatos *succos*, ne quicquam ab iis pereat, *destillationi* committere, & *aquam spirituosiorem* ab ipsis prolectam peculiariter asservare, tandemque *inspissatos melli & electuario* commiscere, ipsi liberum esto. *Fricatio* autem omnium & singularum *specierum ingredientium oleo amygdalarum dulcium*, ceu frivola & inutilis repudianda est. *Diagrydium* (quod sigillatim semper pulverizandum) *oleo dicto* nonnihil aspergi, vel saltem mortarium, in quo tunditur, aliquantillum ipso humectari poterit, quò minùs tenaciter illi adhæreat, aut alcoholizatum avolet. Reliquarum verò *specierum* plures, si separatim sepositis quibusdam *oleaginosis*, utpotè *Macere, Caryophyllis, Nuce Moschata, &c.* contunderentur, non minùs asperstone aliquot guttularum præfati *olei* indigerent, ne in ipsa contritione *pulvis subtilissimus*, sive *alcohol* earundem in auras expelleretur. Si verò cum his mixta contundenda sunt, peculiari *olei* additione opus non habent, quippe prædictæ *species oleaginosæ olei* vices supplent ac impediunt, quò minùs multum de iis aboleatur.

DIAPHOENICON MESUE.

℞. Dactylorum Citrinorum enucleatorum, ac tribus diebus in

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 188 sur 955

aceto maceratorum, ante infusionem ponderatorum uncias sex, & drachmas duas,

Penidiorum uncias tres & drachmam unam,
Amygdalarum dulcium drachmas quindecim,
Turbith electi drachmas septendecim semis,
Diagrydii drachmas sex,
Zingiberis,
Piperis longi,
Foliorum Rutæ siccatorum,
Cinamomi,
Macis,
Ligni Aloës,
Anisi,
Fœniculi,
Dauci,
Galangæ ana scrupulos quatuor,
Mellis despumati libras tres, uncias undecim & drachmas quinque,
Fiat Electuarium.

Electuarium hoc, quod (ut Mesue *refert) descripsit filius* Zezar, *febribus compositis & diuturnis auxiliatur, bilem namque flavam & pituitam sine molestia educit, ventriculi item doloribus, & id genus vitiis ex crudis humoribus ortis confert; ventris inflationes tollit, nec non obstructiones expedit.*

DIAPHOENICON FERNELII.

℞. Palpæ Palmularum mundatarum ex Hydromelitæ coctæ, & cribro cretæ,
Penidiorum recentium ana libram semis,
Amygdalarum expurgatarum uncias tres semis,
Contusis & permixtis omnibus, adde
Mellis exspumati libras duas:
Paulùm coquantur, ac deinde insperge
Zingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinamomi,
Foliorum Rutæ siccatorum,
Sem. Fœniculi,
Dauci ana drachmas duas,
Turbith tenuissimè triti uncias quatuor,
Diagrydii unciam unam semis.
Fiat Electuarium.

Com-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 189 sur 955

Compoſitionem Electuarii Diaphœnici ob Dactylos in aceto infuſos, alioquin parum gratam doctiſſimus, & ob præſtita in Rempubl. Medicam beneficia non ſine magna laudis præfatione nominandus Vir D. D. Fernelius *in hanc formam tranſtulit: ac non modò palmulas in Hydromelite coctas ob jucundiorem, ſed etiam ob auctam, imò ferè duplicatam Turbith ac Diagrydii quantitatem priore efficaciorem reddidit, unde & minori doſi exhibita, priore potentiùs alvum ſolvit. Quæ quoniam Modicis noſtris uſitata exiſtit, eandem huic Pharmacopœiæ inſerendam eſſe cenſuimus.*

DIAPRUNIS SOLUTIVUM
Nicolai.

℞. Diaprunis lenitivi adhuc recentis & calibi libras quatuor,
Scammonii præparati, ſeu Diagrydii uncias duas,
Miſce.

Confert morbis à bile genitis, in febribus tamen, maximè verò continuis, ab ejus uſu cavendum.

ANIMADVERSIONES.
In Diaphœnicon Meſue, & Fernelii, nec non Diaprunis ſolutivum Nicolai.

INter hæc *Electuaria* ex *Dactylis* confecta *Fernelii compoſitio*, præ *illa Meſues*, nobis arridet, eò quòd in *Ferneliana præparatione*, *Dactyli* abſque *aceto* in *Pulpam* redigantur: Etenim non video, ob quam ſingularem cauſam *Meſue Dactylos aceto* priùs macerare & præparare præceperit, uti nec adeò perplacet, quòd hi & conſimiles *fructus*, utpotè *Amygdalæ*, nec non cætera precioſa ingredientia intermiſceantur, cùm neutiquam vim *purgantium* directè infringere vel corrigere poſſint, ſed doſin ſaltem & precium augeant, & invicem commixta ingrati ſaporis & odoris efficiant medicamentum. De *ſaccharo* verò *Penidii* quid ſentiam, ex *Animadverſionibus* noſtris ſuper *Syrupum Capillorum Veneris* abundè patebit. Cæterùm, hæc *Electuaria* juxtà modos præſcriptos confici poſſunt. Quæ leviora alioquin circà præparationem eorundem monenda eſſent, peritus Pharmacopœus ipſus antea norit: ſin minùs, conſulantur *Animadverſiones Electuarii Hieræ cum Agarico.*

ELECTUARIUM DE PSYLLIO
Montagnanae, In Conſiliis
fol. 226. in Antidot. cap. 19.

℞. Polypodii reçentis libram unam,

Senæ-

Senæ,
Violarum,
Prunorum,
Tamarindorum,
Paſſularum ana uncias tres,
Aquæ fontis libras decem.

Macerentur horis viginti quatuor, poſtea decoquantur ad mediætatem, colentur & exprimantur: colaturæ libra una ſemis reſervetur pro diſſolutione Caſſiæ & Tamarindorum. Reſiduo adde

Sem. Pſyllii uncias tres:

Macerentur rurſus totidem horis, ſemper agitando: poſt exprime mucilaginem, cui adde

Sacchari libras quatuor.

Decoquantur iterum lento igne, & adde

Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum diſſelutorum cum prædictâ decoctione ana libram ſemis,
Diagrydii uncias quatuor,
Spodii de Ebore,
Rhabarbari,
Santali albi,
Rubei,
Roſarum rubearum,
Violarum,
Sem. Papaveris albi,
quatuor frigid. minor.
Fœniculi,
Aniſi,
de Berberis,
Fumiterræ,
Tragacanthi,
Amyli,
Gummi Arabici,
Raſuræ Eboris,
Glycyrrhizæ ana drachmas tres,
Myrobalanorum Indorum,
Emblicorum ana drachmas quinque ſemis

Miſce, fiat Electuarium.

Flavam bilem educit, ejus fervorem temperat, & febribus ardentibus auxiliatur: dolori capitis & vertigini à bilioſorum humorum evaporationibus procreatæ, morbo regio, ac jecori ſupra modum calefacto ſuccurrit.

Diagry-

Diagrydium per se tritum, ac Spodium, & rasura Eboris tenuissimè pulverisata, reliquis simul conterendis misceantur, & cribro transmissa, decocto ad justam consistentiam redacto, paulatim inspergantur, fiatque Electuarium, ut est artis.

ANIMADVERSIONES.

EX conglomeratâ & malè consarcinatâ tot huic *compositioni* destinatorum ingredientium farragine, quàm delicatum scilicet parari queat *Electuarium*, quivis qui penitiùs paulò eam introspexerit, ne dum qui ipsam ejus præparationem tentaturus est, ad nauseam usque videbit. Et ut cætera cuncta missa faciamus, solùm *semen Psyllii* attingere libet, utpotè quod in satis largâ quantitate, huic *Electuario* additur, unde etiam nomen habet; Ex quo, ut Author ipse jubet, *Mucilago* tota extrahenda, & cum *Sacchari* ℔ *iv* decoquenda est; Quale autem exindè evadat ferculum, is solus optimè novit, qui *Electuarium* hoc suis manibus antea confecit. Nil dicam de cæteris plurimis aliis, quæ *embammati huic viscido & mucilaginoso*, gratiæ conciliandæ ergò, æquè tamen inconcinnè, adjecta sunt. Non mirùm sanè, quòd ægrotantes ab usu medicamentorum tantoperè abhorreant, ac emori sæpenumerò malint, quàm tali insulsâ medicinâ uti; Culpa autem hujus rei nulli alii imputanda est, quàm solis *Medicis*; illis nimirùm quibus religio est à *Veterum* quorundam præscriptis vel latum unguem recedere, ac eum iisdem delirare volunt potiùs, quàm juxtà *Divini Senis Hippocratis* monitum, *citò*, *tutò*; & *jucundè* curare. Ast habeant illi sibi opipara hæc sua *embammata*, & quæ intrivere ipsi exedant; Nos verò ob talia nil morabimur, quin alia meditabimur meliora. Qui proindè paulò potiorem hujus Pharmaci desiderat præparationem, is se gerat tali pacto; nimirùm juxtà modum nostrum, jam in præcedentibus pluries indigitatum: *Folia Senæ*, & si libet, etiam *Polypodium* sigillatim infusione vel coctura extrahat; deindè reliquas *species* vel *fructûs* etiam seorsim; Ulteriùs *decoctis* vel *infusionibus* hisce simul junctis *semen Psyllii* nonnihil extrahendum, & addito *Saccharo*, decoquendum est, nescio tamen ad quam consistentiam, utpotè quæ ob ingentem *mucilaginem* & *viscositatem* describi nequit, sed Pharmacopœo peritiori committenda erit, qui studiosè observare debet, ne à *mucilagine* decipiatur, quò minùs durabile efficiat medicamentum; Commiscendæ tandem *Pulpæ fructuum* confectionem hanc ingredientium, ac ubi parùm refrixerint, *species* etiam subsequentes in pulverem redactæ, observando interim *Animadversiones* nostras præcedentes, in *Electuarium de Hiera cum Agarico*

ELE-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 192 sur 955

ELECTUARIUM ROSATUM

MESUE.

℞. Succi Rosarum rubearum perfectarum libras quatuor,
Sacchari optimi libram unam semis.
Coquantur lento igne ad Mellis consistentiam; deinde adde
Mannæ electæ succo Rosarum dilutæ uncias sex.
Ferveant simul paululùm: deinde benè tritis, & per cribrum transmissis, adde
Diagrydii unciam unam semis,
Trochiscorum de Spodio unciam unam,
Trochiscorum de Berberis unciam semis,
Galliæ Moschatæ veræ,
Croci ana drachmas duas.
Fiat Electuarium, ut est artis, quod in vase vitreo repositum asservetur.

Cholagogum hoc salubrè est biliosis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ, vertigini, oculorum dolori, ictero, sanguinis quoque fervorem bilioſum expurgat.

PAratur etiam Medicamentum hoc sine Galliâ partim, pro pauperibus, partim pro iis, qui Galliæ odorem non ferunt.

ANIMADVERSIONES.

SImpliciſſima hujus *Electuarii* præparatio vituperium non meretur; *Animadverſio* facta etiam ratione *Galliæ Moſchatæ*, nullâ ratione improbanda, quin seriò notanda est; Neque enim stercora *Moſcho*, *Ambrâ*, & *Ligno Aloës* (utpote ex quibus *Gallia Moſchata* constat.) condienda sunt. Cæterùm *Trochiſcos de Spodio* & *de Berberis* quod attinet, valdè imprudenter mihi videtur composita compositis cumulare, quasi verò *ſpecies* illæ, quæ prædictos *Trochiſcos* ingrediuntur, æquè commodè huic *confectioni* in debitâ quantitate addi non potuissent, sed necessariò *Trochiſci* addendi fuerint, qui alioquin rarò vel nunquam à Medicis præscribuntur, deberent ideò prostare ratione solius hujus *Electuarii*; Proh! quam stupidum hoc est! Næ hoc modo valdoperè gravantur Pharmacopœi, tot ac tantis compositis præparandis, quæ vel spatio aliquot annorum ne semel quidem præscribuntur, quæque tandem ubi vetustate consumpta, vel quovis modo tractu temporis corrupta fuerint, abjicere necesſum est. Unde tùm non leve dispendium Pharmacopœo accedit, quòd tandem etiam in ægrotos redundat, qui ægerrimè postea suo ære damnum hoc resarciunt, & Pharmacopœo sumptus sive impensas suas refundunt, hinc demùm illæ lachrymæ! Huic incommodo

modo jam ut obviam eamus, conabimur posthac illas *compositiones*, quas *composita* ingrediuntur (licet haud exiguo nostro labore) exactissimâ & diligentissimâ computatione resolvere, tantùm de *speciebus* singulas *compositiones* ingredientibus, aliisque *compositis* additis, unicuique *compositioni* addendo, quantùm alioquin vel ad unum aut alterum granum *compositi* integri additum fuerit, facto initio ad hoc *Electuario*, quòd jam præ manibus habemus, ubi *species* omnes *Trochiscorum de Spodio & de Berberis*, quæ hanc *compositionem* ingrediuntur, in debito & accuratissimè computato pondere, addemus, ut adeò in posterum non necessum sit prædictos *Trochiscos*, vel plura similia superflua *composita* conficere, sed ut *species* ipsas recentes semper addere queamus: Utpotè,

℞. *Sacchari albi opt.* ℔ *j ß*,
Succi Rosarum ℔ *iv.*

Coquantur lento igne ad consistentiam *Syrupi* multò crassiorem, quibus adde

Mannæ elect. & colatæ ℥ *vj*,

ac ubi parùm refrixerint, *species* etiam subsequentes in pulverem redactas, scilicet

Rosarum rubrarum ℥ *iij ß, gr. vj*,
Spodii ℥ *j*, ℈ *ij*,
Sem. Acetosæ ℥ *j, gr. xxiv*,
Berberum ℥ *ß, gr. j*,
Coriandri,
Portulacæ,
Sumach ana ℈ *j, gr. vij*,
Amyli,
Florum Balaustiarum ana ℈ *j, gr. iv*,
Gummi Arabici ℥ *j, gr. ij*,
Ligni Aloës,
Mastichis,
Gallæ Moschatæ,
Nardi Indicæ ana gr. xvj,
Diagrydii ℥ *j ß*,
Croci ℥ *ij*.

Nota; *Gallæ Moschatæ* ℥ *ij*, studiò omisimus, ob rationem superiùs dictam; possunt nec non *grana illa sedecim dictæ Gallæ Moschatæ*, quæ ex *compositione Trochiscorum de Berberis* huc translata sunt, similiter omitti.

ELECTVARIVM E SUCCO ROSARUM NICOLAI.

℞. Succi Rosarum rubearum,

Sacchari

Sacchari albi ana uncias ſedecim,
Scammonii præparati unciam unam ſemis,
Santali rubri,
Albi,
Citrini ana drachmas ſex,
Spodii de Ebore drachmas tres,
Camphoræ ſcrupulum unum.

Succus Roſarum cum Saccharo ad juſtam conſiſtentiam coquatur, deinde tritæ ſpecies adjiciantur.

COmmendatur ad omnes affectus, in quibus bilis flava redundat, aut bilioſi ichores peccant; convaleſcentes ex ægritudine, quotidianarios & tertianarios ſine moleſtia purgat, malignorumque humorum reliquias potenter educit; tertianæ ſimplici, duplici, febribus bilioſis, malisque omnibus à calore natis prodeſt: præbetur in calidis capitis affectibus, ad purgandam materiam calidam & bilioſam.

MOdus confectionis hic eſt, ut ſuccus Roſarum cum Saccharo in Syrupi conſiſtentiam percoquatur, cui poſtmodum inſpergantur Santala in pulverem redacta, itemque Spodium tritum; poſtremò addantur Diagrydium & Camphora, quorum utrumque per ſe ac ſeorſim pulveriſatum, prædictis admiſceatur: & fiat ex lege artis Electuarium.

ANIMADVERSIONES.

ANimadverſio Authorum ſuper hoc *Electuarium* facta, ſimplicem bonamque ejus præparationem edocet; in eo autem ſolummodò Authores hallucinantur, quòd *Camphoram* per ſe pulverizare jubeant, quàm per ſe & abſque ulla additione in pulverem redigere impoſſibile eſt: Proindè conſultius eſt, *Camphoram* in mortario aliquot guttulis *olei Roſarum*, vel *ligni Rhodii*, aut etiam *Amygdalarum dulcium* humectatam, terere, & *Spodium* uti rem ſiccam tandem illi addere, ſic enim ſimul in pulverem ſubtilem redigi poſſunt.

ELECTUARIUM DIASEBESTEN BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ.

℞. Sebeſten ſine nucleis,
Prunorum ſiccorum enucleatorum,
Pulpæ Tamarindorum ana uncias quinque,
Aquæ Violarum libram unam,
Ireos,
Succi Anguriæ ana uncias ſex,
Succi Mercurialis depurati uncias quatuor,

Peni-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 195 sur 955

Penidiorum uncias octo,
Sem. quatuor frig. major. excorticatorum ana uncias duas,
Diagrydii drachmas tres.

Coquantur Tamarindi, Sebesten, & Pruna, in aquis stillatitiis, & dissoluta commisceantur cùm succis, addendo pulpæ Prunorum libram unam semis. Postea addantur Penidia, & his dissolutis Diagrydium, & reliqua commisceantur, ac fiat Electuarium.

Confert febribus biliosis interpolatis, ac continuis exquisitis, quarum vehementiam sedat, sitim extinguit, vigilias arcet, & acres humores per urinam educit.

Anguria, quæ Hetruscorum est Cucumis in ventrem crescens, (quæ alioquin *Albateca*, *Batega*, & *Melon* Indus dicitur) nobis deest: pro ejus igitur succo aquam Melonum stillatitiam substituimus.

Aliqui, nec sine ratione, ex seminibus frigidis Electuarium hoc ingredientibus emulsionem parant, quam cum Penidiis decoctam compositioni postmodùm indunt, ac cum cæteris ad justam Electuarii consistentiam reducunt.

Animadversiones.

Ut inconcinna est hujus *Electuarii* ingredientium specierum congeries, atque inde emergens insulsa *confectio*, ita insipidæ etiam sunt auctarii loco adjectæ *Animadversiones*, omni ratione & judicio destitutæ, quæque vel primo saltem intuitu, illis, qui artem pharmaceuticam vix à limine salutârunt, risum moverent, nedum in eadem aliquantùm exercitatis. Quarum ultima tamen videtur quodammodo propinquius ad scopum accessisse, sed & ipsa manca est & mutila: Ut autem sine prolixiori examine, *pulmenti* hujus aliam addamus præparationem, en cape sequentem:

℞. *Sebesten sine nucleis, Pruna itidem enucleata, & Tamarindos*; affusisque *aquis stillatitiis, Violarum, Ireos*, ac *succis Auguriæ & Mercurialis*; decoque ad consistentiam pulmenti, quod trajice per setaceum; Cui adde loco *penidiorum saccharum commune album*, nec non *pulpam prunorum*; coquantur invicem ad consistentiam *electuarii*: huic tandem admisce, *semina quatuor frigida majora excorticata*, in mortario, cum particula *aquæ* minutissimè contusa; ac si *emulsionem* conficere velles, & per cribrum etiam vel setaceum transmissa; ac ubi quodammodo refrixerit, ultimò *Diagrydium* adde, sic paratum erit ferculum, quo is, cujus palato hoc arridet, ad libitum & sufficientiam, exsaturari poterit.

DIASENA NICOLAI.

℞. Senæ unciæ tres,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 196 sur 955

Avellanarum toſtarum numero quinquaginta,
Serici toſti drachmas duas,
Lapidis Armeni loti drachmam unam,
Lazuli loti drachmas tres,
Sacchari uncias ſex,
Cinamomi unciam unam,
Cáryophyllorum,
Galangæ,
Piperis,
Spicæ Indicæ,
Seminis Ocimi,
Folii aut Macis, vel Caſſiæ ligneæ veræ,
Cardamomi,
Croci,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Florum roriſmarini,
Piperis longi ana drachmas duas,
Mellis deſpumati libras duas.
Miſce, fiat Electuarium.

Melancholicis, maniacis, triſtitia ac mœrore affectis, lienoſis, ſcabie, elephantiaſi, & quartanâ laborantibus, atque inſuper omnibus noxis ex atra bile natis medetur.

PRo lapide Armeno, de quo magna eſt inter Autores controverſia, lapis Cyaneus vel Cæruleus, vulgariter lapis Lazuli dictus rectè hîc noſtrâ opinione ſubſtituitur, ut qui magnam cum Armeno cùm ratione originis, tùm virium affinitate cognationem habeat. Eligendus eſt autem lapis Lazuli aureis maculis diſtinctus, ſeu in cujus fracturis radiantes quædam ac ſplendentes aureæ ſtellæ ſcintillant, unde à Meſueo *Lapis ſtellatus* vocari meruit: cujus, prout & Serici præparatio, infra & ſuo loco tradetur.

ANIMADVERSIONES.

HOc *Electuarium* ſolâ ac ſimplici ingredientium mixturâ confici poteſt, ut alia, ſimplici viâ parata *Electuaria*. De *ſaccharo* verò notetur, quòd ſi *mel* quodammodo craſſum ſit, priùs diſſolvi, ſicque diſſolutum *melli* permiſceri debeat; ſi verò liquidius *mel* extiterit, in pulverem redactum vel ſaltem contuſum illi admiſcendum ſit. De *ſerico toſto* multa quidem dicenda eſſent, quàm inutiliter illud non ſolùm huic *Electuario*, ſed etiam aliis plurimis *compoſitionibus* addatur, ex quibus tamen ceu inutilis carbo meritò exulare deberet; ſed hæc nobis reſervabimus, donec de ejuſdem *præparatione* verba ſumus facturi.

MEDI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 197 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS V.

Continens

CONFECTIONES SOLUTIVAS

In Forma Solida.

Pauca *in hac* Classe Confectionum solidarum *occurrunt emendanda, tùm ob simplicem earum componendi modum, tùm etiam quòd major illarum pars, jam in præcedenti* Classe *revisa & castigata fuerit. Operæ pretium saltem nunc est, ut quid per* Confectionem solidam *Medici & Pharmacopæi propriè intellectum velint, breviter explicemus. Nimirum*;

Confectio solida dicitur medicamentum siccum in forma orbiculari vel oblongâ aut quadratâ, factum ex saccharo priùs aliquo liquore convenienti dissoluto, iterumque ad omnimodam aquositatis exhalationem, sive ejus consistentiam sicciorem cocto, cui demùm, dùm adhuc liquidum & calidum est, aut antequam pristinam suam duritiem prorsus indipiscatur, species vel purgantes, vel aromaticæ, vel etiam Conservæ, Condita, Fructus, vel Olea still. aut alia res in debita & convenienti quantitate commisceantur. Inventum ut eodem modo, quo in *Syrupis*, *Electuariis*, &c. beneficio *sacchari* (quod uti superiùs diximus, tanquam Pharmacopœorum *sal* est) species ingredientes, quæcunque illæ sint, ad tempus integris viribus conservari possint, utque variæ medicinarum formæ, ad uniuscujusque delectum accommodatæ, in Officinis prostent.

ANISUM LAXATIVUM.

℞. Sem. Anisi mundati uncias sex,
Diagrydii uncias tres, & drachmas sex,
Mastiches electæ unciam semis,
Spec. de Gemmis frig. drachmas duas,
Diamargarit. frigid.
Cinamomi acuti,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 198 sur 955

Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ ana drachmam unam,
Sacchari albiſſimi libras quinque & uncias quatuor.
Fiat ſecundum artem confectio.

ANiſo hoc ſolutivo plurimi adſtricta alvo laborantes ad eam facilitandam ante cibum utuntur: nonnulli autem qui medicamenta purgantia alioquin reſpuunt, hujus confectionis jucunditate illecti, eâ aſſumpta repurgantur. Veruntamen in medicamento hoc cùm ſolum Diagrydium vires ſuas exerat, iis tantùm, quibus hoc ipſum convenit, eſt exhibendum.

DIACARTHAMU SOLIDUM.

Species ingredientes Electuarii Diacarthamu Arnoldi cum ſaccharo conficiantur, ut eſt artis, ſeu ad normam Eleſcoph.

IIſdem viribus quibus liquidum pollet, & gratius quàm illud aſſumitur.

CONFECTIO ADVERSUS LUMBRICOS.

℞. Sem. Cinæ drachmam unam,
Rad. Filicis,
Graminis,
Dictamni ana ſcrupulos duos,
Cornu cervi uſti,
Rhabarbari ana ſcrupulos quatuor,
Sacchari diluti aqua graminis uncias ſex.

VErmes & animalia ex humorum corruptione in inteſtinis nata enecat, & ejicit. Datur pueralis, quos lumbricorum frequens morſus infeſtat, aut eorundem roſio vellicat.

ANIMADVERSIONES.

In confectionem Aniſi laxativi, Diacarthami ſolidi, & confectionem adverſus lumbricos.

HÆ enumeratæ *confectiones* poſſunt quidem juxta modum præſcriptum præparari, aſt rationi non conſonum eſt, *ſpecies cordiales purgantibus* immiſcere, utpotè quæ in hiſce nihil amplius præſtare poſſunt, quàm quòd precium ſolùm augeant, & quandoque etiam ſaporis gratiam immutent & diminuant; In reliquis peritus Pharmacopœus ſtudiosè obſervabit, ut *ſpecies ſaccharo* nonnihil refrigerato & indureſcenti, ſub finem immiſceat; ſecùs ſi fiat, *Diagrydium* grumeſcit, aut in priſtinam reſinoſam formam abit, quod ita in cor-

in corpus assumptum vix quicquam operatur. Nec per se solum *Diagrydium* dictum, *saccharo* immiscendum est, sed aliis *speciebus* permixtum, quæ ejus coagulationem vel conglobationem impedire quodammodo possint.

In *Diacarthamo solido*, quod ad normam *Elescoph* (in quo ℥ vj *specierum unius libræ saccharo destinantur*) parare præcipiunt, hoc monere volui, quòd quantitas *specierum* assignatum pondus *saccharo* excedat, ac ob id difficiles paratu sint hæ & consimiles *confectiones*, ac ori & oculis ingratæ evadant; accedit quòd *species* jam adhuc intensè calenti *saccharo* immiscerì jubeantur, quo ipso facillimè contingit, ut ob *Diagrydium* (uti jam superiùs commemoratum) præsertim si in operationibus pharmaceuticis non multùm exercitatus & expeditus, *confectionem* moliatur, tota *confectio* destruatur: Suaderem igitur, ut saltem *tres*, vel ad summum *quatuor unciæ specierum ad* ℔ j *saccharo* sumerentur. Præterea in præparatione hujus *confectionis*, non opus est vel *melle rosato*, vel *saccharo candi*; posset etiam *pulpa cydoniorum* omitti, (quæ tamen si admiscenda est, præstat, ut statim atque *saccharum* ab igne removetur, illi adhuc ferventi addatur, in eoque dissolvatur,) similiter etiam *Manna*. Atque hac ratione *quantitas specierum* multùm diminueretur, & nihilominùs *confectio* hæc, quantumvis ad *saccharo libram integram*, *tres* solummodò *unciæ specierum* sumantur, ad operandum satis efficax erit. Ut autem de legitimo præparandi modo, eò certiùs constet, integram præparationem heis subnectam. Utpotè,

℞. *Specierum Diatrag: frigidi*,
Medullæ Carthami ana ℥ ß,
Zinziberis ℥ ij,
Diagrydii ℥ iij,
Turbith albi ℥ vj,
Hermodactylorum ℥ ß.
Misce, fiat pulvis.

Postea

℞. *Sacchari albi in aqua rosarum dissoluti* ℔ j.

Coquatur ad consistentiam debitam & notam, quam *Tabulati* vocant, cui statim adhuc ferventi injice, in eoque dissolve

Gelatinæ Cydoniorum si libet, ℥ j,
Mannæ electæ ℥ ij.

Et ubi parùm refrixit, aut condensationis notam præbet, *species* etiam *supradictas* confestim immisce, ac in aptum & conforme receptaculum effunde, dividendo postea cultro in *morsulos*, quorum quilibet habeat pondus *duarum* vel *trium drachmarum* circiter.

Nota: Si *species Diatragacanthi frigidi*, jam paratas (quæ utplurimùm in promptu sunt) accipere lubet, per me licet; sin minùs, accipiantur *ingredientia dictæ compositionis recentia*, & quidem pro qua-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 200 sur 955

libet *uncia una* ejus *decima ſexta pars*, ſive ʒß, & pro qualibet *drachma una, grana tria cum dimidio* circiter.

DIACYDONIUM LAXATIVUM.

℞. Foliorum Senæ el. uncias duas ſemis,
Sem. Aniſi drachmas tres.

Infundantur in libris duabus vini Malvatici per horas duodecim, poſtea coquantur levi igne ad medias, colenturque. In colatura hac infunde per noctem loco calido

Rhabarbari electi drachmas ſex: manè colentur, & colatura ſervetur.

Deinde

℞. Zingiberis albi unciam unam,
Cinamomi acuti drachmas ſex.

Infundantur ſeorſim per noctem in ſucci Limonum & Citri ana unciis quatuor: manè colentur & exprimantur.

Poſtea

℞. Pulpæ Cydoniorum lege artis paratæ libras duas ſemis,
Sacchari clarificati libram unam ſemis.

Coquantur cum ſuperiore expreſſione, continuè agitando ad juſtam conſiſtentiam, in fine addendo infuſionem Zingiberis, ſuprà cum ſuccis paratam, & inſuper

Diagrydii unciam ſemis.

Fiat Diacydonium in ſcatulis.

QUi lucidum ac transparens hoc medicamentum parare voluerit, *Rhabarbarum* omittat. Aliqui *Mechoacam* ejus loco addunt, unde minùs tingitur: *Diagrydium* verò cum *ſpiritu vini* ſolutum, ut lucidius evadat Pharmacum, ſæpiùs transcolant, & par chartam emporeticam trajiciunt: Nonnulli *Antimonii* infuſum quandoque addidêre. Verùm ventrem turbandi multæ ſunt artes, attamen electivè purgantibus non temerè abutendum, præſertim verò in delicatulis ac infantibus, cavendumque ne vulgus, nomine *Diacydonii* deceptum, *Diagrydiatum* hoc promiſcuo ac inconſiderato uſu quibuſvis id temerè exhibendo in ſui noxam porrigat.

ANIMADVERSIONES.

Diacydonium hoc, ſi ex *Pulpa cydoniorum* conficiendum, ſive *Rhabarbarum* ipſum, ſive ejus loco *Mechoacannam* acceperis, lucidum ac transparens illud non effeceris: accedit quod *Extractum foliorum Senæ* æquè craſſum nigriusque ipſo *Extracto Rhabarbari* ſit: ſi verò ex *mucilagine* ſive *gelatinâ* conficere ipſum libuerit,

buerit, transparens quidem juxtà modum ſequentem evadet, aſt ex flavedine nigricans. Nimirùm,

℞. *Foliorum Senæ* ℥ ij ß,
Rhabarbari elect. ℥ vj.

Fiat ex illis junctim *ſpiritu vini extractum* ſatis ſpiſſum; vel ſi laboribus parcere volueris, cùm aliàs *extracta* hæc in Officinis utpiurimùm proſtent;

℞. *Extracti foliorum Senæ* ℥ j,
Rhabarbari ℥ ij, *vel* ℥ ß,
Reſinæ Scammon. (*loco Diagrydii*) ℥ ij, *vel* ℥ ß.

Diſſolvantur iterum in ſ. q. *ſpiritus vini rectificatiſſimi*, & filtrata aſſerventur. Poſtea confice ex *Cydoniis* fruſtulatim inciſis, affusâ ſ. q. *aquæ mucilaginoſum decoctum*, ut moris eſt pro conficienda *gelatina*, cujus

Gelatinæ accipe ℔ ij,
Sacchari albiſſimi ℔ j ß,

Coquantur ad debitam *gelatinæ* conſiſtentiam: Huic ab igne remotæ, paulatim admiſce *ſolutionem prædictam extractorum ſpiritu vini rectificatiſſimo* factam, ſuperiusque aſſervatam: ſic enim *ſpiritus vini*, utpotè ſummè volatilis protinus auras petet, & *gelatinam* relinquet *extractis* imprægnatam; cui tandem, antequam jam jam in ſcatulas vel formas effundere lubido fuerit, aromatiſationis gratiâ

Olei Cinamomi guttas vij,
Aniſi guttas vj, &
Olei Zinziberis guttas vij

inſtillare poteris; Hoc modo *Diacydonium* conficies ſimplici modo parato longè gratiùs.

DIACYDONIVM LAXATIVUM PELLUCIDUM.

℞. Extracti Scammonii leviter ſaltem inſpiſſati, ſed ab omni liquore ſeparati, ut inſtar reſinæ cujuſdam liquidæ appareat, uncias quatuor.

Hoc ſolvatur iterum, affuſo pauco ſpiritu vini optimè rectificato, & permiſceatur diligentiſſimè agitando, cum gelatinæ cydoniatæ jam perfectè coctæ libris tribus ſemis. Infundatur in ſcatulis.

Bilem & pituitam ſatis potenter educit; pro delicatis & iis qui pharmaca cætera averſantur, ac reſpuunt, concinnatum, attamen febribus continuis inidoneum.

IN Diacydonio hoc laxativo pellucido, ad hominum potiùs ſaporem delectandum, quam medicamenti intentionem promoven-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 202 sur 955

dam, plurimi hucusque & Medici & Pharmacopœi laborârunt, quorum cuilibet pro suo invento sua quoque rependitur gratia. Nobis autem suprascriptus compositionis nostræ modus omnium commodissimus, & securissimus esse videtur, quia Scammonium perfectè dissolutum, & liquidum, continuâ agitatione universæ massæ cydoniatæ superfusum æqualiter communicatur & permiscetur.

ANIMADVERSIONES.

EX superiori præparatione *Diacydonii*, & adjunctis *Animadversionibus* nostris super ipsum factis, etiam hujus præparatio facilè eluescit, propterea benevolum Lectorem eò remittimus. Solent etiam solertes & curiosi Pharmacopœi unicè in id esse intenti, ut oculis delectabile, nec minus ori gratum illud conficiant, & hujus gratiâ varios excogitavêre præparandi modos, quos tamen heîc recensere & annectere supervacaneum esse existimo, sufficiat genuinum indigitasse præparandi modum.

ELECTVARIVM EPISCOPI,

Seu ELESCOPH SOLIDUM.

Fit juxta descriptionem *Mesue*, speciebus addendo pro unciis sex Sacchari libram unam.

EAsdem vires præstat quas vel species, vel liquidum Electuarium possidet, vulgò tamen in hac forma magis expetitur.

ANIMADVERSIONES.

CONsulantur *Animadversiones* nostræ super *confectionem Diacarthami solidi*, inprimis ratione improportionatæ quantitatis *specierum* respectu *sacchari*, & secundum illarum ductum, instituatur etiam hujus *confectionis* præparatio. Neque enim opus est enumeratis *speciebus*, præscriptas & deputatas *sex uncias sacchari pulverisati* addere, & denuò loco *mellis* cum tripla quantitate *sacchari* in *confectionem solidam* redigere, quinimò sufficient *uncia tres* circiter *specierum*, pro *libra una sacchari*.

HOLIPPÆ PVRGANTES.

℞. Turbith albi gummosi, & ab exteriori cortice mundati drachmas quinque,
Cremoris Scammonii vel Pulveris Syrii drachmas duas,
Zinziberis albissimi ab exteriori cortice mundati,
Cinnamomi acutissimi ana drachmam unam semis,

Hermo-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 203 sur 955

Hermodactylorum electorum & mundatorum drachmam unam.

Fiat Pulvis subtilissimus ; cui admisce

Farinæ triticæ candidissimæ,

Sacchari albissimi ana uncias quatuor.

Cum sufficienti quantitate aquæ Rosarum,

Fiant secundum artem Holippæ.

Pituitosos biliososque humores educunt, nec non serosa extrementa evacuant ; usui sunt iis potissimùm, quibus appetitûs perversitas alterius Medicamenti sumptionem dissuadet quique ob saporis offensam alioquin tolerandam sic studiosè falli desiderant.

PASSULÆ LAXATIVÆ SICCÆ

D. D. Emmanuelis Didymi.

℞. Passularum minorum unciam unam,

Radicum Esulæ præparatæ,

Ellebori nigri præparati ana drachmas duas.

Bulliant in libra una aquæ ad medias ; colentur, fortiterque exprimantur.

℞. Passularum minorum pinguium optimè mundatarum uncias sex : quibus affunde in vase vitreato colaturam superiorem ; stent aliquandiu in infusione : deinde igne lentissimo bulliant ad humoris consumptionem ; cùm paulisper refrixerint, superasperge pedetentim

Pulveris Diagrydii optimè præparati unciam unam.

Deinde Passulæ extendantur separatim in patina, & propè fornacem exiccentur.

Verulis trium vel quatuor annorum, 12, 15, ad 18. Verùm adultioribus, 60, vel 65, usque ad 70 estiusmodi Passularum exhibentur.

Animadversiones

In Holippas purgantes, & Passulas laxativas.

Parentur tantummodò ad normam præscriptam cùm nihil iis insit, quod peculiarem *Animadversionem* mereatur.

DIAPHOENICON SOLIDVM.

℞. Dactylorum triduo aceto maceratorum numero sex,

Cardamomi drachmas duas,

Pinearum.

Amygdalarum dulcium ana drachmas quindecim,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 204 sur 955

Turbith drachmas duodecim,
Diagrydii drachm. undecim,
Sacchari candi uncias duas,
Piperis longi,
Zingiberis,
Foliorum Rutæ ſiccatorum,
Cinamomi,
Macis,
Sem. Fœniculi,
Aniſi,
Dauci,
Galangæ,
Ligni Aloës ana drachmam unam.
Sacchari libram unam.

Fiat confectio ſolida ut eſt artis, æqualiter pulveres miſcendo.

Viribus affine eſt liquido, altero tamen longè gratius, cùm pro ſemine Libiſtici quod nauſeam movere ſolet, non minore effectu Cardamomum ſubſtituatur.

ANIMADVERSIONES.

SI tyro medicinæ, aut alius aliquis, qui praxîn medicam hodiernâ die primitùs inchoavit, *compoſitionem* hanc præſcriberet, veniam vix mereretur: Sed quòd toties hæc *compoſitio* reformata, ac à tot tantisque Medicis reviſa, denuoque impreſſa ſit, id demùm ingenti dedecori eſt. Etenim eam paratu prorſus impoſſibilem eſſe, quis non videt? Et quis unquam *uncias undecim ſpecierum ad libram unam ſacchari*, pro *confectione* tali paranda auſus eſt præſcribere? Ne itaque in vanum labores, vel *Dactylos*, *Pineas*, *Amygdalas*, *Saccharum candi*, huic *compoſitioni* tanquam ſuperflua detrahere, vel etiam *ſacchari pondus* duplicare ſuadeo, & ſic tandem abſque ulteriori informatione præparatio hujus *confectionis* feliciùs ſuccedet ſub manu.

ELECTUARIUM E SUCCO ROSARUM SOLIDUM.

℞. Specierum ingredientium Electuarium de ſucco Roſarum Nicolai, quantum deſcribitur ſuprà.

Cum ſacchari unciis ſedecim fiat confectio in ſolido, recipiendo tantùm ſucci roſarum libram unam.

IDem præſtat quod liquidum, & quidem paulò potentiùs: minor enim eſt hic ſucci roſarum, quàm in liquido quantitas.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 205 sur 955

ANIMADVERSIONES.

IN hac *compositione* quod singulariter moneam, non invenio; etenim præparatio hæc *Animadversionibus* nostris antecedenter factis usque quâque respondet; nam *specierum unciæ quatuor & drachma una*, ad nostram sententiam, *unciis sedecim sacchari* destinantur.

DIATVRBITH CUM RHABARBARO BARTHOL. MONTAGNANAE,

℞. Rhabarbari drachmas decem,
Turbith albi & gummosi,
Hermodactylorum ana unciam unam,
Diagrydii unciam semis,
Zingiberis,
Santali albi,
Rubri,
Violarum ana drachmam unam semis,
Mastiches,
Anisi,
Cinamomi,
Croci ana drachmam semis,
Sacchari albi libram unam, uncias duas, drachmas duas.

FLavam bilem & pituitam educit, atque aqua inter cutem laborantibus mirificè confert; ad vermes etiam efficaciſsimum est medicamentum, & valdè idoneum: nam rheum vermes maximè enecat, & Turbith pituitam ipsam vermium verum fomitem ejicit.

ZINGIBER LAXATIVUM.

℞. Zingiberis drachmas duas,
Cinamomi,
Caryophyllorum ana drachmam unam,
Nucis Moschatæ,
Galangæ ana scrupulum unum,
Croci grana quatuordecim,
Turbith scrupulum unum semis,
Diagrydii drachmas tres,
Sacchari uncias quatuor.
Fiat confectio solida.

DAtur adultis à drachmis tribus ad quatuor, sed cautè hoc medicamento utendum, præsertim cùm vulgus promiscuè eo abutatur, ad quoscunque affectus indiscretè ac præposterè id adhi-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 206 sur 955

adhibens ; bilem tamen & pituitam evacuat, verùm in febrium ſuſpicionibus ab ejus uſu cavendum : humores enim nimium fundit & liquat, unde Hypercatharſis de facili metuenda foret, ac medicamenti ipſius caliditas calidos affectus plus magis irritat, incendit, & inflammat.

ANIMADVERSIONES

In Diaturbith cum Rhabarbaro, & Zingiber laxativum.

HArum ambarum *confectionum* præparationes ſatis dextrè ab Authoribus præſcribuntur ; proinde ipſis ſuas laudes non detrahere, necquicquam in iiſdem immutare volui.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS VI.

Continens

PILVLARVM COMPOSITIONES.

KAπιπόνια, *ſive* Pilulæ, *à parvæ* Pilæ *ſimilitudine, ſive commoda deglutitione ita dictæ*, ſunt medicamenta in formam globulorum redacta, facta & efformata ex diverſis ſpeciebus, purgantibus potiſſimùm, Narcoticis, Diureticis, & ſimilibus, eum præcipuè ob finem inventa, ut inſuavitas & amaritudo quorundam ſimplicium (Aloës præſertim, quæ veluti corpus & baſis exiſtit omnium ferè Pilularum purgantium,) minùs guſtu percipiatur ; & ut plura medicamenta ad ſatis diuturnum tempus ob Aloën illis admixtam, ceu verum à putredine præſervativum, ſub hac forma, ſcilicet Pilularum, vel earundem maſſæ, commodiùs aſſervari poſſint.

Inſignis autem in hac Claſſe *adeſt* Pilularum *luxuries & inutilis abundantia, quæ meritò diminuenda eſſet, ne tot tamque ingentes* compoſitiones, *quæ vel rariſſimè, vel nunquam à Medicis præſcribuntur, fruſtrà in* Officinis *proſtarent* ; *addo, quòd pars maxima ipſarum*

rum in operationibus & virtutibus (si Animadversionibus *Authorum habenda fides) conveniunt, ut non videam, ad quid tantâ diversarum* pilularum *farragine opus sit: Possemus sanè* tempori, chartæ & sumptibus *parcere, & paucioribus ac selectioribus sex vel septem earundem præscriptis formulis contenti esse.*

PILULÆ DE AGARICO

Mesue.

℞. Agarici drachmas tres,
Iridis,
Marrubii ana drachmam unam,
Turbith drachmas quinque,
Specier. Hieræ picræ Galeni drachm. quatuor,
Colocynthidos,
Sarcocollæ ana drachmas duas,
Myrrhæ drachmam unam,
Sapæ quantum satis est.
Fiat Massa.

Thoracem à pituita putri & crassa repurgant, ob id antiquæ tussi & asthmati, aliisque thoracis vitiis à crassis ac pituitosis humoribus ortis auxiliantur.

Agaricus in compositionibus Pilularum à nobis semper sumitur trochiscatus; Trochisci itidem Alhandali pro Colocynthide à nobis substituuntur, prout in Annotationibus ad Hieram Logadii monuimus.

PILULÆ AGGREGATIVÆ

Majores Mesue.

℞. Myrrobalanorum Citrinorum,
Rhabarbari ana drachmas quatuor,
Succorum inspissatorum Eupatorii, id est, Agerati,
Absinthii ana drach. tres,
Diagrydii drachmas sex,
Myrobalan. Chebulorum,
Indorum,
Agarici,
Colocynthidos,
Polypodii ana drachmas duas,
Turbith,
Aloës ana drachmas sex,
Mastiches,
Rosarum,

Salis

Salis Gemmæ,
Epithymi,
Aniſi,
Zingiberis ana drachmam uniam,
Syrupi Roſati ſol. & elect. Roſati partes æquales, aut dicti
Electuarii ſolius unciam unam.

Polychreſta catapotia dicuntur, quòd ad multos affectus corporis præter naturam ſint utilia, ac omnes humores purgent: ad varios enim capitis, ventriculi, jecoriſque affectus ſunt efficaces; nam purgant ex iis, & ſenſoriis pituitam & bilem utramque, quapropter ad diuturnas febres & complicatas, vitia capitis, ventriculi, ac jecoris plurimùm faciunt.

QUidam Diagrydii drachmas tantummodò quinque legunt; potior tamen Medicorum pars ſex drachmas adſcripſit. Ubi ſuccus Abſinthii in pilulis ſumendus eſt, vulgaris ſive noſtratis Abſinthii ſuccum ſtatuimus intelligendum.

PILULÆ AGGREGATIVÆ
MINORES MESUE.

℞. Myrobal. Citrinorum,
Indorum,
Emblicorum ana drachmas tres,
Maſtiches,
Aniſi,
Succorum inſpiſſatorum
Eupatorii, ſeu Agerati,
Abſinthii,
Roſarum ana drachmas duas,
Rhabarbari drachmas quinque,
Specierum Hieræ picræ Galeni drachmas duodecim.
Cum ſucco Apii formetur Maſſa.

Pituitam & bilem utramque à ventriculo & capite purgant, obſtructiones hepatis liberant, ipſumque cum ventriculo roborant, febres antiquas, pruritum, & ulcera maligna juvant.

Melichius in Diſpenſatorio ſuo, non aquarum tantùm, ſed etiam ſuccorum uſum in conficienda maſſa pilulari planè excludit, eorundemque loco Mel, aut Syrupum aliquem tenuioris conſiſtentiæ ſubſtituit: Nos cum Saccharo parùm coquendos eſſe ſuccos, conſultum ducimus.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 209 sur 955

ANIMADVERSIONES

In Pilulas de Agarico, Aggregativas majores Meſue, & minores ejuſdem.

IN præfatis *Pilularum formulis*, pauca quoad præparandi modum invenio, quæ cenſurâ & correctione ſingulari indigerent; id ſaltem monebo, ut *Gummata*, pleraſque *Pilularum compoſitiones* ingredientia, reliquis *ſpeciebus* non confeſtim, ſed ſigillatim priùs, vel *vino*, vel *alio liquore convenienti* diſſoluta, demùm addantur, neque tamen multùm vel penitùs non coquantur, ne ſubtilior eorum ſubſtantia avolet in auras. Exemplum ſuppeditant hæ *Pilulæ de Agarico Meſue*, quas *Myrrha* & *Sarcocollæ gummata* (communiter loquendo) ingrediuntur, quæ ipſa electa priùs & pulveriſata, cum pauca quantitate *Sapæ* vel *vini* infundantur, & in leni calore digerantur, donec in pulmentum veluti diluta ſint, quibus tandem *reliquæ ſpecies* imprimantur, undè denique *maſſa* formetur non nimis dura, utpotè quæ tractu temporis ſpontè indureſcit. In *Pilulis* verò *Aggregativis majoribus & ſimilibus*, ubi *Aloë* corpus quaſi *maſſæ* exiſtit, is ſervetur parandi modus. Nimirum *Aloë* per ſe primò in mortario tepido cum *ſuccis inſpiſſatis*, *Syrupo* vel *Electuario roſato* (aut in aliis *compoſitionibus* liquore determinato, quæ *ſpecies* in maſſam redigi jubentur,) nonnihil diſſolvatur, poſtea reliquæ *ſpecies* addantur, ſicque tandem *maſſa* paretur non nimis dura.

In *Pilulis* etiam *Aggregativis minoribus Meſue*, idem ferè modus ac in præcedentibus obſervetur: nempè *ſpecies Hieræ Picræ Galeni* cum *ſuccis inſpiſſatis*, &, ſi opus fuerit, *ſucco Apii* aliquantùm in mortario tepido diſſolvantur, vel ſimul agitando parùm liqueſcant, & reliquis denique *ſpeciebus* additis, *maſſa* effingatur.

Obſervetur hîc, quòd certa quantitas *liquoris addendi*, exactè determinari nequeat: Prout enim *ſucci* plus minuſvè inſpiſſati ſunt, ita etiam eorum pondus in additione variat pro *maſſa* ad juſtam conſiſtentiam redigendâ. Melichii excluſionem *ſuccorum & aquarum* pro *pilulis* efformandis, tanquam ſine ſingulari ratione factam, in omnibus *compoſitionibus* indiſcriminatim non admittimus: *Syrupi* enim, quos eorum loco ſubſtituendos præcipit, nil ampliùs poſſunt, quàm quòd efficiant, ut *ſpecies*, quibus vel parùm aut nihil pro maſſa efformanda *Aloës*, vel ejus loco *ſuccorum inſpiſſatorum* vel *extractorum* additum eſt, cum illis citiùs in maſſam redigi poſſint: Aſt leve hoc emolumentum, meo judicio, vix reſarcire poterit damnum inde exurgens; nimirùm quòd *Syrupis*, neque *Aloë*, quæ intimè *ſpecies* tanquam corpus complecti debet, neque *Gummata*, quæ vicem *Aloës* quandoque ſupplent, exactè diſſolvi queant. Accedit, quòd *maſſa pilularum* ex eorum additione in quantitate & pondere ſenſibiliter increscat.

incrementum capiant, ac per consequens etiam *pilularum doses* non parum augeantur, quæ tamen quantò exiliores, tantò ægrotantibus gratiores sunt. Quibus rationibus ventilatis, quilibet sibi eligat, quod maximè ad commodum & gratiam ægrotorum facere possit.

Nota; quod *species Hieræ Picræ Galeni*, *Pilulas de Agarico*, & *Aggregativas minores* ingredientes, non resolverim, & unicuique *compositioni* prædictarum *specierum* ingredientia sigillatim computata, in determinato pondere non addiderim, factum est ob simplicitatem earundem specierum, utpotè quæ facili negotio (si fortè in promptu non essent) parari, tùm etiam à quovis leviter saltem artis pharmaceuticæ fundamentis instructo, resolvi possunt; Nihilominùs tamen, ut Pharmacopœos hoc onere & labore sublevem, eas resolutas heîc sub finem addam, factâ supputatione pro *uncia dimidia*, & *unciâ integrâ cum dimidia* conjunctim.

Primò quidem pro *uncia dimidia*,

℞. *Cinamomi*,
Cubebarum,
Radicum Asari,
Spicæ Indicæ,
Masticis,
Croci ana ℈ ß,
Aloes Succotrinæ ʒ iij,
Misce fiat Pulvis.

Secundò, pro *uncia una & dimidia* conjunctim,

℞. *Cinamomi*,
Cubebarum,
Radicum Asari,
Spicæ Indicæ,
Masticis,
Croci ana ʒ ß,
Aloës Succotrinæ ʒ j. ʒ ij,
Misce.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ,
Seu AROMATICÆ MESUE.

℞. Cinamomi,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Calami Aromatici,
Nucis Moschatæ,
Macis.
Cardamomi,

Caryo-

Caryophyllorum,
Radicum Aſari,
Maſtiches,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Galangæ ana unciam unam,
Abſinthii ſicci,
Roſarum rubearum ana drachmas quinque.

Craſſiuſculè contuſa, infundantur in aquæ libris duodecim; coquantur lento igne in duplici vaſe, ad duarum partium conſumptionem, deinde exprimantur fortiter, & colentur. In colaturæ libris duabus diſſolve Aloës ſuccotrinæ multoties in vitreo vaſe cum aquâ pluviâ elotæ & ſiccatæ libram unam. Agitentur continuè in Sole, vel loco calido: deinde adde pulveris

Myrrhæ,
Maſtiches ana drachmas quinque,
Croci drachmas tres:

Reſiduum colâti decocti ex aromatibus affundito, & exiccetur ad Solem, ſeu in loco calido, admiſcendo ſubinde quod denſatum eſt liquido: & linteo puro vas contegatur adverſus incidentium muſcarum & ſordium injurias, atque ita reponatur Maſſa.

Conficiantur hæ pilulæ menſe Majo, Junio, aut Julio.

Ventriculum, cerebrum, & ſenſoria omnia ab humoribus craſſis, putribus, & pituitoſis mundificant, ac inde natos dolores tollunt, ſtomachi robur augent, coctionem promovent, appetitum inſtaurant, cruditates abolent, ac nutritorias partes pleraſque à noxiorum humorum, frigidiorum præſertim accumulatione tuentur.

Medicamentum hoc, quod *Meſue* à *Lampone Peluſiota* mutuatus eſſe videtur, ut apparet ex *Galeno lib. 8. de compoſ. Medic. ſecund. loc. cap. 2.* utpote quod cum Hiera Lamponis ferè concordet, ab Auctore potiùs ad corroborandum ventriculum & cerebrum, quàm alvum ducendam eſt inſtitutum, unde Aloën toties lotam, ad ejus compoſitionem requirit. Inſignes id porrò vires obtinet, ac communiter in pilulas efformatum porrigitur. Dicuntur autem hæ Pilulæ aromaticæ, eò, quòd multis conſtent aromatibus, itemque Pilulæ Solis, quod in Sole ſeu inſolando perficiantur.

Cùm aromatum vis coctură facilè evaneſcat, ideò noſtri Pharmacopœi aliam compoſitionis formulam nobis hactenus uſitatã noſtro hortatu in poſterum quoq; ſequuntur. Aromatum enim medietatem craſſo modo tritã aquæ puræ libris octo ad dimidias incoquunt, cujus colatî medietati, ſeu libris duabus aloën priùs debito modo elotam &

ſiccatam lege artis diligenter indunt: reſiduis porrò duabus libris tenuiſſimos pulveres Myrrhæ, Maſtiches, & Croci admiſcent, atque his cum Aloë prædicta conjunctis, reliquam aromatum medietatem ſubtiliſſimè tritam ſuperaddunt, & ſic omnia permiſcendo ac exiccando in maſſam cogunt uſui reſervandam.

Eaſdem ferè vires obtinent, aut ſaltem modò dictarum pilularum vires æmulantur pilulæ illæ ſine cura dictæ, Clariſſimi quondam Viri D. D. Cyriaci Weberi, *quarum deſcriptio hæc eſt.*

℞. Xylocaſſiæ,
Cinamomi acuti,
Nucis Moſchatæ,
Maſtiches electæ,
Cubebarum,
Ligni aloës,
Liquiritiæ ana drachmam unam,
Roſarum rubearum drachmas duas,
Rhabarbari optimi drachmam unam ſemis,
Spicæ Indicæ drachmam ſemis,
Aloës ſucco roſarum lotæ uncias tres.
Rediganturin maſſam pilularem.

ANIMADVERSIONES.

VAriæ in hac *compoſitione* occurrunt difficultates: Primò quidem ratione ingentis copiæ *Aromatum adjectorum*, reſpectu exiguæ quantitatis *Aloës*, quam tamen non adeò vehementer improbo, ſi corroborando *ventriculo* & *capiti* ſolùm, non verò *alvo* ſimul nonnihil ſubducendæ, *hæ pilulæ aloëphangina* deſtinatæ ſint, alioquin enim tanta *Aromatum* copia impedimento foret, quò minùs *Aloë* vim ſuam laxativam exſerere poſſit, niſi fortè in ſatis magna quantitate *hæ pilulæ* aſſumerentur. Secundò, perquàm ſiniſtrè hæ ipſæ *pilulæ aromaticæ*, menſe *Majo*, *Junio* aut *Julio* conficiendæ, inſolando perfici, ac in *Sole* exſiccari præcipiuntur, eò quòd *Sol* necquicquam iis ampliùs communicare, quin potiùs eaſdem ſubtilioribus ſuis *virtutibus aromaticis* omnimodè ſpoliare poſſit. Nec minùs vituperatione dignum, quòd Author *aloën* toties *aquâ pluviali* lavare jubeat, quid enim virium *aloë ſuccotrinæ*, quæ per ſe ſatis pura eſt & pellucida, accedere poteſt ab *aqua ſimplici*, quâ toties reiteratis vicibus diſſolvi debet, iterumque exſiccari: Id equidem fateor locum habere, ſi *aloë* impura ſit, variisque ſordibus inquinata, ut hac ratione diſſoluta & colata partes heterogeneas, quibus permixta eſt, deponat, nitidiorque evadat; ſufficiet autem tunc ſemel ſaltem illam diſſolvere, & colatam inſpiſſare: Etenim reiteratis illis ſolutionibus & inſpiſſationibus, ſive iſtæ calore ignis, ſive calore *Solis* peragan-

agantur, non melioratur *aloë*, ſed deſtruitur potiùs, more *catharticorum vegetabilium omnium*. Reliqui errores, qui inprimis quoad *decoctionem aromatũ* occurrunt, ex inferiùs annexo præparandi modo luculenter patebunt. Cùm etiam, ut ipſi fatentur, *aromatum* vis in coctura facilè evaneſcat, illa autem vis in oleaginoſa eorundem ſubſtantiâ conſiſtat, ideò haud iniquè ſuaderem, ut loco enumeratarum *ſpecierum aromaticarum*, ipſarum *olea deſtillata*, quæ ex illis in Officinis haberi poſſint, *pilulis*, vel earum *maſſæ* in debitâ quantitate ſub finem admiſcerent. Quarum autem *olea deſtillata* non proſtarent, utpotè *ligni Aloës, Cardamomi, radicum Aſari, Schœnanthi, Spicæ Indicæ, Galangæ, &c.* ab his priùs *affusâ aquâ ſimplici* vel *vino*, mediante deſtillatione *aquam ipſarum ſpirituoſam & odoriferam* prolicerent, quâ poſtea *Myrrha, Crocus*, & *Maſtiche* nonnihil diſſolvi vel dilui, & tota *maſſa* denique ſine ulteriori exiccatione ad debitam conſiſtentiam redigi, *remanente* verò à deſtillatione illarum ſpecierum *decocto*, *aloë* ante admixtionem *oleorum* & *ſpirituoſioris aquæ* inſuccari poſſet, iterumque exſiccari. Utpotè,

℞. *Ligni aloës,*
Calami aromatici,
Cardamomi,
Radicum Aſari,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Galangæ ana ℥ j,
Abſinthii,
Roſarum ana ℥ v:

Quæ contuſa & inciſa, immitte *cucurbitæ vitreæ*, ac ſuperaffuſis *vini albi generoſi* ℥ v, vel vj, appoſitoque *capitello*, & junctu is glutine probè munitis; excipe deſtillando per M. B. *aquam ſpirituoſam*, quouſque aliquid prodeat, *Hanc prolectam aquam ſpirituoſam*, quò magis *ſpecierum ſubtiliores partes & virtutes* elicias, ſi libet, dictis *ſpeciebus* in cucurbita reaffunde, iterumque eandem ad ſiccitatem ferè abſtrahe, & diligenter aſſerva. *Relictas in cucurbita ſpecies*, affusâ *aquæ* ſ. q. coque, & *decocto colato*,

Aloës ſuccotrinæ ℔ j,

diſſolve, quàm ſi impura ac ſordibus inquinata fuerit, per linteum vel ſetaceum priùs cola, tùm leni calore penitùs iterùm exſicca. Jam quoque *ſuperiori ſpirituosâ aſſervatâ aquâ aromaticâ* dilue

Pulv. Myrrhæ,
Maſtichis ana ℥ v,
Croci ℥ ij,

Et cum dicta *aloë* in juſtam *maſſæ* conſiſtentiam redige; cui demùm ſub finem admiſce

Ol. ſtillat. Cinamomi ℈ ß,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 214 sur 955

Cubebarum ℈ j,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Caryophyllorum,
Maſtichis ana ʒ ß, *vel* ℈ ij,
Abſinthii ℈ ß:

Ex quibus omnibus ſecundùm artem permixtis, fiat *maſſa pilularum præſtantiſſima*. Et hoc modo necquicquam ingredientibus detrahitur, nec tantâ *aromatum* quantitate, quæ impedimento eſſe poſſet, quò minùs alvum laxare queat, *aloë* gravatur.

SECUNDA PRÆPARATIO

talis eſſe poteſt.

℞. *Specierum aromaticarum, prout in compoſitione recenſentur, partem dimidiam*;

Quibus inciſis, & craſſiuſculè contuſis, ac *cucurbitæ vitreæ* immiſis, affunde *vini albi* (vel, ſi mavis, *aquæ ſimplicis*) ʒ viij, appoſitoque *capitello*, & juncturis optimè clauſis, deſtillando per M. B. eliciatur tota *aqua ſpirituoſa*, ad ſiccitatem *ſpecierum*. *Aqua prolecta relictis infundo ſpeciebus*, reaffundatur, & ut antea tota ferè per deſtillationem denuò evocetur *ſpirituoſa & odoriferâ primùm prodeunte aquâ* ſtudiosè aſſervatâ. *Reſidua in cucurbita ſpecies aquâ ſimplici* ſ. q. affusâ coquantur ad remanentiam *duarum librarum*, *Decocto hoc colato*, diſſolve *aloën*, ſolutam, ſi lubet, per ſetaceum cola, iterumque calore cinerum leniter exſiccare ſine. Jam,

℞. *Myrrham*,
Maſtichen, &
Crocum,

Eaque *ſuperiori aquâ deſtillatâ odoriferâ aſſervatâ*, nonnihil diſſolve vel dilue: diluta inſuccatæ iterumque exſiccatæ & pulveriſatæ *aloë* junge: hisque in mortario tepido probè invicem mixtis, adde *reliquam ſpecierum aromaticarum in ſubtilem pulverem redactarum dimidiam partem*, & exactè cum *aqua ſpirituoſa ſuperiori* permixta, redige in *maſſam pilularum* juſtæ conſiſtentiæ.

Pilulæ ſequentes, *ſine cura dictæ*, juxta modum ſimplicem ab Authore indigitatum parari poſſunt; an verò præcedentibus juxta modum noſtrum præſcriptum paratis æquiparari poſſint, de hoc unicuique liberum relinquo judicium.

PILULÆ DE ALOE LOTA

INCERTI AUTHORIS.

℞. Aloës cum ſucco Roſarum lotæ unciam unam,
Agarici trochiſçati drachmas tres,

Maſti-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 215 sur 955

Maſtiches drachmas duas,
Specierum Diamoſchi dulcis drachmam ſemis.
Cum vino Chio, vulgò Malvatico ex Candia, fingatur Maſſa.

Ventriculum, cerebrum, uterum, & alia viſcera à putridis humoribus expurgant concoctionem augent, ac pituitam ſtomacho infarctam ſiccando tergendoque elidunt.

PILULÆ DE ALOE ROSATA.

℞ Aloës optimæ & pellucidæ quæ ſuccum roſarum tertiâ vice imbiberit, atque reſiccata fuerit, unciam unam.
Cum vino formentur pilulæ pro drachmâ, quot voles.

Minùs quidem purgant, magis tamen roborant, cruditates abſumunt, adſtrictam alvum ſolvunt, ac humorum putredinem arcent.

PILULÆ DE ALOE ET MASTICHE NICOLAI MYREPSI.

℞. Aloës unciam unam,
Maſtiches unciam ſemis,
Caryophyllorum,
Roſarum rubrarum ana drachmam unam,
Croci,
Diagrydii ana ſcrupulos duos.
Cum ſucco Abſinthii aut Fœniculi formetur Maſſa.

Ventriculum ſine moleſtia repurgant, ex eoque bilem & pituitam eliciunt, ac nutritionis partibus robur præſtant.

ANIMADVERSIONES

In Pilulas de Aloë lota incerti Authoris: de Aloë roſata; & de Aloë & Maſtiche.

PAuca hiſce *compoſitionibus* inſunt, quibus ſpongiam admovere neceſſum ſit: In *pilulis* quidem de *Aloë lotâ* animadvertere, *Aloën cum roſarum ſucco lotam* præſcribi, quæ ipſa nil aliud eſt, quàm *Aloë ſucco roſarum diſſoluta & iterum exſiccata*. Si igitur ejus loco *Aloëm roſatam*, ſive quæ ſæpiùs *ſucco* vel *infuſione roſarum* humectata vel diluta, iterumque leni calore cinerum exſiccata fuerit, ſubſtitueris, neutiquam errabis; poſſet meritò improprium illud nomen, *lavari*, de *Aloë* dicendo, abrogari; nam *Aloës* proprie loquendo, lavari nequit, niſi *ſuccum ſubtiliorem* abluere, & craſſiores ejuſdem partes retinere velis. De *ſpeciebus Diamoſchi dulcis*, quarum *drach. ß*, harum *pilularum compoſitionem* ingreditur, notetur,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 216 sur 955

quod cùm in omnibus Officinis proſtent, jam paratæ huic *compoſitioni* addi poſſint: Si verò in procinctu non eſſent, *ſexageſimam quartam* ſingularum has *ſpecies* ingredientium *partem*, vel pro qualibet *drachmâ unâ granum unum* circiter huic *compoſitioni* jungere neceſſum foret. Cæterùm in his & reliquis præparationibus obſerventur *Animadverſiones* præcedentes de *Aloë*, antequam illi jungantur *ſpecies*, diſſolvendâ, & *Croco* diluendo.

PILULÆ DE AMMONIACO QUERCETANI.

℞. Balſami aloëtici uncias quatuor,
Gummi Ammoniaci in aceto ſcillitico diſſoluti, & per ſetaceum trajecti drach. ſex,
Myrrhæ præparatæ unciam ſemis,
Mattiches,
Specierum Diatrioſantal. ana drachmam unam ſemis,
Croci,
Salis Fraxini,
Abſinthii ana ſcrupulos duos.
Cum Syrupo de Stœchade, vel de ſucco roſarum,
Fiat Pilularum Maſſa.

AD omnem totius corporis feculentæ materiæ abundantiam educendam, cachexiam expurgandam, febres inveteratas, & diuturnas tollendas, maximè conducunt, citra omnem etiam moleſtiam & perturbationem exhibentur.

ANIMADVERSIONES.

SI *Gummi ammoniacum in aceto*, & *Myrrham electam ac pulveriſatam*, in paucula quantitate *vini* diſſolveris, non indigebis ulteriùs *ſyrupo* pro *maſſa pilularum* efformanda: Proinde *Gummi ammoniaco* & *Myrrhâ* diſſolutis, non tamen nimiùm dilutis, ſtatim junge *Aloën ſuccotrinam*, vel ejuſdem *Extractum*, quod *Balſamum aloëticum* appellant, ac in mortario calido probè ſubigendo, admixtis *ſpeciebus reliquis*, effinge *pilularum maſſam* juſtæ conſiſtentiæ. *Species Diatrionſantalon*, cùm in omnibus Officinis proſtent, jam paratæ addi poſſunt; ſecùs *trigeſimam ſecundam partem dictarum ſpecierum* parare neceſſum erit, ubi pro qualibet *drachmâ unâ* ſingularum ſpecierum ingredientium, *grana duo* accipienda ſunt.

PILULÆ ANGELICÆ. Seu DE ALOE ET RHABARBARO.

℞. Aloës ſoccotrinæ libram unam.

Suc-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 217 sur 955

Succorum depurat. Cichorii,
Endiviæ,
Bugloſſi,
Borraginis,
Lupulorum,
Fumariæ ana uncias quatuor,
Roſarum Damaſcen. libram unam.

Evaporent lento igne, agitentur diligenter uſque ad conſumptionem ſuccorum: in fine addatur infuſio ſequens:

℞. Pulveris Rhabarbari electi unciam unam,
Agarici trochiſcati unciam ſemis.
Cinamomi electi drachmas duas,
Vini Cretici uncias quatuor:
Fiat infuſio horis 24; factâ fortiſſimâ expreſſione, addatur
Mellis roſati ſolutivi uncia una;
Infuſio cum Aloë inſuccata ſupraſcripta, coquatur in formam maſſæ pilularis.

Virtus harum pilularum admiranda, & nunquam ſatis laudanda exiſtit, quoniam ad omnium viſcerum nobiliorum corroborationem commendantur pravorum inſuper humorum correctionem, & blandiſſimam evocationem promovent, ut nullum planè ſit dubium, quin citâ, tutâ, & jucundâ ſuâ operatione omnibus abundè ſint ſatisfacturæ.

EX variis & quidem diverſis pilularum Angelicarum deſcriptionibus, hanc correctam, collectam, & in poſterum noſtram eſſe voluimus, & Officinis noſtris omni ſtudio & diligentiâ parandam commendavimus.

ANIMADVERSIONES.

MAlè in harum *pilularum* præparatione, *tot libræ* (tres nimirùm) *ſuccorum depuratorum*, cum *Aloës libra unâ* inſpiſſari, ac denuò ad ſiccitatem abſtrahi præcipiuntur, quibus tamen omni jure & optimâ ratione *Rhabarbarum* & *Agaricus* (pro quorum extractione inſufficientes ſunt *quatuor unciæ Vini Cretici*) ampliùs extrahi potuiſſent, nec ulteriùs pro illorum extractione *vino* opus fuiſſet. Aſt forſitan objicis, *vinum* non ſolius extractionis gratiâ, ſed ut *pilulæ* majoribus nobilioribuſque virtutibus imbuerentur, additum fuiſſe; verùm neque hoc ſalvâ ratione admitti poterit. Nam etiamſi non *Creticum* ſolùm, ſed vel ab extremis Indis deportatum *vinum*, pro extractione uſurparetur, ac poſtea inde viciſſim vel per evaporationem, vel per decoctionem abſtrahi deberet, nihilominùs tota illius ſpirituoſitas, in qua generoſiores & potiſſimæ ejuſdem virtutes reſident, exhalarent, relictâ *pilularum maſſâ* inutili vappâ.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 218 sur 955

Si itaque rationis ducem ſequi velis, ſequenti modo compendioſiſſimo harum *pilularum* præparationem inſtituas: nempè *ſuccis hiſce omnibus depuratis*, repetitâ affuſione, digeſtione, levi coctione, ſive ebullitione & expreſſione, extrahe *Rhabarbarum* & *Agaricum*, quibus ita *Agarici* & *Rhabarbari* eſſentiâ imprægnatis, ac ſi lubet, denuò clarificatis, admiſce *Aloën ſuccotrinam*, & invicem permixtis, leniſque cinerum calore inſpiſſatis vel exiccatis, ultimò ubi juſtam *maſſæ pilularum* conſiſtentiam acquiſiverint, aliquot guttulas *olei cinamomi* inſtilla, & his malaxatam *maſſam* reſerva uſui.

PILULÆ ARABICÆ NICOLAI.

℞. Aloës optimæ uncias duas,
Radicis Bryoniæ,
Myrobal. omnium,
Maſtiches,
Diagrydii,
Aſari,
Roſarum ana unciam ſemis,
Caſtorei drachmam unam ſemis,
Croci drachmam ſemis,
Succi Fœniculi quantum ſatis eſt.
Formetur Maſſa.

OMnes humores mirificè purgant, latitiam generant, triſtitiamque depellunt, mentis vigorem conſervant, viſum acuunt, auditum amiſſum reparant, memoriam firmant, vertigini, hemicraniæ, ac dolori capitis ſuccurrunt.

PILULÆ ARTHRITICÆ NICOLAI.

℞. Hermodactylorum,
Turbith,
Agarici ana drachmas duas,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Spicæ Indicæ,
Xylobalſami, ſeu Ligni Aloës,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Aſæ fœtidæ,
Zingiberis,
Maſtiches,

Sem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 219 sur 955

Sem. Fœniculi,
Aniſi,
Saxifragiæ,
Aſparagi,
Ruſci,
Milii Solis,
Roſarum,
Salis Gemmæ ana grana quindecim,
Diagrydii unciam ſemis,
Aloës optimæ ad pondus omnium, id eſt, drachmas quatuordecim ſemis,
Succi Fœniculi quantum ſufficit,
Fiat Maſſa.

Ad arthriticos dolores & podagræ inſultus, nec non frigidorum humorum in articulos procubitus, aut defluxiones adhibentur.

Hæc compoſitio ex *Nicolai Antidotario* deſumpta, aliter à pleriſque deſcripta proſtat. Nonnulli enim Galangam, Macim, Aſam, imò & Scammonium ſeu Diagrydium omittunt: alii pro Aſa fœtida Aſarum, aut Piper longum ſubſtituunt; verùm quia ſic nobis hucuſque uſui fuit, eam haud immutandam cenſuimus.

Notandum, ex Aſparagi & Ruſci ſeminibus Pulpam ſolùm carnoſam abjectis corneis granis in meditullio contentis ſumi debere, cùm in iis vix ulla vis huc expetita reſideat. Idem judicium eſto de Berberis ac ſimilibus.

PILULÆ ASSAIERET AVICENNAE.

℞. Specierum Hieræ picræ Galeni drachmas quatuor,
Maſtiches,
Myrobalanorum Citrinorum ana drachmas duas,
Aloës optimæ unciam unam.
Cum Syrupo de Stœchade, aut aqua Majoranæ formentur pilulæ.

Bilem flavam & pituitam modeſtè purgant, eam præſertim quæ ventriculo inſidet, ideoque ventriculi affectibus, quibus Hiera remedio eſſe ſolet, & capitis doloribus à vitioſis ſtomachi ſuccis ebortis, auxiliantur. Propinantur in tenuibus & acribus capitis fluxionibus, ut liquidam materiam facilè decumbentem ſiſtant. Deſcribuntur ab Avicenna, Fen. 1. lib. 3. cap. 29.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 220 sur 955

PILULÆ AUREÆ NICOLAI.

℞. Aloës,
Diagrydii ana drachmas quinque,
Rosarum rubearum,
Sem. Apii ana drachmas duas semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana drachmam unam semis,
Mastiches,
Pulpæ Colocynthidos,
Croci ana drachmam unam,
Mellis rosati solutivi, aut Mucilaginis Tragacanthi, quantum satis est.
Fiat Massa.

Caput expurgant, sensus omnes, præcipuè oculorum aciem exacuunt, flatus ventriculi & intestinorum dissolvunt, ac citra molestiam alvum dejiciunt; ad stomachicos, colicos, nephriticos, & inflatos valdè probantur.

PILULÆ DE BDELLIO
MAJORES MESUE.

℞. Bdellii drachmas duodecim,
Myrobal. Chebulorum,
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum,
Concharum Venerearum ustarum,
Charabe ana drachmas duas semis,
Ammeos parùm tosti drachmas tres.
Maceretur Bdellium in succo foliorum Porri, & formetur Massa.

Ad fluxum hæmorrhoidum, & ulcera ex eis provenientia, nec non menses immodicos utiliter exhibentur.

Concha Venerea describitur & depingitur à *Gesnero* de Crustatis, ordine xv. fol. 254. Tota intùs candida est, foris varietate colorum & macularum insparsarum insignis, auribus adhibita resonantis aquæ speciem aliquam præ se fert: cortex ei levis, adeò ut mulieres ornamenta quædam sua linea in amylo aquâ multâ diluto tincta, deinde exiccata poliant, adeò ut splendeant, unde Germanis **Glettmuschlen** dicuntur. Italis & Gallis *Porcellana* nomine generis. Vide *Gesnerum*.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 221 sur 955

ANIMADVERSIONES.

In Pilulas Arabicas Nicolai, Arthriticas ejuſdem, Aſſajeret Avicennæ, Aureas Nicolai, & de Bdellio majores Meſue.

UT legitima fiat prænominatarum *pilularum* præparatio, conſulantur *Animadverſiones* noſtræ priores, ſupra *Pilulas de Agarico Meſue*, & *Aggregativas*. In iiſdem etiam *Animadverſionibus*, facta à nobis eſt computatio *ſpecierum Hieræ Picræ Galeni*, pro illarum unciâ dimidiâ. De *mucilagine Tragacanthæ* in præſens notatum velim, quòd ipſa nec pro aurearum nec aliarum *pilularum maſſis* efformandis accommodata ſit, quin ejus loco *mel roſatum*, vel *infuſionem roſarum* accipias; nam promptè citoque nimis indureſcunt *pilularum maſſæ, mucilagine Tragacantha* permixtæ, & cum illa ad conſiſtentiam redactæ.

PILULÆ DE BENEDICTA.

Fiunt ex ſpeciebus Benedictæ laxativæ incorporatis cum melle roſaceo.

HVmores pituitoſos potiſſimùm ad articulos decumbentes eliciunt; à renibus quoque & veſica purgant.

PILULÆ DE CASTOREO AVICENNAE.

℞. Caſtorei,
Doronici,
Zedoariæ,
Nucis Moſchatæ ana drachmam unam,
Sem. Apii,
Anethi,
Margaritarum ana ſcrupulos quatuor,
Hyoſcyami grana tria.
Formetur maſſa cum aquâ Artemiſiæ.

UTerinis doloribus hæ pilulæ conferunt, craſſos flatus diſſipant, ac impeditas menſtruas purgationes eliciunt.

ANIMADVERSIONES.

In Pilulas de Benedicta, & de Caſtoreo Avicennæ.

EX hiſce & conſimilibus *ſpeciebus* ſine *corpore*, ſcilicet *Aloë*, vel aliis *ſuccis inſpiſſatis* aut *extractis*, ſolo *melle pilulæ* efformari ne-

nequeunt, vel saltem difficillimè ; propterea non multum in illis immorabimur ; Cùmque *species*, ex quibus componi jubentur, amarorem nullum habeant, haud difficulter in alia aliqua formâ propinari possunt, si qua necessitas earundem usum efflagitaret. Idem de *pilulas de Castoreo* sentiendum est ; nisi enim *corpus quoddam* illis addideris, *massam tenacem* neutiquam exindè efformabis, sed vel pultem aliquam effeceris, aut friabilem quandam compagem, ipso etiam attritu, ubi malaxari debet, sub digitis frustulatim concidentem.

PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

℞. Specierum Hieræ picræ Rhasis drachmas decem,
Pulpæ Colocynthidos drachmas tres, scrupulum unum,
Diagrydii drachmas duas semis,
Stœchadis.
Turbith ana drach. quinque,
Syrupi de Stœchade quantum satis est.
Fiat massa.

Cephalicæ rectè dicuntur eò, quòd caput magnâ efficaciâ expurgent, ideoque à nervis crassos, pituitosos & frigidos humores evacuent. Describuntur à Rhose 9. ad Almansorem cap. 1.

HIERA PICRA RHASIS.

℞. Rosarum rubearum,
Spicæ Indicæ,
Mastiches,
Xylobalsami,
Carpobalsami,
Cinamomi,
Xylocassiæ veræ,
Rad. Asari ana scrupulum unum, grana sex,
Aloës drachmas sex, scrupulos duos.

Terantur exactissimè, & per cribrum decussa, in usum seponantur.

DIffert ab Hiera Galeni hâc tantùm ratione, quod in hac loco Croci ponantur Rosæ.

Pro Xylobalsamo substituimus lignum Aloës : alii Macis & Cyperi ana partes æquales, id est, singulorum scrupulum dimidium, & grana tria. Pro Carpobalsamo assumimus Cubebas.

Pro Xylocassia, Cassiam ligneam veram, quam Autor nomine Xylocassiæ intelligit ; quæ si defuerit, substituatur odoratissimum & acutissimum Cinamomum.

Pilulæ Cochiæ Rhasis cum Pilulis Cochiis à Galeno lib. 5. Methodi cap. 14. *in cura catarrhi salsi descriptis ferè concordant. Galenica descriptio sic sese habet :*

℞. Aloës

℞. Aloës drachmas tres,
Agarici drachmam unam,
Colocynthidos drachmam ſemis,
Diagrydii ſcrupulum unum,
Bdellii ſcrupulos duos,
Tragacanthi,
Gummi Arabici ana grana quindecim.
Excipiuntur Syrupo de Stœchade, & in maſſam coguntur.

PILULÆ DE COLOCYNTHIDE

Mesue, Seu Joan. Damasceni.

℞. Pulpæ Colocynthidos drachmas ſex,
Myrobalanorum Indorum,
Citrinorum,
Sagapeni,
Bdellii,
Sarcocollæ ana drachmas quinque,
Aloës drachmas ſeptem,
Nigellæ,
Cumini Carmeni Orientalis,
Origani Cretici,
Naſturtii albi ſativi,
Salis Gemmæ,
Abſinthii Romani ana drachmam unam,
Succi porri quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Articulorum doloribus proſunt; pituitoſos quoque & melancholicos affectus profligant, unde etiam alphos curatu difficiles ad ſanitatem perducunt: cautè tamen iis utendum, magna enim colocynthidis quantitas compoſitionem hanc ingreditur, unde ad alias ſolium pilulas acuendas quandoque adhibentur.

Lachrymæ, ſeu Gummata ad conſtitutionem harum pilularum requiſita, in ſucco porri ſeorſim diſſolvantur, ac tum demum reliquis ſpeciebus addantur, & cum additione ſufficientis quantitatis ſucci porri jam dicti, lege artis in maſſam cogantur.

ANIMADVERSIONES.

In Pilulas cochias rhaſis, Hieræ picræ ejuſdem; & Pilulas de Colocynthide.

Enumeratæ *compoſitiones omnes* juxtà *Animadverſiones* Authoris adſcriptas, obſervatis nihilominùs antecedentibus noſtris

Anim-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 224 sur 955

Animadverſionibus ſuper *Pilulas de Agarico*, &c. factis, de diſſolutione *Gummatum* & *Aloës* parari poſſunt.

Specierum Hieræ Picræ Rhaſis, *Pilulas Cochias* ejuſdem ingredientium determinatum pondus, quantitas ipſarummet *ſpecierum* exactè exæquat.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO
NICOLAI PRAEPOSITI.

℞. Rad. Cynogloſſi aridi,
Sem. Hyoſcyami albi,
Opii ana unciam ſemis,
Myrrhæ drachmas ſex,
Thuris drachmas quinque,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Styracis Calamitæ ana drachmas duas.

Cum Syrupo Violarum ex ſucco, aut ſucco Cynogloſſi, vel aqua Roſarum formetur maſſa.

HAs Nicolaus à Meſue *mutuatus eſt, qui eas ſub titulo Pilularum ad omnes morbos catarrhoſos hoc modo deſcripſit:*

℞. Opii,
Cynogloſſi,
Hyoſcyami ana unciam ſemis,
Myrrhæ puræ drachmas ſex,
Olibani drachmas quinque,
Croci drachmam unam ſemis.
Fiat maſſa.

QVòd verò Nicolaus *Crocum omittere, è contra verò Cinamomum & Caryophyllos addere voluerit, quorum attenuandi & rarefaciendi vis, compoſitionis intentionem remorari magis, quàm eandem corrigere poſſe videtur, miramur haud immeritò, inde ex iſtis duabus præparationibus ſequentem tertiam, ſecundum mentem* Fernelii & Renodæi, *additione Caſtorei genuini, ob ſingularem in malignitate Opii emendandâ virtutem, compoſitam, hoc loco inſerere voluimus.*

PILULÆ DE CYNOGLOSSO
CUM CASTOREO.

℞. Opii,
Radicum Cynogloſſi,
Seminum Hyoſcyami ana unciam ſemis,

Myr-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 225 sur 955

Myrrhæ puræ drachmas ſex,
Olibani drachmas quinque,
Styracis Calamitæ drachmas duas,
Croci Auſtriaci,
Caſtorei genuini electi ana drachmam unam ſemis.
Cum ſucco Cynogloſſi, & Syrupo Violarum è ſucco ana partibus æqualibus.
Fiat maſſa.

Catarrhos tenues ſiſtunt, ac tuſſim inde natam ſedant: omnibus quoque deſtillationum morbis, ſive in thoracem fluxio feratur, ſive in pulmones, dentes, aut alio procumbat, conferunt, ſomnum conciliant, ac omnis generis dolores placant.

PIlulis iſtis *Benedictus Faventinus*, Medicus Bononienſis celeberrimus, in catarrho ſalſo magno ſucceſſu cum ſucco Glycyrrhizæ & Aloë lotâ ſecundum hanc deſcriptionem utebatur.

℞. Succi Glycyrrhizæ drachmas duas,
Aloës lotæ drachmam unam,
Pilul. de Cynogloſſo drachmam ſemis.
Cum Syrupo Violato fiat maſſa.

ANIMADVERSIONES.

In Pilulas de Cynogloſſa Nicolai Præpoſiti; & de Cynogloſſa cum Caſtoreo.

POſſunt hæ *Pilulæ* ſecundùm modos præſcriptos parari, diſſolutis tamen priùs juxtà *Animadverſiones* noſtras ſuperiores, *Opio, Myrrhâ & Styrace*, quæ *corpora* ſuppeditant pro *pilularum maſſis* efformandis. Si quoque libuerit *Opium* nonnihil corrigere, priuſquam illud reliquis *ſpeciebus* commiſceas, quò minùs intensâ ſuâ vi narcoticâ noxam inferat, non malè feceris. Correctio autem & præparatio *Opii* fiat modo ſequenti: Nimirùm *Opium* fruſtulatim & in tenues lamellas conſciſſum collocetur ſuper *laminam ferream*, quam ſuper carbones accenſos leniter incaleſcere, & *Opii ſulphur Narcoticum* ſenſim exhalare ſine, quouſque non ampliùs fumum vel vaporem emittat, cavendo tamen, ne comburatur, ſed ut ſolummodò torrefiat; Et hæc facilis eſt & compendiosa, genuina tamen *Opii* præparatio: Hac viâ enim ipſius immoderata & nociva vis Narcotica, in ſulphure vaporoſo, fœtido ac venenato deliteſcens exhalat petitque.

PILULÆ DE EUPATORIO

MAJORES MESUE.

℞. Myrobalanorum Citrinorum,

Succo-

Succ. inſpiſſat. Eupatorii Meſue ſeu Agerati,
Abſinthii ana drachmas tres,
Maſtiches drachmam unam,
Rhabarbari electi drach. iij ſemis,
Croci drachmam ſemis,
Aloës drachmas quinque,
Succi Endiviæ quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Viſcerum obſtructionibus, ac ictero medentur; febribus periodicis, complexis, autumnalibus, diuturnis, & antiquis perutiles; lienis & jecoris obſtructiones reſerant, bilioſos, tenues ac craſſos humores educunt.

PILULÆ DE EUPHORBIO
MESUE.

℞. Euphorbii,
Colocynthidos,
Agarici,
Bdellii,
Sagapeni ana drachmas duas,
Aloës drachmas quinque.
Cum ſucco porri fiat Maſſa.

Pituitam craſſam è partibus remotiſſimis potentiſſimè educunt: nervorum item reſolutioni, ſideration, paralyſi, articulorum malis à nimia humiditate profectis, ac hydropicis conferunt; lumborum quoque doloribus, iſchiadi & podagræ à frigidis ac pituitoſis humoribus ortæ opitulantur; ſed in morbis tantum contumacibus uſurpandæ, nec niſi robuſtis exhibendæ.

MOdus componendi hic eſt, ut Euphorbium accuratè tritum cum Agarico trochiſcato & Trochiſcis Alhandali in pulverem redactis, Gummis vino priùs diſſolutis jungatur, cum quibus in mortario tepefacto piſtillo calido tamdiu ſubigatur donec in maſſam coëant: Cui Aloës unà cum ſufficienti quantitate ſucci porri addita permiſceatur, ac probè ſic cuncta ſimul unita pilularis paſtæ formam lege artis adipiſcantur.

PILULÆ FOETIDÆ
MAJORES MESUE.

℞. Sagapeni,
Ammoniaci,
Opopanacis,

Bdel-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 227 sur 955

Bdellii,
Colocynthidos,
Harmel, seu seminis Rutæ agrestis, vel Hortensis siccæ,
Aloës,
Epithymi ana drachm. quinque,
Hermodactylorum,
Esulæ præparatæ ana drachmas duas,
Scammonii drachmas tres,
Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Castorei ana drachmam unam,
Turbith drachmas quatuor,
Zingiberis drachmam unam semis,
Euphorbii scrupulos duos,
Succi Porri depurati quantum satis est.
Fiat Massa.

Pituitam crassam, lentam, ac tenacem evacuant, ob id affectibus inde natis arthritidi, podagræ, gonagræ, spinæ quoque ac junctu-rarum, nec non ventriculi & coli doloribus prosunt, elephantia-sim, & cutis vitia emendant, menses movent, ac impurum uteri muc-cum emungunt. Cùm autem sint admodum valentes, ob effrenem eo-rum vim, considerate eorum usus ineundus erit, unde in morborum principiis crudâ adhuc existente materiâ vix unquam, nec nisi robustis exhibenda: purgantium enim vis minimè in iis suppressa, non modò suspectas, verùm etiam parùm tutas eas reddit.

NOta: Lachrymæ, seu Gummi in succo Porri calefacto solvan-tur, quibus abhinc Euphorbium per se tritum, unà cum cæteris addatur, ut lege artis in pastam pilularem abeant.

PILULÆ DE FUMARIA

AVICENNÆ.

℞. Myrobal. Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum ana drachmas quinque,
Aloës drachmas septem,
Scammonii drachm. quinque,
Succi Fumiterræ quantum satis est.

Omnia in pulverem redacta succo Fumiterræ jam dicto compre-hendito, siccaríque postea finito: dehinc rursus trita novo succo ex-cipito, rursúsque siccato, & sic tertiùm iterato, ac postmodùm in massam formato.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 228 sur 955

Pituitam ſalſam, bilioſos itidem, acres ac aduſtos humores, à quibus pruritus & ſcabies oriuntur, ſolvunt, & ſanguinem mundificant. Deſcribuntur ab Avicenna lib. 4. Fen. 7. in cura pruritus & ſcabiei.

PILULÆ DE HERMODACTYLIS

MAJORES MESUE.

℞. Hermodactylorum,
Myrobalanorum Citrinorum,
Aloës,
Turbith,
Colocynthidos,
Bdellii mollis,
Sagapeni ana drachmas ſex,
Caſtorei,
Sarcocollæ,
Euphorbii,
Opopanacis,
Sem. Rutæ ſylveſtris, vel ſativæ,
Apii ana drachmas tres,
Croci drachmam unam ſemis,
Succi Braſſicæ, ſive Caulium quantum ſatis eſt.
Formetur maſſa.

Craſſos, viſcidos, & frigidos humores ex remotiſſimis partibus educunt, quo nomine articularibus morbis & arthritidi conveniunt.

Modus confectionis eſt; ut liquores concreti, ſeu gummi in ſucco calefacto, Braſſicæ ſive Caulium diſſolvantur, atque his per ſetaceum trajectis, Euphorbium & Caſtorium ſimul trita jungantur; his deinde addantur reliqua, & cum ſufficienti quantitate ſucci Braſſicæ vel Caulium jam dicti priùs diligenter depurati, fiat maſſa.

Hermodactylorum bulbi veri eligendi ſunt, qui reſiccati ad nos feruntur, albidi, non rugoſi, modicè duri, qui contuſi in candidum pulverem abeant. Cavendum Colchicum ſtrangulatorium, cujus radices ſeu bulbi ſiccati rugoſi evadunt, & foris intusque nigricant, vel obſcure rubeſcunt.

Quidam SIMPLICIUS ſic componunt.

℞. Hermodactylorum benè purgatorum & pulveriſatorum,
Diagrydii ana drachmas decem,
Cumini,

Caryo-

Caryophyllorum,
Zingiberis,
Costi ana drachmas quinque,
Aloës hepaticæ drachmas tres.
Fiat massa cum aqua Fœniculi.

Pilulæ hæ non minoris sunt efficaciæ quàm priores, quarum descriptionem Clarissimus Vir Dn. D. Georg. Henischius *Collega noster honorandus, fidelissimè nobis communicavit.*

ANIMADVERSIONES.

In Pilulas de Eupatorio majores Mesue: de Euphorbio ejusdem: item fœtidas majores ejusdem: De Fumaria Avicennæ: De Hermodactylis majores Mesue: & de Hermodactylis simplices.

HArum *pilularum* præparationes ut dextrè fiant, diligenter observentur *Animadversiones Authorum* super easdem factæ, secundùm quas omnes ac singulæ satis commodè parari poterunt.

PILULÆ DE HIERA PICRA GALENI.

℞. Specierum Hieræ Picræ Galeni uncias duas,
Mellis rosati quantum satis est.
Fiat massa.

V*Entriculi noxis, ex humoribus bilioſis & pituitoſis natis, prasunt.*

ANIMADVERSIONES.

HArum *pilularum* & sequentium legitima præparatio, in modum subsequentem se habet;

℞. *Species, recentes scilicet,*
Cinamomi,
Cubebarum,
Asari,
Spicæ Indicæ,
Masticches,
Croci ana ℈ *ij,*
Aloës succotrinæ ℥ *j* ß,

Cum *infusione rosarum* fiat *pilularum massa*, juxta *Animadversiones* nostras primas in compositionem *pilularum de Agarico*, diluendo

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 230 sur 955

nimirùm primò *Aloën cum infusionis rosarum s.q.* antequam reliquæ *species* addantur.

PILULÆ DE HIERA CUM AGARICO.

℞. Specierum Hieræ Picræ Galeni,
Agarici trochiscati ana unciam semis,
Aloes unciam unam,
Mellis rosati quantum satis est.
Fingatur Massa.

Stomachicis, asthmaticis, aliisque ventriculi & thoracis vitiis, à crassis & pituitosis humoribus ortis, subveniunt.

ANIMADVERSIONES.

℞. *Cinamomi opt.*
Cubebarum,
Asari,
Spicæ Indicæ,
Mastichis,
Croci ana ʒß,
Agarici trochisc. ℥ ß,
Aloes succotrin ℥ j. ℥ iij.

Dissolvatur priùs *Aloë* juxtà *Animadversiones* nostras priores, in mortario tepido in *infusione rosarum:* postea addantur *reliquæ species in pulverem redactæ*, fiatque *massa pilularum* justæ consistentiæ.

PILULÆ DE HIERA COMPOSITA NICOLAI MYREPSI.

℞. Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Schœnanthi,
Xylocassiæ,
Xylobalsami, seu Macis & Cyperi ana partes æquales,
Carpobalsami, aut Cubebarum,
Violarum,
Rad. Asari,
Absinthii.
Epithymi,
Agarici,
Rosarum,

Tur-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 231 sur 955

Turbith,
Colocynthidos,
Mastiches ana scrupulos duos,
Aloës optimæ ad pondus omnium, hoc est, drachmas decem; scrupulos duos.
Fiat Massa cum succo Endiviæ.

Capitis & nervorum vitiis à pituitosis humoribus natis, opem ferunt ac noxios ventriculi humores, frigidos præsertim & tenaces exturbant.

Quidam pro Xylobalsamo Lignum Aloës substituunt, quod nec nos improbamus, ut qui in Hierâ picrâ Galeni id ipsum pro Xylobalsamo subrogamus.

PILULÆ HYDROTICÆ.

℞. Aloës electæ,
Diagrydii,
Caryophyllorum ana scrupulos duos semis,
Colocynthidis,
Foliorum Senæ,
Gummi Arabici ana scrupulum unum, grana quinque,
Euphorbii præparati,
Nucis Moschatæ ana grana quindecim,
Succi cort. median. Sambuci & Absinthii ana quantum satis est.
Fiat Massa.

Hydropicorum aquas, ac tenue serum evacuant. Earum descriptio à Clarissimo Domino D. Tobia Cneulino *Collega quondam nostro communicata, nobis hucusque inservit, olim quoque Medicis ejus vestigia sectantibus plusquàm familiaris.*

PILULÆ IMPERIALES
Incerti Authoris.

℞. Cinamomi,
Amomi,
Anisi,
Mastiches,
Cardamomi minoris,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Nucis Moschatæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 232 sur 955

Caryophyllorum,
Croci,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Turbith,
Tereniabin, seu Mannæ,
Agarici,
Foliorum Senæ,
Spicæ Indicæ,
Myrobal. omnium ana scrupulum unum,
Rhabarbari unciam unam,
Aloës uncias duas.
Cum Syrupo rosaceo fingatur massa.

PArùm admodùm purgant, sed plurimùm roborant ventriculum, & omnia viscera refrigerata calefaciunt, ac conservant: facultatis naturalis robur tuentur & augent, ac sanguinem spiritusque purificant.

PILULÆ INDÆ HALY
Ex Mesue.

℞. Myrobalanorum Indorum,
Ellebori nigri præparati,
Polypodii ana drachmas quinque,
Epithymi,
Stœchadis ana drachmas sex,
Agarici,
Lapidis Lazuli loti,
Colocynthidos,
Salis Indi aut Gemmei ana drachmas quatuor,
Succi Eupatorii inspissati,
Spicæ Indicæ ana drachmas duas,
Caryophyllorum drachmam unam,
Hieræ Picræ Galeni drachmas duodecim.
Fiat massa cum succo Apii.

PErutiles sunt ad Cancrum, Elephantiasim, Alphos nigros curatu difficiles, & adversus complura alia vitia ab humore melancholico procreata, unde etiam melancholiam indeque natum inanem metum, mœstitiam, ac timorem propulsant; quartanariis, & ictero nigro fœdatis auxilio sunt, lienis quoque tumorem ac dolorem auferunt.

ELlebori & Lapidis Cyanei præparatio, suo loco, ubi de Simplicium præparatione agetur, requirenda.

PIL U-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 233 sur 955

PILVLÆ DE LAPIDE LAZVLI, Sive Cyaneo Mesue.

℞. Lapidis Lazuli abluti drachmas ſex,
Epithymi,
Polypodii ana drach. octo,
Scammonii præparati,
Ellebori nigri præparati,
Salis Gemmæ ana drachmas duas ſemis,
Agarici drachmas octo,
Caryophyllorum,
Aniſi ana drachmas quatuor,
Specierum Hieræ Picræ Galeni drachmas quindecim,
Succi Endiviæ quantum ſatis eſt,
Formetur maſſa.

Vitia ex melancholico & adusto humore nata, cancrum nimirum, elephantiaſim & quartanam profligant, arquato conferunt, lienis obſtructiones, infarctus, tumoresque reſolvunt.

PILVLÆ LVCIS MAJORES, Seu Opticae Mesue.

℞. Roſarum,
Violarum,
Abſinthii,
Colocynthidos,
Turbith,
Cubebarum,
Calami Aromatici,
Nucis Moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Epithymi,
Carpobalſami,
Xylobalſami,
Sem. Seſeleos, id eſt, Sileris montani,
Rutæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Apii,
Schœnanthi,
Maſtiches,
Rad. Aſari,
Caryophyliorum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 234 sur 955

Cinamomi,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Croci,
Macis ana ſcrupulum unum,
Myrobal. omnium,
Rhabarbari ana ſcrupulos duos,
Agarici,
Senæ ana ſcrupulos duos ſemis,
Euphragiæ drachmam unam,
Aloës ſuccotrinæ ad pondus omnium, id eſt, unciam unam ſemis, drachmas tres.

Excipe ſucco Fœniculi, & formetur Maſſa.

EXcrementa pituitoſa è cerebro & oculis evacuant: viſum conſervant & firmant nervos opticos obſtructione viſcidi humoris liberant, ac ob id oculorum aciem intendunt.

PRo Carpobalſamo cùm alioquin Cubebæ ſubſtituantur; hæ autem per ſe compoſitionem hanc ingrediantur, opportunè hic Cardamomum minus accipi poterit; Xylobalſami verò, locum lignum Aloës aut Cyperus ſupplebit.

PILULÆ MASTICHINÆ CONCILIATORIS, Sive PETRI APONENSIS.

℞. Maſtiches, drachmas quatuor,
Agarici optimi drachmas tres,
Aloës electæ drachmas decem.

Agaricus infundatur per diem naturalem in Oxymelle ſimplici, poſtea cum ſufficienti quantitate Mellis roſati formetur Maſſa.

VEntriculum ab omni morbo frigido & humido præſervant, ejusque dolorem à frigidâ causâ ortum tollunt, cerebrum quoque, oculos, & reliqua viſcera à noxiis ſuccis ſana præſtant, præcipuè verò uterum à putridis humoribus liberant & tuentur, nec non alvum modeſtè ſubducunt.

NOnnulli (ut *Caleſtanus* refert) pilulas has magis efficaces reddere volentes, addunt prædictis Rhabarbari ſelectiſſimi drachmas duas, & loco Aloës Pilulas Alephanginas recipiunt.

PILULÆ DE MEZEREO MESUE, Seu JOAN. DAMASCENI.

℞. Foliorum Mezerei aceto per noctem maceratorum & ſiccatorum drach. quinque,

My-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 235 sur 955

Myrobal. Citrinorum,
Chebulorum ana drachmas quatuor,
Cum Mannâ & Tamarindis aquâ Endiviæ dissolutis formetur Massa.

Serosum excrementum, seu aquas valenter expurgant, ob id hydropem ascitem, & anasarcam juvant.

PILULÆ DE QUINQUE GENERIBUS MYROBALANORUM NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Quinque generum Myrobalanorum,
Agarici,
Diagrydii,
Colocynthidos,
Senæ ana drachmas duas semis,
Epithymi,
Turbith,
Anisi,
Marathri, seu Fœniculi,
Mastiches,
Lapidis Lazuli ana drachmam unam, grana undecim,
Rhabarbari scrupulos quatuor,
Aloës drachmas quatuor.
Cum succo Fœniculi formetur Massa.

Pituitam, & bilem utramque evacuant, podagricos, splenicos, stomachicos, & melancholicos juvant: cerebrum purgant, visionem acuunt, sanguinemque purificant.

PILULÆ DE NITRO, ALEXANDRO TRALLIANO DIACOLOCYNTHIDOS dictæ.

℞. Aloës,
Colocynthidos,
Scammonii,
Bdellii,
Ellebori nigri præparati,
Gummi Arabici ana drachmas duas,
Euphorbii præparati,
Nitri ana drachmam unam.
Cum succo Brassicæ, & Melle rosato solutivo,
Fiat Massa.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 236 sur 955

Pilulæ hæ (quas Alexander Trallianus *sub nomine pilularum Diacolocynthidos* lib. 1. cap. 12. de Hemicrania *describit) efficaces sunt ad crassos frigidos, lentos, & glutinosos humores è remotioribus partibus educendos : frigidis nervorum affectibus succurrunt, & humores ex alto evocant ; quo nomine cerebri & capitis pertinacibus, affectionibus, articularibus morbis, comitiali, ac resolutioni conveniunt, Eas* Manardus lib. 13. Epist. 6. in Epilepsia, *mirificè commendat, stomachicis & ischiadicis auxiliantur, Hieræ vires æquant, vertiginosos juvant, pituitæ lentitiam dissipant, utramque bilem deturbant, unde earum usus celebris in humoribus adustis, & morbo Gallico, qui non nisi vitiosorum succorum pituitæ & melancholiæ vehementi purgationi cedit. Vide* Fæsii Pharmacopœiam fol. 240.

MOnendi hic rursus sunt Pharmacopœi, ut quotiescunque vocabulum Colocynthidis in compositionibus occurrit, Trochiscos semper sumant Alhandali: Scammonii verò loco Diagrydium, seu Scammonium præparatum: similiter etiam Elleborum, Esulam & Euphorbium medicamentis non indant, nisi lege artis præparata hæc priùs fuerint; quorum prout & aliorum quorundam Pharmacorum simplicium correctionem loco ad id destinato perquirere licebit.

PILVLÆ DE OCTO REBVS,
Seu OCTOMERAE NICOLAI PRAEPOSITI.

℞. Aloës,
Diagrydii ana drachmas duas,
Epithymi,
Colocynthidos,
Agarici,
Mastiches,
Dauci Cretici,
Myrobalanorum Chebulorum,
Absinthii ana drachmam unam.
Cum succo Solani formetur massa.

CRassos humores à capite purgant, visum acuunt, & suffusiones oculorum arcent.

ALoë in formandis pilulis numerum non tenet, ut neque mel, neque saccharum in Electuariis; aliàs ex novem constarent rebus, prout *Fœsius* & *Fuchsius* notarunt.

PILU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 237 sur 955

PILULÆ DE OPOPANACE
Mesue.

℞. Opopanacis,
Hermodactylorum,
Sagapeni,
Bdellii mollis,
Ammoniaci,
Colocynthidos ana drachmas quinque,
Croci,
Castorei,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Piperis nigri,
Longi,
Cassiæ ligneæ,
Myrobal. Citrinorum,
Emblicorum,
Bellicorum ana drachmam unam,
Scammonii drachmas duas,
Turbith drachmas quatuor,
Aloës drachmas duodecim.
Infunde Lachrymas in aquâ Caulium, & forma in massam.

Pituitam crassam, bilem, & melancholiam à cerebro nervosisque partibus vacuant. Efficaces sunt in articulorum doloribus à pituita creatis: resolutionem nervorum, & incontinentiam, spasmum cynicum, gonagram, podagram, articulorum dolores, morbosque partium nervosarum frigidos levant; sunt tamen rarò apud nos in usu, cùm aliis æquipollentibus gaudeamus.

PILULÆ PESTILENTIALES
Avicennæ, Seu Communes.

℞. Aloës electæ unciam unam,
Myrrhæ,
Croci ana unciam semis,
Confice cum vino claro odorifero.

Adversus pestiferæ luis contagiones populariter grassantes miræ sunt efficaciæ: internas putredines fugant, & humores ventriculo infarctos extergunt, eorundemque corruptionem prohibent.

PILU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 238 sur 955

PILULÆ PESTILENTIALES
RUFFI.

℞. Aloës,
Ammoniaci ana unciam unam,
Myrrhæ unciam ſemis.
Cum ſucco Limonum fiat Maſſa.

MEdicamentum hoc, cujus antiquiſſimus ac famoſus Medicus Ruffus *inventor extitit, petitum eſt ex* Paulo Ægineta lib 2. cap 36. *Fuiſſe tamen id* Ruffi *temporibus potionis forma propinatum conſtat, quod componebatur ex Aloës & Ammoniaci ana partibus duabus, & Myrrhæ parte una, omnibus in ſufficienti quantitate vini albi odoriferi diſſolutis; verùm quia amara nimis hæc erat potio, ideò ut facilius Medicamentum hoc aſſumeretur, poſteritas id in pilularum formam non minorem effectum habituram, effinxit.*

SUnt qui Rhabarbarum, Agaricum, Bolum, Terram Lemniam, & Theriacam addant ideoque valentiores putant, ſed componendorum pharmacorum modus eſt infinitus.

PILULÆ PESTILENTIALES
D.D. FELICIS PLATERI.

℞. Aloës drachmas tres,
Rhabarbari pulveriſati & aquâ Cinamomi aſperſi drachmam unam ſemis,
Agarici trochiſcati drachmam unam,
Myrrhæ electæ,
Gummi Ammoniaci in aceto diſſoluti ana drachmas duas,
Croci drachmam ſemis,
Camphoræ ſcrupulum unum,
Olei Zedoariæ guttas tres.
Cum Syrupo Scordii fiat Maſſa.

E*Iuſdem cum ſuperioribus ſunt efficaciæ, & tempore graſſantis peſtis feliciſſimi uſurpantur.*

PILULÆ DE RHABARBARO
MESUE.

℞. Rhabarbari drachmas tres,
Succi Glycyrrhizæ,
Abſinthii,
Maſtiches ana drachmam unam,

Myro-

Myrobalanorum Citrinorum drachmas tres ſemis,
Sem. Apii.
Fœniculi ana drachmam ſemis,
Trochiſc. Diarhodon Rhaſis drachmas tres ſemis,
Specierum Hieræ Picræ drachmas decem,
Succi Fœniculi & Mellis ana quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Humores educunt craſſos, lentos, multùm putres, & inde ortas febres diuturnas, ac ex aliis humoribus natas tollunt: jecoris item dolorem, obſtructionem, duritiem ac hydropem incipientem ſanant. Manardus *ita utebatur in tertianarum exitu:* Muſa *in febribus pituitoſis. Vide* Fœſium.

PILULÆ DE SAGAPENO

Mesue.

℞ Sagapeni,
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellii ana drachmas duas ſemis,
Sem. Apii,
Sem. Ammeos,
Aniſi,
Rutæ agreſtis ana drachmam unam,
Acori ſeu Calami Aromatici,
Lepidii ſeu Iberidis,
Calaminthæ,
Folii, vel ejus loco Spicæ Indicæ,
Centaurii minoris,
Polii,
Coſti,
Salis Gemmæ ana drachmam ſemis,
Colocynthidos drachmas quinque,
Aloës drachmas ſex,
Excipiantur ſucco Porri, Marrubii, aut Matricariæ,
Fiat Maſſa.

Ad podagram, iſchiadem, & reliquorum articulorum, quinimò & uteri dolorem faciunt, menſes evocant, viſcera emolliunt, eorundemque obſtructiones reſerant, ac inveteratas ſplenis oppilationes tollunt.

Lepidium noſtrum, Piperitis eſt, pro quo aliqui Caſſiam ligneam ſubſtituunt.

PILU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 240 sur 955

PILULÆ DE SARCOCOLLA

MESUE.

℞. Sarcocollæ drachmas tres,
Turbith drachmas quatuor,
Colocynthidos,
Zingiberis ana drachmam unam ſemis,
Salis Gemmæ drachmam unam,
Syr. Roſarum ſimplicis quantum ſatis.
Fiat maſſa.

Pituitam lentam evacuant, atque ob id pituitoſis affectibus plurimùm commodant: earum tamen uſus eviluit, cùm aliæ uſitatiores eundem effectum præſtantes proſint.

PILULÆ SINE QUIBUS ESSE

NOLO NICOLAI.

℞. Aloës lotæ drachmas quatuordecim,
Quinque generum Myrobalanorum,
Rhabarbari,
Maſtiches,
Abſinthii,
Roſarum,
Violarum,
Senæ,
Agarici,
Cuſcutæ ana drachmam unam,
Diagrydii drachmas ſex ſemis,
Succi Fœniculi, quantum Diagrydio per pannum colando & cæteris pulveribus comprehendendis, ac in maſſam cogendis ſatis ſit, quæ manibus oleo Amygdalino recenti inunctis, pro artis præcepto formentur.

Efficaciſſima ſunt hæ pilulæ ad purgandos omnes humores partium ſuperiorum, quo nomine ſuffuſionibus oculorum, caligini-bus, ac viſioni conferunt; aurium dolorem ſanant, caputque à pituita, bile flava & atra mirè purgant, iliacos denique juvant.

HOdie dexteriùs Pharmacopœi pulveres tritos cum ſucco Fœniculi miſcent, adjecto ſub finem Scammonio per ſe trito: alii melle, cum quo ſuccus Fœniculi ſit conſumptus, excipiunt.

PILU-

PILULÆ STOMACHICÆ
Alkindi.

℞. Myrobalanor. Citrinorum,
Indorum,
Chebulorum ana drachmas tres,
Roſarum,
Maſtiches ana drachmas duas,
Cardamomi,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Cubebarum,
Caryophyllorum,
Schœnanthi,
Nucis Moſchatæ ana drachmam unam.
Rhabarbari unciam ſemis,
Turbith drachmas ſeptem,
Aloës ad pondus omnium,
Fiat maſſa cum Syr. de Abſinthio,

Biliosos ac pituitoſos humores, eos præſertim qui caput, jecur, & ventriculum obſident, vacuant: præterea ventriculum firmant, coctionem juvant, & appetentiam excitant.

PILULÆ DE SUCCINO
D.D. Johannis Cratonis.

℞. Pulveris Succini præparati,
Maſtiches ana drachmas duas,
Aloës ſuccotrinæ drachm. quinque,
Agarici trochiſcati drachmam unam ſemis,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ drachmam ſemis.
Cum Syr. de Betonica formentur pilulæ.

Biliosos & pituitoſos humores è capite protrahunt & expellunt; ad deſtillationes & catarrhos, & inde provenientes oculorum, aurium, & dentium dolores propulſandos feliciter uſurpantur.

Animadversiones.

In Pilulas de Hiera Compoſitas Nicolai, & reliquas ordine ſubſequentes, uſque ad pilulas de Succino Cratonis.

COmpoſitiones *pilularum* omnes *pilulas de Hiera Nicolai* ordine inſequentes, uſque ad has *de ſuccino Cratonis*, poſſunt juxtà earundem & noſtras ſuperiores *Animadverſiones* facillimè parari,

parari, cùm pauca in iis occurrant, quæ ſingulari notâ & correctione indigeant, maximè quoad præparandi modum. Itaque ſupradictæ Animadverſiones, tùm Autorum, tùm noſtræ diligenter revolvantur.

PILULÆ DE TARTARO QUERCETANI, à D. D. DANIELE SENNERTO correctæ.

℞. Polypodii quercîni uncias duas,
Radicum Aſari,
Seminum Geniſtæ ana unciam ſemis,
Paſſularum minorum unciam unam ſemis,
Fumariæ,
Scolopendrii ana manipulum unum,
Tartari albi drachmas ſex,
Florum Bugloſſi,
Borraginis ana manipulum ſemis:

Coquantur in aquæ puræ ſufficienti quantitate ſecundum artem: Decocti clarificati libris duabus, adde ſucci Pomorum libram unam. In his defunde

Foliorum Senæ uncias duas,
Folliculorum Senæ unciam unam,
Turbith electi & gummoſi,
Radicum Ellebori nigri,
Styracis præparati ana unciam unam ſemis,
Macis,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Epithymi ana unciam ſemis.

In vitro clauſo macerentur, & digerantur per quatriduum in Balneo Mariæ, poſtea colentur; colaturæ adde

Cremoris vel Cryſtallorum Tartari uncias tres,
Aloës præparatæ ſeu extractæ uncias quatuor,
Myrrhæ in vino ad ignem diſſolutæ & percolatæ unciam unam.

Omnia iterum diebus tribus vel quatuor in Balneo Mariæ digerantur, & hinc inſpiſſentur, & coagulentur ad lentum ignem. Sub finem, dum materia ferè refrigerata eſt, adde

Specierum Diarhodon Abbatis,
Lætificantis Rhaſis,
Trochiſcorum de Lacca ana drachmam unam,
Salis Abſinthii,
Fraxini ana drachmas duas,
Eſſentiæ Croci ſcrupulos duos.

Reducantur in maſſæ pilularis conſiſtentiam. Si liber, & res poſtulat,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 243 sur 955

ſtulat, Scammonii, Rhabarbari, Trochiſcorum Alhandali extractum, & Ammoniacum addi poſſunt.

Utramque bilem purgant; omnes humores craſſos, tartareos, ſalſos, & mucilaginoſos radicitus à partibus profundiſſimis eliciunt; totam maſſam ſanguinis purificant, humorem atrabilarium contumaciſſimum educunt, inde maniacis, & melancholicis affectibus opitulantur.

ANIMADVERSIONES.

Quamvis hæc *pilularum Tartarearum Quercetani* compoſitio à Doctiſſimo *Sennerto* quoad ingredientia correcta ſit, reſtant tamen quoad præparationem nonnulla, quæ emendationem ſummoperè efflagitant, quæque luculenter ſatis ex noſtra ad mentem Clariſſimi *Sennerti* (ratione ingredientium) inſtitutâ & ſubjunctâ præparatione cuivis patebit: Utpotè,

℞. *Species primi decocti, ſuperiùs in compoſitione denominatas*; Quas *affuſa aquæ ſ. q.* coque ad remanentiam *duarum librarum*; *decocto* optimè albumine ovorum clarificato, extrahe *ſpecies purgantes*, videlicet

Foliorum Senæ ℥ iij,
Turbith elect. gum.
Rad. Helleb. nigri ana ℥ j ß,
Epithymi ℥ ß.

Sed cùm non ſufficiant hæ *duæ libræ decocti* pro extractione prædictarum *ſpecierum*, proinde factâ primâ *extractione ſpecierum*, præfatarum cum *decocto* per digeſtionem, coctionem & expreſſionem, poſſunt eædem *ſpecies* adhuc ſemel vel bis *aquâ ſimplici* affusâ digerendo, coquendo, & exprimendo extrahi, prout ſæpiùs in *Syruporum purgantium* confectionibus dictum & edoctum eſt; *extractiones* omnes interim junctim aſſerventur. Tum

℞. *Styracis Calamitæ* ℥ j ß,
Macis,
Caryophyllorum,
Cinamomi ana ℥ ß.

Craſſiuſculè contuſa immitte *cucurbitæ vitreæ parvæ*, & ſuperaffuſis *vini albi generoſi* ℥ iv, appoſitoque capitello, & juncturis probè circumlitis, deſtillando per M. B. univerſa evocetur *humiditas*, quæ, ſi libet, iiſdem *ſpeciebus aromaticis* in cucurbita relictis, reaffundatur, & ut antea *humiditas tota*, ſive *aqua ſpirituoſa* proliciatur, quæ ſtudioſè poſtea reſervetur: Relicta à deſtillatione *Aromata* poſſunt, affusâ *aquæ ſimpl. ſ. q.* (vel quod meliùs eſt, *vino albo*, propter *Styracem*, quæ *vino* meliùs quàm *aquâ* diſſolvitur vel diluitur) adhuc ſemel parumper coqui ad ℔ ß circiter, & ſuperiori *Extracto*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 244 sur 955

tracto liquido, ex *ſpeciebus purgantibus* facto, addi; Quo *extracto liquido*,

Aloës ſuccotrinæ, vel ejus loco
Extracti ejuſdem ℥ iv, &
Cremoris Tartari ℥ ij,

diluendæ ſunt, & poſtmodum leni calore cinerum penitùs iterum exſiccandæ:

Jam demùm,

℞. *Myrrhæ electæ* ℥ j,

quam pulveriſatam in leniſſimo calore, *ſuperiori ex ſpeciebus aromaticis, deſtillatâ & aſſervatâ aquâ ſpirituosâ*, diſſolve; Similiter *eâdem aquâ* diſſolve, vel dilue rurſus *Aloën* & *Cremorem Tartari ſuperiùs inſuccatum & exſiccatum*, additisque *ſpeciebus reliquis*; nimirum,

Spec. Diarhodon Abbatis,
Lætificantis Rhaſis,
Trochiſcorum de Lacca ana ℥ j,
Salis Abſinthii,
Fraxini ana ℥ ij,
Eſſentiæ Croci ℈ ij,
Fiat *pilularum maſſa* juſtæ conſiſtentiæ.

Nota: Si unciam unam Styracis Calamitæ ſuperiùs detraheres, & loco ejus ℥ ß, vel ℥ vj *reſinæ ejuſdem*, quæ facilis eſt paratu, per expreſſionem aut extractionem cum *ſpiritu vini* (uti inferiùs in *confectione Theriacæ* docebimus,) ad *Aloën* adderes, longè meliùs eſſet, Nam *reſina Styracis* in decoctum migrare nequit, neque per deſtillationem tota ejus virtus abſtrahi vel elici poteſt. Quod *compoſitas ſpecies & trochiſcos* concernit, quæ *pilularum harum compoſitionem* ingrediuntur, illa poſſunt jam parata addi, ſi tantoperè neceſſaria ſint, cùm in omnibus Officinis proſtent; nam exigua eorum quantitas, quæ huic *compoſitioni* deſtinata eſt, prohibet, quò minùs illorum ingredientium exacta ſupputatio commodè inſtitui queat. Nihilominùs ſi alicui arrideret, ingredientia omnia dictarum *ſpecierum compoſitarum Diarhodonis* ſcilicet, & *lætificantis Rhaſis*, nec non *Trochiſcorum de lacca*, recenter huic *compoſitioni* adjicere, illum oporteret de *compoſitione ſpecierum Diarhodon*, prout huic diſpenſatorio inſerta eſt, *trigeſimam ſecundam partem* circiter ingredientium, nempè pro *qualibet uncia, grana quindecim*, & pro qualibet *drachma una*, *grana duo*: De *compoſitione ſpecierum lætificantis Rhaſis* itidem, prout huic diſpenſatorio inſerta eſt *ſexageſimam quartam partem* ingredientium, nimirùm pro qualibet *uncia una*, *grana ſeptem*, & pro qualibet *drachma una*, *granum unum* circiter: Et de *compoſitione*

Tro-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 245 sur 955

Trochiſcorum de Lacca, duodecimam partem ingredientium, pro qualibet nimirùm *drachmâ unâ grana quatuor* huic compoſitioni addere.

Nota ſecundò, quòd *folliculis Senæ* ipſa *folia*, non ſine prægnanti causâ ſubſtituerimus, quippè cum *folliculis* vel *foliculis dictis*, parùm admodum vel nihil virtutis catharticæ inſit, ideò etiam eos *compoſitioni huic* parùm nihilvè efficaciæ communicare poſſe, arbitrati ſumus.

PILULÆ TURBITH AUREÆ

Mesue.

℞. Turbith drachm. ſedecim,
Aloës drachm. duodecim,
Myrobalan. Citrinorum drach. decem,
Maſtiches.
Roſarum ana drachmas ſeptem,
Croci drachmas tres.
Cum ſucco Abſinthii fiat Maſſa.

Stomachicis, colicis, nephriticis ac inflatis proſunt; valentiores verò ſunt propter magnam turbith copiam, attamen raro ſunt uſui.

ANIMADVERSIONES.

Parari poſſunt juxta modum ab Authore præſcriptum, nec peculiari *Animadverſione* indigent.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS VII.

Continens

EXTRACTORUM FORMULAS.

Plurima quidem de Extractis, *eorum uſu, & in quem finem inventa ſint; nec non* menſtruis, *quibus illa communiter parari ſolent, dicenda & præmittenda eſſent; Sed cùm de his ſatis prolixè & luculenter alii Authores tradient, inprimis excellentiſſimus* Sennertus *in ſuis* Inſtitu-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 246 sur 955

ſtitutionibus libro 5. part. 3. ſect. 3. cap. 9. *de* Tincturis & Extractis; *Idcircò brevitati ſtudens; benevolum Lectorem eò remitto: In ipſis tamen præparationibus datâ occaſione quædam de his, licet breviter dicturus.*

EXTRACTUM AGARICI.

℞. Agarici albi & levis quantum volueris. Huic affunde ſpiritûs vini tantam quantitatem, ut is duos vel tres digitos emineat: Stent ſic ſimul in vaſe vitreo arctiſſimè clauſo, juncturis probè obturatis, ac circumlitis, in loco calido vel ſaltem tepido dies tres. Poſtea colentur, & leviter exprimantur: expreſſum & colatum in balneo mariæ, abſtracto rurſus lenta deſtillatione vini ſpiritu, in craſſamentum cogatur, & quod in fundo cucurbitæ mellis ſpiſſitudine reſidebit, id ad commodos uſus ſervetur.

Pituitam lentam & craſſam ex ventriculo maximè & meſenterio, nec non jecore, liene, pulmonibus, ac utero expurgat; à cerebro quoque, nervis & artubus eandem, licet debilius, proliciit: vermes inſuper enecat, & expellit.

ALii loco ſpiritûs vini, aquam Aniſi, cui oleum ademptum ſit, uſurpant; correctivi loco id forſan adhibentes. Verùm corrigitur ejus extractio pro re & conditione ægri, aut morbi, addendo in ſingulas doſes guttulam unam olei Macis, Nucis Moſchatæ, Fœniculi, Caryophyllorum, aut alterius ſimilis.

ANIMADVERSIONES.

DIverſa *menſtrua*, variosque *liquores* Chymici excogitárunt, quibus cùm ex *mineralibus*, tum *vegetabilibus*, & ipſis etiam *animalibus*, eſſentiam, virtutem & efficaciam, aut quocunque nomine appellare libeat, elicere poſſint, relictis inutilibus & viribus exhauſtis craſſamentis: Et quidem pro extractione *vegetabilium* (cum quibus nobis ex inſtituto in hac *Claſſe* res eſt,) inprimis *ſpiritum vini*, *vinum ipſum*, *acetum* cùm *ſimplex*, tùm *deſtillatum*, *ſpiritus ipſorum vegetabilium ardentes*, item *ſpiritus eorundem acidos*, & *aquas deſtillatas*, ipſam etiam *aquam ſimplicem*; ex quibus jam pro unius cujuſque intentione eligi poſſunt, quæ maximè ad propoſitum faciant, atque exindè *menſtrua* parari unicuique rei accommodata.

Nunc autem ſeſe nobis ſiſtit extrahendus *Agaricus*, fungus nimirùm albicans, trunco *Laricis* adnatus, qui cum nonnihil reſinoſus ſit, præſtat ipſi *menſtruum* adhibere analogum, quod polleat vi & efficaciâ *reſinam* diſſolvendi & extrahendi: Inter cætera verò ſuperiùs commemorata *menſtrua* nullum ad hoc aptius magisque conveniens

veniens est, quàm ipse *spiritus vini*, aliíque ex quovis alio *vegetabili*, utpotè *Frumento Tritico &c.* beneficio fermentationis & destillationis, prolecti *spiritus ardentes* qui cùm sint de *natura sulphurea*, proinde *res sulphureas* (quales sunt resinosæ,) non solùm extrahere, sed etiam quandoque totaliter dissolvere apti nati sunt; uti manifestum fit in *resinis* omnibus, quas totaliter, in proportionata tamen quantitate affusi dissolvunt; Ideò benè factum, quod in præparatione hujus *Extracti*, *spiritus vini* adhibitus sit, rejectâ *aquâ Anisi*. Prudentissimè etiam correctionis loco *olea destillata* jam confecto *Extracto*, pro conditione morbi & ægroti addi præcipiuntur, hoc tamen in hac *Agarici* extractione observandum est, quòd ille unicâ saltem vice *spiritu vini* ad eminentium duorum vel trium digitorum affuso, totâ suâ efficaciâ & resinosâ substantiâ neutiquam exui possit, sed oportet, ut bis tervé ad minimum *recentis spiritus reaffusio* fiat. Necessum quoque est ut peractæ extractioni, colaturæ & expressioni filtratio superaddatur, cujus beneficio plurimarum partium terrestrium & crassiorum fiet separatio: Nam *Agarici Extractum spiritu vini* paratum, si paulò calidius coletur, aut per colatorium exprimatur, non adeò defæcatum transfluit, sed plures terrestriores *Agarici* partes unà in expressione permeant, unde postea fit, ut colatura illa expressa, in frigore denuò veluti concrescat. Hoc ipsum autem beneficio filtrationis præsertim si illa frigidè, vel ad minimum tepediusculè fiat, prohibetur, tumque sola saltem subtilior *Agarici* essentia per filtrum transmittitur, quæ non ita, ut prior colatura denuò concrescit, nec turbida evadit, sed liquida & clara persistit, Cæterùm quæ de *resina ejus* monenda essent, videantur in *Animadversionibus* subsequentibus.

EXTRACTUM Seu BALSAMUS Aloes.

℞. Aloës succotrinæ quantum volueris: Redigatur in pulverem: huic affunde spiritus vini rectificati, vel (si malueris) aquæ Endiviæ, vel acetosæ, quantum satis: Maceretur in loco calente diligenter quotidiè agitando, donec liquor coloretur: qui deinde relictis exactè fæcibus, per inclinationem eximatur, & recens rursus affundatur, tantisper id reiterando, quoad nullum amplius colorem liquor affusus extrahere videbitur. Tandem omnis humor congregatus, diligenterque transcolatus, in justam spissitudinem lentâ coctione vel destillatione redigatur.

Internas putredines arcet, ventriculum mundat, ac roborat: crudidates abolet, & ventrem lubricum reddit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 248 sur 955

EOdem planè modo parantur omnia alia Extracta ſimplicia, & compoſita, præterquam quod quædam eorum etiam exprimuntur: affulo nimirum medicamentis, ex quibus vim ac energiam omnem prolicere mens eſt, vini ſpiritu, aut aquis appropriatis ad id præſtandum idoneis, & additis interdum corrigentibus. Sic Extractum Rhabarbari commodè parari poteſt cum aqua Agrimoniæ, additâ modicâ Spicâ & Cinamomo. Extractum Senæ cum aqua Lupuli, Scolopendrii, Borraginis, aut Fumariæ, addita portione aliqua Caryophyllorum, Zingiberis, vel ſem. Fœniculi, &c.

Notandum tamen, aquas non ex omnibus medicamentis ſimplicibus vires elicere poſſe, ſed potiſſimùm ex herbis & radicibus non gummoſis aut reſinoſis, vel inſignem duritiem non habentibus, ibi enim (ut in Turpetho & Mechoaca) vini ſpiritu opus eſt: Sic etiam Gummi ſeu Lachrymæ, ſingularem in extrahendo dexteritatem requirunt: hæc enim in aceto reſolvi, ac per ſetaceum, ut terreſtreitas omnis ſeparetur, transmitti poſtulant: acrimonia poſtmodùm aceti reiteratis aquarum affuſionibus eluatur; tum demum in vini ſpiritum demergantur, qui vim gummi prolectet, inde perficiatur, ut artis eſt. Verùm hæc diligentem ac ſedulum Pharmacopœum noſſe oportet, ut quod cuique commodè & ex artis uſu affine ac applicabile ſit, inter præparandum adhibere ſciat, & pro ſuâ diſcretione dignoſcat. Nobis autem inter Extracta ſimplicia præter jam dicta, in uſu ferè ſunt ſequentia:

EXTRACTUM

Abſinthii,
Agallochi,
Angelicæ,
Calami aromatici,
Capparum,
Cardui Benedicti,
Centaurii minoris,
Croci,
Cucumeris Aſinini,
Dictamni albi,
Ellebori nigri,
Enulæ,
Eſulæ,
Euphorbii,
Galbani,
Gentianæ,
Guajaci,
Hieræ picræ,

Liqui-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 249 sur 955

Liquiritiæ,
Mechoacæ albæ,
Nigræ,
Meliſſæ,
Myrrhæ,
Opii Thebaici,
Opopanacis,
Pæoniæ,
Rhabarbari,
Sagapeni,
Scammonii,
Senæ,
Turbith,
Zedoariæ.

ANIMADVERSIONES.

Aloë ſuccus eſt nonnihil reſinoſus, qui *ſolâ aquâ* vix totaliter & verè diſſolvi poteſt: Proindè optimum & conſultum eſſe arbitror, ut, ſi *Extractum* vel *Balſamus Aloës* dextrè confici debeat, *ſpiritu vini* ejuſdem fiat extractio, quò ſimul etiam *partes Aloës reſinoſæ* diſſolvi queant; Nec eſt, quòd cum Clariſſimo *Schrôdero* reſinoſam illam *Aloës* partem purgationi inutilem eſſe putemus; contrarium enim aliorum purgantium, utpote *Scammoneæ, Ialappæ, Turbith, Gummi Gottæ*, & ſimilium reſinæ manifeſtè evincunt.

Reliqua *Extracta ſimplicia*, quorum in adjuncta Animadverſione fit mentio, & quæ notata ſubſequuntur, quod concernit, ea ſanè ſedulum (uti benè monent,) & peritum requirunt Pharmacopœum, qui unicuique rei, quod ipſi affine & homogeneum eſt, adhibere nôrit. Pauci autem talium hodiè reperiuntur, & numero

vix todidem ſunt,
Quot Thebarum portæ, aut divitis oſtia Nili.

Præſtitiſſet itaque, ut, cùm in aliis hujus Diſpenſatorii vix caſsâ nuce dignis compoſitionibus, & nugaciſſimis earundem præparationibus Authores plùs nimiò multoties ſe torſerint, etiam in his, quæ ſanè expertum & induſtrium Philoſophum naturalem, qui quid & quantum in re quâque ſit contentum vel reconditum, quidque unumquodque pati, & quid ferre recuſet, optimè ſciat, requirunt, paulò magis ſolertes ſe dediſſent, nec ita negligenter cuncta Pharmacopœorum aut eorundem miniſtrorum (qui frequentiſſimè nihil minùs ſciunt, quàm quid unicuique rei affine ſit & applicabile) diſcretioni reliquiſſent; memores, quod φάρμακα ſive medicamenta, ſi rectè, id eſt, convenienti modo præparata fuerint, Deorum manus ſint: (ita enim *Herophilus* ea appellare ſolitus eſt, eò, quòd quaſi

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 250 sur 955

Numine & ſanandi celeritate ægros ab interitu vindicent.) Siniſtrè verò præparata *φάρμακα*, ſæpenumerò evadant, ſive toxica lethiferaque venena. Sed ut redeamus ad extractiones reliquorum *purgantium*, ex his *Extracta Rhabarbari* & *foliorum Sennæ ſpiritu vini* optimè fieri poſſunt, habent enim ſaltem aliquid reſinoſi, & ob id longè ſubtiliùs extrahuntur *ſpiritu vini*, quàm *aquâ aliquâ deſtillata*: Addo, quòd omnia *purgantia à ſpiritu vini* in ſua virtute exaltentur, maximè quæ reſinoſa ſunt. Quam frivolè autem *menſtruis*, quibus pro extractione tùm horum, tùm aliorum *purgantium* communiter utuntur, *Aromata*, utpotè *Spica Nardi*, *Cinamomum*, *Caryophylli*, *ſemina Fœniculi*, & ſimilia addantur, quiſquis norit, qui ſuperiores plurimas noſtras *Animadverſiones*, maximè in *Syrupos*, perlegerit ubi ad naũſeam uſque inculcavimus, quòd *Aromatum* illorum *partes balſamicæ ſpirituoſæ & odoriferæ*, in decoctionibus & evaporationibus penitùs avolent, nec quicquam virtuoſi de illis remaneat; Taceo, quòd ipſimet non recordentur ſuperioris ſui moniti in præparatione *Extracti Agarici* traditi, ubi repudiatâ *aquâ Aniſi* apertè innunt, meliùs eſſe ſub finem jam paratis *Extractis*, & quidem ſingulis eorundem *doſibus* pro conditione ægri & morbi, *clea deſtillata aromatum enumeratorum*, loco correctivi addere. Quod ipſum eorum monitum, non ſolùm in extractione *Agarici*, ſed æquè in aliis omnibus extractionibus locum habere poſſe, omninò exiſtimo, & firmiter aſſero.

Gummata quod concernit, vel *Lachrymas*, ea inprimis diſtinguenda ſunt, antequam pro illorum extractione conveniens aliquod *menſtruum* determinari poſſit. Etenim *gummata* vel *reſinoſa* ſunt, vel *mucilaginoſa*; (quæ tanquam aqua & ignis inter ſe differunt,) quædam verò medio modo ſe habent. *Gummata reſinoſa* ſunt, *Galbanum*, *Storax*, *Calamita*, *Tacamahaca*, &c. *Mucilaginoſa* ſunt, *Tragacanthum*, *Gummi Arabicum*, *Bdellium*, &c. Medio modo ſe habentia ubi *Olibanum* & *Hederæ*, &c. Quæ ex his *reſinoſa*, nullo alio *menſtruo* convenientius extrahi & diſſolvi poſſunt, quam *ſpiritu vini*, vel alio aliquo ardenti ex quodam *vegetabili* per fermentationem & deſtillationem prolecto, utpotè ex *Roſis*, *Ceraſis*, &c. cujus rei experiundi exemplum habemus in *Storace* & *Benzoë*, quæ hoc ipſo *ſpiritu roſarum ardente* elegantiſſimè pro coſmetico extrahuntur, ut adeò neceſſum non ſit ſupradicta *gummata reſinoſa* priùs *aceto* reſolvere, (uti jubent) & tandem rejectam ab *aceto* acrimoniam, reïteratis tot aquarum affuſionibus eluere, quod ipſum & ridiculum eſt & impoſſibile. Concedo equidem, quod *gummata reſinoſa aceto* dilui & quaſi diſſolvi poſſint, pro præparatione *emplaſtrorum*, *unguentorum*, & aliorum expetita; non tamen æquè genuina ſolutio hæc eſt, atque illa quæ *ſpiritu vini* peragitur; lacteſcit enim illicò, quæ *aceto* facta eſt, ſolutio: contra verò, quæ *ſpiritu vini* peracta

eſt,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 251 sur 955

est, clarescit, & limpida perstat: Eluere autem reiteratis *aquarum* affusionibus, acrimoniam *aceti* quod impossibile sit, id ex eo patet, quia *aqua* semper in quacunque abstractione, quæ vel mediante destillatione vel exhalatione perficitur, se habet in modum phlegmatis, quod *acetum* in destillatione præcedit, residuo manente ejusdem *spiritu acido fixiori* Similiter nec aliâ aliquâ ablutione eadem edulcorare poteris, nisi fortè non tàm abluere, quàm eluere totum lubido fuerit, quod reipsâ experière, ubi hujus rei experimentum feceris.

Gummata mucilaginosa quod attinet, illa *aquâ simplici* vel *destillatâ*, aliisque communibus aquosis liquoribus commodè dissolvi queunt; *spiritus* autem *vini* ea non attingit.

His itaque præmissis, affero, reliqua ordine subsequentia *Extracta*, optimè *spiritu vini*, vel alio aliquo ardenti, parari posse, præsertim quæ ex *lignis* & *radicibus resinosis*, item *gummatis* & *succis inspissatis* confici debent. Nec tamen inficias ibo, quòd nonnulla ex *herbis* & *radicibus quibusdam minùs resinosis*, *aquâ simplici* & *destillatâ*, vel etiam *vino* & *aceto destillato* perfici possint. Ut autem benevolus Lector exemplum habeat, quomodo *radix resinosa aliqua*, aut alia res *resinam* continens extrahenda sit, ut etiam *resina Extracto* permixta maneat, addam hîc formulam, secundùm quam omnes similes extractiones institui possunt, præsertim compositæ, in quibus magna sæpè diversitas ingredientium occurrit. Ex. gr. ℞. *Radices Ialappæ vel Mechoacæ nigræ aut albæ, Turbith. Lignum sanctum &c. vel rem aliam quamcunque nonnihil resinosam*; quam incisam & contusam, infunde in *spiritus vini rectificati ſ q* & cucurbitâ benè clausâ, fiat extractio vel digestio horis circiter 48; coletur postea, vel separetur *spiritus tinctus*, & essentiâ rerum prædictarum imprægnatus, *species infundo restantes* exprimantur, asservato *spiritu tincto: Relictæ species* denuò *recenti spiritu* superfundantur, digerantur, colentur, & exprimantur; idque tertiâ vice, si lubet, repetendum: Postea *colaturæ* & *expressiones omnes* sive *spiritus tincti*, junctim per chartam emporeticam filtrentur, & in M. B ultrà remanentiam quartæ partis abstrahantur: Refrigeratâ cucurbitâ, *relictum Extractum liquidum* in vitrum amplum effunde, cui vel innatantem, vel in fundo hærentem invenies *resinam*, quam exemptam, & *aquâ frigidâ* aliquoties lotam, si libet, in leni calore exicca, ut pulverisari queat: & hoc modo habebis *magisterium*, vel *resinam siccam*. *Extractum* autem *liquidum* leni calore ad consistentiam crassam evaporare sine, cui, si libet, *propriam resinam pulverisatam*, aliquot *Amygdalis* contusam vel subactam junge; aut si multum *Extracti* & parùm *resinæ* fuerit, dissolve illam, antequam exiccata & pulverisata fuerit in *rectificatissimo vini spiritu q. ſ.* & *extracto jam crasso & confecto* adde.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 252 sur 955

Nota; Equidem me non latet, haud paucos esse Medicorum, tùm Galenicorum, tùm Hermeticorum, qui *spiritum vini* pro extractione *purgantium*, ceu inutilem damnent, quem tamen nos ad eliciendam enumeratarum *specierum vim catharticam*, ceu convenientissimum superiùs commendatum voluimus. Ratio autem illorum in contrarium hæc est, quòd *vis cathartica* consistat in *essentia rerum salina: Spiritus vini* autem, utpotè *naturæ sulphureæ* ad dissolutionem *salium* ineptus sit, & per consequens appropriatum sive homogeneum pro *purgantibus* extrahendis, *menstruum* esse non possit. Sciant autem boni illi viri, quòd inter *salia* ingens detur differentia: Quædam enim eorum *volatilia* sunt, quæ instar *spirituum* levi ignis calore concitata sublimia petunt: Quædam *essentialia*, ex *succis vegetabilium* educi nata, mediæ quasi naturæ inter utraque, *volatilia* scilicet & *fixa*: Quædam verò *fixa* per calcinationem & totalem Vulcani violentiâ rerum destructionem parari solita. Jam si de *salibus volatilibus* sermo erit, utique *spiritus vini* ea promptè dissolvit, imò nonnunquam etiam cum iisdem familiariter se conjungit & coagulatur. Quod ad *salia essentialia* attinet, etiam illa, si realiter talia sint, à *spiritu vini* resolvuntur: similiter etiam *vitriola metallorum: Salia* autem *fixa*, (quibus propriè *salis* nomen competit) quod concernit, de his fateor, quòd *spiritus vini* (præsertim si summè dephlegmatus, sive ab omni aquositate liberatus fuerit,) illa simpliciter & immediatè non attingat, nec dissolvat, nisi prius essentificata fuerint. Quod ipsum tamen hanc nostram (salvo tamen semper rectiùs sentientium judicio,) de legitima *spiritu vini purgantium* extractione sententiam, nullatenus infringit, cùm vis *purgatrix* non tàm in *sale fixo*, quod ex verè & legitimè combustis aut in cinerem redactis eruitur, quàm in *sale rerum essentiali*, quod propriè *vegetabilibus* non crematis inest, fundata sit; is autem optimè *spiritu vini*, aliisque *spiritibus* ipsi homogeneis, & quidem longè meliùs, quàm *aquâ communi*, (quæ contrà *salia fixa* & vera faciliùs & promptiùs dissolvit,) resolvuntur. Proindè adhuc apud nos ratum & firmum manet, quòd *spiritus vini*, optimum & convenientissimum sit, ad virtutem catharticam ex *purgantibus* rebus eliciendam, *menstruum*.

Interim heic notandum est, quòd dum *spiritum vini* pro extractione rerum catharicarum commendamus, non illum intelligamus, qui summè alcoholisatus, frequentioribus rectificationibus ad talem volatilitatem redactus est, ut è vitro desuper in terram de illo nonnihil effusus, ipsam non attingat, sed auræ subtilissimæ instar in sublime feratur, ipsoque quasi momento ad æthera evehatur; neutiquam sanè: Sed illum heic intellectum volumus, qui à superflua & immodica acquositate aliquatenus liberatus sit; ita enim eò meliùs penetrat, citiusque virtutem rerum, quibus ad extrahendum affun-

funditur, elicere vel extrahere potis est: Addo etiam, cujus in superiori responsione obliti sumus, quòd *spiritus vini* secundùm nostram sententiam non solius *naturæ sulphureæ* (uti quidem illi sibi imaginantur, fortè quia φλόγις ☞) particeps sit, sed potiùs *naturæ salino-sulphureæ* summæ volatilis existat, quam ipsam *salinam*, volatilem ejus naturam subdulcis & penetrantissimus ejus sapor, maximè ubi probè dephlegmatus fuerit; *sulphuream* autem facilis conceptio flammæ, luculentissimè evincunt; Eandem hanc ipsius naturam scilicet *salino sulphuream* apertè etiam confirmant *salia illa volatilia*: Ex. gr, *succini, viperarum, &c.* nec non *essentialia ex herbis* aliisvê *vegetabilibus* parata, de quibus superiùs dictum; utpotè quæ promptissimè illum admittunt, & ab eo se dissolvi patiuntur, nimirùm ob mutuam naturæ affinitatem & symbolicas proprietates; Etenim, uti Philosophi loquuntur, *in symbolum habentibus facilis est transitus*; sicque jam penitùs corruit, superiùs in contrarium nostræ opinioni adductum argumentum, primâ quidem fronte satis speciosum apparens, quo ipso plures hactenus deceperunt, plurimique decepti sunt.

Sequuntur Extracta Composita.

EXTRACTUM AGARICI

Compositum.

℞. Agarici Alpini leviſſimi & candidiſſimi libram ſemis,
Rhabarbari interioris uncias tres,
Seminis Aniſi,
Zinziberis,
Macis ana drachmam unam ſemis.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur; affundantur ſpiritus vini rectificati menſuræ duæ: ſtent in infuſione vitro benè clauſo per triduum, pòſt fiat ſecundum artem Extractum.

Hanc Extracti compoſiti deſcriptionem nobis communicavit Vir Clariſſimus D. D. Urbanus Schlegelius, *Decani Collegii Medici Vicarius perpetuus, Collega noſter plurimùm dilectus.*

ANIMADVERSIONES.

PAretur juxta modum antecedentem, binâ vel trinâ ſpecierum infuſione, diſſolvendo ultimò quod *reſinoſum* eſt rectificato *ſpiritu vini*, & *extracto* jam ad conſiſtentiam craſſam *inſpiſſato* adjungendo: *Aromata* extractione fruſtrà & perperam adduntur, & longè meliùs foret, ut jam confecto *Extracto*, de ipſorum *oleis deſtillatis* nonnihil adderetur.

EX

EXTRACTUM CATHOLICUM.

℞. Colocynthidos drachmas ſex,
Agarici optimi,
Diagrydii,
Ellebori nigri ana unciam ſemis,
Aloës electæ unciam unam,
Specierum Diarhodon Abbatis unciam ſemis.

Species Diarhodon in ſufficiente quantitate ſpiritus vini per dies aliquot macerentur, qui deinde relictis fæcibus ſupra prædicta medicamenta purgantia fuſus in loco calido, vaſe probè clauſo, vires eorum imbibat: poſtea leviter omnibus expreſſis, liquor tranſcolatus levi balnei vapore evocetur, ut Extracti ſpiſſamentum in fundo cucurbitæ reſideat.

Medicamentum eſt Catholicum ſeu univerſale, omnes in univerſum humores exturbans. Aliud Catholicum, magis tamen operoſum, deſcribitur à Quercetano *in* Pharmacop. Dogmat. reſtituta.

ANIMADVERSIONES.

EQuidem hujus *Extracti* præparandi modus, ex ſuperioribus noſtris *Animadverſionibus* ſuper *Extracti Aloës* præparationem factis, ſatis diſpaleſcit; nihilominus tamen melioris informationis ergò, dilucidiorem ejus præparationem addam. Primò autem neceſſarium non eſt, ut *ſpecies Diarhodon* correctionis loco huic *Extracto* addantur: etenim ſuperius abundè demonſtratum eſt, has & ſimiles *ſpecies* vix quicquam corrigere poſſe. Si tamen Medicus aliquis ſtrictè illas addi deſideret, ſuaderem, ut dictarum *ſpecierum Diarhodon* ingredientia recentia, nec in pulverem redacta, ſed ſaltem craſſiuſculè contuſa vel conquaſſata, huic extractioni adderentur, omiſſis tamen quæ vel à *ſpiritu vini* non diſſolvi vel extrahi poſſunt, ut ſunt *Perlæ, Saccharum Candum, Tragacanthum, Gummi Arabicum, &c.* quæ dicta *ſpiritus vini rectificatus* non attingit; Vel quorum *eſſentia*, licet extrahatur, nihilominus in abſtractione *Extracti* avolat, ut ſunt *Cinamomum, Caryophylli, Moſchus, Gallia Moſchata, ſemin. Aniſi & Fœniculi, Camphora, &c.* Secundò, *Aloë* per ſe ſigillatim extrahatur, empediret enim alioquin, quo minus ex reliquis *ſpeciebus virtus cathartica* elici poſſet; quia *Aloë ſuccus inſpiſſatus eſt*, citò in *ſpiritu vini* reſolubilis, quem ideò ſtatim ita imprægnat, ut minus ad ulteriorem extractionem habilis eſſe poſſit, *Diagrydium* etiam ſeorſim extrahere non inconſultum foret, quia totum reſinoſum eſt, cujus *extracta reſina* tandem *extracto*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 255 sur 955

tracto jam perfecto, aut pulverisata, aut *spiritu vini rectificatissimo* resoluta addi potest. Quin & *Agaricus* in extractione, uti superiùs dictum, *resinam* præbet, quæ similiter *novo spiritu vini rectificato* dissolvi, & extracto jam perfectè inspissato commisceri posset: Non nego tamen omnia & singula simul & conjunctim extrahi posse, sed longè majori quantitate *spiritus vini*, & minori efficaciâ futuri *Extracti*, præsertim si imperitus Pharmacopœus, (non omnes enim, de quo jam superiùs conquesti sumus, quod cuique affine & ex artis usu applicabile est, cuivis adhibere nôrunt,) præparationem tentet, & *resinam* ingredientium à reliquo *Extracto* studiosè non separet, aut separare sciat, utpotè quæ novo *spiritu vini rectificato* iterùm dissoluta, aut penitùs exiccata & pulverisata, jam parato & spisso *Extracto* commiscenda & addenda est. De *speciebus Diarhodon* plura insuper etiam dicenda essent, quæ tamen brevitatis causâ, parùm saltem superiùs attacta relinquo, transiturus ad alia.

EXTRACTUM DIACARTHAMI,

Seu Cnicopharmacum Andernaci.

℞. Medullæ sem. Carthami uncias quatuor,
Turbith albi,
Foliorum Senæ ana unciam unam semis,
Diagrydii drachmas quinque,
Rhabarbari optimi unciam unam.
Agarici trochiscati drachmas sex,
Mannæ Granatæ uncias duas semis,
Myrobalanorum Chebulorum uncias tres,
Polypodii uncias duas,
Zinziberis albi drachmas duas.

Minutim incidantur, vel crassiùs conterantur, & in vini spiritum (in quo pulveris confectionis Diambræ uncia per dies octo macerata fuerit) ponantur, stentque simul in loco calidiore diebus quatuordecim: deinde sacculo indantur, & sub prælo validè exprimantur: postea id quod expressum est, ampullæ infundatur, ac operculo impositò extilletur, donec ad mellis spissitudinem pervenerit.

Plerosque humores, seroſos tamen præ cæteris expurgat: caput, ventriculum, & reliqua viscera mundificat, & noxios succos blandè ac sine molestia educit. Datur vel per se in pilulas efformatum, vel boli specie. Hujus Extracti nobilissimi, & ad omnes vitiosos humores evacuandos accomodatissimi usus apud nos quotidia-

tidianus est : ejus enim virtutem multimodâ experientiâ comprobatam habemus, proinde Officinis nostris omni studio & diligentiâ parandum commisimus.

ANIMADVERSIONES.

NOn minores, imò majores etiam, quàm præcedens, præsens de quo nunc agimus *Extractum*, continet difficultates: Ecquid enim *uncia integra specierum Diambræ*, quæ ingens alioquin huic *compositioni* pretium addunt, illi communicare potest: utpotè quarum fragrantia & *essentia aromatica*, dum *Extractum* ad consistentiam debitam abstrahitur, omninò exhalare debeat. Addo, quòd unâ impediant, quò minùs *menstruum* sive *spiritus vini* ab ipsis jam saturatè imbutus, ac abundè imprægnatus, à reliquis *speciebus catharticis* essentiam sufficienter extrahere queat; cùm uti superiùs in secundâ Classe demonstratum est, *Nullum receptivum recipiat ultrà modum suæ receptivitatis*, nisi fortè quispiam, ulteriorem illarum *specierum*, scilicet *purgantium*, extractionem, reiteratâ recentis *spiritus vini* affusione, tentaturus sit; Cæterùm, *Turbith*, *Diagrydium*, & *Agaricus resinam* præbent, quæ nisi exactè à reliquo *Extracto* prius separetur, & vel exsiccatâ pulverisataque, aut *recenti spiritu vini rectificato* dissoluta, jam perfectè inspissato *Extracto* addatur, minus efficax parabitur *Extractum*, duplex incommodum involvens; Primò, quòd in liquoribus illud totaliter resolvi non queat, quin flocculos vel grumos quasi præbeat, pistillo adhærentes, qui studiosissimè removendi sunt, nisi ægrotanti nauseam conciliare velis: Secundò, quòd si vel *integram drachmam*, aut plus etiam ejusdem *resinæ*, *liquidæ* nimirùm, sive *Scammoneæ* vel *Galappæ* cuidam propines, nil ferè operetur, quod tot experimenta jam testatum fecêre. Hinc monendi ansam capio, quòd si quis *resinas*, in mixturis purgantibus, cùm siccis, tùm liquidis, præscripturus sit, ut eas priùs *Amygdalis dulcibus*, vel *semine Melonum* nonnihil contundere vel subigere Pharmacopœis præcipiat, secùs enim parùm aut nihil operabuntur. De *Manna Granatâ* hoc insuper notare velim, quòd illa jam confecto *Extracto* demùm addenda, non verò extractioni ipsi committenda sit, est enim materia, quæ tota resolubilis est.

EXTRACTUM CHOLAGOGUM.

QUERCETANI.

℞. Rhabarbari uncias sex,
Folliculorum Senæ uncias quatuor,
Diagrydii unciam unam,
Spicæ Nardi Indicæ,

San-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 257 sur 955

Santali Citrini,
Cinamomi ana unciam ſemis,
Trochiſcorum de Berberis drachmas duas,
Succi Roſarum pallidarum optimè depurati quantum ſatis.

Poſt juſtam digeſtionem omnia calidè exprime, ac diligenter cola, fiatque lege artis Extractum in conſiſtentia Sapæ: cui adde æquale pondus Extracti ſeu Balſami Aloëtici. Miſce, & decoque ad ignem lentum uſque ad debitam conſiſtentiam.

Benignè ac ſufficienter omnes humores ſeroſos calidos & bilioſos expurgat.

ANIMADVERSIONES.

Labitur nimioperè *Quercetanus*, dum *ſuccum roſarum* extrahendis enumeratis *ſpeciebus* ſingulis, abſque diſcrimine deſtinat, parùm memor, quod ſucci prorſus inhabiles ſint ad extractiones rerum, quæ *reſinam* in ſe continent; quale imprimis ex prædictis *ſpeciebus Diagrydium* eſt, utpotè quod totum ferè nil niſi *reſinæ*, nec ullum, vel exiguum ab impuritatibus admixtis, *Extractum* præbet. Fruſtrà etiam & præpoſterè *Cinamomum & reliqua odorifera compoſitionem Trochiſcorum de Berberis* ingredientia adduntur, ob rationes ſæpiùs in præcedentibus adductas; & longè ſatiùs eſſet, eorundem *olea deſtillata* jam parato *Extracto* demùm admiſcere. Reliqua quod concernit, prædictorum *Trochiſcorum* ingredientia, nimirum *Gummi Arabicum* & *Spodium*, ex his illud nil niſi *meram mucilaginem* huic *Extracto* communicat, & nequicquam ipſum corrigere, quin magè vires & efficaciam ejuſdem infringere & obtundere valet: Hoc autem, *Spodium* ſcilicet, utpote omni ſuâ virtute per calcinationem orbatum (uti ſuo loco demonſtrabimus,) nihil efficaciæ eidem impertire poteſt. Aſt ne nimiùm hæc exaggeremus, cùm propriè noſtri inſtituti non ſit, *compoſitiones* quoad ingredientia immutare, quod quidem valdoperè neceſſarium eſſet, ſaltem ejus meliorem præparandi modum paucis hiſce innuere libet; videlicet,

℞. *Species hujus Extracti compoſiti, excepto Diagrydio & Cinamomo, partemque octavam ingredientium Trochiſcorum de Berberis*, (quæ ℥ ij conſtituunt,) *exceptâ Galliâ Moſchatâ, Gummi Arabico, & Spodio*; eaque inciſa & contuſa more ſolito, reiteratis affuſionibus, digeſtionibus, expreſſionibus & filtrationibus, *ſucco Roſarum* (cujus vix octo vel decem libræ ſufficiunt,) extrahantur; *Tinctura ſpeciebus enumeratis ſaturatè imbutâ*, abſtrahatur in M. B. ad conſiſtentiam craſſam *Extracti*, cui adde *reſinæ Scammoneæ pulveriſatæ, & Amygdalis dulcibus, melioris permixtionis causâ nonnihil ſubacta* ℥ vj, vel ℥ vij, nec non *Extracti Aloës pondus æquale*; tandem

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 258 sur 955

dem etiam *olei Cinamomi guttas vj, vel viij.* & ſi lubet, *Gallæ Moſchatæ à Trochiſcis de Berberis hùc tranſlatæ gr. vij ß*, fiatque lege artis *Extractum.*

EXTRACTUM DIACITRI

Dn. D. HIERONYMI REUSNERI.

℞. Pulpæ Pomorum Citri expreſſi,
Sacchari albiſſimi ana libram ſemis.

Coque lento igne ad ſpiſſitudinem: in fine adde ſpiritum ex ſequentibus Extractis cum liquore:

℞. Scammonii optimi uncias duas,
Mechoacæ albæ,
Turbith electi ana unciam unam,
Rhabarbari electi,
Cinamomi acuti ana unciam ſemis,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ,
Caryophyllorum ana ſcrupulum unum, grana duo.
Miſtis omnibus, fiat ſecundum artem Extractum.

AD humores biliosos & ſeroſos expurgandos in cachexia, hydrope, icteritia, obſtructionibus hepatis & lienis, in febribus item omnes generis feliciter uſurpatur.

ANIMADVERSIONES.

OEdipo ſanè conjectore hèic opus eſt, qui mihi interpres ſit, acutoque ingenio diſſolvat & explicet primò, quâ ratione ad mentem & voluntatem Authoris, compoſitionis hujus ſatis ænigmaticæ; *pulpa pomorum Citri expreſſi* (hæc enim propria Authoris verba ſunt,) cum *ſacchari anatica quantitate* coqui poſſit & debeat, & ad qualem etiam conſiſtentiam vel ſpiſſitudinem; Etenim *pulpa Citri prædicta expreſſa*, non ampliùs ſucculenta eſt, licet parumper humida, ac proindè diſſolutioni *ſacchari* multò magis coctioni prorſus inepta; Et poſito, aſt non conceſſo, illam tantâ adhuc gaudere humiditate, quæ pro *ſaccharo* diſſolvendo ſufficeret, qualis tamen ex fibris ejuſdem inutilibus hujus *Extracti*, (quod aliàs reſolubile eſſe debet totum,) exurgeret conſiſtentia? Secundò, qualem *ſpiritum* ex *ſequentibus Extractis cum liquore, ſuperiori pulti addere* debeam? Debeamne ex ſequentibus rebus, ſcilicet *Scammoneâ, Mechoacâ, Turbith, Rhabarbaro, &c.* (uti quidem litera & ſenſus ſuppeditare videntur,) *Extractum* priùs parare, & ex *Extracto ſpiritum* deſtillare cum liquore, eundemque ſuperiori *pulmento* vel *conſervæ* addere? Aſt ne diutius nugis illis me torqueam, quæ certè

in

in dedecus Authoris potiùs; quàm ullius ægri emolumentum huic Dispensatorio insertæ sunt, adjiciam præparationem paulò dilucidiorem, atque etiam omni dubio meliorem; Nimirùm,

℞. *Succi pulpæ pomorum Citri depurati,*
Saccari albi ana ℔ ß.

Decoquantur in vase terreo, in *syrupum* consistentiæ crassioris: postea.

℞. *Scammonii optimi* ℥ ij,
Mechoacæ albæ,
Turbith electi ana ℥ j,
Rhabarbari electi ℥ ß,
Galangæ ℥ ß.

Fiat ex iis omnibus beneficio *spiritûs vini* reiteratâ affusione extractio, quam in M. B. propemodum ad remanentiam quartæ partis abstrahe, & *resinam* residuo *extracto* innatantem (quæ si non satis benè præcipitata esset, affundatur illi adhuc parùm *aquæ frigidæ*) probè separa, exsiccatamque in pulverem redige. *Relictum* autem *Extractum liquidum* ad crassam consistentiam leniter exhalare sine; cui pulverisatam & nonnihil *Amygdalis* subactam *suam resinam* adde, atque sic unita, cum superiori parato *Citri syrupo* exactè permisce; Postremò denique

Ol. stillat. Cinamomi gutt. vj, vel *viij,*
Nucis Moschatæ, &
Caryophyllorum ana gutt. iv, vel *vj,*

aromatizando, fiat *Extractum* usui asservandum.

EXTRACTUM GUMMI GAMANDRAE D.D. HADRIANI à MYNSICHT.

℞. Gummi de Peru, sive Gamandræ optimè pulverisati unciam unam,
Aquæ Cichorii unciam semis,
Spiritûs Vitrioli rectificati drachmam unam.

Hæc benè commixta tabulæ vitreæ, vel vasi Indico superilline, loco calido, (sed non nimiùm tamen, aliàs nigrescit, & deperit) evaporare sine, donec materia terreum colorem induat; hanc postea pulverisa, & adde

Pulveris Florum Rosarum rubearum unciam unam,
Santali rubri drachmas duas.

Spiritûs vini sufficientem quantitatem affunde, per horas viginti quatuor circula, tum quando refrixit, per chartam filtra; & paulatim, usque dum siccetur, evaporare sine, & sic habebis Extractum rubicundum.

Ase-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 260 sur 955

A Serosis humiditatibus totum corpus humanum sine omni periculo & difficultate purgat: unde ingenti cum fructu & commodo in cachexia, hydrope, arthritide, podagrâ, similibusque affectibus; uti etiam in scorbuto, & morbo virgineo, instar singularis experimenti, usurpatur.

ANIMADVERSIONES.

AN *liquores*, vel *spiritûs minerales acidi*, quales sunt *vitrioli*, *sulphuris*, & similes, nec non quæ ex *vegetabilibus* parantur *aceta*, vera & legitima *rerum catharticarum* corrigentia esse possint, non sine ratione quispiam dubitaret: Ansam autem dubitandi non levem præbent *mineralia*, eò quòd nonnulla eorum licet violentissima sint *cathartica*, nihilominùs tamen *spiritibus acidis prædictis*, vel solo etiam *aceto vegetabili* extracta, & aliquamdiu cum ipsis digesta, non solùm vim illam purgantem deponant, sed etiam aliam prorsus naturam induant, & ex *purgantibus* non rarò *diaphoretica* evadant, quòd nemo, qui in laboribus Chymicis se solertem dedit, ibit inficias; Nimirum *liquores acidi*, quicunque illi sint, res quaslibet cùm *minerales*, tùm *vegetabiles*, quæ ipsis imbuuntur, pro ratione majoris vel minoris quantitatis additæ, figunt & ligant quodammodo; Atque eò fit, ut ipse nativas ac genuinas suas virtutes minùs, quàm aliàs, ubi liberæ sunt, nec peregrinis additamentis præpeditæ exterere possint. Hoc modo autem non rarò in Extractionibus *rerum catharticarum*, ingentem jacturam facimus sumptum & laborum; nam quòd exigua quantitas alias præstaret rei alicujus, levi negotio & exiguo precio habendæ, id tali modo præparatæ, majoribusque sumptibus acquisitæ, satis magna *dosis* vix effecerit. Ob id etiam *dosis* talium rerum fixatarum interdum in duplo, triplo, vel quadruplo nonnunquam augenda est, prout plùs minusvé de *liquoribus acidis* supradictis ipsis admixtum fuerit. Experiundi evidens exemplum hujus rei, nobis suppeditat præsens *Extractum Gummi Gamandræ*, ut opus non sit exempla aliunde petere, & multis rem exaggerare. Præstaret itaque meo judicio, *cathartica* in viribus suis & effectibus illis, ad quos à naturâ destinata sunt, non impedire, vel etiam (uti communiter fit,) destruere, sed potiùs purum ab impuro separare, & heterogenea sequestrare, quæ demùm vera esset correctio. Et cùm tantoperè non arrideat *Extracti hujus è Gummi Gamandræ* à *Mynsichtio* tradita præparatio, idcircò binas alias addere libuit, quarum prima simpliciſſimè saltem, ad mentem nostram facta, easdem ne dicam majores taliter paratum *Extractum* virtutes habebit, etiam in minori dosi adhibitum; Altera verò ad mentem Authoris, concinnior tamen, tradita est. Utpote:

℞. *Gummi Gamandræ* ℥ j, *plùs minusvé.*

Extra-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 261 sur 955

Extrahatur vel diſſolvatur cum *ſpiritu vini*, vel, ſi libet, *Iuniperino*, aut *Granorum Actes*, quouſque totum *Gummi* extractum vel diſſolutum ſit: *Tinctura* mediante filtratione, per chartam emporeticam a fæcibus liberata, ad quartæ partis remanentiam abſtrahatur; *Reſina* a liquore reſiduo ſeparetur, lavetur, & in leni calore exſiccata, ſervetur uſui. Atque hæc ſimplex præparatio, quâ purum ab impuro ſegregatur, ſine ulteriori alterius rei admiſtione, ad uſum medicum ſufficere poſſet; Si quis tamen eâ ipsâ contentus eſſe nolit, is ulterius procedat, & ad mentem Authoris recipiat

Florum Roſarum rub. ℥ j,
Santali rubri ʒ ij,

Quibus ſuperaffundatur *ſpiritus vini*, vel *Granorum Actes* ℔ j.
Spiritus Vitrioli ʒ j,

Fiatque in leni calore extractio, & colatura, quæ tinctura ad dimidias circiter abſtrahatur, *remanente verò eſſentiâ acidâ*, humectetur vel inſuccetur ſæpius

Reſinæ Gummi Gamandræ ſimpliciter ad modum ſuperiùs traditum, paratæ, ℥ j,

Quæ denique leni calore cinerum iterum exſiccata pulveriſataque, ad ſuos uſus aſſervetur.

EXTRACTUM HOLAGOGUM.

ANDERNACI.

℞. Specierum Diambræ unciam unam ſemis,
Spiritus Vini libras duas ſemis,
Aquæ Cinamomi libram unam.

Macerentur ſimul per dies aliquot in vaſe probè oblito, ne quid expiret: inde verò fæcibus in fundo relictis, liquor omnis ſequentibus ſpeciebus affundatur:

℞. Colocynthidis drachmas ſex,
Turbith albi drachm. ſeptem,
Agarici albi & optimi drachmas quatuor,
Veratri nigri drachmas tres,
Eupatorii Meſue,
Foliorum Senæ ana drachm. quinque ſemis,
Diagrydii drachmas quinque,
Rhabarbari electiſſimi drachmas ſeptem.

Omnia inciſa macerentur in liquore ſupradicto diebus quatuordecim, deinde ſacculo lineo injecta, ſub prælo exprimantur. Liquor excolatus in ampullam imponitur, ac in balneo humiditas extillatur, donec id quod in fundo ſubeſt, Syrupi acquirat ſpiſſitudinem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 262 sur 955

Tunc in hoc Aloës præparatæ, rursusque in pulverem redactæ, drachmæ decem resolvantur, simulque agitando uniantur, quoad crassamentum mellis instar appareat.

GEnerale est medicamentum, cunctos in universum humores valenter à remotis partibus evocans ac expurgans; febribus tamen continuis, ac morbis acutis haudquaquam securum.

ALoës sic præparatur. Accipe Aloës optimæ libram unam, Aceti rosacei partes duas, aquæ Rosarum odoratissimæ partem unam. Amborum horum liquorum hac proportione junctorum, sumatur quantum satis est. Bulliant simul bis, vel ter, colenturque ac exprimantur, & id quod percolatum est, lento igne rudiculâ semper agitando, coquatur ad pristinam Aloës spissitudinem, ac usui reservetur.

ANIMADVERSIONES.

QUæ de *speciebus Diambræ* jam superiùs in *Animadversionibus Extracti Diacarthami* dicta sunt, hûc quoque meritò referri debent: Nam quid opus est tantam dictarum *specierum pretiosarum* facere jacturam, cùm illæ nec quicquam *cathartica fortiora* corrigere, nec violentiam eorundem retundere, vel directè infringere valeant, nisi fortè indirectè aliquantum præstare possint; nimirum quatenus inprimis prohibent, ne *spiritus vini* à dictis *speciebus* sufficienter imbutus, consequenter ad ulteriorem & quidem plenariam *specierum catharticarum* extractionem quodammodo debilis vel inhabilis reddatur: Secundò, quòd *extractum hoc catharticum*, ratione partium crassiorum ac terrestrium *specierum aromaticarum* (nam subtiliores & penetrantissimæ earum partes, unà cum *spiritu vini* in abstractione *Extracti* avolant,) in sua quantitate manifestè augeatur, ac ob id ejus *dosis* postmodum augenda sit. Vellem proinde, ut paululum in mentem revocarent, quæ in præcedentibus *Animadversionibus super Extractum Agarici* annotârunt, quæque in subsequentibus *Extracti Hellebori nigri* innuunt: Cæterùm *libram unam aquæ Cinamomi* quod concernit, quæso, dicat mihi quis, in quem usum & ipsa addita sit? debet enim ad extremam guttulam usque in abstractione *Extracti*, ad debitam suam consistentiam exhalare, ut adeò nil quicquam de virtute vel *essentia Cinamomi*, aut *aquæ ejusdem spirituosæ & aromaticæ*, cum *Extracto* remaneat. Et quis tam stupidæ mentis est, qui asserere ausit, quòd *aquæ Cinamomi semel destillatæ spirituosa & aromatica essentia*, reiteratâ destillatione, cum *aliis speciebus* factâ, denuò non elevetur, sed iisdem quasi compacta remaneat? Igitur ne nimium iniqui simus in proximum, relinquamus has opiparas, ac nihilominùs inutiles correctiones, simplicissimâ & rationi magis conformi præparatione contenti, instituenda ad normam

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 263 sur 955

mam *Extracti Catholici superioris*, vel, si libet, juxta modum sequentem:

℞. *Deputatas huic Extracto species omnes (omissis tamen speciebus Diambræ,)*

Quas cum *spiritu vini* reiteratis recentis *spiritûs* affusionibus extrahe, extractionem filtra, & ultra remanentiam quartæ partis in M. B. abstrahe: Huic *liquori* restanti innatantem *resinam* separa, quam lotam ac leni calore exiccatam pulverisa; *Extractum verò liquidum residuum*, ad debitam spissam consistentiam evaporare permitte, cui propriam suam *resinam*, *amygdalis* aliquot contritam, pulverisatamque, pariter etiam *Aloën succotrinam*, vel ejus loco *Extractum Aloës* ex arte conjunge, & si opus, additâ particulâ *spiritûs vini rectificati*, in justæ consistentiæ *Extractum* redige. Quod ipsum si aromatizare velis, eidem aliquot guttulas *oleorum destillatorum*, *nonnullorum aromatum species diambra compositionem ingredientium*, adde.

EXTRACTUM MAROCOSTINUM MINDERERI.

℞. Gummi Ammoniaci selectissimi unciam unam semis, dissolve in unciis quatuor aceti scillitici,
Myrrhæ selectæ rubræ drachmas sex, dissolve in unciis duabus aceti rutacei,
Aloës succotrinæ libram unam, dissolve in libris duabus Muchari rosarum, & unciis sedecim succi Limonum,
Agarici trochiscati drachmas sex, irroretur drachmis duabus aquæ Cinamomi, dissolve in
Succi Apii,
Fœniculi,
Absinthii ana unciis tribus,
Rhabarbari selectissimi uncias tres: irroretur aquæ Cinamomi drachmis sex; dissolve in
Succi Cichorii,
Pimpinellæ,
Fumariæ ana unciis octo,
Croci orientalis unciam semis,
Costi Arabici drachmas sex,
Ligni Aloës optimi drachmas duas,
Mari veri unciam semis; Dissolvantur in succi Citri unciis quatuor, & aquæ rosarum quantitate sufficienti.

Misceantur omnia simul diligentissimè; ultimò adde
Aquarum Lupuli,
Borraginis,
Betonicæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 264 sur 955

Cardui Benedicti,
Agrimoniæ,
Ivæ arteticæ,
Centaurii minoris,
Roriſmarini,
Ceraſorum nigrorum ana uncias ſedecim, vel quantum ſatis.

Stent in infuſione probè tecta loco calente, vel in Balneo Mariæ rorido per triduum; poſtea per inclinationem ſeparentur, filtro diligenter transmittantur, ac cucurbitæ indantur, abſtrahaturque in balneo omnis humiditas, donec extracti ſpiſſitudo in fundo craſſioris mellis inſtar reſideat, quæ leniter poſtmodùm exili calore penitùs exſiccetur, ut in pilulas effingi queat: ſervetur pro uſu.

CVm præſtantiſſimum hoc excellentiſſimi Medicorum Aloëdarium, ad omnes univerſi corporis humani morbos tàm præſervandos quam curandos accommodatum, ab ipſo Auctore publicatum ſit & in omnium ferè manibus verſetur, ejuſdem virtutes hoc loco recenſere ſupervacaneum duximus.

ANIMADVERSIONES.

SPecioſa hujus *Extracti Marocoſtini* tot tantorumque virorum applauſu & ſuffragiis ſtipati, ipſius etiam Authoris peculiari Tractatu encomiaſtico, quem *Aloëdarium* nuncupavit, confirmati præparatio, me herclè magnifici aliquid primâ fronte polliceri videtur; quam tamen ſi quis intimiùs inſpexerit, & penſiculatè ruminaverit, apertè deprehendet, ipſam ne tantillum ſalis vel acuminis in ſe reconditam habere, tantoque viro, ex cujus cerebello profecta eſt, prorſus indignam eſſe. Namque primùm, quem in finem tot diverſæ *aquæ herbarum ſtillatitiæ* huic compoſitioni aſſignatæ ſunt, utpotè quæ necquicquam quâ corrigendo, quâ extrahendo præſtare poſſunt ampliùs, quàm *aqua aliqua ſimplex, aut pluvialis deſtillata*? Si quid enim ſpirituoſi *præfatæ aquæ ſtillatitiæ* à ſuis herbis contraxêre, illud, dum *Extractum* ad conſiſtentiam ſuam inſpiſſatur evaporare penitùs neceſsè eſt: Addo, quòd *aquæ deſtillatæ ſimplices*, qualeſcunque etiam illæ fuerint, ad extractiones *reſinoſarum rerum* ſint inhabiles. Secundò, *Gummi Ammoniacum*, & *Myrrha*, licet juxta modum ab Authore præſcriptum, *aceto* nonnihil diluantur, nihilominus tamen illa ipſa, affuſis ſuperioribus *aquis deſtillatis*, iterum præcipitantur, & vix quicquam ab iis diſſolvitur, quod verè diſſolutum dici mereatur, & per chartam emporeticam transeat. Tertiò, quantumvis etiam *Aloë* à *Mucharo roſarum* quodammodo diſſolvatur, addito tamen *ſucco Limonum*, & ipſa denuò plurimum præcipitabitur. Præterea neque *Agaricus trochiſcatus*, utpote qui *reſinoſus* eſt,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 265 sur 955

est, *succis expressis herbarum* perfectè extrahi potest: Insuper quid ex *ligno Aloës*, si genuinum illud sit & gummosum, *destillatæ aquæ* extrahere possunt, similiter etiam ex *Costo vero*? Quid particula illa *aquæ Cinamomi in Agarico & Rhabarbaro* corrigere poterit, si penitùs iterum exhalare debet? Et quomodo *Marum verum succo Citri & aquâ rosarum* dissolvi potest? Herba enim est extractioni, non dissolutioni apta; Utque verum fatear ac summatim dicam, quot ingredientia, tot crassos & absurdos etiam hæc *compositio* comprehendit errores. Ast ne in hisce excutiendis nimius sim, aliam illi substituam præparationem & magis concinnam, magisque efficacem, paratuque faciliorem. Nimirùm

℞. *Pro aquis destillatis ipsarum*
Herbarum vel florum Lupuli,
Betonicæ,
Borraginis,
Carduibenedicti,
Agrimoniæ,
Ivæ arthetica,
Centauri minor.
Rorismarini ana M ij,
Nucleorum cerasorum M j, vel ℥ ij:

Incisa & contusa crassiusculè, immittantur cucurbitæ vitreæ, quibus superaffundantur

Muchari rosarum ℔ ij,
Succor. Limonum vel Citri ℥ xx,
Apii,
Absinthii ana ℥ iij,
Cichorii,
Pimpinellæ,
Fumariæ ana ℥ viij,

Stent in loco calido horis 24, appositio capitello; postea destillentur ultra dimidias, prioris tamen *aquæ magis spirituosæ & odoriferæ ℥ iv* circiter, sigillatim asserventur, & *reliquæ, quæ sequitur, etiam separatim ad ℔ iij* circiter. Relictæ in fundo cucurbitæ *herbæ* exprimantur; expressum clarificetur, & ad consistentiam *Extracti* inspissetur: Si quoque volupe fuerit, poterunt *herbæ expressæ*, affusâ *aquâ recenti*, adhuc parùm coqui, ita enim quæ adhuc reliqua est virtus, penitùs ex ipsis elicietur; quam *extractionem secundam* cum *priori extractione* conjungere, & conjunctim inspissare fas erit. Tum

℞. *Gummi Ammoniaci ℥ j ß,*
Myrrhæ selectæ ℥ vj;

Quibus contusis, superaffundatur *spiritus vini rectificati q. s.* pro

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 266 sur 955

omnimoda ipsorum extractione, repetitis vicibus tamen, *Extractio filtrata* reservetur. Similiter sigillatim cum *spiritu vini* reiteratis vicibus affuso extrahe

Agarici trochiscati ℥ vj,
Rhabarbari selecti ℥ iij,
Croci Austriaci ℥ ß,
Costi Arabici ℥ vj,
Ligni Aloës opt. ℥ ij,
Mari veri ℥ ß,

Extractio pariter filtrata asservetur: Postremò seorsim etiam *Aloës* ℔ j *superiori aquâ secundâ per destillationem ex enumeratis herbis prolectâ*, extrahe vel dissolve, (poterunt etiam, si totaliter *Aloë* à prædicta *aqua* non dissolvatur, quæ supersunt ejus reliquiæ *unâ* vel *alterâ libra spiritus vini* ulteriùs dissolvi,) & colaturam in M. B. ferè ad siccit item usque abstrahe. Cui *Extracto Aloës*, propemodum exsiccato, adde

Extractionem adhuc liquidam Gummi Ammoniaci & Myrrhæ,

Item

Extractionem liquidam Rhabarbari, Agarici, &c. separatim asservatam;

Nec non

Extractum, superiùs inspissatum ex herbis & succis;

Ac in M. B. destillando abstrahe vel evoca *spirituosam humiditatem totam*, donec omnia probè unita, Extracti acquirant consistentiam, quam expetis; Hanc *massam*, si lubet, aliquot guttulis *olei cinamomi & rosarum*, loco *aquæ cinamomi*, quæ alioquin addenda fuisset, aromatizare, sicque ad usum reponere poteris.

Nota; *Aquæ illius spirituosæ superiùs asservatæ* aliquot unciæ, possunt pro humectatione *massæ*, quoties *pilulæ* ex ea formari debent, adhiberi, & hunc in usum sigillatim asservari.

EXTRACTUM MELAMPODII,

Seu ELLEBORI NIGRI ejusdem Authoris.

℞. Radicum Ellebori nigri mundatarum quantum volueris.

Macerentur in aquâ pluviali calente vase tecto: Hæc ubi per horas aliquot in infusione steterit, ac vires radicum prolectaverit, transcolata seorsim asservetur, & prioribus radicibus alia rursus aqua pluvia fervens affundatur, idque sic ter iteretur. Tandem omnis aqua vim radicum Ellebori habens, juncta ac diligenter colata ampullæ vitreæ indatur, extilleturque inde omnis humiditas, donec Extracti spissitudo mellis instar in fundo cucurbitæ resideat.

Melan-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 267 sur 955

Melancholicum succum, & alios humores adustos solutu contumaces potenter evacuat, elephantiasi, lepræ, scabiei, arquato, aquæ intercuti, epilepsiæ, ac aliis id genus affectibus opem fert; vermes necat, & animalia in ventre nata propellit: morbis inveteratis ac chronicis, qui levioribus pharmacis non cedunt, medicamentum auxiliare.

NOnnulli ad Extractum hoc parandum aquam Anisi recipiunt, alii alia addunt corrigentia. Nos simpliciſſimo hoc perſæpe contenti fuimus, quando Ellebori malitiam, Aromatum pro ejus correctione ſibi jungi ſolitorum admixtione augeri ac fortificari, purgantemque ejus exorbitantem vim ab his ipſis intendi notavimus. Alias autem deſcriptiones aut modos Ellebori extrahendi qui ſcire voluerit, *Quercetanum, Weckerum, Heurnium,* & alios conſulat.

ANIMADVERSIONES.

SI extractio rerum ſit veluti puri ab impuro ſegregatio, convenit etiam, ut hujus *radicis Extractum* paulò accuratius fiat. Laudo autem in ipſius præparatione inprimis, quòd *aquâ ſimplici pluviali*, pro cruda *radicum* extractione contenti ſint, rejectis *aquis Aniſi*, & *aliorum aromatum*, pro fucata rerum correctione alioquin addi ſolitis, & jam antè à nobis exploſis. Ut autem *Extractum* hoc ſubtilius evadat & efficacius, extrahe illud, ita juxta modum præſcriptum, *aqua ſimplici* paratum, adhuc ſemel *ſpiritu vini rectificato*, quouſque *ſpiritus* colore rubro tingatur; Videbis enim magnam prioris extractionis partem fæculentam à *ſpiritu vini* intactam relinqui nec diſſolvi, quâ proinde rejectâ, hanc *ſpiritu vini* denuò paratam extractionem filtratam in M. B. abſtrahendo, redige in formam *extracti* juſtæ conſiſtentiæ.

Quercetani præparatio, ceu nimis intricata & prolixa, tædio afficit Lectorem, ne dum Pharmacopœum, cui ad ejuſdem modum *Extractum hoc* elaborandum eſt. Neque veriſimile ſit, quòd juxta ipſius aſſertionem in *ſale Hellebori fixo* (quem ex fæcibus *radicum extractarum* igne reverberii ſecundum artem in cinerem redactis, parare jubet,) *præcipua Hellebori vis purgatrix* reſideat, quin hoc ipſum pro commento habendum eſſe cenſeam: Etenim ex *centum libris radicum Hellebori* vix *unam atque alteram unciam ſalis fixi* per incinerationem elicere poteris, & conſequenter ex *libra una* vix *ſcrupulum dimidium*, hinc inde in præparatione vaſorum lateribus adhærentem; careretne itaque *Extractum Hellebori nigri*, omni vi cathartica, prædicto ſuo *ſale fixo* (quod inſuper inſtar *ſalium fixorum omnium* non cathartica, ſed diuretica virtute præditum;) deſtitutum? neutiquam.

Nota; quòd in decoctione *radicum Hellebori* cum *aqua ſimplici*,

ſi in Alembico illa fiat, *aquæ* tranſeat, acrimoniâ manifeſtâ imbura, cujus uſus adhuc me latet; Id ſaltem hâc *Animadverſione* in præſens innuere volui, quòd uti ſuperiùs dictum, parùm *ſalis fixi* ex hiſce *radicibus* elici poſſit, forſitan *ſalem* contineant *volatilem* & *acrem* in illarum decoctione pereuntem. Exiſtimem igitur, radicibus ipſis contuſis, vel in pulverem redactis, aut ſaltem in vino infuſis, Medicos plus præſtare poſſe, quàm iiſdem multoties decoctis vel extractis; Aſt cuique hâc de re liberum ſuum relinquo judicium, ac anſam tantummodò præbeo ulterius inquirendi. Multoties enim fit, ut noſtris nimiùm artificioſis & laborioſis præparationibus ſubjectum, vel medicamentum aliquod per ſe ſatis efficax, virtutibus ſuis privemus potiùs, quàm ut illud exaltemus. Poſſet itaque ſi alicui ita voluntas eſſet, *eſſentia liquida* ex illis ipſis *radicibus* parari ad modum ſequentem, in *Animadverſionibus* ſuper *Extractum* ſequens edoctum; neque enim dubito, quin ipſa ſingulares editura ſit operationes, præſertim ſi *vino*, vel *menſtruo* aliquo appropriato conficeretur.

EXTRACTUM DIAPÆONIAS
D. D. MINDERERI.

℞. Radicum & ſeminum Pæoniæ excorticatorum ana unciam ſemis,
Oſtrutii;
Enulæ,
Zedoariæ ana drachmas duas,
Dictamni albi,
Calami Aromatici,
Corticum Citri ſiccatorum,
Seminis Dauci Cretici ana drachmam unam ſemis,
Apii,
Nucis Moſchatæ,
Radicis Doronici,
Caſtorei ana drachmam unam,
Specierum Diambræ incompletarum ſcrupulos duos,
Foliorum Rutæ ſiccorum,
Meliſſæ hortenſis ana manipulum ſemis,
Florum Liliorum convallium pugillos duos,
Viſci quercini drachm. unam ſemis,
Ungulæ alcis ſcrupulos duos,
Spiritûs vini rectificati quantum ſufficit.

Infundantur per triduum, vel quatriduum, vaſe vitreo probè clauſo, & ſtent ſimul in infuſione loco calente; poſtea colentur, ſed ſine forti expreſſione, quæ poſtmodùm in B. M. leni igne extilletur, uſque

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 269 sur 955

usque dum Extracti spissitudo justæ consistentiæ in fundo resideat, quæ in pilulas effingi possit.

Valet in affectibus uterinis & cerebri, maximè si hi complicati sunt ut sunt epilepsia ex utero, item in frigidis capitis morbis, qui sopores, catalepsin, epilepsiam, & apoplexiam causant; item in suffocatione uterina, vertigine ex utero, &c.

ANIMADVERSIONES.

SIngula propemodum (paucis exceptis) hujus *Extracti* ingredientia, balsamicum & aromaticum habent odorem & saporem, qui illis, dum tinctura ad *Extracti* vel *pilularum massa*, uti Author vult, consistentiam abstrahitur, ferè totaliter adimitur, atque unà cum *spiritu vini* evanescit in auras, relicto *Extracto spirituosa & balsamica suâ essentiâ* (in qua tamen, uti mea fert opinio, *cephalicorum & hystericorum medicamentorum* potissima virtus reposita est;) penitus orbato. Ne autem hoc fiat, suadeo ut potiùs loco *Extracti crassioris*, ex prædictis *speciebus nobilissimis essentiam liquidam* conficiamus, quæ imprægnata sit virtute earum intimiter penetrante, & nervosum omne genus egregiè roborante: Quæ commodiùs mè hunc in modum parari posset;

℞. *Species omnes & singulas huic Extracto deputatas:*

Quibus incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffunde *spiritûs vini rectificati* ℔ *j*, appositoque capitello & circumlitis juncturis, locentur in digestionem per unum vel alterum diem; postea in M. B. destillando, totus proliciatur *spiritus affusus*, qui *prolectus relictis in cucurbita speciebus*, denuò reaffundendus, & juncturis optimè clausis, uti antea, totus abstrahendus ac studiosè asservandus est. *Relictæ verò in cucurbita species recenti vini spiritu*, repetitis tamen vicibus superfusæ denuò extrahantur, quousque ab affuso *menstruo* tinctura manifestè eliciatur: Hæ ultimæ extractiones postea filtratæ in M. B. lento igne ad *Extracti* consistentiam spissam abstrahantur: Cui *Extracto inspissato libram illam superioris asservati spiritûs fragrantissimi* junge, & lenissimo calore digere, ut totum *Extractum* veluti dissolvatur, relictis paucis crassioribus fæcibus, quæ juxta artem separandæ sunt: Sic demùm habebis *essentiam cephalicam & hystericam efficacissimam*, omnes *aquas cephalicas & hystericas*, quocunque etiam magnifico & pomposo titulo insignitæ sint, multis parasangis superantem: Quam pro libitu ulteriùs *oleis nonnullis destillatis* aromatizare, aut *Syrupo de Cinamomo* ad nostrum modum confecto, edulcorare poteris.

EXTRACTUM PILULARUM.

Arthriticarum,

Au-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 270 sur 955

Aurearum,
Cochiarum,
Fœtidarum,
Fumariæ,
Sine quibus.

ANIMADVERSIONES.

POssent equidem enumerataruu *Pilularum Extracta* ſecundum *Animadverſiones* noſtras antecedentes *Extractorum Helagogi & Marocoſtini* parari, verùm ſuaderem, ut quilibet contentus eſſet *ipſarum Pilularum maſſis crudis*, præſertim *Arthriticarum*, *Aurearum*, *Cochiarum*, *Fœtidarum*, quarum *compoſitiones* multa ingrediuntur, quorum virtutes (quæ tamen meritò conſervandæ eſſent) in abſtractione *Extractorum* penitûs exhalant, niſi fortè lubido fuerit *ſpeciebus aromaticalibus* in extractione omiſſis, ultimò demum *Extractis jam confectis*, *olea earundem* pro aromatiſatione addere.

LAVDANVM OPIATVM.

℞. Opii Thebaici optimi uncias duas,
Succi radicum Hyoſcyami menſe Auguſto collectarum, expreſſi & inſpiſſati unciam unam.

Macerentur in ſufficienti quantitate aceti roſacei per quatriduum, deinde rurſus exiccentur:

His affunde ſpiritûs vini rectificati eam quantitatem, ut digitis tribus aut quatuor ſuperemineat, ſæpiùs in die, agitando: ubi ſic per octidnum loco calente infuſa ſteterint, per chartam diligenter transcolentur, & evocetur ſpiritus vini lege artis lento igne, ut in fundo vaſis craſſamentum remaneat; interim ex ſpecierum Diambræ completarum unciis duabus extrahatur cum ſpiritu vini tinctura, cujus tertia pars affundatur craſſamento dicto, ſtent in digeſtione per menſem, dum graveolentia Opii expiret, agitentur ſæpius, paulatim inſpiſſando, ubi ſpiritus vini maximâ ex parte exhalârit; ſenſim miſce & adde

Salis Coralliorum rubeorum,
Margaritarum,
Succini albi præparati ana ſcrupulos duos,
Eſſentiæ Croci Auſtriaci ſcrupulum unum,
Ligni Aloës reſinoſi drachmam ſemis:

Ubi ſic per triduum loco tepido ſteterint, addatur ſucceſſivè reliqua tinctura ſpecierum Diambræ, paulatimque lento igne exſiccando cogatur ad Extracti conſiſtentiam:

Hujus medietati adde
Moſchi Orientalis ſcrupulum ſemis,

Am-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 271 sur 955

Ambræ gryseæ grana septem.
Misce ad usum.
Alteram partem reserva sine Moscho & Ambra.

HOc *Divinum remedii genus, quod à laude meritò nomen accepit, ob effectus stupendos in mitigandis acutissimis totius corporis doloribus, etiamsi à variis varios præparationis modos sortitum sit, nos tamen ex probatissimis & optimis hinc inde studiosè collectis & examinatis conficiendi Laudani modis, huic novum & multâ jam experientiâ comprobatum, Pharmacopœia nostræ inserendum judicavimus, salvo tamen omnium melius forsitan nobis sentientium judicio, nostrique in posterum Laudani optati titulo publicavimus: quod tamen non nisi singulari solertiâ præparandum, & maximâ cum cautelâ ægris propinandum seriò monemus.*

HÆc Extractorum Classis meritò Pilularum Classem subsequitur, quoniam Extracta sæpiùs ex Pilulis, & vice versâ Pilulæ ex Extractis formantur & commiscentur. Et quamvis Antecessores nostri plurimùm venerandi, Balsamis artificialibus, salibus item ex vegetabilibus confectis, tum Metallicis medicamentis variis chymicè præparatis, in hac Classe locum dederint, quia tamen hoc tempore multò major usus eorundem apud nos invaluit, & omne punctum in verâ & legitimâ præparatione consistit, illorum numerum & verum parandi modum ad Mantissam Dispensatorii hujus nostri Hermeticam, cui propriè debetur, reservavimus.

ANIMADVERSIONES.

NEque hæc *Laudani* tantoperè laudati *confectio* suis caret difficultatibus, quarum potissimas ordine & succinctâ brevitate recensebo. Harum prima & omnium stupidissima est, quod *Opium* in *Aceto rosaceo* macerare, rursusque exsiccare, hinc illi *spiritum vini rectificatum* ad trium digitorum supereminentiam affundere, & ubi hic per quindecim dies infusum steterit, eundem denuò lento igne evocare, ut crassamentum in fundo remaneat, atque huic crassamento de novo *spiritum, speciebus Diambræ essentificatum*, superaffundere, iterumque exsiccare præcipiant. Nam præterquam quòd *Opii* cum *Aceto rosato* maceratio & resiccatio, vera & genuina ejus correctio non sit, (licet vis narcotica additione *liquorum acidorum* saltem tantillum infringatur,) sed illa potiùs, quàm in *Pilulis de Cynoglossa* annotavimus; stupiditatem etiam auget, quòd crassamenta & impuritates, quibus *Opium* quàm maximè scatet, neque in *prima maceratione* cum *aceto*, neque in *secunda infusione* cum *spiritu vini rectificato*, neque denique in *tertia digestione* cum *spiritu vini Diambrato*, per colaturam vel filtrationem separare ullo

ullo modo jusserint, in qua tamen segregatione puri ab impuro, maxima & potissima *Opii* posita est correctio & præparatio. Secundò, quid *spiritus vini Diambratus* communicare potest *Opio*, aut quid in ipso corrigere, cùm in abstractione vel inspissatione *Laudani*, una cum graveolentia *Opii* ejus balsamica fragrantia omnino exspiret & exhalet, relicta particulâ extracti inutilis, *dosin* saltem *Laudani* postmodum augente? de quo jam dum superius in *Animadversionibus Extracti Diacarthami* & *Holagogi* conquesti sumus. Ut nil dicam de *succo Hyoscyami inspissato*, huic *Laudano* addito, quem meo judicio longe consultius esset omittere, cùm experientia toties comprobaverit, illum non adeò prudenter *Laudano* fuisse permixtum, & infelici successu pluriumque ægrotantium damno, in multorum celebrium Medicorum infamiam cessisse. Præstaret autem ejus loco quantitatem *Opii benè correcti* auctam substituere, & *Laudani* hujus præparationem instituere juxta modum nostrum sequentem, in quo ne latum unguem ab ingredientium serie recedo, nisi quod *Mumiam*, tanquam rem inutilem ac nocivam, & dictum *succum Hyoscyami* omittam, ejusque loco ipsum *Opium*, & vice *specierum Diambræ jam paratarum*, *ipsamet earundem ingredientia*, vel in substantia, vel eorundem *olea destillata* in quantitate huic *Laudano* proportionatâ substituam; utpotè,

℞. *Radicum Doronici*,
Galangæ ana ℥ j ß,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris ana ℥ ß,
Zinziberis ℈ ij gr. v,
Croci ℥ j,
Santali Citrini,
Piperis longi ana ℥ j.

Quibus contusis superfundantur *spiritus vini rectificati* ℔ iij plus minusve; digerantur aliquandiu, postea *spiritus tinctus* per filtrationem separatus, asservetur; jam ulteriùs.

℞. *Opii Thebaici* ℥ iij,

Quod frustulatim conscissum & præparatum, uti in *Animadversionibus super Pilulas de Cynoglossa* edocuimus, extrahe cum *spiritu vini superiùs asservato*, & aliquot *specierum Diambræ*, item *Croci essentiis* imbuto; *Extractionem* post unius alteriusvè diei digestionem per filtrum separa, *novumque relicto Opio spiritum* superaffunde, ut tota ejusdem essentia eliciatur. Relictum ab *Opio* sufficienter extracto, crassamentum inutile rejice, & *extractiones* omnes in M. B. ad *Extracti* spissioris consistentiam abstrahe; cui adde

Salis Corallorum,
Margaritarum,

Suc-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 273 sur 955

Succini albi præparati ana ℈ ij',
Ligni Aloes opt. gummosi pulverisati ℥ j,
Pulv. Cardamomi minoris ℥ ß,
Cassiæ lignea veræ ℥ j ß,
Ambræ in oleis subsequentibus solutæ ℥ ß, *gr.* iij ß,
Moschi in particula aquæ Cinamomi solut. gr. xxv.
Oleor. stillat. Cinamomi ℈ ß,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschat. ana ℈ j.

Misce, fiat *Laudanum Opiatum*, omnibus ingredientium virtutibus, quantum fieri potuit, imprægnatum.

Nota: Posset etiam portio aliqua hujus *Laudani* absque *Moscho* & *Ambra* præparari, & pro iis asservari, qui ipsa ferre nequeunt.

EXTRACTUM MELANAGOGUM
QUERCETANI

℞. Folliculorum Senæ uncias sex,
Radicum Ellebori nigri præparati uncias duas,
Turbith,
Myrobalanorum omnium ana unciam unam semis,
Trochiscorum Alhandali drachmas sex,
Florum Violarum,
Rosarum rubearum,
Epithymi ana pugillos duos,
Specier. Lætificantis Galeni drachmas duas,
Succorum optimè depuratorum
Fumariæ,
Pomorum redolentium,
Sere lactis ana quantum satis est.

Incisæ & contusæ species supradictæ, lege artis in succis & liquoribus jam dictis macerentur, & digerantur in balneo per octiduum: postea colentur, exprimantur, depurentur, ac in Extractum reducantur.

ATram bilem, ac salsos, adustos & retorridos humores evocat, psoræ, scabiei, ac elephantiasi medetur.

ANIMADVERSIONES.

SI *resinam*, quam aliàs *Turbith*, *spiritu vini* Extractum præbet, non desideras, *Extractum* hoc modo præscriptum, *indigitati menstruo* parare poteris; pro *specierum lætificantis Galeni drachmis duabus*, (si præparatas & pulverisatas accipere nolles, vel si paratæ

ratæ in Officinis non proſtarent) accipiatur ſingulorum ingredientium dictæ *compoſitionis Latificantis, trigeſima ſecunda pars*, vel pro qualibet *drachma una* eorundem *grana duo* circiter.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Specierum Diambræ unciam unam ſemis.

Macerentur in ſpiritûs vini libris quinque, commiſſuris vaſis arctiſſimè clauſis per dies quatuordecim, materiam hanc ſubinde agitando; tunc ubi ſpiritus vini rubicundiſſimus evaſerit, à ſpeciebus jam dictis ſeparetur, ſuperfundaturque ſequentibus;

℞. Scammonii recentis unciam ſemis,
Rhabarbari electi,
Seminis Ebuli ana drachm. tres,
Colocynthidos drachmas quinque,
Agarici optimi drachmas tres ſemis,
Turbith albi,
Hermodactylorum ana drachmas duas ſemis,
Veratri nigri drachmas duas,
Foliorum Senæ unciam unam.

Stent ſimul in infuſione loco tepente vel calido per dies decem, poſtea colentur & exprimantur, ac in expreſſo diſſolve Aloës ſoccotrinæ drachmas duodecim, & prælo exprime: expreſſum rurſus per triduum in Balneo Mariæ macera: deinde liquorem exhala, ut mellis craſſitudinem Extracti ſpiſſitudo in fundo reſidens adipiſcatur.

OMnes in univerſum humores expurgat, ac è longinquis partibus potenter educit.

ANIMADVERSIONES.

QUæ de *ſpeciebus Diambræ*, hoc *Extractum* in ſatis larga quantitate ingredientibus dicenda eſſent, jam ante in ſuperioribus annotatis, præſertim ſuper *Extractum Diacarthami* & *Holagogi* ſufficienter dicta ſunt. Ne itaque memorem immemorem faciamus Lectorem, ipſum eò relegamus. Cæterum operæ precium foret, ut *Reſinæ*, quas *Scammonium*, *Agaricus* & *Turbith* præbent, exactè, prout in præcedentibus etiam innuimus, maximè verò in *Animadverſionibus ſuper Extractum Aloës & Diacarthami*, &c. huic *Extracto* commiſcerentur. Reiteratâ affuſione *ſpiritûs vini* hîc opus eſſe, ex antecedentibus ſatis etiam pateſcit, propterea benevolus Lector illa pro libitu revolvere poterit.

EX-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 275 sur 955

EXTRACTUM PHLEGMAGOGUM QUERCETANI.

℞. Agarici trochiſcati uncias quatuor,
Hermodactylorum,
Turbith,
Senæ,
Medullæ Carthami ana uncias tres,
Rad. Eſulæ præparatæ unciam unam,
Trochiſcorum Alhandali unciam ſemis,
Salis Gemmæ,
Macis ana drachmam unam ſemis,
Specierum Aromatici roſati drachmas duas,
Cum aquâ Cinamomi fiat Extractum.

Morbis omnibus pituitoſis, & à frigidis humoribus ortis convenit, hydropicos, arthriticos, podagricos, & epilepticos juvat.

OB quam cauſam in fine hujus Claſſis Balſami artificiales cum ſalibus omiſſi, & in Claſſem præparatorum reſervati fuerint, Benevolus Lector paginam antecedentem conſulat.

ANIMADVERSIONES.

QUid quantumque *aqua Cinamomi*, quâ extrahendo, quâ corrigendo in *Extractis medicamentorum purgantium* poſſit, jam ſuperiùs in *Animadverſionibus Extracti Holagogi* indigitavimus. Si itaque cuipiam tanta copia *aquæ Cinamomi* ſuperſit, & *Extractum hoc Phlegmagogum*, *Turbith*, & *Agarici reſinâ* deſtitutum eſſe velit, per me licet, ut præparationem ejus ſecundum modum præſcriptum inſtituat; Minùs tamen efficax *Extractum* erit, ac longè debilius, quàm ſi cum *ſpiritu vini* extractio peracta eſſet, nec tamen propter *aquam Cinamomi* omiſſam minùs correctum. *Species* etiam *aromatici roſati*, quàm eximiam virtutem huic *Extracto* addere, quidvé corrigere in ipſo poſſint, ex præcedentibus *Extractis*, quorum compoſitionem *ſpecies Diambræ* ingrediuntur, facilè colligi poteſt. Si quis autem huic *Extracto* dictas *ſpecies* addere vellet, iſtæ autem præparatæ non proſtarent, is ſingula ingredientia *aromatici roſati*, prout in hoc Diſpenſatorio extat. in debito pondere, & quidem eorundem *vigeſimam quartam partem*, pro qualibet ſcilicet *uncia una*, *ſcrupulum unum*; & pro quavis *drachma una*, *grana tria*, huic extractioni recenter addere poſſet.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 276 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS VIII.

Continens

SERIEM DECOCTORUM ET INFUSIONUM.

DECOCTI *nomine in hac* Classe *varia occurrunt. Nimirùm* primò *& quidem abusivè* species ipsæ compositæ, *ex radicibus, herbis, floribus, &c. crassiusculè incisis & contusis (ex quibus alioquin* decocta *parari debent) quæ in usum hunc jam paratæ, plerumque in Officinis prostant.* Decoctiones itidem, ex præfatis speciebus cum aquâ, vino, aut hydromelle, succis, sero lactis, &c. *factæ & clarificatæ, pro vehiculis ut plurimùm aliorum medicamentorum inventæ: interdum etiam per se adhiberi solitæ.* Infusiones etiam ex similibus speciebus & liquoribus *ad eundem usum paratæ: Nec non* Hydromella, cùm purgantia, tùm roborantia; *& tandem etiam* Potus Hippocratici ex meris speciebus aromaticis & vino *parati, ut plurimùm ob saporis gratiam, uti & ventriculum spiritusque vitales restaurandos adinventi.*

DECOCTUM APERITIVUM Majus.

℞. Endiviæ,
Cichorii,
Fumiterræ ana manipulum unum,
Eupatorii,
Borraginis,
Buglossæ,
Cuscutæ,
Scolopendrii veri ana manipulum semis,
Glycyrrhizæ rasæ,
Rad. Fœniculi,
Apii,

Petro-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 277 sur 955

Petroſelini,
Paſſularum ana unciam ſemis,
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana drachmas duas,
Comarum Thymi,
Epithymi ana drachmam unam ſemis,
Cort. Tamariſci.
Capparum ana drachmas duas,
Foliorum Senæ uncias duas,
Polypodii quercini unciam unam,
Agarici electi unciam ſemis.

Incidenda incidantur, & quæ contundi debent, craſſiuſculè terantur, & miſceantur omnia ſimul, ac uſui ſerventur.

Decocta Officinis plurimum ſunt conſueta; etenim ad Medicamenta tam lenientia quàm purgantia diſſolvenda, utplurimum expetuntur, præſertim ubi liquoribus ſtillatitiis uti non libet. Aperitivo hoc porrò in viſcerum obſtructionibus & contumacibus eorundem affectibus utimur: diuturnos enim jecoris, lienis, & venarum meſaraicarum infarctus permeat ac expedit, ictero & febribus antiquis, nec non hydropi opportunum.

ANIMADVERSIONES.

NOn eſt, ut in hoc & ſimilibus *decoctis* vel *ſpeciebus pro decoctionibus* præparandis diù moremur, cùm unusquiſque, qui vel hodiè artem pharmaceuticam auſpicatus eſt, has & ſimiles *ſpecies* præparare, incidere & contundere queat, tranſeamus ergo ad alia.

DECOCTVM APERITIVUM
Majus Cum Rhabarbaro.

℞. Specier. decocti aperitivi majoris & minoris ana uncias tres. Decoquantur in aquæ libris ſex ad conſumptionem duarum librarum. Colaturæ fervidæ infunde

Rhabarbari electi unciam ſemis,
Cinamomi drachmas duas,
Salis Gemmæ ſcrupulum unum,
Spicæ Indicæ ſcrupulos duos,
Specierum Diarhodon Abbatis ſcrupulos quatuor,
Sacchari uncias duodecim.
Miſceantur pro uſu.

Priore longè efficacius: ad contumaces & inveteratas oppilationes adhibetur: hydropi, morbisque frigidis, præſertim pituitoſis, aut ex bile mixtâ natis confert.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 278 sur 955

HOc decoctum planè apud nos in usu esse desiit, quibus infusiones particulares, pro re nata, in quotidiano usu magis receptæ existunt.

ANIMADVERSIONES.

PLurima, de hoc inconcinni & ridiculè consarcinato *decocto* dicenda essent, sed cùm usus ejus, uti ipsimet in *Animadversione sua* asserunt, jam evilverit, judicium meum de ipso suspendam, & cuicunque, qui *Animadversiones* antecedentium studiosè perlegerit, relinquam, ac ulteriùs progrediar.

DECOCTVM APERITIVUM, LENITIVUM MINUS.

℞. Herb. Agrimoniæ,
Lupulorum,
Cichorii,
Cuscutæ,
Betonicæ,
Ceterach,
Endiviæ,
Fumiterræ ana uncias duas,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroselini,
Acori,
Glycyrrhizæ ana uncias quatuor,
Asari unciam semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana unciam unam,
Polypodii quercini uncias duodecim,
Prunorum Damascenorum,
Ficuum pinguium ana numero triginta duo,
Passularum uncias quatuor,
Senæ Alexand. unciam unam,
Flor. Borraginis,
Buglossæ,
Violarum,
Rosarum rubearum ana unciam unam.
Incidantur & contundantur, ac misceantur omnia simul.

OMnes in universam humores ad expulsionem præparat: incidit enim, tenuat, concoquit, aperit & abstergit; capiti, pectori, ventriculo, jecori, nec non lieni familiare.

Pro

PRo Acoro Calamum aromaticum ſumendum eſſe cenſemus: Paluſtris enim alter, ſeu vulgaris plus adſtrictionis quàm apertionis habet.

QVoniam non tantùm in hoc, nobis quidem familiariſſimo decocto, verùm etiam in aliis numerus Prunorum nimis exiguus ponitur, ita ut unicæ doſi vix medietas unius Pruni *tribuatur, proinde unicuique doſi decocti Prunorum numero tria vel quatuor addere, vel pro majore laxandi facultate, etiam duas vel tres foliorum Senæ mundatorum drachmas, in ultimam ebullitionem injicere hactenus ſoliti ſumus.*

ANIMADVERSIONES.

ANimadverſio Authorum ſuper hoc *decoctum* quoad *Prunorum & foliorum Senæ* quantitatem augendam, non adeò conveniens mihi videtur, eò, quòd *Pruna* ſaltem *decoctum*, quod alias à reliquis ingredientibus in decoctione ſatis craſſum viſcidumque evadet, adhuc craſſius efficiant ac ineptum, quò minùs *vis cathartica foliorum Senæ*, ſive eorum quæ antea *ſpeciebus decocti* addita, ſive quæ *ſingulis doſibus* addi debent, elici vel extrahi poſſit, quod ipſe effectus demonſtrat: Nam ℥ *ij foliorum Senæ*, ſi ſaltem *ſolo vino puro*, nec aliis antea *ſpeciebus* imbuto *in tribus circiter unciis* ejuſdem infuſæ ſteterint, *cathartícum* præbent ſatis efficax; E contrà verò hoc decoctum ex farragine tot ingredientium conflatum, ſecundùm eorum attributa, humores ſolummodò incidere, concoquere, & ad expulſionem præparare debet. Hinc jam manifeſtum fit, cur ſæpènumero tanta purgantium quantitas, ex quibus quatuor vel plures *doſis* ſufficientes parari poſſent, vix illud præſtet, quod aliàs exigua ſæpè eorundem quantitas legitimè infuſa, imò interdum vix ac ne vix quidem, aut omninò leviter ſaltem alvum ſubducat, quod ſanè ob nullam aliam cauſam contingit, quàm quòd *decocta* vel *infuſiones*, nimiâ quantitate *ſpecierum decoquendarum* graventur; quibus extrahendis impoſſibile eſt, ut liquor deſtinatus par eſſe poſſit. Memores proinde ſint Medicorum plurimi, noſtri aliquoties jam in ſuperioribus traditi moniti, quòd *nullum recipiens recipiat, vel recipere poſſit ultrà modum ſuæ receptivitatis*. Quam regulam ſi probè obſervarent, multò leviori negotio ægrotorum corpora peccantium humorum ſaburrâ ſublevarent, nec eorundem crumenam tantoperè laxarent & exinanirent.

DECOCTVM CAPILLORVM VENERIS MESUE.

℞. Capillorum Veneris unciam unam ſemis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 280 sur 955

Summitatum Fumiterræ,
Lupuli,
Violarum ficcat. ana unciam unam,
Prun. Hiſpan. aut Damaſcen. numero quadraginta,
Sebeſtes numero decem,
Jujub. numero viginti,

Coquantur in libris tribus aquæ lento igne ad conſumptionem duarum librarum:

Infunde tandem
Pulpæ Caſſiæ fiſtulæ uncias tres,
Tamarindorum uncias duas,
Rhabarbari optimi drachmas tres.

Frigidum manibus frica, frigefactum cola, & repone.

Bilis flavæ ardorem compeſcit, ſanguinem purificat, ejuſdemque fervorem attemperat.

ANIMADVERSIONES.

EQuidem muneris mei nunc eſſet, hujus *decocti* aut nauſeoſi Embammatis potiùs, præparationem & correctionem tradere: Præſtat autem tacere, quam de inſulſa *hac compoſitione*, quam vel unusquiſque Pharmacopœorum diſcipulus pro ludibrio habet, multa diſſerere. Et quæſo, Lector benevole, perpendas ſaltem, quàm oculis & ori gratum & jucundum, quàm ſtomacho & ventri acceptum & delicatum effeceris pulmentum, ſi ad præſcriptam formulam *decocti craſſi & ferè mucilaginoſi libræ uni*, *Pulpæ Caſſiæ fiſtulæ* ℥ iij, *Pulpæ Tamarindorum* ℥ ij, *& Rhabarbari optimi* ℥ iij, addideris, præſertim ſi hæc ipſa frigida, uti jubent, manibus fricata probè commiſcueris, & in pultem ſimilem illi, quâ porci ſaginari ſolent, ſecundùm artem redegeris: Proh quàm non invidendæ dapes!

DECOCTVM CARMINATIVUM.

℞. Sem. Aniſi,
Dauci,
Cumini,
Carui,
Fœniculi ana drachmas tres,
Glycyrrhizæ unciam ſemis,
Florum Chamæmeli manipulum ſemis,
Paſſularum unciam unam ſemis,
Inciſa miſceantur.

Flatus

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 281 sur 955

Flatus potenter discutit. ob id colicos dolores mitigat. Inditur potissimum enematibus, ubi frigida pituita, aut crassi flatus negotium facessunt.

DECOCTUM EPITHYMI

Mesue.

℞. Myrobalanorum Indorum,
Stœchadis Arabicæ,
Passularum,
Epithymi ana unciam unam,
Myrobal. Chebulorum,
Fumiterræ ana drachmas quatuor,
Folliculorum Senæ unciam unam,
Polypodii quercini drachmas sex,
Turbith albi drachmas quatuor,
Eupatorii drachmas quinque,
Seri Caprini libras tres.

Bulliant omnia simul, præter Epithymum, ad consumptionem duarum librarum; tunc adde Epithymum, & semel ferve fac: tolle ab igne, & adde

Ellebori nigri drachmam unam,
Agarici scrupulum unum semis,
Salis Indi drachmam unam semis.

Stent per horas octo, vel decem macerata, facta deinde optimâ expressione, colentur.

Bilem atram ac pituitam salsam vacuat, ob id affectibus melancholicis, ut cancro, elephantiasi, ac fœdæ scabiei medetur.

DECOCTUM FLORUM

et Fructuum.

℞. Caricarum numero quinque,
Prun. Damascen. numero quindecim,
Jujub.
Sebestes ana numero viginti.
Tamarindorum unciam unam,
Florum Rosarum.
Violarum,
Borraginis,
Buglossæ ana drachmam unam,
Capillorum Veneris,
Lupulorum,
Endiviæ ana manipulum semis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 282 sur 955

Glycyrrhizæ drachmas duas.
Incidantur & contundantur pro uſu.

Moderatè refrigerat, lenit & humectat: cor, jecur, & pectus recreat, humores quoque ad commodam evacuationem apparat.

DECOCTUM FUMARIÆ

MESUE.

℞. Succi Cichorii,
Endiviæ,
Lupuli,
Borraginis ana uncias quatuor,
Fumiterræ uncias octo.
Quibus coctis & purgatis, adde
Myrobal. Citrinorum,
Indorum ana drachmas duas,
Paſſularum mundatarum unciam unam,
Tamarindorum uncias tres.
Coque iterum modicum, frica, cola, & ſerva.

Sanguinem à bile flavâ & aduſtis humoribus repurgat, hepatis obſtructiones aperit, ac inde natum icterum ſanat.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Paſſular. minor. mundat. unciam unam,
Sebeſten,
Jujub. ana numero quindecim,
Dactyl. numero ſex,
Caric. pingu. numero quatuor,
Hordei purgati unciam unam,
Glycyrrhizæ unciam ſemis,
Capillorum Veneris manipulum ſemis,
Hyſſopi drachmas duas.
Incidantur & miſceantur.

Pectoris vitiis, utpote catarrho, tuſſi, aſthmati, pleuritidi, & id genus aliis noxis pectus afficientibus utile exiſtit; thoracem lenit, & ab humoribus eidem impactis repurgat.

DECOCTUM SENÆ D. GEREONIS.

℞. Folliculorum Senæ unciam unam ſemis,
Foliorum Senæ unciam unam,

Zingi-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 283 sur 955

Zingiberis drachmam unam,
Seminis Anisi drachmas duas,
Florum Borraginis,
Violarum,
Rosarum rubearum,
Arantiorum ana drachmas duas,
Polypodii quercini unciam semis,
Passularum purgatarum uncias duas,
Sebesten,
Prun. ana numero duodecim,
Aquæ fontis libras quatuor.

Fiat decoctum secundum artem, ita ut Sena parùm ebulliat, & vas optimè obturatum, per sex horas dimittatur, deinde exprimatur.

Affectibus melancholicis, quartanis, cancro, lui venereæ, & similibus idoneum.

PLura alia decocta, utpote decoctum Eupatorii, Galli veteris, cujus in Colica usus est, Myrobalanorum, Stœchadis, Cephalicum item & Cordiale, qui nosse eorundemque usum inire voluerit, videat *Mesuæum*, *Andernacum*, *Iohannem Iacobum Weckerum in Antidotario speciali lib. 2. Florentinos*, & alios, explicatam horum doctrinam fusè tradentes. Nos usitatiora solùm ac magis consueta huc apposuimus, cætera namque ad prudentis cujuscunque Medici præscriptum quotidie parari poterunt.

INFUSUM SERI LACTIS

Mesue.

℞. Foliorum Rosarum recentium completarum mundatarum uncias duas,
Rhabarbari electi drachmas duas, grana duodecim,
Nardi Indicæ drachmam unam semis.

Rhabarbarum & Rosæ, similiter & Spica minutim incidantur, macerenturque per noctem in Seri lactis caprini libris duabus: deinde colentur, ac leviter exprimantur.

Sanguinem depurat, bilem quoque flavam, tenues & calidos ichores eidem admixtos clementer ac sine molestiâ educit, & erisypelata juvat.

INFUSUM ALIUD SERI

Lactis.

℞. Florum Borraginis,
Buglossæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 284 sur 955

Fumiterræ,
Epithymi ana manipulum ſemis,
Polypodii quercini drachmas ſex,
Fœniculi drachmas duas,
Folliculorum Senæ unciam ſemis,
Aquæ lactis libras tres.

Fiat decoctio ad tertiæ partis conſumptionem, & addantur
Mellis roſati unciæ duæ.

Adustos humores temperat & expellit, cutem à ſcabie ac prurigine mundificat.

INFUSUM HIERÆ MESUE.

℞. Hieræ ſimplicis,
Aloës ana drachmas quinque.

Macera decocto Epithymi ſuprascripto ad libram unam in vaſe vitreo, & inſola dies decem.

Ventriculum & caput expurgat, proinde amborum doloribus aſſiduis, ac hemicraniæ confert, nec non febribus antiquis, & morbis melancholicis auxilio eſt.

ANIMADVERSIONES.

In Decocta Carminativum, Epithymi Meſue, Florum & Fructuum, Fumariæ Meſue, Pectorale, Senæ D. Gereonis, Infuſum ſeri lactis Meſue, Infuſum ſeri lactis aliud, & Infuſum Hieræ Meſue.

PAuca, quoad præparandi modum, ventilatione digna circà haſce *compoſitiones* occurrunt, excepto unico, quod ad diſquiſitionem vocare libet. An nimirùm, ubi *decoctio ex diverſis ac pluribus ſpeciebus* fieri debet, *ſpecies ingredientes omnes & ſingulæ unà & ſimul coquendæ ſint, & quid priùs quidve poſterius. item quænam facilioris difficiliorisque coctiræ ſint?* Scio equidem tritum illum Pharmacopœorum præceptum, quòd primò *radices*, ſecundò *ſtipites*, tertiò *folia*, quartò *fructus*, quintò *ſemina*, ſextò *flores*, &c. (ſi hæc omnia uni compoſito ſimul deputata ſint) coctioni committi debeant. Verùm hæc generalis regula inſignem patitur exceptionem, ac omninò inſufficiens mihi videtur, cùm magna ſit diverſitas *radicum*, major *ſtipitum*, maxima *foliorum*, *florum*, *fructuum*, ac *ſeminum*, quæ enumeratorum non exigua varietas, hujus præcepti inſufficientiam apertè demonſtrat. Ego, ut hîc ſententiam meam exponam, exiſtimo illud primùm coquendum eſſe, quòd veluti *baſis eſt, & fundamentum totius compoſiti*, à quo nimirùm illud majores ſuas

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 285 sur 955

ſuas virtutes mutuari debet. Nam cùm tot tàmque diverſæ *ſpecies* extrahendæ vel decoquendæ, ut plurimùm pauco *liquori*, ſive is *aqua* ſit, ſive *ſerum*, vel etiam *Hydromel*, aut quid aliud ab Authoribus hujus Diſpenſatorii, vel horum compoſitionum, communiter parcè nimis deſtinentur: quodlibet autem *menſtruum* vel *liquor affuſus*, ultra ſuum poſſe, modumque ſuæ receptivitatis extrahere vel recipere nequeat, proindè remanent *ſpecies decoctæ* potioribus ſuis viribus adhuc turgidæ, parùmque exinanitæ, quibus ſi totaliter ſpoliari deberent, diverſis affuſionibus & decoctionibus opus foret. Cùm autem iterata illa *liquoris novi* ſuprà *ſpecies ſemel coctas* affuſio, neque à Medicis præcipiatur, neque communiter à Pharmacopœis fiat; itaque ſuaderem, ut *ſpecies*, quæ baſis veluti ſunt *decocti*, præſertim ſi *cathartica*, (non enim loquor hic de *Aromatibus* vel *odoriferis*, quæ alium modum efflagitant, quique clarè ſatis in *Animadverſionibus* noſtris ſuper præparationem *Extracti Diapæonias Mindereri* indigitatur) *ſpecies inodoræ* decoquendæ ſint, primò, *liquori extrahenti* injiciantur, & cum eo aliquandiu coquantur, donec earum *vis cathartica* vel quævis alia maximâ parte extracta ſit, tandem etiam reliquæ craſſiores *decocto deſtinatæ ſpecies* addantur, quæ veluti non primariò ſed ſecundariò *compoſitioni* inſunt, vel adduntur. Hujus rei exemplum exhibere poteſt *decoctum Epithymi*, & *decoctum Senæ*, quorum in illo *folia Senæ*, *Turbith*, *Helleborus niger*, *Agaricus*, & *Epithymum*, primò coquenda, reliqua autem deinde adjicienda ſunt. In hoc autem *folia* & *follicula Senæ*, & *Polypodium* priùs; ſecundò, *reliqua craſſiora*, & poſtremò demùm ſub finem coctionis *odoriferæ* & *flores*, utpotè *Aniſum*, *flores Roſarum* & *Arantiorum* immittenda ſunt. Sed quæris forſitan, quâ ratione multarum *ſpecierum* vires totaliter elici, & nihilominùs in exili quantitate *liquoris* aſſervari queant, ut eò jucundius patienti vel ægrotanti propinari poſſint? Habes Lector benevole exemplum hujus ſufficientiſſimum in *Animadverſionibus noſtris ſuper Extractum Diapæonias*, ſecundùm quod varias & ſimiles effingere poteris eſſentias, decocta, potiunculas, &c. ſi ſaltem quodammodò cognitione rerum inſtructus ſis, nec in decoctionibus ineptas, mucilaginoſas, & inter ſe repugnantes *ſpecies* conglomeres, ſed ſemper unitati quantum poſſibile eſt, ſtudeas.

HYDROMEL COMPOSITUM.

℞. Aquæ fontis libras viginti,
Mellis diſpumati libram unam,
Salviæ,
Origani ana pugillum ſemis,
Anili,
Coriandri ana drachmam unam,

Gly-

Glycyrrhizæ drachmas duas,
Cinamomi drachmam unam ſemis.
Bulliant ad conſumptionem quartæ partis & colentur.

ANIMADVERSIONES.

COnſtat hoc *Hydromel* ex ſolis *aromaticis* & *odoriferis ſpeciebus*, quarum fragrantia in aſſignata coctura ad quartæ partis conſumptionem totaliter expirat peritque: Suaderem igitur ut minori quantitate *aquæ affusâ*, digeſtioni vel fermentationi ſolùm committeretur, aut in cucurbita vitrea coctio perageretur, ut *humiditas illa fragrans*, quæ per Alembicum tranſit, relicto *Hydromelli* denuò jungi poſſet.

HYDROMEL PURGANS.

℞. Hydromellis menſuram unam, ſeu uncias triginta duas,
Caricarum pinguium numero octo,
Fol. Senæ electæ,
Polypodii quercini ana unciam ſemis,
Sem. Aniſi drachmam unam,
Cinamomi drachmam ſemis,
Zingiberis ſcrupulum unum.
Coquantur ad medias: colaturæ adde
Sacchari candi rubei uncias duas.
Miſce, ut artis eſt.

DAtur iis qui Medicamenta cætera reſpuunt, ac interim alvi levatione indigent. Eccoproticon felix pueris, ſenibus, ac iis quos ſedes remorantur, familiare, maximè cum aliquo Diagrydii ſtimulo addito.

ALiqui Aniſum & Zingiber omittunt, doſin Cinamomi duplicantes.

ANIMADVERSIONES.

EX *Animadverſionibus noſtris ſuperioribus* ſuper *decocta Carminativa*, *Epithymi*, &c. ubi quid priùs, quidque poſteriùs coquendum ſit, indigitavimus, hujus *Hydromellis* præparationem facili negotio haurire poteris. Neque etiam nocebit in memoriam revocare, quæ in proximè antecedentibus *Hydromellis compoſiti Animadverſionibus*, ratione adjectorum *Aromatum*, monuimus. Et ut paucis præparationem hujus *Hydromellis purgantis* comprehendamus, coque prius *folia Senæ* & *Polypodium*, poſtea adde *Caritas*, tùm *decoctum* cola & clarifica: In colaturâ hac clarificatâ infunde *Aniſum*, *Cinamomum*, *Zinziber*, factâque digeſtione vel ebul-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 287 sur 955

ebullitione, in cucurbita ſuo capitello munita, *infuſionem* denuò colatam uſui reſerva.

HYDROMEL LAXATIVUM TARTARISATUM ANTIMELANCHOLICUM.

℞. Atque pluvialis deſtillatæ libras decem,
Tartari albi optimè contuſi libram unam.
Coque ad caſum duarum tertiarum, poſtea adde
Foliorum Senæ mundatorum uncias quatuor,
Epithymi,
Polypodii quercini ana drachmas ſex,
Herbarum Scolopendrii,
Fumariæ,
Meliſſæ ana manipulum unum,
Florum Borraginis,
Violarum,
Geniſtæ,
Stœchados Arabicæ ana pugillos duos,
Seminum Aniſi,
Fœniculi ana drnchmam unam:
Coque iterum ſecundum artem: poſtea ubi refrixerunt, adde colaturæ
Mellis deſpumati libras duas,
Coque denuò leviter; ſub finem addendo
Salis nitri purgati drachmas ſex:
Tandem addito Fermenti pauxillo, ſtent in fermentatione loco calido, immittendo in petiâ
Foliorum Roriſmarini recentium pugillos duos,
Cinamomi interîoris acuti drachmam unam,
Galangæ drachmam ſemis.
Poſt fermentationem reponatur ad uſum.

Virtute ſingulari præditum eſt in humore melancholico & atrabilario præparando & evacuando, in obſtructionibus lienis, venarum item meſaraicarum, & exinde progenitâ melancholiâ hypochondriacâ.

ANIMADVERSIONES.

ANtecedentes *Animadverſiones* pro *Hydromellis hujus* dextrâ præparatione quidem ſufficerent, ſed libet clariùs eandem adhuc præſcribere; videlicet, *Tartarum* (cujus meo judicio uncia una vel altera ſufficeret, quia impoſſibile eſt, ut tanta quantitas *Tartari* in aſſignato liquore diſſolvi queat,) in aqua parũ coque; adde poſtea

postea *folia Sena*, quæ optimè percoque, ut virtus cathartica ipsorum extrahatur, & *decoctum* eadem sufficienter imbuatur; quibus optimè coctis, adde *reliquas radices, herbas, flores*, exceptis *seminibus & melissa*, & adhùc ampliùs coque; postea *decocto colato, & albumine ovorum clarificato*, adjunge *mel despumatum, semina Anisi, Fœniculi, Melissam, folia Rorismarini, Cinamomum, Galangam*, & *Sal nitrum*, quæ junctim denique addito *fermenti pauxillo* ad mentem Authoris, fermentationi committe, & peractâ fermentatione cola, usuique reserva.

POTUS HIPPOCRATICUS.

℞. Cinamomi unciam unam semis,
Zingiberis unciam semis,
Caryophyllorum drachmam semis,
Cardamomi,
Macis,
Granorum Paradisi ana drachmam unam,
Galangæ drachmam unam semis,
Seminis Anisi drachmam semis,
Vini libras decem,
Sacchari albi libram unam semis.
Fiat Potus secundum artem.

Cerebrum & ventriculum roborat, spiritus auget, vitales facultates fulcit, amissas vires reparat, ac infirmæ coctioni opem præstat.

JUCUNDIOR POTUS HIPPOCRATICUS sic aliter paratur.

℞. Cinamomi electi uncias duas,
Zingiberis,
Galangæ ana scrupulos duos,
Nucis Moschatæ scrupulum unum,
Sacchari albissimi uncias sedecim,
Vini albi potentis ac odoriferi libras quinque.

Macerando probè tecta per horas octo, vel decem; posteaque sæpè sæpius percolando redigantur in Potum Hippocraticum, transcolatum liquorem Aromatibus in manicâ Hippocratis contentis semper reaffundendo;

Fiat ut artis est.

Plures descriptiònes ac formulas Potûs Hippocratici, qui perquirere voluerit, *Evonymum*, *Arnoldum*, *Alexandrum Benedictum*, *Ioannem Langium*, *Felicem Platerum*, & alios consulat.

PO-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 289 sur 955

POTUS HIPPOCRATICUS
Extemporaneus Simplex
Joannis Heurnii.

℞. Cinamomi electi unciam unam semis,
Zinziberis acuti drachmas tres,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ ana drachmam semis,
Granorum Paradisi scrupulos duos,
Piperis scrupulum unum.

Pulverisentur crassiusculè ac macerentur in libra una semis Aquæ vitæ optimæ, probeque obturato vase cum luto ex farina & aqua facto, fiat infusio per sex dies, quæ reposita in cella vinaria quotidiè sæpius agitetur, ad perfectiorem misturam.

Nova hac atque eleganti ratione ex Aromatibus, spirituosa & vivida illa fragrantia per Aquam vitæ elicitur, quæ miram vim ad spirituum instaurationem, præsertim in frigidis morbis, obtinet.

CREMOR PTISSANÆ.

℞. Hordei mundi excorticati libram unam,
Aquæ quantum sufficit.

Bulliat semel; factâ ebullitione, removeatur prima aqua, & affundatur recens, quæ iterum coquatur ad consumptionem medietatis, ac per pannum coletur.

Tabidis ex usu est, hecticis, consumptis, & à prolixo morbo extenuatis idoneus ac perutilis.

MOnendi sunt Pharmacopœi, ne decocta in magnâ quantitate parent. Præstiterit enim species pro decoctis in promptu habere, ut ex iis confestim pro Medici præscripto decoctum recens parari possit, cùm aliàs & mox quidem corrumpantur, & acescant.

ANIMADVERSIONES.

In Potus Hippocraticos omnes, & Cremorem Ptissanæ.

POtus *Hippocratici* ad delectum potiùs & gustum mulierculorum adinventi, diversimodè parari possunt; In aliquibus locis ubi pro potu matutino divenduntur, simpliciter conficiuntur modo sequenti. Nimirum accipiunt *vinum*, idque in *aheno* igni ardenti admoto, citissimè cum *saccharo* ebullire sinunt; cui statim in prima ebul-

ebullitione *Aromata* injiciunt, ac insuper etiam *albumen ovi conquassatum*, si *vinum* aut *saccharum* non adeò clarum aut purum sit, superaddunt, factâque unicâ ebullitione, statim ab igne remotum per *manicam Hippocratis* sæpiùs colant, clarumque reddunt. Si tamen in minori quantitate & ad nobiliores usus *vinum* hoc parandum esset, suaderem, ut *in cucurbita, capitello suo munitâ vel tectâ*, conficeretur, id ipsum permittendo ut leviter ebulliat, & quod per *Alembicum* prolectum, *liquori in cucurbita restanti* reaffundendo, simulque colando & filtrando: Vel, si lubet, etiam *albumen ovi conquassatum* ante ipsius in *cucurbita* peragendam coctionem addendo, quo eò clarius magisque transparens & perspicuum evadat.

Cremorem Ptissanæ mulierculis & coquis commendamus, quem ut sale condiant, non oblivisCantur.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS IX.

Continens

PULVERUM MEDICATORUM. COMPOSITIONES.

PULVIS SENÆ PRÆPARATÆ MONTAGNANAE.

℞. Foliorum Senæ unciam unam semis,
Zingiberis,
Macis ana drachmas tres,
Cinamomi,
Tartari ana drachmam unam semis.
Fiat pulvis.

Adustos & retorridos humores, melancholicumque succum hoc pulvere purgamus, serosam aquarum colluviem exhaurimus, pituitam salsam & putrilaginem jam conceptam deturbamus,

mus, eoque nomine cutis fœditatem, scabiem, lepram, cæterasque ejus generis sordes eluimus.

Quidam Anisum addunt drachmæ pondere, alii Tartarum augent: prudenti cuique suum sit hac de re judicium. Nos huic formulæ assueti, felix medicamentum experti sumus.

PULVIS TARTARI CRYSTALLINI SOLUTIVUS.

℞. Crystallorum Tartari,
Foliorum Senæ selectissimæ ana unciam unam,
Cholagogi simplicis drachmas duas,
Seminis Anisi electi,
Cinamomi acuti,
Galangæ minoris ana drachmam unam,
Caryophyllorum drachmam semis.
Fiat Pulvis.

Priore longè valentior: pituitam & bilem, succumque melancholicum, & adustos ac retorridos humores purgat.

PULVIS SOLUTIVUS DE TRIBUS.

℞. Foliorum Senæ drachmas sex,
Turbith drachmas quatuor,
Rhabarbari drachmas duas,
Glycyrrhizæ,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana drachmam unam,
Spicæ Indicæ scrupulum semis.
Fiat Pulvis.

Inscribitur hic Pulvis de Tribus, ob tria Simplicia purgantia, quæ ejus compositionem ingrediuntur, Rhabarbarum nempe, Turbith, & folia Senæ. Confert autem hepatis & venarum mesaraicarum obstructionibus, hydropi incipienti, ac ventris inflationibus, crudorum quoque humorum frigidorum maximè collectionem è ventriculo & mesenterio ejicit, & diaphœnici vires æmulatur.

PULVIS SOLUTIVUS MAGISTRALIS STOCKSTALDI.

℞. Foliorum Senæ Alexand.
Diagrydii,
Hermodactylorum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 292 sur 955

Turbith electi ana unciam semis,
Cinamomi,
Zingiberis ana drachmas duas,
Sem. Anisi drachmam unam,
Cardamomi,
Galangæ,
Mastiches ana drachmam semis,
Sacchari uncias tres.
Fiat Pulvis.

Hydropicis ac veteri ictero fædatis opitulatur, pituitam namque & bilem purgat, estque Medicis frequenti usu familiaris. Descriptionem ejus vide in Valetco.

CHOLAGOGUM SIMPLEX,
Seu DIAGRYDIUM SULPHURATUM.

℞. Scammonii electissimi uncias tres, aut quantum vis.

Cras subtiliter tere, & supra chartam bibulam tenuiter ac aqualiter expande, mox superimpone crati, sub quo carbo sit vivus, in quem injice sulphur, sicque fumigetur Scammonium, & charta tamdiu teneatur supra fumum usque dum Scammonium liquefieri, & chartæ adhærere incipiat: Cave solum ne comburatur, ideoque à fumo remove, & calcinatum serva.

CHOLAGOGUM INSUCCATUM,
Seu DIAGRYDIUM ROSATUM.

Hoc Scammonium modo dicto præparatum, infunde in Mucharo Rosarum bis, & exicca.

PULVIS COMITIS DE WARWICH,
Seu DIAGRYDIUM ANTIMONIATUM.

℞. Cholagogi simplicis uncias duas, drachmas duas,
Antimonii præparati unciam unam semis,
Cremoris Tartari Crystallini unciam semis,
Fiat Pulvis.

Pulvis hic etiamsi mole parvus sit, virtute tamen maximus existit, citò, tutò, & jucundè operatur, humores peccantes blandè educit, vitia ventriculi, nauseam, anorexiam corrigit, biliosos affectus curat, febrili inprimis fomiti expurgando perquam idoneus; in Italia inter Catholicos receptus, & à Marco Cornachino *Professore Medico Pisano, Commentar. doctiss. in lucem productus est.*

PUL-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 293 sur 955

PULVIS AD SUPPOSITORIA COMMUNIA.

℞ Aloës drachmas duas,
Cumini,
Salis Gemmæ,
Rutæ ana drachmam unam.

Fiat Pulvis, qui ſubigatur cum ſufficienti quantitate mellis, & redigatur in glandes.

ALIUS ACUTIOR.

℞. Aloës unciam ſemis,
Ellebori albi,
Granorum Colocynthidos,
Centaurii,
Rutæ,
Cumini ana drachmam unam.

Fiat Pulvis, qui melle ſubactus effingatur in glandes, ſeu ſuppoſitoria.

PULVIS AD SUPPOSITORIA SICCA.

℞. Specierum Hieræ Picræ unciam unam ſemis,
Colocynthidos pulv. drachmas ſex,
Ellebori albi pulv. unciam unam,
Salis communis uncias tres,
Farinæ frumenti uncias decem & octo.

Cum vitellis ovorum, & melle deſpumato quantum ſufficit, fiant ſuppoſitoria.

NOtandum, tametſi Suppoſitoria hæc alvum ſollicitent, ac ſedes remorantes evocent, ea tamen mulieribus gravidis haudquaquam tuta exiſtere, prout nec iis quibus hæmorrhoides moleſtæ eſſe ſolent; his enim vel leviſſima ex ſolo melle, vitello ovi, ac modico ſale confecta ſufficiunt: quibus acuendis nonnulli muſcerdam paucâ quantitate indunt.

PULVIS AD VERMES Seu LUMBRICOS.

℞. Sem. ſancti uncias quatuor,
Foliorum Senæ unciam unam,
Coriandrorum præparatorum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 294 sur 955

Cornu Cervi ana drachmam ſemis.
Fiat Pulvis.

IS eſt Officinis noſtris uſitatus; aliis alii ſunt in uſu, Venetorum, Ferrarienſium. Nurſini, & aliorum qui requirit, conſulat *Fæſii Pharmacop. Sect. 9. de Pulveribus.*

Semen ſanctum, eſt ſemen Abſinthii Scriphii, quod aliàs Santonicum dicitur. Officinæ ſemen hoc paſſim vocant Semen Lumbricorum, *quod ipſum vulgus* Wurmſamen *appellat, eò, quod id vermes & lumbricos evocare ac expellere ſit edoctum.*

PULVIS CONTRA ABORTUM.

℞. Granorum Chermes drachmam unam,
Santali rubri drachmam ſemis,
Caryophyllorum ſcrupulum unum,
Nucis Moſchatæ ſcrupulos duos,
Rad. Torment. drachmam ſemis,
Margarit. præparat.
Corallii utriuſque præparati ana ſcrupulum unum,
Folia auri numero tria,
Manus Chriſti perlatæ drachmas tres.
Fiat Pulvis.

DAtur *gravidis ad præcavendum abortum ex ovo ſorbili, vel vino odorifero, idque non unâ tantùm vice, ſed ſæpius, ponderе ſcrupuli dimidii, vel etiam unius; aut admiſcetur Tragei, prægnantibus uſui futuris.*

CLariſſimus Vir D. D. *Ioannes Vdalricus Rumlerus*, Collega noſter obſervandus, ex priorum Medicorum Auguſt. traditione ſequentem Pulveris contra abortum deſcriptionem in hanc Pharmacopœiam fideliter contulit. Ea ſic habet.

℞. Roſarum rubearum,
Maſtiches,
Ligni Aloës,
Margarit. præparat.
Corall. rub. præparat. ana ſcrupulum ſemis,
Spicæ Indicæ,
Macis,
Beën utriuſque:
Cinamomi electi,
Santali Citrini,
Cardamomi minoris,
Succini albi ana grana quindecim.
Fiat Pulvis.

Ex

Ex hoc additis Sacchari albiſſimi unciis tribus Tragema paratur, quod gravidis à paſtu magnâ utilitate exhibetur.

Pro ſaccharo communi ſaccharum roſatum tabulatum nonnunquam aſſumitur, aut confectio Manûs Chriſti perlata.

PULVIS ADSTRINGENS GALENI,

℞. Aloës,
Mannæ Thuris,
Corticum Pini,
Terræ Lemniæ,
Boli Armenæ,
Lapidis Hæmatitis,
Succi Hypociſtidis,
Croci,
Gallæ Omphacit. ana drachmam unam.
Fiat Pulvis.

PULVIS ANONYMUS.

℞. Sem. Papaveris albi drachmas duas,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Malvæ.
Bombacis ana drachmam unam ſemis,
Quatuor frig. major. excort. ana drachmam unam.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli ana drachmas duas,
Hypociſtidis,
Boli Armenæ orientalis præparatæ,
Cornu Cervi uſti,
Raſuræ Eboris,
Cicerum rubrorum ana drachmam ſemis,
Cinamomi drachmas duas,
Penidiorum unciam unam ſemis,
Sacchari Canarii uncias ſex.
Miſce, fiat Pulvis.

Tabidis Phthiſicisque prodeſt; ulcera enim pulmonum lenit, abſtergit, & glutinat: tenues ac ſalſos catarrhos ſiſtit & incraſſat, faucium aſperitatem mitigat, ac defluxiones acres ad pulmones devolvi prohibet.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 296 sur 955

NOnnulli huic Liquiritiam, Rosas, semen Althææ, Corallia, species Diatragacanthi frigidi, aut Pulmonis Vulpis præparati nonnihil addunt; verùm hæc pro varia Medici prudentis intentione quocunque tempore adjici possunt.

Similis ferè Pulvis extat descriptus apud Valescum, Pulvis Haly *dictus, easdem vires cum priore obtinens; cujus descriptio hæc est:*

℞. Sem. Papaveris albi drachmas quinque,
Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthi ana drachmam unam semis,
Sem. Portulacæ,
Gossypii,
Althææ,
Malvæ ana drachmas duas semis,
Quatuor frigid. major. excorticatorum,
Cydonior. mundator. ana drachmas tres semis,
Spodii præparati,
Succi Liquiritiæ, vel potiùs pulveris ejus ana drachmam unam semis,
Penidiorum ad pondus omnium.
Misce, fiat Pulvis.

Notandum. Pulverum horum semina frigida continentium, non nimiam unâ vice quantitatem præparari debere, ne Pulvis diuturniore situ evadat rancidus.

PULVIS BEZOARDICUS D. NICOLAI PRAEPOSITI.

℞. Boli Armen. cum aceto præparatæ uncias tres,
Terræ sigillatæ,
Coriandri præparati,
Specierum Diamarg. frig.
Rad. Tormentillæ,
Dictamni vulgaris,
Angelicæ,
Scabiosæ ana drachmas duas,
Sem. Acetosæ,
Citri mundati,
Rutæ,
Cardui Benedicti,
Cornu Cervi usti,
Doronici,
Charabe ana scrupulos quatuor,

Rosa-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 297 sur 955

Rosarum rubearum,
Corallii utriusque,
Ligni Aloës,
Serici crudi,
Santalorum omnium,
Margaritarum perforatarum,
Ossis è cordi Cervi ana drachmam unam,
Smaragdorum,
Ambræ ana scrupulos duos,
Moschi scrupulos quatuor,
Croci grana quindecim,
Camphoræ grana decem.

Fiat Pulvis, vel cum Syrupo è Ribes fiat in modum Opiatæ.

Adversus pestiferæ luis insultus efficax, cordis vires eximiè tuetur, spiritus vitales fulcit, internas putredines abolet, & contagiosis quibuslibet morbus adversatur.

PULVIS ELECTUARII
De Bolo.

℞. Boli Armen. præpar. aquâ rosarum unciam semis,
Rad. Tormentillæ,
Angelicæ ana drachmas duas.
Corallii rubri,
Rasuræ Eboris,
Cornu Cervi,
Rosarum rubrarum ana drachmam unam semis,
Sem. Melonum,
Acetosæ,
Citri mundati,
Juniperi,
Bombacis mund. ana drachmam unam,
Anisi,
Fœniculi,
Cinamomi,
Xyloaloës, aui Santali Citrini,
Macis ana drachmam semis.
Fiat Pulvis.

Simplicior *à nonnullis sic paratur.*

℞. Boli Armen. unciam semis,
Rad. Tormentillæ drachmas duas,
Angelicæ drachmam unam,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 298 sur 955

Sacchari ad pondus omnium.
Fiat Pulvis.

UTerque febribus malignis, pestiferis, ac contagiosis potenter resistit, eorumque insultus reprimit, spiritus extingui prohibet, eosdemque evanidos reparat: sudores evocat, ac pestilentis luis noxas disjicit.

PULVIS CACHETICUS QUERCETANI.

℞. Limaturæ chalybis cum sulphure calcinatæ unciam unam,
Feculæ radicum Aronis drachmam unam semis,
Ambræ gryseæ drachmam unam,
Essentiæ Coralliorum,
Margaritarum ana drachmas duas,
Cornu Cervi Philosophicè præparati,
Succini præparati,
Cinamomi ana scrupulos quatuor,
Sacchari ad pondus omnium.
Fiat Pulvis.

IN curanda omnis generis cachexia, & depravatorum humorum colluvie educenda, præsentaneum est remedium; leucophlegmatiam, & morbum virgineum feliciter curat, pallorem vitiosumque colorem tollit, massam sanguineam utriusque sexus purificat, & à variis corruptionibus tutam præstat.

PULVIS AD CALCULUM.

℞. Radicum Saxifragiæ albæ,
Petroselini,
Pimpinellæ,
Liquiritiæ,
Ononidis ana drachmas duas,
Baccarum Alkekengi unciam semis,
Juniperi drachmam unam,
Sem. Milii Solis,
Fœniculi,
Erucæ.
Dauci Cretici,
Violar. purpurear. ana drachmam unam,
Lactucæ,
Papaveris albi,
Quatuor frigid. major. excortic.
Hyoscyami albi ana drachmam semis,

Her-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 299 sur 955

Herniariæ Hollerii drachmam unam,
Gummi Ceraſorum nigrorum drachmas duas,
Tragacanthi drachmam unam,
Terebinthinæ ad duritiem in aqua Malvæ coctæ drachmas duas,
Magiſterii oculorum Cancri.
Salis ſuccini ana ſcrupulum unum,
Lapidis Judaici.
Spongiæ,
Nephritici ſingulorum præp. ana drachmam unam.
Cantharidum grana ſex,
Sacchari Candi uncias duas.
Miſce.

Compoſitionem hanc, Pulveris ad calculum multa ſibi experientia probati, Vir excellentiſſimus D. D. Marcus Banzerus *Facultatis Medicæ in Illuſtri Academia* Wittenbergenſi *Profeſſor, Collegii Medici Decanus & Senior, Collega noſter plurimùm honorandus, nobis communicavit, quem etiam ſuo merito hic inſerendum duximus.*

PULVIS AD CALCULUM, ALIUS.

℞. Sem. Milii Solis,
Saxifragiæ ana drachmam unam,
Lactucæ,
Hyoſcyami,
Papaveris albi ana ſcrupulos duos ſemis,
Quatuor frigid. major. ana ſcrupulos duos,
Glycyrrhizæ ſcrupulos quatuor,
Trochiſc. de Halicacabo drachmam unam ſemis,
Rad. Pimpinellæ,
Sem. Geniſtæ ana drachmam ſemis,
Sacchari uncias duas.
Fiat Pulvis.

Datur nephriticis & calculoſis ad renum arenulas exturbandas, & ureterum obſtructiones levandas ex aquâ Malvæ, aut Ononidis.

PULVIS AVICENNÆ E CINERIBUS,

℞. Cinerum Vitri,
Scorpionum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 300 sur 955

Rad. Braſſicæ,
Leporis,
Putamin. ovorum, è quibus pulli fuerint excluſi,
Lapidis Spongiæ,
Sanguinis Hirci præparati,
Lapidis Judaici,
Gummi Juglandis,
Acori ana drachmam unam,
Petroſelini,
Dauci,
Pulegii,
Gummi Arabici,
Sem. Althææ,
Piperis nigri ana drachmam unam ſemis.

Terantur, & ſimul miſceantur.

PRiore longè validior, urinas magis promovet, & calculos potentiùs elidit, nec niſi conſideratè uſurpandus: qui tamen, ut & prior, noſtris rarò eſt uſui.

PRo Gummate Juglandis quod vix ullibi proſtat, Gummi Ceraſorum commodiſſimè ſubſtituitur, etenim calculis vexatos cum vino potum adjuvat, & ei tenuium partium magna facultas ineſt.

PULVIS AD CASUM.

℞. Terræ ſigillatæ, aut Boli Armenæ,
Sanguinis Draconis,
Mumiæ ana drachmas duas,
Spermatis Ceti drachmam unam,
Rhabarbari drachmam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis.

PRopinatur præcipitatis, ruptis, contuſis, fractis, ex vino aſtringente, vel cui incoxerint quæ ſtringendi vim habent, ut Roſæ, Balauſtiæ, Cytini, Malicorium, Myrti & Rubi cacumina, Sumach, & id genus alia. Hoc vino intincta lintea & expreſſa, calida parti laboranti circumvoluta, omnem ex ictu & præcipitio offenſionem mirificè curant, eſtque celebre Hiſpanis nec contemnendum remedium. Quidam reliqua ſimplicia ex Avicenna ſubdupla Rhabarbaro faciunt, etſi æqualia quoque eſſe poſſint.

PULVIS AD DENTIFRICIA MOSCHATUS.

℞. Lapidis Pumicis uncias duas,

Oſſis

Ossis Sepiæ drachmas sex,
Corallii rubri præparati drachmam unam,
Radicis Ireos unciam unam,
Moschi,
Zibethi ana scrupulum semis,
Olei ligni Rhodii,
Nucis Moschatæ destillatæ ana guttas quatuor,
Caryophyllorum guttas tres.
Misce lege artis.

Mundos dentes à sordibus purgat, eosque dealbat ac mundificat, gingivas quoque stringit, & dentium radices obfirmat.

PULVIS DYSENTERICUS
D. D. Johannis Langii.

℞. Maxillarum Lucii cum dentibus,
Priapi Cervi,
Corticum Granatorum,
Cornu Cervi usti,
Boli Armenæ,
Seminum Lapatii acuti ana unciam unam.
Fiat Pulvis.

Ad omnes alvi fluxus diarrhœam, lienteriam, & inprimis dysenteriam magnæ est efficaciæ.

PULVIS PRO EPITHEMATE
Cordis.

℞. Florum Buglossæ,
Borraginis,
Melissæ ana manipulum semis,
Santalorum omnium,
Rosarum rubearum ana drachmas duas,
Corticum Citri,
Sem. Acetosæ,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum ana drachmam unam semis,
Fragmentorum Lapidum prætiosorum omnium ana drachmam unam,
Doronici,
Ireën utriusque,
Succini,
Ossis de corde Cervi ana scrupulos quatuor,
Margaritarum præparatarum,

Coral-

Corallii utriusque,
Spodii ana drachmam ſemis,
Croci ſcrupulum ſemis,
Camphoræ grana ſex,
Moſchi grana tria.
Trita omnia probè uſui reſerventur.

Mira eſt ejus efficacia in affectibus cordis, ejuſque palpitatione, ſyncope, & dejectis propemodum vitalibus facultatibus: nobiliſſimum enim viſcus ſopitum, & veluti tenebris aut caligine occæcatum excitat, melancholicis, ſplenicis, triſtibus & deſperantibus ſuccurrit, in peſtilitate cordis ſpiritus refocillat.

PULVIS PRO EPITHEMATE HEPATIS.

℞. Santali rubri,
Albi,
Citrini ana unciam ſemis,
Roſarum,
Corallii,
Spodii ana drachmam unam,
Camphoræ ſcrupulum unum.

Hepatis inflammationi confert, ejuſque exæſtuationem temperat: Adhibetur cum Aqua Endiviæ, Roſarum, Acetoſæ, & Aceti parte aliqua.

PULVIS GRISEUS CÆSARIS CONTRA PESTEM.

℞. Rad. Pimpinellæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Serpentariæ,
Foliorum Rutæ,
Abſinthii,
Nucum Juglandium, ſeu Regiarum,
Granorum Juniperi,
Aceti Roſati,
Theriacæ electæ ana unciam unam.
Miſceantur omnia ſimul.

In præſervatione & curatione peſtis plurimum valet.
Quidam addunt Caſtorei unciam ſemis.

PUL-

PULVIS HYSTERICVS.

℞. Rad. Dictamni albi drachmas tres,
Zedoariæ drachmam unam,
Cort. Citri sicci,
Sem. ejusdem ana scrupulos duos,
Fragment. lapid. pretiosor. omnium ana grana duodecim,
Specier. Diamargariti calidi drachmas duas,
Sacchari albi unciam unam.
Fiat Pulvis.

Uterinos dolores placat, ejus que expurgat illuviem, menses quoque retardantes & secundinas moram trahentes propellit, animi defectiones ob vapores ab utero sublatos ortas arcet, ac matricis suffocationem abegit.

Pulverem hunc multæ utilitatis, & experti in muliebribus morbis prædictis juvamenti, Clariss. Vir D. D. *Ioan Vdalricus Rumlerus* Collega noster observandus, ex prædecessorum nostrorum Pragmaticorum celebri usu fidelissimè nobis tradidit.

PULVIS MARCHIONIS,

Seu Epilepticus.

℞. Rad. Pæon. maris decrescente Lunâ effossar. unciam semis,
Visci quercini,
Rasuræ Eboris,
Ungulæ Alcis,
Spodii,
Unicornu, vel ejus loco cornu Cervi ex apicibus desumpti,
Corallior. rubeorum,
Alborum,
Margaritar. præparatar. ana drachmam unam,
Fol. Auri puri numero viginti.
Fiat Pulvis.

Prodest hic Pulvis apoplecticis, epilepticis, ac incubo laborantibus; intemperiem cerebri humidam corrigit, & nocturnos terrores fugat.

PULVIS AD NASALIA.

℞. Calaminthæ,
Majoranæ,
Rad. Ireos,
Castorei,

Sem.

Sem. Nigellæ,
Staphiſagriæ ana ſcrupulum unum,
Ellebori albi,
Pyrethri,
Nucis Moſchatæ,
Myrrhæ rubeæ,
Euphorbii ana ſcrupulos duos.

Conterantur ſingula, deinde cum Ladani drachmis ſex & melle modico formentur Naſalia.

Sternutationem potentiſſimè cient, ac craſſa per nares phlegmata evocant, lethargo ac epilepſiæ proſunt, cataleptícos & attonitos juvant, ſed cautè ijs utendum, præſertim in corporibus nondum purgatis, ne ſubita humorum per irritationem tàm fortem præcipitatio, ſuffocationis repentinæ periculum inferat.

PULVIS PARTUM PROVOCANS.

℞. Cinamomi drachmam unam,
Croci drachmam ſemis,
Caſſiæ ligneæ veræ ſcrupulos duos,
Succini albiſſimi ſcrupulum unum.
Fiat Pulvis.

AD partûs labores facilitandos utiliter exhibetur, eoſdem namque accelerat, & fœtus excluſionem promovet. Datur ex aqua Liliorum alborum, Conſolidæ regalis, aut alterius conſimilis.

ALIUS HELIDEI DE PADUANIS.

℞. Cinamomi,
Croci ana ſcrupulum unum,
Boracis ſcrupulos quatuor,
Detur ex aqua Artemiſiæ.

USitatiſſimus ac expertiſſimus quondam erat hic Pulvis Helideo de Paduanis, *Medico Bononienſi eximio, qui eundem ſecretum ſibi adeò habebat, ut non niſi fidiſſimis amicis aut prædilectis diſcipulis eum communicaret.*

AUgetur horum pulverum efficacia, ſi eis teſticulorum equinorum aridorum, aut julorum Nucum Juglandium pulvis admiſceatur, quod pro prudentis Medici arbitrio & exigentis neceſſitatis occaſione fieri poterit.

PUL-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 305 sur 955

PULVIS AD DYSTOKIAM.

℞. Pulveris Cinamomi unciam unam,
Succini albi præpar. unciam ſemis,
Boracis,
Hippoſorcheos ana unciam unam,
Croci ſcrupulos octo.
Omnia in tenuem pollinem redacta miſceantur.

Præditis duobus ad partum proficuis pulveribus, etiam hunc tertium apud nos experientia & multiplex uſus, in expellendis præſertim ſecundinis addidit.

PULVIS PLEVRITICUS.

℞. Mandibularum Lucii præparatarum,
Dentis Apri uſti præparati ana drachmas duas,
Lapidum Percarum,
Talorum Leporis,
Oculorum Cancri præparatorum,
Lucii piſcis præparatorum,
Seminum Cardui Benedicti,
Artemiſiæ rubræ ana drachmam unam.
Miſce, fiat Pulvis.

Contra omnes laterum puncturas in pleuritide, tàm ſpurias, quàm exquiſita, etiam in epidemia illa, quâ doloris vehementiâ multi jugulantur, ad dolores mitigandos, inflammationes reſolvendas, ſudoresque eliciendos, ſingulare eſt remedium.

PULVIS RUBEUS CÆSARIS
Contra Peſtem.

℞. Myrrhæ electæ,
Croci ana drachmam unam,
Oſſis de corde Cervi ſcrupulos duos,
Cornu Cervi drachmas duas,
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Gentianæ ana drachmas duas, ſcrupulos duos,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas tres,
Sulphuris vivi,
Boli Armen. veræ ana drachmas quatuor,
Camphoræ ſcrupulos quatuor.

The-

Theriacæ Andromachi,
Mithridatii optimi ana drachmas ſex.
Fiat omnium Pulvis, aſpergendo Aquæ vitæ modicum, ut eſt artis.

IS Anno Chriſti 1572, *quo Peſtis invaluit, nobis fuit frequentiſſimus, & D.* Achilli Gallaro *noſtro, p. m. familiaris. Sunt & aliæ compoſitiones plurimæ Pulverum Alexipharmacorum, de quibus conſule* Fœſium.

PULVIS RVBEVS PANNONICUS.

℞. Boli Armen. cum Aqua roſar. & Acet. præp. uncias tres,
Terræ Lemniæ veræ præpar. uncias duas,
Coralliorum rubeorum præparatorum unciam dimidiam,
Alborum præp. drachmas ſex,
Lapidum prætioſorum, ſcilicet
Smaragdi,
Rubini,
Saphyri,
Hyacinthi ana drachmas quatuor,
Margarit. præpar. drachmas quinque,
Cinamomi electi drachmas duas,
Caryophyllorum drachmam unam,
Seminis Acetoſæ drachmas duas,
Corticum Citri,
Santali albi ana drachmam unam ſemis,
Santali rubri drachmas duas,
Spodii præpar drachmas quinque,
Raſuræ Eboris drachmas tres,
Croci Orientalis drachmam unam,
Unicornu, aut ejus loco, oſſis de corde Cervi drachmas quatuor,
Fol. Auri puriſſimi numero quinquaginta.
Fiat omnium Pulvis.

ADverſus peſtilentium febrium noxas, & contagioſorum ac venenatorum morborum invaſiones maximè potens eſt. Datur pueruli & infantibus, ubi variolarum aut morbillorum ſuſpicio adeſt, eos namque efficaciter expellit, ac cor à putridi vaporis aut humoris contaminatione tutum reddit. Medicamentum planè regium, unicuique ætati ac ſexui familiare & accommodum. Præbetur cum Syrupo Limonum, & Aqua Cardui, Acetoſæ, vel Borraginis.

MOnendi ſunt Pharmacopœi, quoties Margaritæ, Corallia, Lapides prætioſi occurrunt, ut præparata ſumantur.

PUL-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 307 sur 955

PULVIS RVBEUS PANNONICUS ALTER.

℞. Boli Armen. orientalis præpar. uncias duas,
Terræ ſigillatæ veræ uncias ſex,
Lapidum prætioſorum, ſcilicet
Hyacinthi,
Saphyri,
Rubini,
Smaragdi ana unciam unam,
Margarit. præparat. drachmas decem,
Spodii præparati,
Raſuræ Eboris ana drachmas quinque,
Corallior. rubeor. præpar. drachmas octo,
Alborum præpar. unciam unam ſemis,
Rad. Tormentillæ,
Dictamni ana uncias quatuor,
Unicornu, aut ejus loco Cornu Cervi drachmas ſex,
Santali albi drachmam unam,
Radicis Doronici drachmas ſex,
Seminis acetoſæ drachmas duas,
Corticum Citri drachmam unam, & ſemis,
Camphoræ drachmas duas.

Pulveriſentur ſingula per ſe & miſceantur, addendo Fol. Auri numero quinquaginta, & fiat Pulvis.

Si Electuarium velis in formâ ſolidâ, ita parandum erit:

℞. Specier. ſupradict. unciam unam cum dimidia,
Sacchari albiſſimi uncias duodecim.

Diſſolvatur Saccharum cum aquâ roſarum, & conficiantur rotulæ.

Eaſdem quas prior jam dictus vires obtinet, imò valentiores, ob Tormentillæ, Dictamni, Doronici radices, & Camphoram, quorum quidem occaſione ſumentibus minùs gratus exiſtit, ſed plus magis efficax.

PULVIS SAXONICUS.

℞. Rad. Valerianæ unciam ſemis,
Vincetoxici,
Urticæ ana unciam unam,
Polypodii quercini,
Althææ,
Angelicæ ſylveſtris ana uncias duas,
Angelicæ ſativæ recentis uncias quatuor,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 308 sur 955

Cortic. rad. Laureolæ Germanicæ, quam Kellerßhals appellant, unciam unam semis.

Radices illæ omnes effodiantur eo tempore, quod XV Augusti, & XIII Septembris intercidit: illæ incisæ reponantur in ollam vitreatam, affuso aceto acerrimo, quod duobus digitis radices excedat: tùm ollâ operculo clausâ, rimæ omnes albo ovi cum farinâ subacto diligenter oblinantur, & sic in olla ad lentum ignem leniter omnia bulliant: postea ollâ apertâ, abjecto quod redundat aceto, radices exiccentur quoad teri possint: denique contritis omnibus, addantur acini herbæ *Paris* dictæ, numero viginti sex, & fiat Pulvis.

PVlvis hic in Saxoniâ *primùm usurpari cœptus, pesti ac venenis quoque assumptis egregiè adversatur, & deleteriorum vires frangit. Vide* Moibani Parabilia in Dioscor. lib. 2. cap. 143. *ibidem* Varias descriptiones, *& usum reperies.*

PULVIS STEGNOTICUS
D. D. CASPARI GUTMANNI.

℞. Lapidis Ætitis nuclei interioris drachmam unam.
Hæmatitis præparati,
Carneoli præparati,
Cornu Cervi usti præparati,
Terræ sigillatæ veræ ana drachm. semis,
Coralliorum rubeorum resolutorum drachmas duas.
Omnia in tenuissimum pollinem redacta misceantur.

AD omnes fluxus sanguineos narium & hepatis sistendos, inprimis menstruam mulierum purgationem superfluam, dysenteriam, diarrhœam, alvi & uteri profluvia alba curanda, singularis efficaciæ existit, à Chirurgis etiam nostris in supprimendo vulnerum sanguine plurimùm commendatur.

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Majoranæ drachmam unam semis,
Betonicæ,
Pyrethri ana drachmam semis,
Ellebori utriusque ana drachmam unam,
Pulegii scrupulum unum.
Fiat Pulvis.

LEntam pituitam, ac phlegma crassum, naribus insufflatus vel iisdem affrictus provocat: cerebrum à tenacibus humoribus purgat, & ossis ethmoidei obstructiones expedit.

PUL-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 309 sur 955

PULVIS STERNUTATORIUS

ALIUS.

℞. Pulveris Tabaci Anglici optimi ſcrupulos quatuor,
Foliorum florum Liliorum convallium ſcrupulos duos,
Moſchi Orientalis optimi grana quatuor,
Ambræ gryſeæ grana tria,
Spiritus roſarum guttas quatuor.
Fiat Pulvis.

ETiamſi Pulvis hic poſterior delicatior ſit priore, certum tamen eſt, ſi ſtimulis antecedentis pulveris careat, quod parvum vel planè nullum effectum habeat, tum plurimi nec Tabaci, nec foliorum Liliis convallium uſu ad ſternutationem commoveantur.

PVLVIS STOMACHICVS

D. D. BIRCKMANNI.

℞. Pulv. rad. Aronis præparat. uncias duas,
Acori vulgaris,
Pimpinellæ ana unciam unam,
Oculorum Cancri unciam ſemis,
Cinamomi drachmas tres,
Salis Abſinthii,
Juniperi ana drachmam unam,
Sacchari roſati ad pondus omnium,
Conficiatur Pulvis guſtui gratus.

HIc Pulvis ad varia ſtomachi vitia & dolores conducit, cardialgia ſive oris ventriculi à ſuccis mordentibus afflicti, & cardiaca, à virulentis & venenoſis humoribus producta medetur; & quia os ventriculi acutiſſimo ſenſu præditum, cum corde, cerebro, & primariis corporis partibus conſpirat, earundem etiam partium per conſenſum læſionibus prodeſt.

PULVIS AD STRUMAM ARNOLDI DE VILLA NOVA.

℞. Spongiæ combuſtæ,
Pilæ marinæ toſtæ,
Oſſis Sepiæ,
Piperis longi,
Nigri,
Zingiberis,
Cinamomi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 310 sur 955

Salis Gemmæ,
Pyrethri,
Gallarum,
Lapidis Spongiæ ana unciam unam.
Pulverisentur, & misceantur.

Botium reprimit, ac incipientes colli scrophas non tamen malignas discutit, ad strumas insuper abolendas, reiteratâ sæpius ejus assumptione, feliciter exhibetur.

PULVIS VIOLARUM ODORATUS.

℞. Iridis Florentinæ uncias sex,
Rosarum rubrarum uncias quatuor,
Cyperi drachmam semis,
Majoranæ,
Caryophyllorum,
Styracis ana unciam unam,
Benionin aut Benzoi,
Santali Citrini ana unciam semis,
Violarum drachmas tres,
Moschi drachmam unam.
Fiat Pulvis.

Pulvis hic tametsi ad odoramenta præstanda potissimùm expetitur, caput tamen extrinsecùs adhibitus eximiè roborat, nec non cordis palpitationi medetur.

ALIQUI EUNDEM SIC COMPONUNT.

℞. Florum Violarum unciam semis,
Rosarum rubrarum uncias tres,
Benzoini unciam unam semis,
Styracis Calamitæ,
Santali Citrini,
Albi ana unciam semis,
Rad. Cyperi rotundi,
Majoranæ ana unciam unam,
Caryophyllorum drachmas duas,
Cinamomi electi drachmas tres,
Rad. Ireos Florent. uncias tres,
Moschi Alexandrini,
Ambræ veræ ana scrupulum semis.
Fiat Pulvis crassiusculus.

PUL-

PULVIS PRO ULCERIBUS GUTTURIS.

℞. Sulphuris vivi uncias quatuor,
Myrrhæ rubeæ,
Aluminis saccharini ana uncias duas,
Mastiches,
Thuris ana unciam unam,
Pyrethri drachmas sex.
Fiat Pulvis.

℞. Hujus pulveris unciam unam,
Vini sublimati libram unam.
Misce.

Pulvis hic nosocomio Gallico à multis annis familiaris, felici successu gutturis antiqua ac fœda ulcera repurgat, & persanat. Utebantur eo quondam D. D. Adolphi *Occones Augusti. Medici, ac subsequentes Illustrium ac Generosorum D D. Comitum Fuggerorum Xenodochiis præfecti, quibus in locis ex piâ & munificâ præfati stemmatis fundatione plurimi Syphilide laborantes usque ad plenam sanationem sustentantur.*

ANIMADVERSIONES
Universam hanc Classem concernentes.

MAgnam hæc Classis complectitur seriem *pulverum medicatorum* cùm *simplicium*, tùm *compositorum*, in quorum præparatione vix quicquam occurrit, quod singulari correctione aut peculiari animadversione indigeret. Periti enim Pharmacopœi antea nôrunt, quid priùs aut posteriùs, quæ per se quæque mixta, contundi aut pulverisari possint & debeant, quorum solertiæ totum hoc negotium relinquo. Speciales quorundam *simplicium*, utpotè *Cornu Cervi, Spodii, Gossypii*, & similium præparationes, suo loco examinare stat sententia. *Folia auri* quam inutiliter *pulveribus* aliisvé compositionibus addantur, Authores hujus Dispensatorii ipsimet in *Aurea Alexandrina Nicolai* fateri coguntur, utpotè quod sanè ob nullam aliam causam illis commiscetur, quàm ut oculis blandiamur, & conceptam vulgi ingentem in *aurum* fiduciam collocantis opinionem stabiliamus. Quod ad *Ambram* attinet, quæ si cuidam *pulveri* commiscenda est, ejus dissolutio non *spiritibus* vel *aquis destillatis*, neque etiam *vino*, sed potiùs *guttulis aliquot olei appropriati & destillati* perficienda est. Præparationes *radicum cum aceto*, præsertim pro *pulvere Saxonico*, non usque quaque nobis arridentes, suo loco etiam ventilandæ. In præsens hoc saltem affero, quod si *Laureolam*,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 312 sur 955

vel *ejuſdem radicum cortices* exceperis, *reliquæ radices* pro prædicto *pulvere Saxonico* præparatione illa cum *aceto*, in modum, uti illi ſiniſtrè ſatis præcipiunt, inſtituendâ, nullatenus indigeant. Si tamen omninò eas cum *aceto* præparare velis, ita te geras, nimirùm *radices aceto imbutas & humectatas*, leniter iterum exiccare ſine, nec quicquam de *aceto* effunde. Cæterùm *Scammonii* vel *Diagrydii* præparationem quod concernit, in eo quidem omnes, quotquot de hac præparatione legi, ὁμόψηφοι ſunt, quòd nimirùm *Scammonium* ſupra chartam bibulam expanſum, crati, ſub qua carbo vivus ſuperimponi, ac *fumo ſulphuris* tamdiu ſuffumigari debeat, quoad illud ſupra prædictum fumum liquefiat, atque ita præparatum, vel, ut appellant, *calcinatum Scammonium* ſtudiosè aſſervare jubent. Verùm enim verò, quod pace eorum dixerim, genuina præparatio *Scammonii* nullâ ratione in eo conſiſtit, ut illud ſuprà *fumum ſulphuris* vel ignem liquefiat, ſed potiùs ut abſque liquefactione lentiſſimo igne cum illo ſuffumigitur: quo diutius enim *Scammonium fumo ſulphuris* imbueris, eo melius iſtud præparabis, & vulgariter quidem corriges; Id ſaltem unicè cavendo, ne liquefiat, alias enim *fumus ſulphuris* ipſum penetrare nequit; quod tùm ex parte etiam præcavetur, ſi in cribro parvo ſupra chartam bibulam collocatum, continuò ſpatulâ agitetur & commoveatur: Sic namque non facilè liquefit, præſertim ſi ignis ſit leniſſimus, ita quidem ut is *ſulphur* tantummodò incendere, non autem flammam eructare queat; Etenim à *ſulphuris fumo*, non verò intenſo ignis calore, *Scammonium* præparatur, & (licet vulgariter) corrigitur.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS X.

Continens

ECLEGMATA, SAPAS, LINCTUS, ET LOHOCH.

DIacodia Linctus *ſunt ad* Electuarii *formam vel conſiſtentiam propemodùm accedentia, paulò tamen liquidiora; craſſiora vel viſcidiora* Syrupis. *Parantur ut plurimùm ex*

ex decoctis & succis nonnihil mucilaginosis, quibus Medici materiam tenacem, salsam & acrem aut tenuem nimis ad asperam arteriam, pectus & pulmones cum impetu delabentem inhibere & incrassare, nec non ad faciliorem expectorationem præparare & disponere solent.

DIACODION JOAN. BAPTIST. MONTANI, Aliàs, SYRUPUS DE SILIQUIS.

℞. Capitum Papaveris albi cum seminibus numero viginti,
Siliquarum dulcium uncias tres,
Glycyrrhizæ rasæ uncias duas,
Aquæ fontis libras duodecim.

Eximantur è siliquis grana, postea decoquantur ad remanentiam librarum trium, deinde experimantur & colentur: postea adde

Sacchari candi rubri libram semis,
Penidiorum libram unam.
Decoquantur ad mellis consistentiam.

EO utimur in tenuibus & acribus rheumatismis, pulmones, & asperam arteriam fluxione tentantibus, & continenti tussi pervigilium excitantibus. Nobilissimum inter Arteriacas compositiones medicamentum, & ex Linctuum genere magnoperè à Montano *celebratum.*

DIACODION SIMPLEX GALENI.

℞. Capitum Papaveris albi mediocris magnitudinis, nec nimium viridium, nec nimium maturorum numero viginti,
Aquæ pluviæ aut fontanæ libras tres.

Macera horis viginti quatuor, post coque, donec capita contabuerint; cola, & adde

Mellis libras duas.

Coque ad justam consistentiam.

Fit cum Saccharo eodem modo, item cum Sapâ, hâc ratione:

℞. Decoctionis prædictæ libras duas,
Sapæ Vini dulcis tantundem,
Succi Glycyrrhizæ uncias duas.
Coquantur ad justam consistentiam.

USUS ejus est in destillationibus tenuibus è capite in asperam arteriam, ex perpetua tussi insomniam parientibus. Quod si magna humoris copia ex capite circa pulmones consliterit, con-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 314 sur 955

sectio ex melle melior est, quemadmodum somno opus habentibus ea, quæ ex Sapa constat. Est autem Sapa vinum mustum, ad Rob perfecti consistentiam decoctum.

ANIMADVERSIONES

In Diacodion Montani, & Simplex Galeni.

POssunt equidem hæc *Diacodia* juxta modum ab Authoribus præscriptum parari: meo tamen judicio melius foret, si in *Diacodio Montani*, prius *decoctum* parares ex solis *capitibus Papaveris*, (exemptis eorum seminibus) *siliquis* & *liquiritiâ*, illudque prius clarificatum ad ℥ x circiter, exhalare permitteres, & cum ipso, ut in præparatione *emulsionum* moris est, *semina præfatorum capitum Papaveris* optimè & diu in mortario ad pultis formam contunderes, ita ut ferè totum *semen*, unà cum *supradicto decocto* per setaceum vel colatorium rarum cogi & exprimi possit. Huic *emulsioni crassæ* & *albissimæ* lactis cremoris instar, postmodum adde *sacchari albi* ℔ j ß, & solâ dissolutione confice *Diacodion*.

Diacodion simplex ad eundem modum parari potest, facto nimirùm prius *decocto ex capitibus Papaveris seminibus suis castratis*, quo clarificato ex *seminibus contusis*, *emulsionem* conficias crassiorem, quam *melli* vel *saccharo* uti superiùs factum, artificiosè addas.

Nota; de *Saccharo Candi* & *Penidii* quid sentiam *Animadversiones nostræ* in *Syrupum Capillorum Veneris* demonstrabunt.

DIACODION ACTUARII.

℞. Capita Papaveris, magnitudinis mediocris, non nimium humida, nec omnino arida numero tredecim,
Rosarum rubearum drachmas duas semis,
Croci orientalis,
Acaciæ,
Glycyrrhizæ ana drachmam unam,
Boli Armen. unciam semis,
Cinamomi electi,
Rad. Consolidæ majoris.
Hypocistidis,
Balaustiorum ana drachmam unam,
Myrti,
Dauci ana unciam unam,
Corallii utriusque,
Sumach,
Sanguinis Draconis,

Flo-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 315 sur 955

Florum Althææ ana drachmas duas,
Sem. Portulacæ drachmam ſemis.

Capita Papaveris in aquâ pluviali aut fontanâ duobus diebus macerato; poſtridie ad tertias coquito, & decoctum expreſſum cum mellis optimi libris duabus ad juſtam conſiſtentiam bulliat: poſtremò depoſito ab igne vaſe ſpecies ſubtiliſſimè tritas adjicito, ac benè unito. Quod ſi ſolidiorem compoſitionem efficere volueris, decoctum expreſſum prius jam dictum, cum ſufficienti quantitate Sacchari decoquito, accipiendo ad libram unam Sacchari, ſpecierum ingredientium unciam unam. Fiat confectio in rotulis.

Cæliacis, dyſentericis, lævitati inteſtinorum ac alvi profluviis prodeſt: ſanguinis ſputo medetur, & acres tenuesque fluxiones ad thoracem devolvi prohibet.

AUctor in Textu legit *Hali*. Eſt autem *Halus*, *Halum*, ſive *Alum* herba, quæ *Symphytum petræum*, aut *Conſolida ſaxatilis* dicitur, in cujus defectu radices *Conſolidæ majoris* rectè ſubſtituuntur.

ANIMADVERSIONES.

JUxta modum ſuperiùs indigitatum, ratione *capitum Papaveris*, eorumque *ſeminum*, & hoc *Diacodion* confici poteſt, nimirum ex *capitibus Papaveris* exemptis *ſeminibus*, parando *decoctum*, ac cum illo priùs clarificato, & ad libram dimidiam circiter per evaporationem abſtracto, ex eorum *ſeminibus*, exactiſſimè & ſubtiliſſimè contuſis, conficiendo *emulſionem craſſiorem*, aut quaſi *pulpam liquidam*, quæ deinceps *melli jam ad paulò craſſiorem conſiſtentiam cocto* jungatur, & his demùm optimè permixtis, *reliquæ ſpecies ſubtiliſſimè pulveriſatæ* inſpergantur. Quod ſi etiam *ſuccos Acatiæ*, *Glycyrrhizæ* & *Hypociſtidis* ſeparatim in ſ. q. *decocti Papaveris* nonnihil diſſolutos ultimò adderes, efficacius *Diacodion* efficeres. Sin autem *Diacodion ſolidum* ex iiſdem ingredientibus parare lubido eſſet, procedatur hunc in modum:

℞. *Sacchari pulveriſati* ℔ j,

Quam cum prædicta *emulſione ſeminum Papaveris* abſque coctione ſupra ignem diſſolve, in modum ac ſi *Tabulas* vel *Morſulos* ex *ſucco Citri* vel *Berberûm* conficere velles, cui ſub finem adde *ſpecierum ingredientium pulveriſatarum* ℥ j, vel ℥ j ß; Fiantque l. a. *Morſuli*, vel *Confectio ſolida*.

DIACODION SOLIDUM.

℞. Capita Papaveris albi, mediocri magnitudine, nec nimis virida, neque prorſus ſicca numero viginti,
Aquæ pluviæ aut fontanæ libras tres.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 316 sur 955

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur donec contabuerint capita & colentur: ad extremum adde Sacchari ſufficientem quàntitatem, & coquatur ut eſt artis.

SUmenda ſunt capita Papaveris flaccida inter recentia & arida medio modo ſeſe habentia, qualia ferè ſunt pridie collecta.

ID jam ferè in uſu eſſe deſiit, cùm multò jucundiùs parari à Pharmacopœis noſtris ſoleat in modum ſequentem,

DIACODION IN SOLIDO USITATUM,

℞. Sem. Papaveris albi unciam ſemis,
Aquæ Farfaræ,
Roſarum ana unciam unam ſemis,
Fiat emulſio, in qua diſſolve
Sacchari albiſſimi uncias quatuor.
Fiat confectio in rotulis.

CReberrimus hujus confectionis uſus ad tenues, ſalſos & acres catarrhos inhibendos ac incraſſandos: tuſsim ſedat, faucium aſperitatem lenit, & raucedinem à calidis defluxionibus obortam aufert.

ANIMADVERSIONES

In Diacodion Solidum, & Diacodion in Solido uſitatum.

EX ſuperioribus *Animadverſionibus* horum *Diacodiorum*, exquiſitum parandi modum, (quem quidem & illi quodammodo in *Diacodio ſolido* uſitato indigitant,) exactè haurire poteris, obſervando unicè ne *emulſionem* cum *ſaccharo* coquas, ſed ſolummodo eam ſupra ignem diſſolvas, prout in *confectione Morſulorum ex ſucco Citri* vel *Berberum* fieri aſſolet. Poterit igitur minor quantitas *aquæ* vel *decocti* pro *emulſione* elicienda accipi, ac *ſemen* diutiùs & exactiùs contundi, ut ejus major parş cum *aquis* vel *decocto* diluta, per ſetaceum vel colatorium rarum tranſeat.

LOHOCH DE CAULIBUS GORDONII.

℞. Succi Caulium rubeorum libram unam,
Croci drachmas duas,
Sacchari,
Mellis ana libram ſemis.
Miſce ut decet, & fiat Lohoch.

Rau-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 317 sur 955

Raucedini, & vocis ablationi medetur, ac pectus ab humoribus vitiosis repurgat, nec non spiritum facilitando thoracis levat angustias, priscis forsan magis quàm nobis usitatum medicamentum, ut qui Brassicæ plurimùm tribuentes, ex ea singulis in corpore membris singula comparârunt remedia, nunc nostris rarò est usui.

Mesue aliter in *Pract. cap de tussi humida* præparat. Recipit enim succi Caulium libras quinque; hunc, spumam auferendo, lento igne coquit ad libras duas: deinde addit sapæ vini, & mellis ana libram unam, atque sic coquendo ad justam perducit consistentiam.

ANIMADVERSIONES.

Lohoch hujus genuina præparatio institui potest hunc in modum; videlicet,

℞. *Crocum*, quem cum *succi Caulium rubeorum particulâ* dilue; *reliquum succum* cum *saccharo* & *melle* ad consistentiam satis crassam coque, cui, ubi parùm refrixerit, in fine demùm *Crocum* dilutum adde, atque ita *Lohoch* confice.

LOHOCH DE FARFARA.

℞. Radicum Farfaræ seu Tussilaginis libram unam.

Coquantur in aquâ donec dissolutæ fuerint; postmodùm contundantur & colentur, addendo

Mellis libras duas;

Coquantur ad justam consistentiam.

Tabidis prodest, pulmonis ulcera glutinat, faucium ac asperæ arteriæ asperitates lenit, inter Arteriaca medicamenta haud postremum: quod studio huc apposuimus, ut ejus normam, ex aliis ejusmodi simplicibus Lohoch præparari possent, utpote Lohoch ex Althæa, Enula, Liquiritia, & similibus, quibus interdum aromata adjiciuntur, atque inprimis Crocus pectori conveniens.

ANIMADVERSIONES.

Paretur utcunque libuerit, vel ex *decoctione radicum*, vel è *succo ipso ex herba & radicibus Tussilaginis simul sive seorsum expresso*, & addito *melle*, fiat *Lohoch.*

LOHOCH DE PAPAVERE

MESUE.

℞. Sem. Papaveris albi drachmas viginti quinque,
Amygdalarum dulcium mundatarum,

Nu-

Nucleorum pineorum,
Gummi Arabici.
Succi Glycyrrhizæ ana drachmas decem,
Amyli drachmas tres,
Sem. Portulacæ,
Lactucæ,
Cydoniorum ana drachmas quatuor,
Croci drachmam unam,
Penidiorum alborum uncias quatuor,
Syrupi de Papavere uncias tres.

Omnia incisa & contusa Syrupo de Papavere excipiantur, cujus hæc esto formula.

℞. Capitum Papaveris albi & nigri recentium ana uncias sex,
Sem. Lactucæ.
Florum Violarum ana unciam unam semis.

Coquantur dum intabuerint capita in aquæ cucurbitæ libris octo. Expressum & colatum cum Sacchari libris quatuor, aut Sacchari & Penidiorum ana libris duabus, percoque ad Syrupi crassitudinem.

Efficax est in destillationibus tenuebus, quæ acrem, salsam, tenuem, & liquatam materiam in thoracem demittunt, fauces asperant, insomniam ac febrem pariunt; confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, & pleuritidi

ANIMADVERSIONES.

EX enumeratis hujus *Lohoch Papaverini speciebus*, maximè verò ex insigni illa quantitate *Gummi Arabici*, *seminis Cydoniorum* & *Amyli*, egregium *gluten* & *viscum* confici posset, præsertim si *prædictum Gummi* debitè priùs (uti quidem fas esset,) dissolveretur, & *semen Cydoniorum* etiam extraheretur. Nec sanè operæ præcium est, ut in hac & aliis consimilibus nugacissimis & rudi minervâ conscriptis compositionibus emendandis, diutius calamum conteramus. Nihilominùs tamen si citra labores, & glutinoso hoc edulio appetitum sedare velis, conficias ex *Papaveris capitibus*, *seminibus* exemptis, *decoctum*, quod clarificatum *ad ℥ iij* circiter evaporare sinas, quo cum *eorundem capitum semina*, *Amygdalas dulces* & *nucleos Pineæ* exactè & optimè contundas, ut veluti *pulmam liquidam*, vel *emulsionem crassam* acquiras, per colatorium rarum vel setaceum transmittendam, cui loco *Penidii*, *Saccharum album*, nec non *Syrupum de Papavere* junge, & tandem etiam reliqua solummodò pulverisiata, quæ tamen meritò sigillatim dissolvi deberent, uti *Gummi Arabicum*, *succus Glycyrrhyzæ*, &c. Quinimò omnium optimum esset, hanc & similes compositiones ex Dispensatoriis radicitùs exstirpare, utpotè quæ ipsa valdoperè fœdant & conspurcant.

LO-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 319 sur 955

LOHOCH PASSVLARVM.

℞. Radicum Pæoniæ drachmas quatuor,
Hyſſopi,
Meliſſæ,
Scolopendrii, ſeu Ceterach ana manipulum ſemis,
Glycyrrhizæ unciam ſemis.

Fiat omnium decoctio in ſufficienti aquâ pluviâ; factæ colaturæ cum forti expreſſione, adde

Paſſularum minorum in mortario benè contuſarum, priùs mundatarum à gigartis & arillis libram unam.

Decoquantur, & per pannum lineum fortiter exprimantur; expreſſioni adde

Sacchari libram unam.

Fiat Lohoch ut eſt artis.

Frequenti uſui eſt noſtris ad tuſſim & pectoris vitia, maximè in pueruli, iiſdemque epilepticis, propter Pæoniæ radices ingredientes.

LOHOCH DE PINO MESUE.

℞. Nucleorum Pineorum drachmas triginta,
Amygdalarum dulcium,
Avellanarum aſſatarum,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Glycyrrhizæ,
Succi ejuſdem,
Amyli,
Capillorum Veneris,
Ireos ana drachmas quatuor,
Dactylorum drachmas triginta quinque,
Amygdalarum amararum drachmas tres,
Mellis Paſſularum,
Sacchari albi,
Butyri recentis ana uncias quatuor,
Mellis optimi libras tres, uncias duas.

Terenda terantur, & incidenda minutiſſimè incidantur, ac melle excipiantur.

Modus confectionis hic eſt, ut Gummi & Tragacanthum diu macerentur in libris tribus aquæ Capillorum Veneris, donec prorſus molleſcant; deinde cribro ſetaceo tranſmittantur, & libris duabus mellis optimi miſceantur ad lentum ignem, ac rudiculâ ligneâ diu moveantur, poſtea ei inſpergantur pulveres tenuiſſimi radicum

cum Iridis, Capillorum Veneris, Glycyrrhizæ, Sacchari & Amyli, & optimè misceantur. Demum utrumque Gummi mistum melli Passularum, in quo priùs fuerit dissolutus succus Glycyrrhizæ, vase ab igne depositò addatur, & diutiùs omnia agitentur, donec uniantur, addito Butyro recenti, si statim eo utendum sit: sin verò diutiùs fuerit asservandum, paretur absque Butyro, ne rancorem contrahat.

Diuturnæ tussi, difficultati spirandi, & asthmati succurrit, humores in thorace crassos incidit & attenuat, senibus maximè familiare; peripneumoniam quoque ac pleuritidem, inclinante jam febre, juvat.

PRo Melle Passularum aliqui Sapam non ineptè substituunt.

ANIMADVERSIONES.

In Lohoch Passularum, & Lohoch de Pino Mesue.

Lohoch Passularum paretur juxtà modum præscriptum; De *Lohoch de Pino* sanè quid inferam, omninò anceps hæreo, & propemodum obstupesco, quoties ejus præparationem omni prorsus judicio & ratione carentem mente revolvo, & pensiculatè mecum rumino, quod ipsum etiam prudenti Lectori accidet, si saltem ingredientia ejusdem diligenter perlegat relegatque, postea etiam modum confectionis, *Animadversionibus* super eandem factis fundatum perlustret. Nam primò, si *Gummi Arabicum & Tragacanthum in tribus libris aquæ Capillorum Veneris* macerari, & dissoluta per cribrum setaceum transmitti, (quod nil nisi *crassa* & *viscida mucilago* erit) nec non *libris duabus mellis* immisceri debeant, qualis quæso inde exurget hujus *Lohoch* durabilis consistentia? Secundò, *si utrumque Gummi duabus libris mellis* modo commistum sit, & *pulveres tenuissimi radicum Iridis, Capillorum Veneris, Glycyrrhyzæ, Sacchari & Amyli* pariter etiam illis additi & insperti sint, quomodo *Melli Passularum*, in quo *succus Liquiritiæ* dissolutus sit, ea denuò separatim commiscere debeo? Et tertiò, rebus hisce jam unitis, scilicet *libris tribus mucilaginis Tragacanthi & Gummi Arabici, duabus libris mellis, & Melle Passulato cum succo Liquiritiæ, pulvere radic: Ireos, Capillorum Veneris, Glycyrrhizæ, Saccharo, & Amylo*, addito etiam *Butyro*, (ubi statim hoc *Lohoch* utendum erit,) quid deinceps faciendum cum *Nucleorum Pineorum unciis tribus drachmis sex, Amygdalarum dulcium Avellanarum assatarum ana unciâ dimidiâ, Dactylorum unciis quatuor drachmis tribus, Amygdalarum amararum drachmis tribus, & reliquâ librâ unâ tum unciis duabus mellis?* Sunt ne hæc omnia omittenda, vel in qua forma addenda? Verùm ne diutiùs in his nugis ventilandis teram

ram tempus, utpotè quæ multum chartæ & temporis requirerent, si accuratiùs excutiendæ essent, addam aliam rationi magis congruam, & quodammodò concinniorum (quantum in hac *specierum farragine* fieri poterit) præparationem. Utpotè

℞. *Dactylorum* ℥ iv, ʒ iij,
Glycyrrhizæ.
Herbæ Capillorum Veneris ana ℥ ß.
Aquæ simpl. q. s.

Fiat *decoctio ad* ℔ j ß circiter; *Decoctum colatum* clarificetur, & in *colaturæ hujus clarificatæ unciâ unâ*, dissolve ad pultis formam,

Succi Glycyrrhizæ, ℥ ß,

Tum etiam in *prædicti decocti unciis duabus* vel *tribus* dissolve
Pulv. Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ℥ ß, similiter ad consistentiam pultis.

Jam

℞. *Nucleor: Pineorum* ℥ iij, ʒ vj,
Amygdalarum dulcium excort.
Avellanarum assat. ana ℥ ß,
Amygdalarum amar. ʒ iij.

Contundantur diû multumque in mortario cum *prædicto superiori decocto*, ut potior pars illorum cum ℥ vij vel viij *decocti*, per setaceum cogi vel transmitti queat, in qua *emulsione* supra ignem dissolve *sacchari albi* ℥ iv, quibus adde *succum Glycyrrhizæ dissolutum* superiùs, item *Gummi Arabici* & *Tragacanthi mucilaginem*; nec non

Pulveris Ireos,
Amyli ana ℥ ß:

Ac omnibus exactè permistis (ne grumi à *mucilagine* remaneant,) junge tandem

Mellis Passularum ℥ iv,
Mellis simpl. ept. clarificati & crassi ℔ iij, ℥ ij,

Fiatque *Loboch.* Quod ipsum, si libet, etiam alio modo confici potest, scilicet ex *Dactylis* priùs cum *aquâ* vel *decocto* parando *pulpam*, quæ ita in substantia *Lohoch huic* addatur; vel etiam cum *decocto superiori* in paulò majori quantitate facto, *mel* coquatur & clarificetur, quibus tum reliquæ *species* admisceantur.

LOHOCH E PORTULACA.

℞. Succi Portulacæ libras duas,
Trochisc. de Terra Lemnia drachmas duas,
de Charabe,

Gummi

Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis ana drachmam unam,
Lapidis Hæmatitis,
Pilorum Leporis uſtorum ana ſcrupulos duos,
Sacchari albi libram unam.
Fiat Lohoch, ut eſt artis.

Sputum ſanguinis cohibet, ac ruptis opitulatur pulmonibus: exeſa vaſa cruorem fundentia glutinat, & anhelitus vias ab exulceratione tutas reddit.

LOHOCH E PULMONE VULPIS MESUE.

℞. Pulmonis Vulpis ſiccati & præparati,
Succi Glycyrrhyzæ,
Capillorum Veneris,
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana unciam unam,
Sacchari clarificati uncias quindecim.

Omnia trita tenuiſſimè Saccharo excipiantur, & ad debitam formam redigantur.

Medicamentum hoc ex Meſue cap. de Phthiſi *deſumptum, prodeſt magnoperè tabidis, conſumptis, ac ulceratos pulmones habentibus. Ejus loco aliqui ſolum pulverem Pulmonis Vulpini cum Saccharo roſato exhibent.*

PUlmo recens ex Vulpe juvene venatu capta, ſanguine, venis & arteriis purgatur, vino albo odorato tepido ſæpè abluitur, in clibano ſiccatur, exſiccatus pulvere Abſinthii reponitur.

ANIMADVERSIONES

In Lohoch de Portulaca, & de Pulmone Vulpis.

IN hiſce *Lohoch*, quod ſingulariter moneam, non invenio; Quoad *Lohoch de pulmone Vulpis*, qualis *liquor* & quantum de ipſo pro diſſolutione *Sacchari* addi debeat, quilibet peritus Pharmacopœus facilè nôrit, & quidem ſi pro diſſolutione *Sacchari albi* ℥ *xvj. octo uncias aquæ Aniſi* addiderit, meo judicio, non aberrabit.

LOHOCH SANUM ET EXPERTUM.

℞. Cinamomi,
Hyſſopi,
Glycyrrhizæ ana drachmas quatuor,

Jujub.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 323 sur 955

Jujub.
Sebeſt. ana numero triginta.
Paſſularum enucleatarum,
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pinguium ana uncias duas,
Capillorum Veneris manipulum unum,
Fœnugræci drachm. quinque,
Sem. Lini,
Aniſi,
Fœniculi,
Ireos,
Calaminthæ ana drachmas quatuor.

Coquantur omnia in libris quatuor aquæ puriſſimæ ad medietatis conſumptionem : colaturæ expreſſæ adde

Penidiorum libras duas.

Coquantur ad perfectionem ; poſtea inſperge ſubſequentia minutiſſimè inciſa, & contuſa,

Pinearum mundatarum drachmas quinque,
Amygdalorum dulcium,
Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Amyli ana drachmas tres,
Ireos drachmas duas.

Miſceantur, ſubiganturque omnia celerrimè, donec albeſcat medicamentum.

Tuſsi, vocis aſperitati & raucedini à frigiditate natæ, auxilio eſt; craſſos itidem in thorace & pulmone humores incidit, & extenuat ; morbis tamen calidioribus, ut & tuſsi calidæ ſuſpectum.

LOHOCH E SUCCO SCILLÆ

Galeni.

℞. Succi Scillæ diebus canicularibus excepti libram unam,
Mellis libram unam ſemis,
Coque ad formam Lohoch.

Incidit, tenuat, & expulſioni apparat materiam craſſam, quæ thoracis cavo continetur, veterem tuſsim cum ſuſpirio ſanat, ſuppurationis, aſthmaticis, difficulter ſpirantibus in magna pituitæ copiâ, ſpiritus vias opprimente, ſuccurrit, promptèque hujuſmodi obſtructa liberat, ſenibus perpetuò ejuſmodi morbis conflictatis valdè neceſſarium.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 324 sur 955

SCillas plenas ac nitidas cultello eburneo in partes incidito ejuſque laminas puriores in mortario lapideo contuſas exprimito, ac utitor.

Galeni *deſcriptio à* Meſue *non differt, niſi quod* Meſue *ſuoci Scillæ, & mellis ana partes æquales ponit.*

LOHOCH E SCILLA COMPOSITUM MESUE, Aliis, LOHOCH AD ASTHMA.

℞. Scillæ præparatæ drachmas quatuor.
Marrubii,
Hyſſopi ana drachmam unam,
Iridis drachmas duas,
Myrrhæ,
Croci ana drachmam ſemis,
Mellis quantum ſufficit.
Fiat Lohoch.

PRædicta omnia valentiùs præſtat; anhelam tuſſim ac ſenum levat ſuſpiria; pectus a frigida, craſſa, tenaci & impacta iis locis pituita potenter expurgat.

CUm varia Linctuum genera ab Autoribus paſſim deſcripta legantur, nos uſitatiores ſolùm formulas appoſuimus: Unde Lohoch de Praſio Pauli, itemque Lohoch de Ptyllio, Tragacantho, ſemine Lini, Fœnugræci, & alia mucilagines recipientia, utpote quorum uſus ferè evaluit, ſtudiosè prætermiſimus.

ANIMADVERSIONES
In Lohoch ſanum, & expertum: De Succo Scillæ, & de Scilla compoſitum.

SCio quòd Pharmacopœi multùm ſe torqueant, ut ad mentem Authorum ori & oculis gratum *Lohoch*, ex præſcripta *Lohoch ſani compoſitione* efficiant, præſertim cùm illud plurimis in locis in frequenti uſu ſit. Ea propter nonnulli ad gratiam & candorem huic medicamento conciliandum, *ſpecies alioquin decoctioni deſtinatas, affusâ aquæ ſ. q. deſtillant; cum aquâ deſtillatione prolectâ* ex *Pineis* & *Amygdalis emulſionem* conficiunt, inque ea *ſaccharum* diſſolvunt, & tandem reliquos addunt *pulveres:* Per me quidem liceret, ut & deinceps ſimili ratione conficeretur, licet de *fructibus*, utpotè *Iujubis, Sebeſten, Paſſulis, Ficubus, Dactylis*, nil quicquam in deſtillatione virtutis proliciatur. Neque tamen ſi *decoctum* pararent, minorem imò majorem etiam ſubtiliorum & ſpirituſiorum partium, vide-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 325 sur 955

videlicet *Cinamomi*, *Hyſſopi*, *ſeminum Aniſi* & *Fœniculi*, *radicum Ireos*, *Calaminthæ*, faciunt jacturam, ac inſuper etiam *Lohoch* ingratum conficiunt ex *decocto illo mucilaginoſo*, quale efficiunt *ſemen Fœnugraci*, *Lini*, *Sebeſten*, &c. Igitur ex duobus malis minus eligendum eſſe exiſtimo; Ut *Lohoch ingrato & mucilaginoſo*, *partibus ſubtilioribus aromatum deſtituto* contenti ſint, vel *magis delicatum*, *fragrans oculis*, *& origratum*, *mucilagine tamen & viribus prædictorum fructuum deſtitutum* efficiant & acquirant *medicamen*. Hoc ſi arridebit, non neceſſum erit, ut *dicti fructus*, deſtillationi inutiliter committantur, ſed ſine illis *exiguâ quantitate aquæ* affusâ (℔ *j* circiter, vel ℥ *xv*) deſtillationem inſtituere præſtabit. Cæterum, *Lohoch è ſucco Scillæ*, & de *Scilla compoſitum*, poſſunt ſecundùm artem & Pharmacopœorum judicium præparari.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS XI.

Continens

CONFECTIONUM Seu SPECIERUM AROMATICARUM FORMULAS.

HVic *Claſſi* confectionum aromaticarum *plures & diverſæ ſpeciei*, *formæ aut conſiſtentiæ* compoſitiones *inſertæ ſunt*: *Etenim ſub nomine* confectionum pulverum, *ſive* ſpecierum aromaticarum, *ex diverſis & multifariis ingredientibus conflatarum*, *magna hæc adeſt medicinarum ubertas*. Species aromaticas *dictas*, *ſequuntur* Morſelli, confectiones *ſcilicet in forma oblonga & quadrata*; *Item* Rotulæ, *ut* Tabulæ *in forma orbiculari*, *quæ ipſæ* confectiones *maximè familiares & communes ſunt*, *ac ex omnibus præcedentibus*, pulveribus *ſive* ſpeciebus, *addito* ſaccharo *in debita quantitate* (libra unâ videlicet ſacchari ad unciam unam communiter, vel unciam unam cum dimidia, aut uncias duas ſpecierum prædictarum) *confici poſſunt*, *prout etiam* Electuaria, *ſi* mellis *vel* ſacchari duplum vel triplum *in debita conſiſtentia addas*. *Poſt hæc* Paſtæ Regiæ, *ſive* Panis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 326 sur 955

Marcius: Pignolatæ *itidem*, Morſelli, *grandiores ſcilicet: Item* ſpecies inciſæ & groſſæ, *ac* Trageæ aromaticæ *in forma etiam* pulveris. *Et ultimò demùm* confectiones *propriè dictæ* ſeminum, fructuum, radicum, corticum ac aromatum ſacchato obductorum: *Quæ cuncta ad delectum & ſaporis gratiam adinventa ſunt, ex quibus tùm Medicus, tùm Patiens ipſe, eligere poſſunt, quæ maximè arrident, & ex uſu ſunt.*

AROMATICUM CARYOPHYLLATUM MESUE.

℞. Caryophyllorum drachmas ſeptem,
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ,
Santali Citrini,
Trochiſcorum Diarhodon,
Cinamomi,
Ligni Aloës,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi ana drachmam unam,
Roſarum rubearum drachmas quatuor,
Galliæ Moſchatæ veræ,
Glycyrrhizæ ana drachmas duas,
Folii, aut Macis.
Cubebarum ana ſcrupulos duos.
Ambræ drachmam unam,
Moſchi ſcrupulum ſemis,

Cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra roborat: nauſeam & vomitum reprimit, flatus diſſipat, putredinem humorum in ventriculo arcet, ac infirmæ concoctioni opitulatur.

NOtandum, Confectiones has aromaticas, Ambram, & Moſchum, ac Galliam, vel etiam Camphoram recipientes, etiam ſine his odoratis in uſum mulierum, quæ uterinis ſuffocationibus obnoxiæ ſunt, ac fragrantiam vel odorem horum medicamentorum non ferunt, commodè parari poſſe, ſicque in Officinis noſtris dupliciter, completas nimirùm & incompletas, extare debere.

Quod ſi quis ex his confectionem in formâ ſolidâ parare voluerit, ad ſingulas drachmas ſpecierum pro earundem conditione (cùm alia plùs, aliæ minùs ſacchari exigant) ſacchari optimi unciam unam, vel drachmas decem adjiciat, paretque ut artis eſt, quam regulam pro ſpeciebus in univerſum notandam ſubjecimus.

ARO-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 327 sur 955

AROMATICUM ROSATUM
Gabrielis.

℞. Rosarum rubearum drachmas quindecim,
Glycyrrhyzæ rasæ drachmas septem
Ligni Aloes,
Santali Citrini ana drachmas tres,
Cinamomi electi drachmas quinque,
Caryophyllorum,
Macis ana drachmas duas semis,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drachmas duas, scrupulos duos,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ ana drachmam unam,
Spicæ Indicæ,
Ambræ cineritiæ ana scrupulos duos,
Moschi scrupulum unum,

Frequentissimus ejus usus in magno humidorum excrementorum ventriculi proventu, coctionem juvat, putredinem prohibet, stomachi mollitiem corrigit, imbecillitatem firmat, ventrem inferiorem totum & nutritionis instrumenta roborat, ventriculum dissendentes flatus dissipat, appetentiam collapsam excitat, nauseam sedat, & stomachicis mirum in modum confert: convalescentes insuper ac è diuturno morbo emergentes plurimum recreat.

DIAMBRA MESUE.

℞. Cinamomi,
Doronici,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Folii, aut Cassiæ ligneæ,
Galangæ ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris,
Minoris ana drachmam unam,
Zingiberis drachmam unam semis,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Piperis longi ana drachmas duas,
Ambræ drachmam unam,
Moschi drachmam sem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 328 sur 955

AD omnem corporis imbecillitatem & noxam à frigida causa efficax est, viscera omnia calefacit & roborat, frigidoque sopita reficit ac recreat: vertiginem abolet, cerebri humiditates absumit, spiritus cùm vitales, tùm animales adauget, & concoctionem adjuvat; affectibus item uterinis ex frigida & humida intemperie natis prodest, senibus ob id & mulieribus salubre medicamentum.

NOnnulli pro folio Nardum Celticam substituunt.

DIANISU MESUE.

℞. Sem. Anisi uncias duas semis,
Glycyrrhizæ rasæ,
Mastiches ana unciam unam,
Sem, Carui,
Fœniculi,
Galangæ,
Macis,
Zingiberis,
Cinamomi ana drachmas quinque,
Trium Piperum,
Cassiæ ligneæ veræ,
Pyrethri,
Calaminthæ ana drachmas duas,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Spicæ Indicæ,
Croci ana drachmam unam semis.

VEntriculo frigido & humido succurrit, ac cruditates à lenta pituita natas absumit: flatus quoque crassos in ventre collectos dissipat, quin etiam pectus à tenacibus humoribus repurgat, ac ob id diuturnæ tussi medetur.

SPECIES CONTRA APOPLEXIAM.

℞. Succini albi drachmam unam semis,
Margaritarum,
Smaragdi ana drachmas duas,
Ligni Aloës,
Cornu Cervi præparati,
Rad. Pæoniæ ana drachmam unam,
Cort. Citri drachmam semis,

Sem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 329 sur 955

Sem. ejuſdem ſcrupulum unum,
Ambræ veræ ſcrupulum ſemis,
Moſchi Alexandrini grana quinque,
Tabulati de Extracto Ligni Aloës.
Manus Chriſti perlatæ cum oleo Cina. ana unc. unam ſemis;
Redigantur in pollinem.

ANimalis vitalisque facultatis robur eximiè tuentur ac reficiunt, unde diuturnis capitis affectibus, præſertim frigidis opitulantur; ſpiritus redintegrant, obſtructiones meatuum cerebri recludunt, vertiginem auferunt, ac paroxyſmos tàm epilepticos, quàm apoplecticos antevertunt; ſenibus ac infirmam ætatem degentibus familiare & conſuetum medicamentum.

ALiàs legebantur Sacchari albiſſimi unciæ tres, pro quibus Tabulata Manus Chriſti perlat. cum Oleo Cinamomi, & id quod ex Agallochi Extracto parari conſuevit, æquali pondere ad medicamenti vim ac efficaciam augendam, ſubſtituenda cenſuimus.

DIANTHON NICOLAI.

℞. Florum Roriſmarini unciam unam,
Roſarum,
Violarum,
Glycyrrhizæ ana drachmas ſex,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Galangæ,
Cinamomi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cardamomi,
Sem. Anethi,
Aniſi ana ſcrupulos quatuor.

PRater rationem triſtibus ſubvenit, animi enim latitiam auget, item cardiacis, elephantiacis, animi defectionibus, & cordis ſyncopi auxilio eſt; prodeſt etiam deſtillatione affectis, & in univerſum omni cordis ac corporis imbecillitati.

DIACALAMINTHES MESUE.

℞. Calaminthæ fluviatilis, ſeu Mentaſtri,
Campeſtris,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 330 sur 955

Seseleos, id est, Sileris montani,
Petroselini Macedonici,
Ligustici ana drachmas sex,
Zingiberis drachmas tres,
Sem. Apii,
Comarum Thymi ana drachmas duas,
Piperis nigri unciam unam semis.

TEnaces & viscidos humores attenuat, flatus crassos dissipat, indeque natum singultum solvit: coctionem, & alimenti in corpus distributionem juvat, affectus ventris frigidos sanat, & urinam ac menses promovet.

CAlamintha Campestris, Germanis dicitur, **wilde Feld oder Cornmüntz.**

DIACALAMINTHES GALENI.

℞. Piperis uncias sex,
Cardamomi uncias duas,
Cacuminum Thymi,
Semen Apii ana unciam semis,
Seseleos Massilienses,
Pulegii montani,
Sem. Petroselini Macedonici,
Calaminthæ montanæ ana drachmas duas.

FAmosum hoc Galeni *medicamentum (quo potiùs, quàm eo, quod secundum* Mesue *descriptionem paratur, utimur) describitur ab Auctore* lib. 4. de tuenda valetudine, *quo is utebatur in ulceroso sensu, cùm crudorum succorum copia extra venas in corporis habitu recepta erat: utile enim est medicamentum ad thoracis & stomachi vitia, tussim à frigido excitatam, ac præcordiorum & pectoris refrigerationem, senibus & quartanariis confert, difficulter coquentes adjuvat, crassos & lentos humores tenuat, flatus crassos discutit, urinam ac menses movet, qui præcipuè ex vasorum à crassis & lentis humoribus obortâ obstructione retinentur.*

DIACINAMOMU MESUE.

℞. Cinamomi tenuis drachm. quindecim,
Cassiæ ligneæ,
Rad. Enulæ ana unciam semis,
Galangæ drachmas septem,
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Zingiberis,
Cardamomi utriusque,

Macis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 331 sur 955

Macis,
Nucis Moſchatæ,
Ligni Aloës ana drachmas tres,
Croci drachmam unam,
Sacchari Tabarzeth drachmas quinque.

Concoctionem juvat, pituitæ putredinem prohibet, ac alimenti in corpus diſtributionem promovet.

Nonnulli compoſitioni huic Moſchi ſcrupulos duos addunt: nos verò ſic eam hucuſque ſine Moſcho parare conſuevimus, ut qui pro cujuſlibet Medici arbitrio quovis tempore adjici queat.

CONFECTIO CORDIALIS
Alexandri Benedicti.

℞. Margaritarum,
Granatorum Orientalium,
Spodii de Ebore,
Cinamomi,
Tormentillæ,
Soli Armen. ana drachmas tres,
Terræ Lemniæ ſcrupulos octo,
Santalorum omnium,
Raſuræ Eboris,
Unicornu ana drachmas duas,
Hyacinthi,
Saphyri,
Corallii utriusque,
Charabe, ſeu Succini albi,
Valerianæ veræ,
Dictamni,
Zedoariæ,
Ligni Aloës ana drachmam unam,
Serici crudi toſti ſcrupulos duos,
Oſſis de corde Cervi drachmam ſemis,
Beën utriusque ana ſcrupulos duos,
Fol. Auri num. quinque,
Ambræ,
Moſchi ana grana decem.

Febribus peſtilentibus & malignis adverſatur, humores putreſcentes corrigit, aut eos corrumpi prohibet: ſpiritus vitales plurimum reficit, ac cordis vires tuetur, unde etiam nomen confectionis Cordialis obtinuit, ut quæ omnem penè noxam cordi adverſam disjiciat & expellat.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 332 sur 955

PRo Unicornu duplum hic pondus Cornu Cervini usti & præparati ex Apicibus desumpti; pro osse verò de Corde Cervi, sicut in aliis quoque ejusmodi compositionibus, Margaritas præparatas substituimus.

SPECIES CORDIALES TEMPERATAE.

℞. Ligni Aloës,
Spodii ex Ebore ana drachmam unam,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Ossis de Corde Cervi,
Doronici,
Beën utriusque ana drachmam unam semis,
Margaritarum drachmas sex,
Serici crudi tosti,
Corall. rubeorum,
Alborum ana drachmas duas,
Hyacinthi,
Smaragdi,
Saphyri ana drachmam semis,
Croci scrupulum unum,
Ambræ,
Moschi ana drachmam semis,
Fol. Auri,
Argenti ana numero decem.

COrroborant, animi deliquio medicantur, nec non in pestilente luc commendantur.

NOs Augustani pro Corallio albo rubeum semper subrogamus, cùm adulteratio in isto facilè committi possit, ob Ostracodermorum quorundam similitudinem, quam rubrum Corallium non admittit.

DIACVMINVM NICOLAI.

℞. Cumini priùs per diem naturalem in aceto infusi, & rursus exsiccati, unciam unam, scrupulum unum.
Cinamomi,
Caryophyllorum ana drachmas tres, scrupulos duos,
Galangæ,
Thymbræ seu Satureiæ,
Calaminthæ,
Zingiberis,

Piperis

Piperis nigri ana drachmam unam, ſcrupulos duos,
Ammeos,
Liguſtici ana drachmam unam, ſcrupulum unum, grana ſex,
Piperis longi drachmam unam,
Spicæ,
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi ana ſcrupulos duos ſemis.

Thoracis, præcordiorum, ventriculi & viſcerum imbecillitati à frigida cauſa natæ, ac oxyregmiæ opitulatur, ſtomachicis convenit, inteſtinorum flatus diſſipat, hypochondriorum diſtenſionem à nimiâ cruditate & flatibus profectum aufert; viſcera calefacit & concoctionem mirè juvat, arteriacis itidem, difficultati ſpirandi, & tuſſi ex frigidis craſſisque humoribus ortæ, auxilio eſt, nec non inflatis, colicis, & quartanariis plurimùm prodeſt.

DIACURCUMA MESUE,
Seu Diacrocu.

℞. Croci,
Aſari,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Dauci,
Aniſi,
Apii ana unciam ſemis,
Rhabarbari,
Meu,
Phu, ſeu Valerianæ majoris,
Spicæ Indicæ ana drachmas ſex,
Scolopendrii, ſeu Ceterach drachmas duas ſemis,
Coſti,
Myrrhæ,
Caſſiæ ligneæ,
Schœnanthi,
Carpobalſami, ſeu Cardamomi minoris,
Rubiæ,
Succi Abſinthii,
Eupatorii Meſue, ſeu Agerati,
Olei Caryophyllorum ana drachmas duas,
Calami Aromatici,
Cinamomi ana drachmam unam ſemis,
Scordii veri,
Succi Glycyrrhizæ ana drachmas duas ſemis,
Tragaçanthi drachmam unam.

Medi-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 334 sur 955

MEdicamentum hoc, quod nonnullis Διὰ κρόκε, aliis, Διὰ ἐρυσιπελάτων inscribitur, viscerum internorum, ventriculi nempe, hepatis & lienis morbis frigidis ac diuturnis subvenit. Usurpatur ad cachexiam & hydropem, obstructiones enim internas reserat, colorem corporis fœdum & totum ejus habitum frigidiorem corrigit, frigidam item & humidam stomachi intemperiem emendat, flatus crassos dissipat, humorumque corruptionem prohibet, renum quoque vitiis ab obstructione crassorum & viscidorum humorum natis, opem fert, urinam prolicit, ac frigidis vesicæ affectibus medetur.

NOtandum, in compositione hac pro radicibus Meu radices Angelicæ aut Ostrutii, pro Phu radices Valerianæ, pro Carpobalsamo Cubebas, Cardamomum, aut grana Juniperi, pro Opobalsamo Oleum Caryophyllorum, rectè substitui posse.

DIOSPOLITICON GALENI.

℞. Cumini aceto macerati & tosti,
Piperis longi vel nigri,
Fol. Rutæ siccat. ana unciam unam,
Nitri unciam semis, vel æquale cum reliquis pondus, si movere ventrem velit.

MEdicamentum hoc à Diospoli Ægypti oppido denominationem sortitum, describitur à Galeno δι' ὑγιεινῶν ε. *Flatus potenter dissipat, & ventriculo infarctam pituitam efficaciter detergit.*

CUminum pridie macerari aceto acerrimo debet, & in vase fictili probè cocto frigi, deinde tundi.

ELECTUARIUM DUCIS EX NICOLAO.

℞. Sem. Anisi drachmas duas, grana sedecim,
Glycyrrhizæ,
Mastiches ana scrupulos duos, grana quinque,
Chamædryos,
Cinamomi,
Zingiberis albi,
Galangæ,
Sem. Fœniculi,
Carui ana scrupulum unum, grana quindecim,
Cassiæ ligneæ,
Calaminthæ,
Pyrethri,
Piperis albi,

Longi,

Longi,
Cyperi rotundi,
Schœnanthi,
Rad. Ireos,
Folii,
Asari,
Sem. Dauci,
Amomi ana scrupulum unum,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Calami Aromatici,
Cubebarum,
Caryophyllorum,
Carpobalsami,
Cardamomi,
Baccarum Juniperi,
Rad. Pentaphylli,
Acori,
Rhabarbari,
Nucis Moschatæ,
Xyloaloës,
Basilici Caryophyllati,
Sem. Anethi,
Ligustici,
Petroselini Macedonici & nostratis,
Seseleos,
Asparagi,
Citri,
Ammeos,
Milii Solis,
Saxifragiæ, seu Pimpinellæ,
Scariolæ,
Nucleorum quatuor seminum frigid. majorum,
Beën utriusque,
Styracis Calamitæ ana scrupulum semis, grana quinque,
Penidiorum drachmas quatuor, scrupulos duos semis.

Cruditatem, inflationemque ventriculi & intestinorum corrigit, colicos etiam, ac iliacos curat; præterea calculos elidit, & urinam remorantem potenter promovet.

Aliam compositionem habet Rhasis, quam Cantharides ingrediuntur. Vide *Fumanellum de urin. difficult fol.* 190.

DIA-

DIAGALANGA MESUE.

℞. Galangæ,
Ligni Aloës ana drachmas ſex,
Caryophyllorum,
Macis,
Liguſtici ana drachmas duas,
Zingiberis,
Piperis longi,
Albi,
Cinamomi,
Calami Aromatici ana drachmam unam ſemis,
Calaminthæ ſiccæ,
Menthæ ſiccæ,
Cardamomi majoris,
Spicæ Indicæ,
Sem. Apii,
Aniſi,
Fœniculi,
Carui ana drachmam unam.

Ventriculi & jecoris intemperiem frigidam ſanat, ob id coctionem juvat, ructus acidos compeſcit, flatus craſſos, atque ab eis natas inflationes diſſipat, oris halitum commendat, ac ejuſdem fœtorem gigni vetat.

Pro Liguſtico Cardamomum minus odoris gratiâ hîc ſubſtituitur.

ELECTUARIUM DE GEMMIS CALIDUM MESUE.

℞. Trochiſcorum Diarhodon,
Ligni Aloës ana drachmas quinque,
Margaritarum albarum,
Zedoariæ,
Doronici,
Corticum Citri,
Macis,
Sem. Ocymi Caryophyllati,
Ambræ veræ ana drachmas duas,
Corallii rubri,
Succini albi,
Raſuræ Eboris ana ſcrupulos quinque,
Saphyri,

Hyacin-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 337 sur 955

Hyacinthi,
Sardæ,
Granatorum,
Smaragdi, aut Turchitis,
Cinamomi,
Galangæ,
Zurumbeth (id est, Zedoariæ rotundæ) ana drachmam unam semis,
Beën utriusque,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Piperis longi,
Spicæ Indicæ,
Folii,
Croci,
Cardamomi majoris ana drachmam unam,
Foliorum Auri numero viginti,
Argenti numero decem,
Moschi drachmam semis.

Ad frigidos affectus cerebri, cordis, ventriculi, hepatis, & uteri efficacissimum, melancholicos, tristes sine causa manifestæ timidos, solitarios juvat, exhilarat, ac ad mores probos invitat: cordis tremorem & syncopen emendat, ventriculum à frigida intemperie imbecillum roborat, & coctione cùm ejusdem, tùm hepatis meliore redditâ, corpus εὔχυμον præstat, universi habitus refrigerationem corrigit, imbecillitatem reficit, hypothymias & uteri præfocationes sanat.

Nota hic in Smaragdi defectu Turchitem sumi posse, cùm apud *Mesuen* legatur Peruzegi, quo nomine Turchitem aliqui significari volunt.

Probantur Saphyri, & Smaragdi qui in ignem conjecti flammam non edunt; alii enim illegitimi sunt, & ex argenti fodinis eruuntur crudiores, Sulphuris aut alterius cujusdam mineralis haud quaquam nobilis naturam sapientes. Vide Prolegomena.

ELECTUARIUM DE GEMMIS FRIGIDUM.

℞. Margaritarum præpar. drachmas tres,
Spodii de Ebore,
Rasuræ Eboris,
Corallii utriusque ana drachmas duas,
Flor. Rosarum rubrarum drachmam unam semis,
Hyacin-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 338 sur 955

Hyacinthi,
Smaragdi,
Saphyri,
Sardæ,
Granati,
Santali albi,
Rubri,
Citrini,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Sem. Acetoſæ,
Baſiliconis,
Beën utriusque ana drachmam unam,
Oſſis de corde Cervi drachmam ſemis,
Fol. Auri,
Argenti ana numero quindecim.

Magnis febrium inflammationibus confert, ac jecinoroſis prodeſt; inſuper appetentiæ dejectæ, ſyncopi, cordis palpitationi, tuſſiculoſis & aſthmaticis auxiliatur.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Hyacinthi præparati,
Corallii rubri,
Boli Armen. Orientalis,
Terræ ſigillatæ ana drachmam unam ſemis,
Granorum Chermes,
Rad. Tormentillæ,
Dictamni albi,
Sem. Citri mundati,
Acetoſæ,
Portulacæ,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubearum,
Santalorum omnium,
Oſſis de corde Cervi,
Cornu Cervi uſti,
Raſuræ Eboris ana ſcrupulos quatuor,
Saphyri,
Smaragdi,
Topazii,
Margaritarum,

Serior

Serici crudi tosti ana scrupulos duos,
Folia Auri numero viginti,
Argenti numero decem,
Ambræ veræ,
Moschi ana scrupulum unum,
Camphoræ grana quinque.

Opitulatur cardiacis & hypothymias patientibus, viribus exsolutos sibi ipsis restituit; syncopas arcet, animi defectiones sanat, pestiferos morbos præcavet, eosdemque jam factos expellit, putredinem humorum corrigit, ac in malignis febribus, cor à tetrarum fuliginum & pravorum vaporum insultu tuetur.

Compositio hæc longè alia est, quàm quæ in luminari majore ex *Avicennâ* desumpta prostat. Nos hanc communi alioquin voce celebratam ex *Iouberti Animadversionibus* sic restituimus, apud quem alia quoque descriptio legitur in *Pharmacop. Sect. tertia de conf. Alcher. molli:* itemque alia in *Tract. ejusdem de Peste*, capite ultimo.

Notandum, in defectu Topazii, Smaragdi, aut Saphyri, substitui commodissimè hic posse Hyacinthos præparatos ex mente ejusdem Jouberti: *Præterea nobis folia Auri numero viginti, Argenti verò decem sufficere videntur, cùm tamen ille ana scrupulos duos posuisset. Quod idem etiam supra in* Electuario de Gemmis calido *observavimus.*

Servatur hæc Confectio partim sub forma pulveris, species exactè tritas confusè miscendo, partim etiam Electuarii mollis consistentiâ, exceptis nimirum pulveribus Syrup. de Limonibus, aut Julep rosati sufficienti quantitate, & ad formam Opiatæ permixtis.

DIAHYSSOPU NICOLAI.

℞. Hyssopi,
Ireos,
Thymi,
Piperis ana drachmas quindecim,
Pulegii,
Thymbræ, seu Satureiæ,
Rutæ,
Cumini ana drachmas decem,
Carnium Dactylorum,
Glycyrrhizæ,
Caricarum,
Passular. major. enucleatar.
Fœniculi ana drachmas quinque,
Zingiberis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 340 sur 955

Sem. Aniſi,
Carui,
Liguſtici ana drachmas duas ſemis.

Apitis vitiis frigidis conducit; columellam à frigidi humoris procubitu elongatam vel prætumefactam exiccat, arteriam asperam expurgat, omnia frigida thoracis & ſtomachi vitia emendat, & coctionem promovet: rariſſimè tamen in uſum venit.

TRagacanthum per ſe terendum; ſi enim cæteris mixtum teratur, inæqualitatem mixturæ faciet, id in reliquis etiam compoſitionibus obſervandum.

SPECIES IMPERATORIS.

℞. Cinamomi optimi drachmas decem,
Zingiberis unciam unam,
Caryophyllorum unciam ſemis,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas,
Moſchi optimi ſcrupulum ſemis.

Species hæ induntur potiſſimùm Tragematibus, cor & ventriculum frigidum humidum, ac flatulentum confortantibus, aut addito ſaccharo in Morſellos aptantur, qui ad ſtomachi ſegniter cibum concoquentis vires augendas, & ad robur ventriculo concilian-dum comparantur.

DIAIRIS SALOMONIS EX NICOLAO MYREPSO.

℞. Iridis unciam unam,
Pulegii,
Hyſſopi,
Glycyrrhizæ ana drachmas ſex,
Tragacanthi,
Amyli,
Cinamomi,
Zingiberis,
Piperis,
Amygdalorum amarorum,
Nucum Pinearum ana drachmas tres,
Caricarum,
Paſſular. enucleatar.
Carnium Dactylorum ana drachmas tres ſemis,
Styracis Calamitæ rubeæ drachmas duas, ſcrupulum unum

Fa

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 341 sur 955

Faucibus exasperatis, & columellæ fluxione tentatæ prodest; dyspnoicis item, arteriacis & tussiculosis auxilio est, nec non frigidæ capitis intemperiei & destillationi in fauces irruenti conducit, ac vocis jacturam frigore contractam resarcit.

Hæc compositio quia valdè ingrata est, parùm frequens esse solet, cùm sequentes magis in usu sint.

DIAIRIS SIMPLEX.

℞. Ireos unciam semis,
Sacchari candi,
Specier. Diatragacanthi frigidi ana drachmas duas.

Ad omnem faucium destillationem, idque initio nondum invalescente impetu feliciter adhibetur,

DIAIREOS USITATA.

℞. Specier. Diatragacanthi frigidi unciam unam,
Radicum Ireos uncias duas,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana unciam semis.

Hujus in destillationibus ad fauces ac asperam arteriam ruentibus, præ cæteris crebrior usus esse solet, cùm quòd gratior sit reliquis, tum quòd guttur probè leniat; expectoratum facilitet, nec non acres destillationes contemperet.

ELECTUARIUM JUSTINUM NICOLAI.

℞. Cinamomi,
Folii,
Costi,
Spicæ Indicæ,
Cassiæ ligneæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Longæ,
Enulæ,
Pentaphylli,
Hyssopi,
Pulegii,
Artemisiæ,
Leucopiperis,
Baccarum Juniperi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 342 sur 955

Lauri,
Orobi veri,
Sem. Petroſelini,
Leviſtici,
Oluſatri,
Urticæ,
Milii Solis,
Saxifragiæ,
Aſparagi,
Sileris montani,
Apii,
Anethi,
Rutæ,
Citri,
Fœniculi,
Aniſi ana drachmam unam ſemis.

AD dolorem renum minuendum haud incommodum, calculos atterit, ac urinæ difficultati ſuccurrit.

DE Orobo magna eſt inter doctos controverſia. *Fuchſius* Ciceris nigri ſemen ejus loco ſumendum eſſe arbitratur, ſed id amaritudine caret. Nos Dictamni albi, ſeu Fraxinellæ radices, prout etiam in Trochiſcis ſcilliticis, ſubſtituimus.

DIALACCA MAJOR MESUE.

℞. Laccæ lotæ,
Rhabarbari ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Florum & ſtipitum Schœnanthi,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Coſti, ſeu Zedoariæ,
Cinamomi,
Croci,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Bdellii,
Hyſſopi,
Sabinæ,
Amygdalorum amarorum excorticator,
Succi Abſinthii.
Eupatorii Meſue, id eſt, Agerati,
Rad. Rubiæ tinctorum,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ,

Ge

Gentianæ,
Asari,
Sem. Ammeos,
Apii,
Fœniculi,
Anisi ana drachmam unam semis,
Piperis nigri,
Zingiberis ana drachmam unam.

USurpatur ad ventriculi & jecoris frigidam intemperiem, hepatis obstructiones, inflationes & duricies, aquæ inter cutem medetur, menses ciet, scirrhum dissolvit, cachexiam depellit, urinas promovet, renum ac vesicæ duricies dissipat, & calculos atterit.

LAccæ præparatio in fine libri inter reliquas medicamentorum quorundam præparationes requirenda.

LÆTIFICANS GALENI EX NICOLAO PRAEPOSITO.

℞. Sem. Ocymi Caryophyllati, aut florum ejusdem,
Croci,
Zedoariæ,
Xylobalsami, aut Xyloaloës,
Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Styracis Calamitæ ana drachmas duas semis,
Rasuræ Eboris,
Sem. Anisi,
Thymi Cretici,
Epithymi ana drachmam unam,
Ossis de corde Cervi, vel Cornu Cervini optimi,
Margaritarum,
Camphoræ,
Moschi ana drachmam semis,
Folia Auri numero quinquaginta.
Argenti numero viginti quinque.

HÆc compositio Galeno *quidem falsò adscripta, sed magis ex* Nicolai Præpositi Antidotario *excerpta, plurimum valet ad cordis affectus, ejusque palpitationem, ventriculi & hepatis intemperiem frigidam & humidam corrigit, coctionem adjuvat, &*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 344 sur 955

corporis malum habitum emendat, colori gratiam reddens, oris quoque odorem ac halitum gratum efficit: vires debiles instaurat, melancholiam sanat, ac involuntarios fletus compescit.

EXemplar habet foliorum Auri & Argenti ana scrupulum unum, pro quo notandum, cùm ægrè hæc ponderari queant, nos numerum apposuisse. Quinquaginta enim Auri folia propemodum ponderant scrupulum, prout Argenti folia viginti quinque; sunt enim Auri foliis plus duplo majora.

LÆTIFICANS RHASIS.

℞. Melissæ.
Corticum Citri,
Caryophyllorum,
Galliæ Moschatæ Mesuë,
Mastiches,
Croci,
Cinamomi,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi majoris,
Sem. Pæoniæ,
Beën albi,
Rubri,
Zedoariæ,
Doronici,
Sem. Ocymi Caryophyllati ana unciam semis,
Moschi scrupulum unum,
Folia Auri numero quinquaginta,
Argenti numero viginti quinque.

D*Escribitur à* Rhase 9. *ad* Almansorem cap. 13. de Melancholiâ. *Plurimùm verò facit ad affectus cordis, ventriculi & jecoris, quas partes etiam roborat, palpitationem cordis abigit, valenter exhilarat, infirmæ concoctioni opem adfert, coloremque corporis vividum efficit.*

HÆc compositio priori præfertur, utpote magis jucunda & minùs sumptuosa, cui etiam majorum exemplo, folia Auri & Argenti addere voluimus.

CONFECTIO LIBERANTIS
INCERTI AUTHORIS.

℞. Rad. Tormentillæ,
Sem. Acetosæ,

Endi-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 345 sur 955

Endiviæ,
Coriandri præparati,
Citri ana drachmam unam ſemis,
Santalorum omnium,
Dictamni albi ana drachmam unam,
Boli Armen. præparatæ,
Terræ Lemniæ ana drachmas duas,
Margaritarum,
Corallii utriusque,
Succini albi,
Raſuræ Eboris,
Spodii ex Ebore, ſeu Eboris uſti,
Oſſis de corde Cervi,
Beën utriusque,
Doronici,
Cardamomi,
Cinamomi,
Macis,
Ligni Aloës,
Caſſiæ ligneæ,
Croci,
Zedoariæ ana drachmam ſemis,
Penidii,
Sacchari Candi,
Serici crudi toſti pulveriſati,
Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati ana ſcrupulos duos,
Florum Nymphææ,
Bugloſſi,
Roſarum ana ſcrupulum unum,
Camphoræ grana ſeptem,
Moſchi,
Ambræ ana grana tria.

EIus uſus multiplex eſt in febribus malignis, ipſaque peſte, cor namque à veneni labe tuetur, præterea ſudores movet, & à peſtilentis luis contagione præſervat, atque etiam liberat. Cordiale planè medicamentum omni ferè naturâ, ætati ac ſexui accommodatum.

ALium Antidotum cordialem ab hoc non ita diverſum, deſcribit *Fuchſius* 2. *comp. Medicam. ſectione quartâ*, quæ talis eſt;

℞. Dictamni albi,
Zedoariæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 346 sur 955

Herbæ Tunicæ,
Tormentillæ ana unciam ſemis,
Pimpinellæ drachmas tres,
Dictamni Cretenſis,
Scordii,
Trifolii odorati,
Ligni Aloës ana drachmas duas,
Sigilli Lemnii,
Boli Armenæ,
Corticum Citri,
Croci,
Santalorum rubeorum,
Alborum,
Ramentorum Eboris ana drachmam unam,
Corallii utriusque,
Charabe,
Unicornu,
Phu,
Margaritarum,
Granatorum,
Hyacinthorum ana ſcrupulos duos,
Serici toſti,
Antheræ,
Maſtiches ana drachmam ſemis,
Oſſis de corde Cervi ſcrupulum unum,
Moſchi,
Ambræ ana ſcrupulum ſemis.
Fiat Pulvis.

LITHONTRIBON NICOLAI.

℞. Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Xylobalſami, aut Xyloaloës,
Acori, aut Calami Aromatici,
Cinamomi,
Rad. Peucedani,
Meu, aut Seſeleos Cretici,
Trium Piperum,
Saxifragiæ ana drachmas duas ſemis,
Opobalſami, aut Olei Juniperini ex granis confecti,
Caryophyllorum,
Coſti,
Rhapontici,
Glycyrrhizæ,

Cyperi

Cyperi rotundi,
Tragacanthi,
Chamædryos,
Sem. Oluſatri,
Apii,
Ammeos,
Aſparagi,
Ocymi,
Urticæ,
Citri ana drachmam unam, grana quindecim,
Amomi,
Liguſtici,
Milii Solis,
Petroſelini Macedonici,
Seſeleos,
Sinoni, vel ſem. Dauci Cretici,
Anethi,
Cardamomi,
Folii, aut Macis,
Croci,
Schœnanthi,
Caſſiæ ligneæ,
Bdellii,
Maſtiches,
Ireos,
Euphorbii præparati,
Lapidis Lyncis, aut Judaici,
Olei Nardini compoſiti Meſue,
Olei Moſchellini ana ſcrupulum unum, grana quatuor.

Nephriticis, nec non ſtranguriæ, & dyſuriæ ſuccurrit, illorum, lumborum, & renum gravitates ac obſtructiones à frigidis & craſſis ſuccis ortas, expedit; veſicæ & renum calculos potentiſſimè elidit ac expellit, miram calculoſis utilitatem exhibens.

DIAMARG. CALIDUM AVICENN.

℞. Margaritarum Orientalium,
Pyrethri ana drachmam unam,
Zingiberis,
Maſtiches ana drachmas quatuor,
Doronici,
Zedoariæ,
Apii,
Capſici, id eſt, utriusque Cardamomi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 348 sur 955

Nucis Moſchatæ,
Macis,
Beën utriusque,
Piperis nigri,
Longi ana drachmas tres,
Cinamomi drachmas quinque.

AD univerſi corporis refrigerationem perutile, cardiacos, animo deficientes, mulieres uterum ferentes, præfocationes uteri, cordisque ſyncopen patientes juvat, omnium virium imbecillitatem firmat; his qui animo deficiunt, & ſupra modum triſtibus mirificè auxiliatur, ac omnium vitalium partium noxam diſcutit; aſthmaticis, tuſſientibus, tabidisque ſubvenit, ventriculi faſtidia tollit, ejusque coctionem juvat, uterinos meatus aperit: longo morbo dejectos & debilitate languentes recreat, & ad priſtinum robur reducit, privatim verò imbecillitati ſtomachi & cruditati ejuſdem, corporis ac cordis exolutioni medetur.

ALiam deſcriptionem ponit *Fœſius*, Lutetiæ uſitatam; aliam item Lugdunenſes, quæ *Actuario* adſcribitur; aliam denique *Melichius* ex *Nicolao* petitam, quarum quamcumque ſuis intentionibus curativis idoneam futuram quilibet eligere poterit.

DIAMARGARITON FRIGIDUM

INCERTI AUTORIS.

℞. Seminum quatuor frigidorum Majorum excorticatorum,
Portulacæ,
Papaveris albi,
Roſarum rubearum,
Florum Nymphææ albæ,
Borraginis,
Baccarum Myrti.
Santali albi,
Citrini,
Ligni Aloës ana drachmam unam,
Corallii albi,
Rubri ana drachmam ſemis,
Margaritarum drachmas tres.

OMnem virium imbecillitatem firmat, ſyncopen juvat, & aſthmaticos, tabidos, tuſſientes, longo morbo extenuatos ac imbecillitate languentes reficit, & priſtino recuperando robori conducit.

ZIngiber in hac compoſitione ſtudio omiſimus, ne medicamenti intentio mutaretur, ut quod refrigerando cordi ac reliquis viſceribus propriè ſit deſtinatum.

DIA-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 349 sur 955

DIAMOSCHUM DULCE MESUE.

℞. Croci,
Doronici,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis ana drachmas duas,
Margaritarum albarum,
Serici crudi tosti,
Charabe,
Corallior. rub. ana drachmas duas semis,
Galliæ Moschatæ veræ,
Ocymi Caryophyllati,
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi ana drachmam unam semis,
Beën albi,
Rubri,
Folii, aut Cassiæ ligneæ,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum ana drachmam unam,
Moschi scrupulos duos.

Commendatur ad cerebri affectus frigidos, vertiginem, comitiales, melancholicos, cordis palpitationem, tumultuosa insomnia, paralysin, convulsionem, pulmonis noxas, & spirandi difficultatem, sopitum calorem nativum recreat, cachexiam emendat; lienosis, jecinorosis, ac stomachicis succurrit.

DIAPENIDION NICOLAI.

℞. Penidiorum uncias duas,
Nucum Pinearum,
Amygdalorum dulcium,
Seminis Papaveris albi ana drachmas tres, scrupulum unum,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Succi Glyzyrrhizæ,
Tragacanthi,
Zingiberis,
Gummi Arabici,
Amyli candidissimi,
Sem. excortic. quatuor frigid. major. ana drachmam unam semis,
Camphoræ grana septem.

Tussi-

Tussiculosis, pleuriticis, peripneumonicis confert: omnem thoracis noxam, faucium asperitatem, vocis raucedinem & jacturam ex frigido & sicco contractam emendat: tabidis & purulenta rejicientibus opem fert: crassos humores attenuat, eosdemque expulsioni aptos reddit.

ELECTUARIUM CONTRA PESTEM FERDINANDI IMPERATORIS.

℞. Boli Armenæ præparatæ unciam semis,
Cornu Cervi præparati,
Sem. Citri,
Arantiorum,
Limonum ana drachmas tres,
Coriandri præparati,
Perforatæ ana drachmam unam semis,
Anisi,
Persoliatæ ana drachmam semis,
Dictamni albi,
Cinamomi electi ana drachmas duas,
Caryophyllorum,
Rosarum rubearum,
Rasuræ Eboris ana drachmam unam semis,
Xyloaloës,
Nucis Moschatæ,
Majoranæ,
Granorum Juniperi,
Ossis de Corde Cervi,
Rad. Tormentillæ,
Scabiosæ,
Buglossi,
Santalorum omnium ana drachmam semis,
Saphyri,
Hyacinthi,
Smaragdi,
Rubini,
Granati præparati ana scrupulum unum.

Adversus pestilentis luis malignarumque febrium contagia remedium præstans ac efficax, cordis vires tuetur & auget, veneni malitiam sudoris provocatione disjicit, ac tam in curatione, quàm in præservatione pestis morborumque contagiosorum plurimùm valere creditur.

DIA-

DIATRION PIPEREON
Galeni.

℞. Trium piperum ana drachmas ſex, grana quindecim,
Aniſi,
Thymi,
Zingiberis ana drachmam unam.

Deſcribitur hoc Medicamentum à Galeno, 4. de tuendâ valetudine: *commendat id autem in crudorum ſuccorum & flatuum copiâ à cruditate, dandum iis, qui ob recens frigus malè concoxerunt, & ſuccum plurimum pituitoſum in primis venis coacervárunt; ſtomachi refrigerationes, ructus acidos & jecinoroſos juvat, nec non inflationes diſcutit.*

DIATRION PIPEREON MESUE.

℞. Trium piperum ana drachmas quinque,
Zingiberis,
Thymi,
Aniſi ana drachmas duas,
Spicæ Indicæ,
Amomi ana drachmam unam,
Caſſiæ ligneæ,
Radicum Aſari,
Enulæ,
Sem. Apii,
Seſeleos ana drachmam ſemis.

Ventriculi refrigerationibus, acido ructui, quartanariis, jecinoroſis, & inflationibus auxiliatur, ac fluxionibus quæ à capite ad thoracem deſcendunt, conducit.

PLERES ARCHONTICON
Nicolai Præpositi.

℞. Cinamomi,
Caryophyllorum,
Ligni Aloës,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Zingiberis,
Spodii,
Schœnanthi,

Cype-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 352 sur 955

Cyperi,
Rosarum,
Violarum ana drachmam unam, grana quindecim,
Folii, seu Macis,
Glycyrrhizæ,
Mastiches,
Styracis Calamitæ,
Majoranæ,
Balsamitæ, seu Menthæ aquaticæ,
Ocymi,
Cardamomi,
Piperis longi,
Baccarum Myrti,
Corticum Citri ana scrupulos duos, grana quinque,
Margaritarum splendidarum,
Beën albi,
Rubri,
Corallii rubri,
Serici tosti ana scrupulum unum, grana duo semis,
Moschi grana septem semis,
Camphoræ grana quinque.

CArdiacis, tristibus, melancholicis, cibum vomentibus, pulmonariis, ac epilepticis succurrit, cerebri sensationes interceptas liberat, sensum deperditum & memoriam restituit, imbecillo ventriculo & animi deliquio à corde nato confert: præterea eos, qui ex diuturno morbo penitus extenuati sunt, plurimamque inde imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborat, asthmaticis prodest, omnemque cerebri debilitatem aufert.

DIAPRASSIUM NICOLAI.

℞. Prassii drachmas quinque semis,
Pinearum repurgatarum,
Amygdalorum dulcium,
Pistachiorum,
Carnium Dactylorum,
Caricarum pinguium,
Passularum majorum,
Tragacanthi ana drachm. tres semis,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ,
Macis,
Ligni Aloës,

Galan-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 353 sur 955

Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Glycyrrhizæ,
Rhapontici,
Anacardii,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Terebinthinæ,
Maſtiches,
Myrrhæ rubeæ,
Rad. Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Cort. radicis Capparis,
Piperis nigri,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Anethi,
Apii,
Petroſelini Macedonici,
Saxifragiæ ana drachmas duas,
Hermodactylorum,
Origani,
Peucedani,
Schœnanthi,
Cardamomi,
Piperis albi,
Carui,
Liguſtici,
Vincet oxici ana drachmam unam ſemis, grana duo,
Balſamitæ,
Pulegii,
Dictamni Cretici,
Coſti,
Pyrethri,
Thymbræ,
Sem. Baſiliconis,
Pæoniæ,
Amomi,
Sinoni, ſeu Seſeleos Cretici,
Orobi veri,
Piperis longi ana drachmam unam, grana duo,

Xylo-

Xylobalſami,
Caſſiæ ligneæ,
Coralliĭ rubri
Raſuræ Eboris,
Carpobalſami,
Dauci Cretici ana drachmam ſemis,
Oſſis de corde Cervi,
Ambræ,
Moſchi ana grana duodecim.

Confert tabidis, tuſsientibus, & iis qui defluxionibus deſtillationibuſque frigidis è capite obnoxii ſunt, item hebetudini oculorum, & palati noxis, oris putredinibus, ac in univerſum omnibus affectis frigidis tuſsim afferentibus opitulatur, calculos atterit, ac iis qui difficulter mingunt, commodè exhibetur; ventriculi quoque & hepatis dolorem, ventriſque inflationes & torſiones ſedat, menſes educit, ac pallidum corporis colorem crebro uſu vividum reddit; inſuper etiam typos quotidianarios & quartanarios reprimit.

DIARHODON ABBATIS NICOLAI.

℞. Santali albi,
Rubri ana drachmas duas ſemis,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Spodii ana ſcrùpulos duos,
Succi Glycyrrhizæ,
Aſari,
Maſtiches,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Croci,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Galliæ Moſchatæ veræ Meſue,
Rhabarbari electi,
Sem. Berberis.
Quatuor frigidorum majorum,
Aniſi,
Fœniculi,
Baſiliconis,
Papaveris albi,
Intybi, id eſt, Scariolæ,

Por-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 355 sur 955

Portulacæ,
Lactucæ ana ſcrupulum unum.
Margaritarum,
Oſſis de corde Cervi ana ſcrupulum ſemis,
Roſarum,
Sacchari candi ana unciam unam, drachmas tres,
Camphoræ grana ſeptem,
Moſchi grana quatuor.

Hepaticis, ictericis, cardiacis, phthiſicis, & cœliacis prodeſt; defectionibus item animi è corde natis ſuccurrit, ventriculum humidum deſiccat, ac cerebro robur addit. Datur ſalubriter iis, qui è morbis diuturnis ac febribus emergunt.

Dupliciter hæ ſpecies apud nos paratæ proſtant, completæ nimirum, quibus nihil ingredientium commemoratorum deeſt, & incompletæ quibus Aſarum, Gallia Moſchata, Moſchus, & Camphora ſubtrahuntur, ob eas perſonas, quæ odorem harum rerum non ferunt, quod ſupra in Aromatico caryophyllato monuimus.

ROSATA NOVELLA EJUSDEM.

℞. Sacchari roſati tabulati,
Roſarum,
Glycyrrhizæ ana unciam unam, ſcrupulos duos ſemis,
Cinamomi drachmas duas, ſcrupulos duos, grana duo,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ,
Zedoariæ,
Styracis Calamitæ,
Cardamomi,
Sem. Apii ana ſcrupulum unum, grana octo.

Ad ventriculi & cordis imbecillitatem efficax eſt, his præſertim, qui diuturno morbo conflictantur, uſu familiaris, vomitum, ſtomachi ſubverſiones, & naſeas compeſcit, cardiacis quoque & pulmonariis ſubvenit, diſſolutas & relaxatas ventriculi vires reſtaurat, ac prolixâ ægritudine extenuatos plurimùm reficit.

DIATRION SANTALON NICOLAI MYREPSI, Sect. 1. Cap. 213.

℞. Trium Santalorum ana drachmas duas, ſcrupulos duos,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 356 sur 955

Rhabarbari,
Spodii ex Ebore,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem. Portulacæ ana drachmas duas,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Sem. quatuor frigid. major.
Intybi, seu Scariolæ ana scrupulos quatuor,
Camphoræ scrupulum unum,
Violarum unciam semis,
Rosarum quantum reliqua omnia ponderant, id est, uncias tres, drachmas tres.

Febrium bilioſarum ardoribus, & viſcerum fervoribus commodat; hepaticis, cardiacis, ictericis, phthiſicis auxiliatur, & intemperiem omnem calidam emendat. Præcipuus ejus uſus eſt in febrium declinationibus materiâ jam evacuatâ, ad reſiduum calorem febrilem extinguendum, & viſcerum tonum conſervandum.

DIATHAMARON NICOLAI.

℞. Anthophyllorum, id est, grandium Caryophyllorum,
Zingiberis ana drach. quinque, scrup. unum, grana sedecim,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Carnium Dactylorum ana drachmas quatuor, scrupulum unum, grana sedecim,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Costi albi & aromatici,
Pyrethri,
Corallii rubri,
Tragacanthi,
Rhapontici,
Spicæ Celticæ,
Anacardii,
Ossium Dactylorum,
Carpobalsami, seu Cubebarum,
Anisi,
Baccarum Juniperi,
Trium piperum ana drach. unam, scrup. duos, grana octo,
Margaritarum scrupulos quatuor,
Blattæ Byzantiæ scrupulos duos,

Folior.

Folior. Auri centum viginti quinque,
Argenti ſeptuaginta quinque,
Oſſis de corde Cervi legitimi ſcrupulos duos ſemis,
Raſuræ Eboris,
Ambræ ana ſcrupulum unum, grana ſeptem,
Moſchi grana tria.

Tabidis, tuſſientibus, ſtomachicis, difficulter ſpirantibus, & aſthmaticis prodeſt, ac ad omnem corporis imbecillitatem levandam facit; renum præterea impotentiæ & debilitati ſuccurrit.

DIATRAGACANTHUM CALIDUM NICOLAI.

℞. Tragacanthi uncias duas,
Hyſſopi unciam ſemis,
Pinearum,
Amygdalorum amarorum,
Sem. Lini ana drachmas tres,
Fœnugræci,
Cinamomi ana drachmas duas,
Glycyrrhizæ raſæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Zingiberis ana drachmam unam.

Confert pectoris affectibus frigidis, ægrè tuſſientes, aſthmaticos & ſuſpirioſos relevat.

Hæc compoſitio ab eâ, quæ in Græco Codice habetur, longè diverſa, ex *Fæſio* eſt deſumpta; verùm ejus uſus ferè eviluit, cùm alia proſtent remedia eaque jucundiora, eundem effectum præſtantia.

DIATRAGACANTHUM FRIGIDUM NICOLAI, Sect. 1. Cap. 98.

℞. Tragacanthi candidi uncias duas,
Gummi Arabici unciam unam, drachmas duas,
Amyli unciam ſemis,
Glycyrrhizæ,
Sem. quatuor frigid. major. ana drachmas duas,
Papaveris albi drachmas tres,
Pinidiorum uncias tres,
Camphoræ ſcrupulum ſemis.

Usus ejus frequens eſt in omnibus pectoris & pulmonum noxis à calida & ſicca cauſa ortum trahentibus; thoracis gravitatem allevat, & tuſſiculoſis ab intemperie calida opem fert:

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 358 sur 955

pleuriticis, peripneumonicis, tabidis & macie confectis, linguæ itidem & faucium asperitati succurrit, ac siti immodicæ, quàm pulmonum calor invexit, confert.

DIAXYLO ALOES MESUE.

℞. Ligni Aloës crudi,
Rosarum ana unciam unam,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Gallix Moschatæ Mesue,
Cubebarum,
Cardamomi utriusque,
Cinamomi,
Mastiches,
Cyperi rotundi,
Schœnanthi,
Zedoariæ,
Beën utriusque,
Folii, aut Cassiæ ligneæ,
Serici crudi tosti,
Margaritarum,
Coralii rubri,
Charabe,
Foliorum Citri,
Corticum Citri,
Ocymi caryophillati,
Balsamitæ,
Menthæ siccæ,
Majoranæ,
Piperis longi,
Zingiberis ana unciam semis,
Ambræ drachmam unam semis,
Moschi boni scrupulum unum,

Ventriculi cordis, & jecoris malis frigidis, animæ defectioni, concoctionique auxiliatur; oris fœtorem abigit, lætitiam parit, & spiritus plurimùm exhilarat.

DIAZINGIBER NICOLAO ADSCRIPTUM.

℞. Zingiberis,
Galangæ,

Caryo-

Caryophyllorum,
Cinamomi,
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi utriuſque,
Piperis longi,
Macis,
Spicæ Indicæ,
Rhabarbari,
Roſarum rubearum ana grana quindecim,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ,
Croci ana drachmam ſemis,
Piſtachiorum drachmas duas,
Pinearum mundatarum unciam ſemis.

Ventriculum frigidum roborat & confirmat, nec non craſſos in eo flatus diſſolvit.

CONFECTIO AD VERMES.

℞. Seminis ſancti unciam unam ſemis,
Farinæ Lupinorum unciam unam,
Dictamni albi,
Cretici ana unciam ſemis,
Cornu Cervi uſti,
Scordii veri ana drachmam unam ſemis,
Croci drachmam ſemis, grana ſex,
Sacchari albi aquâ Abſinthii diluti quantum ſatis eſt.,
Fiat confectio, ut eſt artis.

Vermes & interaneorum animalia expellit & enecat, ac ea gigni prohibet, putredinemque humorum ex quibus hæc naſcuntur, arcet ac emendat.

CONFECTIO ZINGIBERIS,
Cocti.

℞. Cinamomi electi drachmas duas,
Nucis Moſchatæ drachmam unam,
Caryophyllorum ſcrupulos duos,
Macis ſcrupulum unum.
Incidantur omnia craſsè, adde
Zingiberis tenuiſſimè pulveriſati drachmas ſex,
Sacchari aquâ roſarum diluti uncias ſedecim.
Fiat confectio in Morſellis.

Rigidis ventriculi noxis succurrit, ejusque concoctionem languidam reparat ac restaurat.

MANUS CHRISTI SIMPLEX,
Et Cum Margaritis.

℞. Sacchari clarificati libram unam,
Aquæ rosarum libram semis.
Coquantur ut est artis.
Quod si Margaritas addere volueris, injice sub finem,
Margaritarum præparat. unciam semis.

Viribus dejectis, febribus ardentibus, & deliriis medetur; falsas etiam imaginationes abolet.

PAratur etiam Manus Christi perlata, adjectis sub finem coctionis guttulis aliquot Olei Cinamomi, jucundissimum sanè ad omnem virium lapsum medicamen, si modo febris aut calor aliquis præternaturalis non subsit.

MORSELLI IMPERATORIS
Cum Fructibus.

℞. Pinearum mundatarum,
Pistaciorum decorticatorum,
Amygdalorum dulcium ana unciam semis,
Specier. Imper. parûm incisarum & contusarum drach. tres,
Aromatici rosati Gabriëlis,
Cinamomi incisi & contusi ana drachmam unam,
Conservæ Rosarum Damascen. unciam semis,
Sacchari in aqua rosarum dissoluti uncias octo.
Fiant Morselli.

PASTA REGIA, Seu PANIS
Marcius.

℞. Amygdal. dulcium contus. libram semis,
Sacchari tenuissimè pulverisati libram unam.
Cum aqua rosarum fiat Pasta.

PASTA REGIA COMPOSITA.

℞. Pinearum mundatarum,
Pistachiorum præpar. ana uncias quatuor,
Sacchari albissimi uncias octo,
Quinque lapid. pretiosor. ana scrupulos duos,

Corall.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 361 sur 955

Corall. rub. præpar. drachmam unam ſemis,
Cinamomi acuti drachmam unam,
Specierum de gemmis frigidis drachmas duas,
Nucis Moſchatæ drachmam ſemis,
Macis grana quinque,
Corticum Citri conditorum,
Conſervæ Borraginis ana unciam unam ſemis,
Margarit. præparat. drachmam unam ſemis.

Cum aqua Bugloſſi inciſis craſſiuſculè incidendis, Aromatibus reliquis contuſis, fiat Paſta, Saccharo & Cinamomo incruſtanda.

Plurimùm nutrit ac roborat, eâ, qui è diuturnis morbis emerſerunt, & macilenti, commodè reficiuntur.

CONFECTIO POST PASTUM.

℞. Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Carui,
Coriandri,
Zingiberis albi ana drachmam unam ſemis,
Calami Aromatici,
Nucis Moſchatæ ana drachmam unam,
Cinamomi electi drachmas duas,
Sacchari albiſſimi libram unam ſemis.

Semina maneant integra, reliqua verò diligenter incidantur, & cum ſufficienti quantitate aquæ roſarum fiant Morſelli, qui aromatiſentur

Moſchi orientalis granis duobus.

Tardam infirmamque ventriculi coctionem promovet, & craſſos ejuſdem flatus diſſipat, ructus quoque acidos compeſcit, & oris halitui gratiam conciliat. Ejus deſcriptio à Clariſſimo Viro Dom. D. Mart. Holzapfelio *Collega noſtro, ac Officinarum Pharmaceuticarum Viſitatore Ordinario, nobis communicata hùc acceſſit.*

CONFECTIO PECTORALIS.

℞. Pulveris radicum Ireos Florentinæ drachmas tres,
Liquiritiæ drachmam unam,
Cinamomi acuti drachmas duas,
Nucis Moſchatæ drachmam unam,
Caryophyllorum ſcrupulos duos,
Macis ſingulorum groſſo modo inciſorum ſcrup. unum,
Specier. Diaireos ſimplicis,
Diatragacanthi frigidi ana drachmas duas,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 362 sur 955

Pulveris Zinziberis albi drachmas tres,
Croci ſcrupulum ſemis,
Sacchari albi in aqua Farfaræ diſſoluti uncias viginti.
Fiant Tabulæ aut Morſelli.

USitatum ad tuſſim ac pectoris vitia medicamentum vulgò exſiſtit, unde etiam Confectionis Pectoralis nomen, ſive Bruſtzucker *obtinuit.*

PINEOLATUM ALBUM.

℞. Pinear. in furno ſiccatar. & mundatar. libram unam,
Sacchari albiſſimi in ſucco Limonum crudo diſſoluti, & albuminibus ovorum clarificati tantundem.
Fiat ut artis eſt.

PINEOLATUM VIRIDE.

℞. Piſtachiorum præparatorum unciam unam,
Pinearum mundatarum uncias duas,
Cinamomi acutî unciam ſemis,
Zingiberis drachmam unam,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ ana drachmam ſemis,
Macis ſcrupulos duos,
Sacchari albi in ſucco Betonicæ diſſoluti libram unam.
Fiat ſecundum artem.

PINEOLATUM VULGARE.

℞. Sacchari clarificati & nondum perfectè cocti libram unam,
Eidem poſtquam optimè igne remoto agitatum ac dealbatum fuerit, adde
Nucum Pinearum uncias quatuor.
Rurſus probè miſceantur; poſtea perfectè coquantur, & in vocatos Morſellos redigantur.

PIneolata hæc uſui ſunt tabidis, conſumptis, extenuatis, & corporis refectionem exigentibus, plurimùm enim roborant, ac nutriunt.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞. Florum Roſarum rubearum mundatarum drachmas duas.
Pulveriſentur ſubtiliſſimè, & irrorentur ſpiritus Vitrioli guttis duodecim; adde

Sacchari

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 363 sur 955

Sacchari albi in aqua Rosarum dissoluti uncias quatuor.
Fiat confectio in Tabulis vel Morsellis.

SPECIES INCISÆ SACCHARO OBDUCTAE.

℞. Cinamomi electi drachmas sex,
Zingiberis drachmas quinque, scrupulum unum,
Calami Aromatici drachmas quatuor,
Macis,
Nucis Moschatæ ana drachmas duas, scrupulos duos,
Galangæ,
Caryophyllorum ana drachmas duas,
Cubebarum scrupulos quatuor,
Sem. Anisi uncias quatuor,
Carui,
Fœniculi,
Coriandrorum præparatorum ana uncias duas.
Conficiantur omnia cum Saccharo, ut est artis.

SPECIES INCISÆ, Sive TRAGEA GROSSA, ut vocant.

℞. Anisi confecti libram unam,
Confect. sem. Fœniculi,
Carui,
Coriandrorum præparat.
Zingiberis albi ana uncias octo,
Cinamomi electi uncias duas,
Calami Aromatici unciam unam,
Nucis Moschatæ unciam semis.
Concidantur grosso modo, & misceantur.

Speciebus his incisis, adduntur subinde Tabulata specierum Aromatici rosati, Diambræ, de Extracto Ligni Aloës, Manus Christi perlata, cum Oleo Cinamomi in frustula confracta, pro variâ prudentis Medici intentione. Manduntur præsertim manè ad cerebrum & ventriculum roborandum, ejusque inediam tollendam, itemque post cibum ad ventriculi flatus dissipandos, & oris halitum commendandum.

TRAGEA GROSSA CUM TABULATIS.

℞. Confect. sem. Anisi,
Fœniculi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 364 sur 955

Coriandri,
Carui ana drachmas ſex,
Aquilegiæ,
Erucæ ana drachmas quinque,
Cubebarum drachmas tres,
Tabul. Aromat. roſati drachmas ſex,
Contra Apoplexiam drachm. quinque,
De Extracto Ligni Aloës unciam ſemis.
Ex Oleo Cinamomi drach. ſex,
Caryophyllorum drachmas tres,
Aniſi,
Fœniculi ana drachmas duas ſemis,
Cort. Citri condit. ſiccorum unciam unam,
Nucis Moſchatæ Luſit. major. condit. ſiccæ,
Specierum Imperatoris ana unciam ſemis.
Craſſiuſculè conciſa miſceantur.

TRAGEA AROMATICA USITATA.

℞. Cinamomi acutiſſimi drachmas ſex,
Nucis Moſchatæ drachmam unam,
Macis drachmam ſemis,
Galangæ,
Caryophyllorum ana drachmam unam ſemis,
Zinziberis albi ſcrupulos quatuor,
Seminis Coriandri præparati drachm. ſemis,
Florum Roſarum rubearum ſcrupulos duos,
Sacchari albi libras duas.
Miſce, fiat Tragea tenuis.

SEMINA USITATA SACCHARO OBDUCTA.

Sem. Agni caſti,
Aniſi,
Angelicæ,
Aquilegiæ,
Baſiliconis,
Carui
Citri,
Coriandri,
Cumini,
Dauci,
Erucæ,

Fœni-

Fœniculi,
Majoranæ,
Papaveris,
Santonici.

FRUCTUS USITATI, RADICES, CORTICES, & AROMATA SACCHARO OBDUCTA.

Amygdalæ,
Caryophylli,
Cinamomi,
Cortices Arantiorum,
Citri,
Cubebæ.
Piper album,
Nigrum.
Pineæ,
Piſtachia,
Radices Angelicæ,
Contrayervæ,
Pimpinellæ,
Rhabarbari,
Scorzoneræ,
Zingiberis.

ANIMADVERSIONES

Integram hanc Claſſem concernentes.

SI ab inſtituto non liceret declinare, vix haberem, quod ſingulariter in hac Claſſe corrigerem, cùm quoad *ſpecies* ſive *pulveres* diſpenſandos & contundendos, nullo ferè artificio heîc opus ſit, & quilibet in Pharmaceuticis vel leviter ſaltem inſtructus, talia peragere poſſit, quidquid etiam ſigillatim vel junctim contundendum ſit, nullus Pharmacopœorum, ex artis uſu ignorat, quem neque *ſelectiorum ſimplicium notæ & adulteria* latent. Occurrunt tamen nonnulla, quorum mentionem ut hîc injiciam, vel maximè mihi incumbit: Primò quidem valdoperè diſplicet *prodigioſa ubertas tot tantarumque compoſitionum*, quarum, vel paucæ merentur, ut publicis Diſpenſatoriis inſerantur, quin longè ſatiùs eſſet, eas penitùs ex illis elidere. Namque ex tanta ingredientium inter ſe repugnantium farragine, ſic omni ratione & judicio conglomeratæ ſunt, ut vel utenti naufeam moveant, vel penitiùs perluſtranti, riſum extorqueant; quippè *integræ & prolixæ ſatis compoſitioni* aliquando *ingredientia cujuſdam drach-*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 366 sur 955

drachmam unam vel *alteram* adjiciunt, à quo totum *compositum* vel *refrigerandi, calefaciendi, siccandi* vel *humectandi virtutes* mutuari debet, cujus tamen vel libra à quovis homine comesta, vix ullam in dictis qualitatibus causabit alterationem. Si quoque exacta computatio institueretur, quantum de *uno* vel *altero ingredienti*, in quod illi ingentem spem vel *refrigerandi*, vel *calefaciendi*, aut *roborandi* collocant, in *quamvis dosin* redundaret, certò inveniremus, quòd aliquando vix *granum, ne dicta quarta vel decima pars unius grani dosin* ingrederetur, cujus tamen vel *uncia integra*, vel *drachma de aliquibus* plus minusvé, cum emolumento ægri, propinari posset. Vidi non semel *integras drachmas lapidis Bezoar & Perlarum Orientalium*, pro *dosi* à Mercatoribus quidem, non Medicis, insigni cum emolumento ægrotantibus porrectas esse; Ecquis autem Medicorum ausit *scrupulum dimidium dictorum medicamentorum* transcendere? Item quoties in febribus incipientibus & confirmatis, diuturnis, Diarrhœa, & consimilibus morbis. *unciam dimidiam, etiam drachmas sex vel amplius Theriacæ*, ipsemet assumpsi, aliisque propinavi, nunquam non feliciter & summo cum fructu: è contrà verò, nunquam vidi Medicos *ultrà drachmam unam Theriacæ*, ascendisse. Quam inconcinnum etiam sit & absonum, si quis æquâ lance perpendere velit, composita compositis cumulare, quilibet qui ingredientia *compositionum* hujus Classis, ad computationem reducere non gravabitur, haud difficulter agnoscet: Exemplo in præsens esto *Confectio Pectoralis*, quam ultra *species simplices ipsi destinatas, species Diatragacanti frigidi*, & *species Diatreos*, hasque iterùm *species Diatragacanthi frigidi* ingrediuntur, ita ut *radices Liquiritiæ, Saccharum, Tragacanthum*, & *Gummi Arabicum* ter, *radices Ireos Florentinæ* verò bis, *huic confectioni* distinctim addi debeant; Sit igitur magno cum labore ad calculum revocata *hujus Confectionis Pectoralis* resolutio talis; utpotè,

℞. *Pulveris Radicum Ireos Flor.* ℥ iv,
Liquiritiæ ℥ j, *gr.* v,
Cinamomi acuti ℥ ij,
Nucis Moschat. ℥ j,
Caryophyllorum ℈ ij,
Macis ℈ j,
Zingiberis ℥ ij,
Croci ℈ ß,
Tragacanthi ℈ ij, *gr.* xij,
Gum. Arabici ℈ j, *gr.* xviij,
Sacchari Penidii ℥ ß, *gr.* xvj,
Candi ℥ ß,
Sem. quatuor frigid. major. ana gr. ij ß,
Amyli gr. viij,

Cam-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 367 sur 955

Camphoræ partem tertiam unius grani.
Sacchari albissimi in aqua Farfaræ dissolut. & ad consistentiam Tabulati cocti ℥ xx.
Fiat confectio Rotularum.

Hujus *compositionis* nunc summatim erunt ℥ *xxij*, positâ jam *unciâ dimidiâ* etiam pro *dosi*, (licet Medici ultra *duas* vel *tres Rotulas* pro unaquaque *dosi*, assumere non præcipiant) quantum jam *hæc dosis* vel *uncia dimidia* hujus *confectionis pectoralis* continebit in se *Camphoræ*? *Quadragesimam scilicet quartam partem, tertiæ partis unius grani*: Quantum *Sacchari Penidii*? *granum unum*: Quantum de *quatuor seminibus frigidis majoribus*? *duodecimam circiter partem unius grani de quolibet semine*: Quantum *Amyli*? *tertiam circiter partem grani unius*, & sic ulterius. Sed quæso, nonne infantes, *Sacchari Penidii unciam dimidiam* sæpissimè, & unicâ vice sine nocumento lambunt, nihil enim aliud ipsum est, quàm *Saccharum purissimum*, nullâ re permistum, ac saltem manualibus operationibus friabile redditum, quæ ℥ ß continet 240 *gran.*: *Amylum* autem, quid aliud est, quàm *farina tritici purissima*, quam infantes quotidie sat largiter, cum *lacte* in pulticulam redactam assumunt. Alterius exempli locum suppleat *Tragea Aromatica grossa cum Tabulatis*, quam inter cætera *Tabular. Aromatici rosati* ℥ *vj* ingrediuntur, quæ ipsæ ℥ *vj*. *Tabularum* continebunt *viginti quinque circiter grana specierum aromatici rosati*; Illa autem *xxv grana*, erunt ferè *centesimæ pars totius compositi*, scilicet *Aromatici rosati*, prout huic Dispensatorio insertum est: Igitur hæc *compositio* scilicet *Trageæ*, pro qualibet *drachma una* ingredientium, *dimidium granum cum dimidio quadrante unius grani specierum Aromatici rosati* continebit: Jam si ulterius hæc *Tragea* (quæ ℥ *viij*, & ℥ *v* habet) in *doses* dividenda esset, & pro qualibet *dosi uncia dimidia* computanda sit (quæ erit *decima septima pars integræ hujus Trageæ*) quantum quæso de *Aromatico rosato* pro *drachma una* singulorum ingredientium hanc *dosin Trageæ* intrabit; *Decima septima nimirùm pars dimidii grani & dimidii quadrantis unius grani*. Taceo reliqua minutiora, quæ hanc *Trageam* pariter ingrediuntur, quantus enim exigeretur labor, si quis exactè omnia excerpere, & computationem super *singulas doses* instituere vellet? Hæc & similia maximè admiranda, passim in hac Classe occurrunt, indigna sanè ut prolixè de iis differamus. Quoties etiam *fructus*, utpotè *Passulæ majores*, *Dactyli*, *Caricæ*, *pulveribus* vel *speciebus* immisceri debent, videlicet *Diatreos Salomonis*, *Diahyssopu Nicolai*, & *Diaprasin* ejusdem, quorum si pariter exacta computatio fieri deberet, *quot granis* putas enumerati *fructus*, quamlibet *dosin* ditarent? Anne melius foret, *fructus illos*, ceu palato satis gratos, ita per se recenter esse, quam exsiccatos ac induratos, demumque in pulverem

contu-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 368 sur 955

contuſos, nec non rebus aliis commixtos, ægrotantibus propinâſſe. Non minùs etiam mirari ſubit, quòd tantas tàmque eximias virtutes rebus tam leviſſimis attribuerint, quæ loco alimenti vel cibi paſſim aſſumuntur, & in centupla majori quantitate, quam communiter his *ſpeciebus* permixtæ, pro doſi propinentur. Præparatio itidem *ſeminis Cumini cum aceto*, pro *Diacymino* & *Diaſpolitico Nicolai*, planè deſtructoria eſt & illegitima, cùm nullius veneni, aut alterius qualitatis nocivæ, correctione indigentis, particeps ſit; utuntur enim illo frequentiſſimè plurimis in locis, inque ſatis larga quantitate, in cibis, juſculis potiſſimùm, aliiſque eduliis, ita per ſe, nulloque *aceto* caſtigato, ſed integrâ ejus *virtute Carminativâ* vigente: Quid enim præſtare poteſt illâ deſtitutum, præſertim ſi in tàm exigua quantitate, uti ſolet, propinetur? De *Gemmis* & *Lapidibus precioſis duriſſimis* plurimis *compoſitionibus* additis quid ſentiam, paucis dicam. Notum eſt, quòd *Adamas duriſſima Gemma*, quàm ſubtiliſſimè etiam teratur & levigetur, prout & *vitrum*, nihilominùs ventriculum & inteſtina (quibus tenaciter adhærent, & in eorundem mucorem minutiſſimis ſuis aculeis ſeſe inſinuant) ſucceſſu temporis terebrare, aut ad minimùm exulcerare, connatumque eorum mucorem abradere, & conſequenter vel mortem ipſam, vel ſaltem malum corporis habitum, ob vitiatam exindè ventriculi coctionem, inducere poſſint: An non igitur quid ſimile ab aliis quibuſdam *Gemmis & precioſis Lapidibus durioribus*, nimirùm *Cryſtallo*, *Smaragdo*, *Saphyro*, *Rubino*, &c. quæ digeſtioni penitus ſubjecta non ſunt, & caloris noſtri nativi imperium omnimodè reſpuunt, metuendum ſit, cuivis prudenti diligentiùs expendendum relinquo. Ego ſanè à ſimilibus *durioribus precioſis Lapidibus*, communi modo præparatis, ſummoperè mihi caveo, & quàm maximè abſtineo: Non tamen ob id exiſtimo, quòd prædicti *Lapides* in Medicina prorsùs inutiles ſint, nec eximiis ſuis viribus polleant, præſertim ſi ritè & debito ſuo *menſtruo*, in liquorem reſoluti, ægris propinentur, aut externè *Periaptorum* inſtar adhibeantur, de quorum virtutibus conſulantur Authores, inter illos autem inprimis *Calceolarius in ſectione tertia*, & *Boëtius de Boodt in Tract. de Gemmis & Lapidibus*.

De reliquis nonnullis *rebus præparatis*, compoſitiones quaſdam ingredientibus, utpotè *Cornu Cervi uſto*, *Spodio*, *Serico toſto*, & quæ ſunt de genere hoc, ſuo loco agemus. His ita propoſitis, & quodammodo ventilatis, nunc qui adhuc in hac Claſſe ſuperſunt plurimarum *compoſitionum errores*, vel penitùs eliminandos, aut ſaltem caſtigandos, vel ad minimùm ſedulo perveſtigandos, aliis relinquo, propoſiturus *nonnullas ſpecies Aromaticas magis concinnas & neceſſarias*, in ſubſequenti Diſpenſatorio novo.

MEDI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 369 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS XII.

Continens

TROCHISCORUM COMPOSITIONES.

Comprehendit Classis hæc medicamenta *pariter* composita, Trochisci *nomine indigitata, formâ orbiculari, effigie placentularum, non tamen more* Rotularum, *aut* Tabularum *parata, sed manuum duntaxat operâ, in orbiculos efformata, majores minoresvè pro libitu; quibus ad majorem elegantiam, utplurimùm sigilla vel asterisci imprimuntur, sicque siccata priùs in pyxidibus reposita, ad diuturnos usus asservantur.*

AGARICUS TROCHISCATUS

MESUE.

℞. Agarici electi uncias quatuor,
Vini Cretici, aut Malvatici infusionis Zingiberis quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

Pituitam crassam bile permixtam, & crassos viscidosque humores expurgat, ac viscerum obstructiones tollit.

AGaricus selectissimus per incerniculum transmissus cum Vino Cretico aut Malvatico infusionis Zingiberis in mortario lapideo in pastillos cogatur, qui in umbra siccentur ut evadant candidi, cùm aliquando facilè nigrescant.

TROCHISCI DE ABSINTHIO

MESUE.

℞. Rosarum,
Absinthii Pontici,
Anisi ana drachmas duas,

Rha-

Rhabarbari,
Succi Eupatorii Meſue,
Aſari,
Seminis Apii,
Amygdalorum amarorum,
Spicæ Indicæ,
Maſtiches,
Folii, ſeu Spicæ Romanæ ana drachmam unam,
Succi Endiviæ quantum ſufficit.
Fiant Trochiſci.

Longis & diuturnis febribus ſunt ſaluberrimi, obſtructiones ventriculi, hepatis, & dolores eorundem levant, partes naturales omnes roborant, dejectamque appetentiam ſuſcitant.

TROCHISCI DE AGARICO

MESUE.

℞. Agarici electi uncias tres,
Salis Gemmæ unciam unam,
Syrupi Acetoſi ſimplicis quantum ſufficit,
Formentur Trochiſci, qui reponantur in loco calido & ſicco.

Hi ſunt communes illi Trochiſci de Agarico, ſolennior tamen & magis correcta eorum componendorum ratio pluribus videtur ea, quæ ſequitur:

℞. Agarici albi & levis uncias tres,
Salis Gemmæ unciam ſemis,
Zingiberis drachmas tres,
Oxymellis ſimplicis quantum ſufficit.

ANtiquorum mos in corrigendo Agarico hic erat, ut ei Salem Gemmeum tres potiſſimum ob cauſas adderent, quarum prima eſt, ut is jam dictum Agaricum ob levitatem ſuam os ventriculi alioquin petiturum, ac vomitum vel ſtomachi ſubverſionem citaturum, ad ventriculi fundum deprimeret. Deinde verò, ut cùm Agaricus tardè ac ſegniter purget, Sal Gemmeus magis irritet, mordicet, ſtimulet, ac excretionem promoveat. Tandem quoque ut abſtergat & mundificet, unde Priſcos omnibus ferè medicamentis purgantibus ſaltem indidiſſe notavimus. Oxymel porrò adjiciebant, ne Agaricus inteſtinis adhæreret, ſed protinus abſtergeretur, cùm aliàs vitium hoc ei peculiare exiſtat; unde Avicenna eundem Colicis non exhibendum eſſe docet, ne levitate ſua inteſtinis adhærens, novos dolores procreet. Inſuper etiam Oxymel craſſos ac lentos humores incidit, prout & Zingiber, quod tenacem pituitam liquat attenuatque, & Agarici infirmam vim in altum & ad longinquiores partes

partes deducit, cùm interim calore ſuo aromatico eaſdem confortet.

CONfert Agaricus ſic præparatus, antiquis capitis doloribus, viſcerum obſtructionibus à craſſa, tenaci ac pituitoſa materia creatis vel obortis, ſtomachum, renes, lienem ac hepar mundificat, præſertim verò mulierum matrices repurgat, epilepſiam & vertiginem abolet, vermes enecat & expellit, prodeſtque ut plurimùm morbis partium naturali facultati dicatarum, unde forſan eum Democritus Medicinam familiæ *dixit; venenis quoque reſiſtit, aſthmati conducit, & ſpiritum facilitat.*

TROCHISCI DE AGNO CASTO RHASIS.

℞. Sem. Agni caſti drachmas quinque,
Endiviæ,
Portulacæ ana drachmas duas ſemis,
Cort. Tamariſci drachmas quinque.

Formentur Trochiſci cum aqua decoctionis Scolopendrii.

PRofluvio ſeminis medentur, & gonorrhœam ſupprimunt; morbis itidem ſplenis auxiliantur.

TROCHISCI ALHANDALI MESUE.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ & levis à ſeminibus purgatæ uncias decem.

Incidatur Pulpa hæc minutiſſimè, & fricetur per ſpacium trium dierum, ex intermiſſione tamen, cum parte aliqua unciæ unius Olei Amygdal. dulc. recentis: Deinde

℞. Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Bdellii ana drachmas duas.

Macerentur in aqua roſacea donec liqueſcant & diſſolvantur, & cum parte iſtius mucilaginis formentur Trochiſci, qui in umbra ſiccentur: ſiccati iterum minutiſſimè conterantur, & cum reliqua mucilagine rurſus formentur Trochiſci.

PItuitam, & humores alios craſſos glutinoſos è profundis longeque diſtantibus partibus, utpote cerebro, nervis, muſculis, juncturis, pulmonibus, ac thorace extrahunt, quo nomine in cephalalgia, hemicrania, apoplexia inveterato capitis dolore, epilepſiâ, vertigine, aſthmate, diuturnâ tuſſi, diſpnœâ, thoracis angustiâ, iſchiade, morbisque articularibus frigidis uſurpantur. Exhibentur in do-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 372 sur 955

lore colico flatulento ad vitream & viſcidam pituitam ex inteſtinis deturbandam.

TRochiſci hi nihil aliud ſunt, quàm Colocynthis præparata, qui injici poſſunt in omnes compoſitiones Colocynthidem recipientes, ſicut etiam mos noſter huc uſque obtinuit, ut in ſingulis compoſitis pharmacis Colocynthidem deſiderantibus, pro crudâ Colocynthide Trochiſcos hos hucuſque ſubſtituamus, quorum quoque uſus in Catapotiis acuendis apud nos creber eſſe ſolet.

Colocynthidis autem pulpa in formandis his Trochiſcis forficibus inciſa tenuiſſimè multumque teri debet, ne aſperæ ejus partes inteſtinus adhærentes, ea exulcerent.

TROCHISCI DE ALKEKENGI,

Seu De Halicacabo Mesue.

℞. Fructum Halicacabi drachmas tres,
Sem. Citrulli,
Anguriæ,
Cucurbitæ ana drachmas tres ſemis,
Boli Armenæ,
Gummi Arabici,
Thuris maſculi,
Sanguinis Draconis,
Amygdalorum amarorum,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Amyli,
Pinearum mundatarum,
Sem. Papaveris albi ana drachmas ſex,
Apii,
Hyoſcyami,
Charabe, ſeu Succini albi,
Terræ ſigillatæ,
Opii ana drachmas duas,

Cum ſucco Halicacabi, vel cum aqua roſacea, in qua ejuſdem fructus ſicci fuerint macerati, aut Julep roſato vel violato, fiant Trochiſci.

Dicuntur etiam Diaphyſſalidon, & de Veſicaria. Ad urina ardorem, fiſtulâ urinariâ, veſicâ, renibus & ureteribus exulceratis feliciter exhibentur, ulcera detergent, glutinant, & cicatrice tegunt; lotii acrimoniam mitigant, ejuſque ſtrigmenta mucoſa, aſpera & dolorifica complanant & leniunt, indeque urinæ tarditatem & dyſuriam natam tollunt.

TRO-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 373 sur 955

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATAE NICOLAI.

℞. Ladani puriſſimi uncias tres,
Styracis Calamitæ unciam unam ſemis,
Styracis rubeæ unciam unam,
Ligni Aloës veri drachmas duas,
Ambræ drachmam unam,
Camphoræ drachmam ſemis,
Moſchi ſcrupulum ſemis,
Aquæ roſarum quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

Conferunt hi Trochiſci infantibus ac puerulis aſthmaticis & pectoris angustia vel anhelitus difficultate preſſis; ventriculum eorum laxum ac imbecillum roborant, unde lactis à nutrice præbiti evomitiones compeſcunt, nec non ad precioſos ſuffitus expetuntur.

Per Styracem rubeam intelligitur hoc loco Styrax optima & ſelectiſſima, quæ in grana conſluxit, qualem Theriacæ indere conſuevimus.

PArandi modus hic eſt, ut Ladanum & Styrax, utraque in patina vitreata tenui linteolo tecta, diebus canicularibus tamdiu Soli exponantur, dum omnia ſimul molleſcant; tùm verò in calido mortario, piſtillo calido validè contuſa commiſceantur, donec tota hæc maſſa nigreſcat, deinde Lignum Aloës in tenuem pollinem attritum inſpergatur, ac prædictæ maſſæ admiſceatur, cui quoque Camphora & Ambra ſimul trita jungantur, & Moſcho unciis tribus Aquæ roſaceæ odoratiſſimæ diſſoluto in Paſtam cogantur, quæ in paſtillos aut teretes orbiculos efformari queat, qui ſupra calidum marmor, aut aſſerculum quernum, vel ex Pyro aut Ebeno confectum, & Aqua roſacea, ne ei adhæreſcant, aſperſum rotari, ac in vitreo vaſe diligenter clauſo, aſſervari debent.

TROCHISCI DE ANISO MESUE.

℞. Aniſi,
Succi Eupatorii Meſue inſpiſſati ana drachmas duas,
Sem. Anethi,
Spicæ Indicæ,
Maſtiches,
Folii, aut Macis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 374 sur 955

Foliorum Abſinthii,
Radicum Aſari,
Apii,
Amygdalorum amarorum ana drachmam ſemis,
Aloës drachmas duas,
Succi Abſinthii quantum ſufficit.
Fiant Trochiſci.

OBſtructiones hepatis reſerant: flatus diſcutiunt, ſtomacho auxiliantur, ac prolixos frigidos morbos, febresque diuturnas ſanant.

TROCHISCI BECHICI ALBI.

℞. Sacchari albiſſimi libram unam,
Candi optimi,
Penidii ana uncias quatuor,
Ireos unciam unam ſemis,
Amyli uncias duas ſemis,
Mucilaginis Tragacanthi albiſſimi cum aqua roſarum factæ, quantum ſatis.
Formentur Trochiſci parvi.

FAucium aſperati proſunt, ac tuſſientibus & difficulter ſpirantibus opem ferunt.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞. Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati uncias quatuor,
Styracis Calamitæ unciam unam ſemis,
Sacchari Candi uncias duas ſemis,
Specierum Diaireos Salom.
Lohoch ſani ana unciam ſemis,
Sacchari Penidii libram ſemis,
Sacchari albiſſimi libras duas, uncias tres,
Mucilaginis Tragacanthi cum aqua Hyſſopi factæ, quantum ſatis.
Fiant Trochiſci.

TVſſi ſiccæ à materia acri & calida profectæ conferunt, guttur ac fauces leniunt, difficiles excreationes promovent, & ablatæ vocis jacturam reſarciunt.

Flos minori Diſpendio alii ſic parare conſueverunt.

℞. Succi Liquiritiæ inſpiſſati uncias octo.

Sac-

Saccharis libras duas,
Pulv. Liquiritiæ unciam unam.

Cum mucilagine Tragacanthi fiant Trochiſci, in mortario calido maſſam miſcendo.

TROCHISCI BECHICI RUBRI.

℞. Spec. Trochiſcos Bechicos albos conſtituentium uncias duas,
Boli Armenæ Orientalis præparatæ drachmas duas, & ſcrupulos duos.

Cum infuſione Tragacanthi facta in aqua roſarum, fiant Trochiſci.

CAtarrhos tenues intercipiunt, leniter enim aſtringunt & exiccant, ac ſputum ſanguinis inhibent.

TROCHISCI DE BENZOI.

℞. Benzoi uncias ſex,
Ligni Aloës optimi uncias octo,
Styracis Calamitæ uncias tres,
Moſchi drachmam ſemis,
Ireos uncias duas,
Sacchari Candi libras tres.

Pulveriſatis omnibus, fiant Trochiſci cum aqua roſarum.

CAput & pectus confirmant & ſiccant, nec non ad ſuffitus ac odoramenta expetuntur.

TROCHISCI DE BERBERIS

MESUE.

℞. Berberorum drachmas duas,
Spodii,
Ligni Aloës,
Seminis acetoſæ,
Maſtiches,
Galliæ Moſchatæ,
Nardi Indicæ ana drachmam unam,
Gummi Arabici drachmas tres,
Roſarum rubearum drachmas quinque,
Aquæ Roſarum quantum ſufficit.
Fiant Trochiſci.

INgrediuntur Elect. Roſatum Meſue, in eumque uſum parantur, licet uſurpari poſſint ad intemperiem calidam, febrium ardores, linguæ aridit atem, & ſitim ſedandam.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 376 sur 955

TROCHISCI DE CAMPHORA MESUE.

℞. Rosarum rubearum drachm. quatuor,
Sacchari albi,
Mannæ ana drachmas tres,
Santali Citrini drachmas duas semis,
Glycyrrhizæ,
Spodii ana drachmas duas,
Sem. quatuor frigid. major,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Nardi Indicæ,
Croci ana drachmam unam,
Ligni Aloës,
Cardamomi majoris,
Amyli,
Camphoræ ana scrupulos duos.

Cum mucilagine sem. Psyllii, extracta cum Aqua rosacea, formentur Trochisci.

AD febres ardentes, bilis & sanguinis fervorem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ab his sitim inexpletam, icterum quoque, phthisim, & hecticam utiliter adhibentur.

TROCHISCI DE CAPPARIBUS MESUE.

℞. Cort. radicum Capparûm,
Sem. Agni casti ana drachmas sex,
Nigellæ,
Nasturtii.
Calaminthæ,
Succi Eupatorii Mesue,
Acori, seu Calami aromatici,
Amygdalorum amarorum,
Foliorum Rutæ,
Aristolochiæ rotundæ veræ,
Ammoniaci ana drachmas duas,
Cyperi rotundi,
Scolopendrii veri, seu Ceterach ana drachmam unam,

Trita omnia cum Ammoniaco in aceto dissoluto, formentur in Trochiscos,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 377 sur 955

Iis utimur ad lienis & hepatis obstructiones à crassa & melancholica materia profectas; potenter enim humores dissecant & attenuant, natamque inde viscerum duritiem emolliunt, ac flatus hypochondriacos, caterarumque partium solvunt.

TROCHISCI DE CHARABE

Mesue.

℞. Charabe drachmas sex,
Cornu cervi usti,
Gummi Arabici assati,
Corallii rubri usti,
Tragacanthi,
Succi Acaciæ,
Hypocistidis,
Balaustiorum,
Mastiches,
Laccæ,
Papaveris nigri assati ana drachmas duas,
Thuris,
Croci,
Opii ana drachmam unam, grana quindecim,
Mucilaginis Psyllii quantum satis est.
Formentur Trochisci.

Sanguinem excreantibus, tabidis, purulenta expuentibus, cœliacis & dysentericis auxiliantur, sanguinem undecunque emanantem sistunt ac supprimunt.

TROCHISCI DE CORALLIO

Nicolai.

℞. Corallii rubri,
Cinamomi,
Myrrhæ,
Amomi,
Sem. Papaveris ana unciam semis,
Schœnanthi,
Croci ana drachmas duas,
Calami aromatici,
Xylobalsami,
Cassiæ ligneæ,
Folii, aut Macis,
Mastiches,
Folior. Polii Montani,
Pedis Columbini,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 378 sur 955

Rad. Phu,
Asari ana drachmam unam,
Vini quantum sufficit.
Formentur Trochisci,

S *Anguinolenta excreantibus, dysentericis, cœliacis, & cibum fastidientibus mirè subveniunt.*

PEs Columbinus est altera Geranii species, habens Malvæ folia. Vide *Fœsium* fol. 210.

TROCHISCI DIACORALLIU GALENI.

℞. Corallii rubri,
Terræ Samiæ aut Boli Armenæ ana unciam unam,
Lemniæ,
Balaustiorum,
Terræ Lemniæ unciam semis,
Amyli ana unciam semis,
Hypocistidis,
Sem. Hyoscyami,
Opii ana drachmas duas,
Succi Plantaginis quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

I *Isdem affectibus probè tollendis, quibus præcedentes succurrunt.*

TROCHISCI DE CROCO NICOLAI.

℞. Croci drachmas tres,
Rosarum rubearum,
Ammeos,
Myrrhæ ana drachmam unam semis,
Ligni Aloës scrupulos duos.
Cum aqua rosacea fiant Trochisci.

L *Ienis & hepatis obstructiones aperiunt, flatus dissipant, humorum putredinem arcent, ac cordi vires addunt,*

CROCOMAGM. DAMOCRATIS EX GALENO.

℞. Croci drachmas viginti quinque,
Myrrhæ,
Rosarum ana drachm. duodecim semis,
Amyli,
Gummi Arabici ana drachm. septem semis,

Vini

Vini Chii quantum ſufficit.
Fiant Trochiſci.

TROCHISCI CYPHEOS DAMOCRATIS Ex Galeno.

℞. Uvarum paſſarum pinguiſſimarum, ſeu Cybebarum,
Terebinthinæ coctæ ana uncias tres,
Myrrhæ,
Schœnanthi ana unciam unam ſemis,
Calami Aromatici drachmas novem,
Cinamomi drachmas quatuor,
Unguis odorati, ſeu Bdellii unguinoſi,
Spicæ Indicæ,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Cyperi,
Baccarum Juniperi ana drachmas tres,
Aſpalathi drachmas duas ſemis,
Croci drachmam unam,
Mellis quantum ſufficit,
Vini Cretici modicum.

Bdellium, Myrrha & Terebinthina cocta in vino diſſoluta, redigantur ad craſſitiem mellis, & carnibus Paſſularum ex melle diu tritis miſceantur: deinde reliqua in tenuiſſimum pulverem redacta adjiciantur, ac ſimul agitando commiſceantur, formenturque Trochiſci, qui in umbrâ ſiccentur.

Deſcribitur à Galeno 2. de Antidotis in Mithridatio Damocratis, *cujus compoſitionem ingrediuntur. Quanquam per ſe quoque commodè iis dantur, qui jecur, aut pulmones, vel renes, aut aliud aliquod viſcus exulceratum habent.*

Pro Aſpalatho, qui tamen nobis jam innotuit, Lignum Aloës, aut Santalum Citrinum ſubſtitui poteſt. Pro Ungue odorato, rectè Bdellium unguinoſum ſeu electiſſimum ſubſtituitur; ita enim Romanum quoque Antidotarium legit, in cujus defectu Bergomates Ammoniacum Thymiama ſumunt, licet nonnulli Blattam Byzantiam, aut Conchylia, quibus Margaritæ innaſcuntur, pro Ungue odorato compoſitioni huic injiciant.

Terebinthinæ coquendæ modus in fine libri, inter præparationes Medicamentorum requirendus.

TROCHISCI DE EUPATORIO Mesue.

℞. Mannæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 380 sur 955

Succi Eupatorii ana unciam unam,
Rosarum unciam semis,
Spodii ex Ebore drachmas tres semis,
Spicæ Indicæ drachmas tres,
Rhabarbari,
Asari,
Anisi ana drachmas duas semis.

Cum aqua Cuscutæ fiant Trochisci, qui in umbra siccati reponantur.

Efficaces sunt ad omnem lienis & hepatis obstructionem, tumoremque præter naturam, febres antiquas, earumque rigorem sanant; morbo regio & hydrope incipienti succurrunt; stomachicos juvant, & corporis flatus discutiunt.

TROCHISCI DE GALLIA MOSCHATA MESUE.

℞. Ligni Aloës crudi drachmas quinque,
Ambræ drachmas tres,
Moschi drachmam unam,
Mucilaginis Tragacanthi extractæ cum aqua rosarum quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

Cerebrum, cor, ventriculum, & reliqua viscera roborant, vomitum reprimunt, pectoris angustias & anhelationes juvant, oris halitum commendant, & ad varias compositiones expetuntur, suffitu ac vaporatione gratissimi, nec non ad delicias odoris suavitate quàm maximè accommodati.

TROCHISCI GORDONII.

℞. Quatuor sem. frigid. majorum mundatorum,
Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Baccarum Myrtillorum,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Pinearum mundatarum,
Pistachiorum,
Sacchari candi,
Penidii,

Liqui-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 381 sur 955

Liquiritiæ mundæ,
Hordei mundi,
Mucilaginis Pſyllii,
Amygdalorum dulcium ana unciam unam,
Boli Armenæ,
Sanguinis Draconis,
Spodii,
Roſarum,
Myrrhæ ana unciam ſemis.
Ex Hydromelite fiant Trochiſci.

Deſcribuntur à Gordonio, de Paſſionibus renum, Particula ſexta, cap. 10. *Renum exulcerationes ſanant, ſanguinis mictum inhibent, diabeti & gonorrhœæ conferunt, ac ſtrangu-riam levant. Propinantur ſi abſterſio expetitur ex Hydromelite, aut decocto Liquiritiæ vel Hordei: ſin verò conſolidandi intentio prævalet, ex Lacte aut Aqua chalybeata cum Syrupo vel ſucco Plantaginis; ac ſi exulceratio in veſica extiterit, lacte diſtemperati per ſyringam injiciuntur. Aliam deſcriptionem ſimilium Trochiſcorum ponit idem prafatus Auctor eodem loco* cap. 11. *quæ Ambram, Succinum, Spi-cam, Squinanthum, & alia recipit, verùm hæc quam appoſuimus, uſitatior exiſtit.*

TROCHISCI HEDYCHROI ANDROMACHI EX GALENO.

℞. Mari,
Aſari,
Amaraci,
Aſpalathi ana drachmas duas,
Schœnanthi,
Calami odorati,
Phu Pontici,
Xylobalſami,
Opobalſami, aut Olei Caryophyllorum,
Cinamomi,
Coſti ana drachmas tres,
Myrrhæ,
Folii,
Nardi Indicæ,
Croci,
Caſſiæ ligneæ ana drachmas ſex,
Amomi drachmas duodecim,
Maſtiches drachmam unam,
Vini Falerni quantum ſufficit.

Fiant

Fiant Trochiſci, qui in umbra exiccati, Oleo Caryophyllorum inungantur.

Deſcribuntur à Galeno 1. de Antidotis cap. 10. *ad Theriaces compoſitionem expetiti. In his cùm quædam requirantur Succedanea, pro Maro, ſi id defuerit, (quod tamen ad nos jam deferri cœpit,) Dictamni Cretici folia; pro Aſpalatho, Santalum Citrinum; pro Xylobalſamo, Lignum Aloës; pro Opobalſamo, Oleum Caryophyllorum; pro Coſto, Angelicam; pro Folio Macis & Cyperi, ana partes æquales; pro Amomo, Citri ſemina; ac denique pro Falerno, Creticum vinum aſſumere licebit.*

OLeum Caryophyllorum, quod pro Opobalſamo hîc ſubſtituitur, apud nos in compoſitione Trochiſcorum horum omittitur, adjicitur autem in Theriacam ſub finem ipſius mixtionis.

TROCHISCI DIAJON, Seu DE VIOLIS NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Flor. Violarum purpurearum viridium drachmas quinque,
Amyli drachmas tres,
Sem. Papaveris albi drachmas duas ſemis,
Rhabarbari ſcrupulos quinque,
Sem. Plantaginis drachmam unam,
Balſami, ſeu Olei Caryophyllorum ſcrupulum unum.
Trita ſubigantur, & cum aqua roſarum formentur Trochiſci.

Thoracis anguſtias levant, guttur leniunt, ac alvum emolliunt; raro tamen ſunt uſui.

TROCHISCI DE LACCA MESUE.

℞. Laccæ mundatæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Eupatorii,
Abſinthii,
Berberorum,
Rhabarbari,
Ariſtolochiæ longæ,
Coſti,
Aſari,
Amygdalorum amarorum,
Rubiæ,
Aniſi,
Apii,
Schœnanthi ana drachmam unam,

Cum

Cum decocto Aristolochiæ & Schœnanthi, vel succo Eupatorii, aut Absinthii, fiant Trochisci.

Jecinorosos, lienosos, & hydropicos adjuvant, febresque ex viscerum obstructione natas propulsant, ac urinas potenter movent, quo nomine ascitem pellunt.

TROCHISCI DE MYRRHA

RHASIS.

℞. Myrrhæ drachmas tres,
Lupinorum drachmas quinque,
Foliorum Rutæ,
Mentastri,
Pulegii Cervini,
Cumini,
Rubiæ,
Asæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis ana drachmas duas.

Dissolvantur Gummi in Aceto scillitico, & cum succo Artemisiæ fingantur Trochisci.

Describuntur à Rhase 9. ad Almansorem *in menstruæ purgationis retentione: tarditatem enim menstruam sollicitant, quæ ex crassorum & frigidorum copia aut sanguine concreto ortum duxit: attenuant, incidunt, & infarctos meatus aperiunt, fœtum mortuum, sed præcipuè secundinam tardantem præsenti remedio expellunt. Exhibentur è decocto granorum Iuniperi.*

PRo Pulegio cervino quidam vulgare capiunt, ejus enim maxima vis est in ciendis menstruis.

TROCHISCI PECTORALES

CUM AMBRA.

℞. Specierum Diaireos usitatæ scrupulos octo,
Diambræ completæ,
Pulveris radicis Ireos Florentinæ ana scrup. quatuor,
Amyli unciam semis,
Trochisc. Gall. Moschatæ veræ scrup. quatuor, grana octo,
Ambræ gryseæ veræ scrupulum unum, grana octo,
Sacchari albissimi uncias sex,
Candi albi,
Penidii ana uncias tres,
Mucilag. Tragac. cum aqua rosar. factæ, quantum satis.
Fiant Trochisci.

Iu

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 384 sur 955

IN catarrho & defluxionibus è capite variis ad asperam arteriam & cavitatem pectoris in primis utiles sunt, lentorem catarrhi incidunt, sputum promovent, & expectorationi humoris influxi conducunt

TROCHISCI RAMICH MESUE.

℞. Succi Acetosæ uncias sedecim,
Rosarum unciam unam,
Baccarum Myrti uncias duas.
Semel fervefiant, & colentur: adde colato
Gallarum recentium accuratè tritarum uncias tres.
Coquantur iterum aliquantulum, deinde inspergatur sequentium
specierum minutissimus & optimè commixtus pulvis.
℞. Rosarum unciam unam,
Santali Citrini drachmas decem,
Gummi Arabici unciam unam semis,
Sumach,
Spodii ana unciam unam,
Omphacii, seu Agrestæ drachmas septem,
Granorum Myrti uncias quatuor,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschatæ ana drachmas quatuor.

Misce omnia simul, & extende in scutella lapidea dum siccentur. Exiccata rursus in tenuissimum pulverem terantur, & formentur Trochisci parvi cum Camphoræ aureo seu denario uno, hoc est, drachma una & septima ejusdem parte, & sufficientia aqua Rosarum, ac in umbra libera exiccati reponantur.

HOs Trachiscos aliquot compositiones recipiunt, eosdem tamen usurpamus in intestinorum & alvi totius lævitate, acriumque humorum per sedem profluvio. Infuso enim acrimoniam obtundunt, & impetum refrenant, eoque nomine choleræ morbo succurrunt. hæmorrhagiam omnem sistunt naribus immissi, aut medicamentis admoti, viscerum languores, ventriculi, hepatis, & cordis imbecillitates firmant.

SUnt qui succi Oxalidis loco succum Cydoniorum sumant immaturum, Trochiscosque aromatisent Moschi drachmæ unius quarta parte. Præterea pro Myrti granis succum baccarum Myrti *Fuchsius* legit, qui in compositione hac maximè probandus esset, si modò apud nos extaret, aut commodè haberi posset.

Ramich mixturam ex Gallis & Uvis passis significat.

TRO-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 385 sur 955

TROCHISCI DE RHABARBARO MESUE.

℞. Rhabarbari optimi drachmas decem,
Succi Eupatorii,
Amygdalorum amarorum ana drach. quatuor,
Rosarum drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Anisi,
Rubeæ radis,
Absinthii,
Asari,
Sem. Apii ana drachmam unam,
Aquæ Cuscutæ quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

Horum usus celebris est in febrium prolixarum declinatione, impendente malo corporis habitu, plurimùm namque prosunt ictericis, hydropicis, hepaticis, & cachecticis, tumoribus doloribusque ventris inferioris medentur, obstructiones reserant, formæ corruptionem ac fœditatem emendant, nec non affectus jecoris inveterates aquei, acris ac serosi humoris dejectione tollunt.

TROCHISCI DIARHODON NICOLAI.

℞. Rosarum viridium drachmas tres,
Spodii drachmas duas,
Santali rubri drachmam unam semis, grana septem,
Albi drachmam unam, grana duodecim,
Croci scrupulos duos semis,
Camphoræ scrupulum semis.

Rosas recentes contunde in mortario lapideo sine intermissione, tùm reliqua in pulverem redacta adde, & cum aqua rosacea sub finem Camphoram addendo formabis Trochiscos, quos in umbra siccatos usui reserva.

Dysentericis, cœliacis, jecinorosis, & stomachicis conferunt.

TROCHISCI DE ROSIS RHASIS.

℞. Rosarum rubearum unciam semis,
Ligni Aloës drachmas duas,
Mastiches drachmam unam semis,
Cinamomi,

Ab-

Abſinthii Pontici,
Nardi Indicæ,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Schœnanthi ana drachmam unam.

Cum vino veteri, & decocto quinque radicum aperientium formentur Trochiſci.

Efficaces ſunt ad jecoris obſtructionem, ac febres antiquas; icterum, & aquam intercutem; ventriculi & nutritivarum partium imbecillitatem corrigunt.

HI ſunt Trochiſci de Roſis, qui Pilulas de Rhabarbaro ingrediuntur. Podidis autem, ſeu Roſei Paſtilli alii deſcribuntur à *Dioſcoride lib. 1. cap. 113.* ab his facultatibus non multùm differentes, quibus Myrrham inſuper addit.

TROCHISCI DE SANTALIS

MESUE.

℞. Trium Santalorum ana unciam ſemis,
Roſarum drachmas tres ſemis,
Berberorum, aut *ſucci eorundem inſpiſſati*, drachmas tres,
Boli Armenæ,
Sem. Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Portulacæ,
Spodii ana drachmas duas,
Camphoræ drachmam ſemis.

Cum aqua Portulacæ fiant Trochiſci.

Ad febrem ardentem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ſitim levandam uſurpantur.

TROCHISCI DE SCILLA

GALENI.

SCillam initio Julii collectam, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice primo detracto, & parte duriore cui radiculæ adhærent abjectâ, farinâ ſubactâ involves, & eò uſque in clibano coques, donec farina probè ſiccata ſit, & eâ perforatâ, ſtylo ligneo tentabis, num Scilla undique tenera ſit. Ea exempta, partem interiorem diligenter teres, cui admiſcebis farinæ Erui tenuiſſimè cribratæ uncias octo ad ſingulas libras; formabis Trochiſcos ponderis duarum drachmarum, & ſiccabis in ſuperiore parte ædium meridiem ſpectante, ſæpiùs obvertendo donec probè ſiccati ſint, deinde repone.

Deſcri-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 387 sur 955

Describuntur à Galeno 1. *de Antidotis*, *& in Theriaca ad Pisonem, ejus enim compositionem ingrediuntur.*

Pro farina Orobi seu Erui, rectè hic à nobis substituitur pulvis radicum Dictamni albi, seu Fraxinellæ.

TROCHISCI DIASPERMATON GALENI.

℞. Sem. Apii,
Ammeos ana unciam semis,
Anisi,
Fœniculi ana drachmas duas,
Opii,
Cassiæ ana drachmam unam.
Cum aqua pluvia formentur Trochisci.

Dantur ex passo, aut aqua, ad omnes internos affectus dolorificos, sanguinem rejectantibus apprimè conferunt, ac somnum conciliant.

TROCHISCI DE SPODIO CUM SEMINE ACETOSAE MESUAE.

℞. Rosarum rubearum unciam unam semis,
Spodii drachmas decem,
Sem. Acetosæ drachmas sex,
Portulacæ,
Coriandr. præparator.
Sumach ana drachmas duas semis,
Amyli usti,
Balaustiorum,
Berberorum ana drachmas duas,
Gummi Arabici assati drachmam unam semis,
Omphacii seu Agrestæ quantum satis.
Fiant Trochisci.

In febribus biliosis cum alvi fluore præstantes sunt; inflammationem ventriculi & hepatis, ac sitim continuam sedant.

TROCHISCI SUBLINGUALES COMPLETI CONTRA PESTEM.

℞. Extracti ligni Aloës grana decem,
Specier. cordialium Alexandri Benedicti drachm. unam,
Diamoschu dulcis drachmam semis,
Radicum Iridis Florent. scrupulos duos,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 388 sur 955

Olei corticis Citri guttas tres,
Zedoariæ guttas duas,
Sacchari albi uncias octo,
Ambræ gryseæ grana quatuor,
Moschi grana duo,
Zibethi granum unum,
Mucilag. tragicant. cum aqua rosar. factæ, quantum satis.
Fiant Trochisci,

TROCHISCI SUBLINGUALES INCOMPLETI.

℞. Pulv. radic. Angelicæ unciam semis,
Pimpinellæ,
Seminis Angelicæ,
Corticis Citri sicci,
Pulveris Zedoariæ ana scrupulos duos semis,
Sacchari albi uncias septem.
Cum mucilagine Tragacanthi ex aqua rosarum facta, quantum satis.
Formentur Trochisci parvi.

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA MESUAE.

℞. Sanguinis Draconis,
Gummi Arabici assati,
Trochiscorum Ramich,
Rosarum rubearum,
Amyli exiccati,
Acaciæ,
Hypocistidis,
Lapidis Hæmatitis,
Balaustiorum,
Boli Armenæ,
Terræ sigillatæ,
Corallii rubri,
Charabe ana drachmam unam,
Spodii de Ebore,
Margaritarum præparatarum,
Tragacanthi.
Sem. Papaveris nigri ana drachmam unam semis.
Rosarum drachmam unam,
Portulacæ,

Corn

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 389 sur 955

Cornu Cervi usti,
Thuris masculi,
Conorum Cupressi,
Croci ana drachmas duas,
Aquæ plantaginis quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

Sanguinem undecunque manantem & sputa cruenta cohibent, ac varii generis hæmorrhagias sistunt; fœminarum menstruam purgationem immoderatiùs fluentem, morantur; intus sumpti, vel cum succo Polygoni aut Plantaginis ac ovi albumine coxis & pubi illiti, aut cum conveniente liquore utero immissi, cruento item lotio medentur, ac dysenterias diarrhœas, & alvi profluvia compescunt. Potentiùs id præstant, si eis addatur Opium, quod aliqui compositioni huic drachmarum duarum pondere in universum adjicunt.

TROCHISCI DE SULPHURE ET TUTIA.

℞. Sulphuris vivi,
Camphoræ,
Tragacanthi ana drachmam unam,
Tutiæ præparatæ unciam semis.
Cum infusione Tragacanthi, ex aqua rosarum facta, quantum satis.
Fiant Trochisci.

Ad varia superficiei corporis vitia, impetiginem, phlogosin, herpetem, phlyctænas, rhagades, erysipelata, conducunt, si cum aqua appropriata dissolvantur, & parti dolenti sæpius imponantur.

TROCHISCI DE VIOLIS SOLUTIVI MESUAE.

℞. Violarum nigrarum mediocriter exiccatar. drachmas sex;
Turbith drachmas quatuor,
Succi Glycyrrhizæ,
Scammonii præparati,
Mannæ ana drachmas duas.
Cum Syrupo violato fiant Trochisci.

Usurpantur in expurganda pituita lenta & viscida, quæ thoracis vias intercipit & suspiriosos facit, bileque vitellinâ permixtâ deturbandâ.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 390 sur 955

TROCHISCI E VIPERA GALENI.

℞. Carnis viperinæ anetho, ſale, & aquâ coctæ uncias octo,
Panis triticei puriſſimi, aut bis cocti, triti & cribrati, uncias duas.

Formentur Trochiſci cum jure, in quo decoctæ fuerint carnes viperinæ, & inungantur oleo Caryophyllorum, quod proximè accedit ad naturam Balſami. Siccentur in loco umbroſo, libero, ventoque perflabili, per dies quindecim, aut eò ampliùs. Sæpè autem ſunt convertendi, donec probè exiccati fuerint; deinde in pyxidem vitream, aut figulinam vitreatam benè obturatam reponendi. Annum integrum perſeverant, quanquam longè meliùs fuerit; haud multo poſt, quàm ipſos confeceris, Theriacam adornare. Qui porrò diutiùs conſervare volet, ſubinde eos à pulviſculo abſtergat, qui illis obnaſci conſuevit: nam ſi diutiùs inhæreat, paſtillos exedere & carioſos reddere ſolet. Hoc autem modo ad tertium annum uſque conſervari poſſunt.

Trochiſci hi ſunt baſis Theriacæ. Cutaneis morbis, viperarum morſibus & febribus peſtilentialibus conveniunt, elephantiacos juvant oculorum caliginem atque obſcuritatem emendant, nec non viſum ipſum acuunt.

DE Viperarum delectu, & Trochiſcorum horum præparatione, vide plura apud Fœſium, Bartholomæum Marantham, Baldum Angelum Eugubinum, & Galenum ipſum.

TROCHISCI DE XYLOALOE MESUAE.

℞. Ligni Aloës,
Roſarum rubearum ana drachmas duas,
Maſtiches,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Galliæ Moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Cubebarum,
Cardamomi utriuſque,
Paſtinacæ,
Corticum Citri ana drachmam unam ſemis,
Moſchi,

Ambræ

Ambræ ana ſcrupulum ſemis.
Cum melle Paſſulato fiant Trochiſci.

VEntriculum, cor & hepar, ac membra alia debilia roborant, oris fœtorem abigunt, cordis palpitationem & ſyncopas auferunt, hydropicis auxiliantur, ac peſtilenti conſtitutioni ſunt medendo.

ANIMADVERSIONES

Cunctas hujus Claſsis Compoſitiones concernentes.

EX variis & diverſæ ſpeciei ingredientibus, è tribus Regnis depromptis, hi ſimiliter *Trochiſci*, de quibus in hac claſſe nobis ex inſtituto ſermo eſt, conficiuntur, ità ut non niſi formâ externâ, à *ſpeciebus* vel *confectionibus* prioris claſſis diſcrepent, proindè etiam cuncta, quæ de illis ſuperiùs annotavimus, meritò & hîc locum habere poſſunt; cùm tot ac tantæ huic, atque ſuperiori claſſi inconcinnæ ſint inſertæ *compoſitiones*, quæque proindè non minùs, uti ipſæ, exploſionem merentur, paucis ſaltem exceptis, *Trochiſcis nimirùm ſublingualibus*, *Bechicis albis*, *rubris* & *nigris*, uſui medico interno deſtinatis, & quæ *ſuffumigiis* inſervire poſſunt, *De Benzoë* & *Aliptæ Moſchatæ Nicolai*; Reliquæ autem *compoſitiones omnes*, ob quam ſingularem rationem, in hanc formam *Trochiſcorum* ſcilicet, redactæ ſint, non video; cùm ſi in uſum trahi debeant, neutiquam ſub hac forma aptæ ſint, ut ægrotantibus exhibeantur; Sunt enim *Trochiſci* duriſſimi à *Tragacantho* (cujus beneficio in hanc formam utplurimum coagmentantur) adeò compacti & indurati, ut poſtmodum difficillimæ triturationis ſint piſtillo etiam & mortario tenaciſſimè adhæreant, quod quidem aliter fieri nequit; nam ubi tot *diverſæ inter ſe repugnantes ſpecies*, ope alicujus *mucilaginis* in unam maſſam cogendæ ſunt, non poſſunt non ad ulteriorem triturationem inhabiles reddi, præſertim ſi *reſinoſa gummata* vel *ſucci concreti*, iis immiſta ſint, quæ ut alioquin moris eſt, ſemper ſigillatim pulveriſata aut diſſoluta, *compoſitionibus* coadunari debent. Si itaque neceſſum ſit, hoſce *Trochiſcos* (exceptis ſuperioribus denominatis) quoties in uſum trahi debent, priùs pulveriſare (integri enim, nunquam vidi, quod exhibiti fuerint, neque ità exhiberi poſſunt, cùm ab humiditate oris vel ſalivâ tam promptè diſſolvi nequeant, nec etiam deglutiri uti *pilulæ*) cur non in forma *pulveris* relicti, aut in aliam aliquam formam uſui non repugnantem redacti ſunt? Accedit & hoc incommodum, quòd plures *Trochiſci*, maximè qui vi adſtrictoriâ pollent, quando ægrotis, utut iterum in pulverem redacti, propinentur, vires ſuas propter *mucilaginem Tragacanthi*, quâ obducti ſunt, & quæ tenaciter illis impacta eſt, commodè exſerere nequeant, ac magnoperè ab adhærente illa *mucilagine* impediantur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 392 sur 955

Quin etiam *Trochiſci de aniſo*, in qua forma & quomodo illi ægris exhibendi ſint, libenter ſcirem? *Trochiſci* item *Cypheos* & *Hedychroi*, cur ſigillatim pro *Theriacæ* & *Mithridatii confectione* proſtent, cùm ferè omnia horum *Trochiſcorum* ingredientia, *Theriacam* & *Mithridatium* ipſa ingrediantur? de quibus plura in eorundem, *Theriacæ* nimirùm & *Mithridatii confectionibus*, nobis differenda erunt? Cæterùm *Trochiſci pectorales*, ex quot *compoſitis* illi conſarcinati ſunt? Et ſi exacta ipſorum *compoſitorum* inſtitueretur computatio, & quantum ſingula doſis de hoc vel illo eorum ingredientium gauderet, accuratiori examine trutinaretur, ſimili diviſione granorum impoſſibili heic opus foret, illi quæ in *Animadverſionibus præcedentis Claſſis*, inprimis ſuper *confectionem pectoralem* & *trageam groſſam*, non ſine magno noſtro labore, & accuratâ diligentia facta eſt. Inſuper *Trochiſci de Violis ſolutivi*, dic amabo, quomodo iſti adhibendi, & ægrotantibus propinandi ſint, vel quomodo commodè denuò in pulverem redigi queant? quaſi verò ſub nulla alia forma commodiori, *cathartica medicamenta* proſtarent, ægris exhibenda? Et cur *Trochiſcis de Xyloaloë* etiam ſigillatim *Trochiſci Gallia Moſchatæ* addi debent, cùm tamen *lignum Aloës*, *Moſchus* & *Ambra*, utpotè ex quibus ſolis & non aliis ingredientibus *Gallia moſchata* conſtet, & hos ipſos etiam *Trochiſcos*, ſcilicet *de Xyloaloë* ingrediantur? Nonnè ſatiùs fuiſſet. *Ambræ*, *Moſchi*, & *Ligni aloës*, recentium quantitatem in *compoſitione* augere, quàm *Galliam moſchatam*, ſive præfatas, ex quibus illa componitur, *ſpecies* priùs cum *glutine Tragacanthi*, in *Trochiſcos* compactas, demùm addidiſſe?

Tandem ne *Trochiſcos de Viperis* præteream, & quid de eorundem præparatione ſingulariter ſentiam, ingenuè ut aperiam, horum plurimæ quidem proſtant *compoſitiones*, attamen in nullo alio diſcrepantes, quàm in ſola quantitate *panis* addendâ. Maneamus jam in præſcripta formula, neque enim opus habemus, ut denominatos in adjuncta animadverſione Authores, de *delectu viperarum* aut horum *Trochiſcorum* præparatione conſulamus, vel ipſorum authoritatem emendicemus, ſufficiet ea huc adducere, quæ hiſce noſtris oculis uſurpavimus, & manibus perfecimus; Itaque quòd præparationem inprimis & *compoſitionem illorum Trochiſcorum* concernit, dico & aſſero, ipſam omni experientiâ & ratione deſtitui; Etenim impoſſibile eſt, ut ℥ *viij carnis viperinæ coctæ & humidæ cum duabus unciis panis*, in maſſam cogantur, undè poſtea *Trochiſci* efformandi ſint, multò minùs de *jure ejuſdem carnis viperinæ* (in quo tamen potiſſimæ *viperarum* vires reconditæ ſunt, ipſaque earundem *eſſentia* veluti, non ſecùs quam in *gelatinis caponum*, eorundem vis reſtaurativa deliteſcit, adeòque vel maximè neceſſarium & conſultum eſſet, ut vel totum adderetur,) quicquam addi poteſt; eo enim admixto, liquidiſſimam quandam pultem, non verò maſſam ullam unquam

quam efficeres. Scire autem forsitan desideras, Lector benevole, quo pacto & quâ ratione *Trochisci hi Viperini* in Italia conficiantur, utpotè ex qua magnis sumptibus & impensis in Germaniam, reliquasque regiones speciosis testimoniis ornati & muniti transportantur; Id sanè longâ serie, prout ipse sæpiùs hujus confectionis spectator fui, & accurrate illam observavi, verbotenùs descripsissem, nisi singularia quædam me deterrerent, ac quasi sufflaminarent: Quin potiùs, amice Lector, exoptarem, ut ipsus hujus rei experiundæ exemplum faceres, accipiendo nimirùm *aliquot serpentes Germanicos*, eosque capitibus & caudis detruncatis, exemptisque interaneis in *s. q. aquæ cum sale & anetho* coqueres, donec *caro* ab *ossibus* sive *spinis* tædioso satis labore (qui labor in Italia utplurimùm mulierculis commendatur) separari queat. Hinc accipienda *caro illa humida diffluens*, nec non *jusculum* in quo *viperæ* decoctæ sunt, quibus addatur *panis bis cocti pulverisati quantum sufficerit, ad massam tenacem efficiendam*, ut ex illa exactè & diu in mortario contusâ, *Trochisci* efformari queant, ac reipsâ experiêre, quàm insigni quantitate *panis* opus fuerit, pro *unica uncia carnis viperinæ*, in massam redigendâ cum suo *brodio*. Næ si mihi fidem adhibere velis, *unciæ quinque*, *sex*, *septemvé* vel *octo* etiam, prout plùs minusvé *jusculi liquidioris* habueris, vix ac ne vix quidem sufficient, pro *uncia una carnis*; Tali, in rei veritate basi & fundamento gaudet nostra *theriaca*; Nec tibi persuadeas velim; juxta præscriptum modum, meliores *Trochiscos* confectos ex oris illis ad nos transferri, licet vel centum testimoniis confirmati nobis commendentur. Differentiam *viperarum* ratione sexûs quod attinet, scilicet an masculi esse debeant, vel fœminæ (quæ postremæ à Galeno, & aliis plerisque ad imitationem quidem dicti Galeni commendantur,) ex quibus hi *Trochisci* conficiantur, meherclè parùm refert, modò ex montanis ceu locis salubrioribus, oriundis, non verò paludosis insalubribus, in quibus quidem locis copiosior earundem proventus, *prædicti trochisci* parentur; Et hæc quod modum præparandi vulgarem.

Nunc quædam disquisitione digna circa dictum præparandi modum occurrunt; *primò*, cur Galenus (quem etiamnum moderni Medici sequuntur) ex sola *carne viperarum*, non verò simul ex *ossibus & ipsis illarum cordibus ac jecinoribus*, prædictos *trochiscos* parare præceperit, eaque unà cum interaneis, ceu quibus *cor* & *hepar* annexa sunt, tanquam inutilia abjecerit, cùm tamen ex ipsis aliàs egregia & efficacissima conficiantur *Bezoardica* & *Alexiteria*; Id sanè sine experientia & insigni ratione factum esse arbitror; Nam si *caro viperina* tàm eximiis pollet virtutibus, cur non iisdem vel majoribus etiam *cor* & *hepar*, quæ ipsarum principaliora viscera sunt, quibus nimirùm vivunt, & in vita conservantur, item *spinæ* vel *ossa*, quibus radicalis substantia maximè impacta est, prædita esse debe-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 394 sur 955

rent. *Secundò*, ecquid sibi vult *additio panis*, quidque *coctio cum sale & anetho?* Quod ad *panem* spectat, non autumo ullum fore, qui virtutes singulares vel Alexipharmacas vel correctivas ab ipso *Trochiscis* impertiri posse, pertinaciter asseruerit, ergò duntaxat conservationis gratia, vel propter formam illam, *Trochiscorum* scilicit, faciliùs acquirendam, additus erit? Sed si conservationes gratiâ, sive ut eò diutiùs in integritate persistant, additus sit, præposterè id ipsum factum esse arbitror, tum quòd per se *viperæ exsiccatæ & sale nonnihil aspersæ*, aut earum *pulvis* diutius asservari possit, quàm ipsi *Trochisci*, tùm quòd admistione tantæ quantitatis *panis*, præterquam quòd virtus earum nihil prorsùs intendatur, insuper etiam plurimùm diminuatur. Si verò gratia formæ, *Trochiscorum* scilicet citiùs acquirendæ *panis* additus est, revera nec operæ precium, nec rectæ rationi consonum apparet, ut ob tam levidensem causam, medicamenta nobiliora in virtutibus suis diminuantur; & eò magis absurdum hoc est, cùm in hac forma nullius usui esse possint, sed necessum sit, ut iterùm in pulverem redigantur, si usui Medico inservire debeant. Adjectio autem *salus* & *anethi*, utrum illa genuina sit, *animalium venenatorum, viperarum* scilicet, quas illi summè venenatas proclamant (cujus contrarium tamen ipsa experientia nos edocuit,) correctio, nullo modo rationabiliter admitti, neque experientia confirmari potest. Id equidem concedo, *sali* inesse virtutem conservatricem putredini resistentem; non simplicem autem putrefaciendi vim, sed occultam qualitatem naturæ nostræ adversam venenis inesse, nemo est qui ignorat: Addo etiam, quòd *anethum sali scilicet addendum*, inter *alexipharmaca* minimè numeretur, ac idcirco neutiquam illud ipsum virulentiam *viperarum* si quâ illæ scaterent, corrigere posset. Coctio itidem, in tanta *aquæ copia*, quâ mediante forsitan venenatas viperarum partes expelli existimant, & illa planè inepta est; *veneni* enim nil spirant, dum pro *pulvere*, vel etiam pro *sale viperæ in M. B.* exsiccantur; nec *earum aqua per destillationem in dicta exsiccatione copiosè prolecta*, ullatenus aliquâ qualitate noxiâ infecta, sed potiùs salutifera est, præsertim *si vivæ viperæ optimè mundatæ*, Alembico immissæ fuerint. Accedit præterea & hoc absurdum, quòd *jusculum illud*, in quo *viperæ* sufficienter decoctæ sunt, & cui potior *viperarum virtus* jam impacta vel impressa est, vel abjici, vel si unà cum *carne* in *Trochiscos* (licet ad Gelatinam usque exhalat.) redigendum, magna *biscocti panis* quantitas addi debeat, utrumque autem malum & absonum esse, quis non videt? Porrò, quòd *viperæ* non tam ab antiquis, sed quod mirari subit, etiam à modernis Scriptoribus & Medicis tantoperè venenatæ proclamentur, earum tamen usum summè salutarem, in morbis etiam aliàs incurabilibus, Leprâ videlicet, aliisque complurimis commendant, (*vide Quercetanum capit. de*

Tro-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 395 sur 955

Trochiſcis viperarum,) illa ipſa directè oppoſita ſunt, & contradictionem involvunt; nam *venena* alioquin, ceu naturæ noſtræ toto genere infeſta, vitæ fontem deſtruere ac demoliri, vitamque ipſam exterminare potiùs, quam eandem inſtaurare ſolent: Sed hæc neutiquam eveniunt, ſive à ſanis, ſive leproſis *Viperæ, vel coctæ, vel in pulverem redactæ, vel etiam in vino extinctæ* aſſumantur; Ergò.

Sunt inſuper inter modernos Medicos plurimi, qui cùm vera *veneni viperarum* cognitio eos lateat, aliquas ſaltem earundem partes venenatas, quaſdam verò ſalutiferas eſſe, firmiter aſſerant: Sed ſi *vipera integra* in *vino* extincta, leproſos reſtituat, *(quod teſtatur Galenus & Quercetanus loco ſupra citato,)* nec non ſi fœminæ quædam nobiliores Anglicæ (uti ex fida relatione Anglorum habeo,) de *vino tali viperino*, ſive in quo *viperæ* extinctæ ſunt, quaſi interno Coſmetico ad pulchritudinem corporis, vultûſque & univerſæ cutis formoſitatem comparandam, abſque ullo damno ac ſanitatis detrimento, bibant, corruet etiam aſſertio *partium viperarum venenatarum*, *fellis* ſcilicet, *caudæ* & *capitis*; (iſtæ enim ſunt, quæ communiter pro venenatis habentur,) uti nec ego ipſe in illis venenoſitatem aliquam deprehendere potui, ut ut multa millia *viperarum* mactaverim, & *abſciſſa capita, veſiculas felleas & caudas earundem*, aliâ carne involutas, *felibus* & *canibus* devoranda objecerim, quæ etiam abſque ullo vitæ diſcrimine, vel noxa aliqua, conſumpsêre, nec vel tantillum damni, quoad corporis incolumitatem inde paſſa ſunt. Quotieſcunque autem *vipera iracundiæ æſtro percita*, canem morſu lauciaverit, intra decurſum aliquot horarum, vel citiùs interdum, ſubſecutus eſt effectus miſerabili ſpectaculo ſatis calamitoſus, itâ ut in *ſolo earum morſu, imagine iræ veneno mortifero imbuto, Viperarum & Serpentum venenum* conſiſtere, cum ſubtiliſſimo Philoſopho Helmontio, & Doctiſſimo Poterio, aſſerere neceſsè habeam; quam noſtram aſſertionem luculentiſſimis ſuis ſuffragiis comprobant Viri alii Celeberrimi, qui de iratorum animantium, *hominis* præcipuè, *canis*, *equi*, *lupi*, *felis*, *muſtelæ*, & ſimilium morſibus, tanquam ſummè venenaris ac lethiferis, obſervationes publicis ſcriptis commendârunt: Inter illos autem inprimis *Celeberr. Guilhel. Fabricius Hildanus, in ſuis Operibus chirurgicis*, ut adeò opus non ſit, ſuperiùs allatam noſtram rationem in dubium vocare. Quòd autem hujus vel iſtius animalis morſus, morſu alterius pernicioſior, magisque lethalis ſit, ex. gr. *Viperarum* magis quàm *Serpentum*, hujus cauſam, cùm in iracundia magis vel minus intersâ, tùm etiam in acumine dentium, ſive cuſpide eorundem acutiſſimâ ſitam eſſe, planè mihi perſuadeo; Nam ſi dentes illos falcatos, quorum aliquæ *viperæ* duos tantum, præſertim maſculi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 396 sur 955

aliquæ quatuor, & quidem utplurimùm fœminæ habent, ipsius eruas, deinceps morsus earum, eò, quod nec profundè dentes reliquos obtusiores & breviores seu minutiores partibus demorsis infigere, nec nervos majusculos punctură sauciare valeant, sed solummodò aut maximam partem saltem epidermidem lædant, non æquè exitialis existit. Quam artem probè callent circumforanei, qui hoc Pacto spectatoribus suis egregiè imponunt, utpotè qui non aliter credunt, quàm quòd hi graviter à *viperis* demorsi sint, cùm tamen parùm admodum ipsos sauciare potuerint.

Cæterùm quæ superfunt Theorica de *viperis* & *serpentibus* scitu necessaria, eorum tractandi ansam arripiam in *appendice Classis decimæ quartæ*, ubi benevolus Lector pleniorem capiet informationem. Nunc verò ventilatâ præparatione *Trochiscorum*, & correctione inutili *carnis viperinæ* rejectâ & explosâ, præmisso itidem discursu, quid de putativa *viperarum venenositate* sentiendum sit, ulteriùs jam disquiritur, quâ ratione hi *Trochisci Viperarum* si qua strictè expeterentur, parandi sint; & an eorum loco *pulvis ex puris putis viperis* paratus, substitui possit, ut hâc ratione *viperæ* jure balis & fundamentum *theriaces* dici mereantur; Item quomodo *essentiæ* ex iis præparari queant? Hac de re satis prolixè quidem, ast minùs ingeniosè & acutè, nec non æquè inconcinnè, ut reliqui Authores, qui de *Viperis* scripsêre, disseruit *Quercetanus*, *loco superiùs citato*, cujus sententiam & præparandi modos, ceu minus appositos, haud iniquè rejicimus, proposituri præparationes aliàs genuinas, magisque rationi consentaneas, quæ tales esse possunt. Nimirum

℞. *Viperarum in locis montanis summo Vere captarum, recentium, nec diu postquam captæ sunt, asservatarum numero xxx, vel L*, aut *q. s.* quarum abscissis caudâ & capite, spolisque detractis, interanea exime, & ab ipsis *cor* & *hepar* separa, ac unâ cum *corpore excoriato*, nonnihil per spinam cultro contracta viventia adhuc, statim cucurbitæ vitreæ immitte, super inspergendo *salis Nitri optimè purificati*, vel quod meliùs est, *salis Viperini fixati, ex aliis Viperis antea parati*, & suo loco edocendi, aut, si mavis, *salis Armoniaci sublimati vel optimè purificati particulam*, appositoque capitello, fiat in M. B. igne lento destillatio, liquore satis copiosè prodeunte ad suos peculiares in *Theriacâ* usus, studiosè asservato: Destillatio illa per duos tresvè dies leniter continuanda est, donec *Viperæ* totaliter exsiccatæ in subtilissimum *pulverem* redigi queant. Quod ipsum, quò commodius fiat, possunt post unius diei peractam destillationem, detracto parùm à cucurbitæ capitello, *Viperæ* semel atque iterum bacillo ligneo vel immissâ manu, inverti, ne ubi in unam massam conglobatæ fuerunt, earum integra impediatur exsiccatio; utque hâc rationi prohibeamus, quò minus fundo & lateribus cucurbitæ vitreæ tenaciter, adhæreant, difficulter tandem à vitro fine ruptură sepa-

ſeparabiles, Secùs ſi in clibano, prout alii Authores præcipiunt, & uti ubivis locorum ferè conſit, *Viperæ* exſiccentur, *non ſubtilem & friabilem, ſed floccis totaliter refertum, nec non rancorem facilè contrahentem pulverem* acquires.

Hic *pulvis Viperarum ſimplex*, nec ullâ re peregrinâ permixtus, poteſt pro intentione Medici & conditione ſubjecti vel affectûs aromatizari *Ambrâ, Moſcho, Elæoſaccharis, confortantibus Alexipharmacis*, aut ſimilibus aliis, qui tùm in *ſua propria aqua* in exſiccatione Viperarum ſuperiùs per Alembicum prolectâ, etiamſi lubido fuerit, cum aliquo *Syrupo* vel *Cinamomi* vel *corticum Citri* edulcorata, commodiſſimè ægrotantibus ſine nauſea *à* ℥ ß *ad* ℥ *j*, tempore neceſſitatis propinari poteſt. Et jure meritò hic *pulvis* loco *Trochiſcorum Theriacæ* admiſceri deberet, id quod à me primò Anno 1649. in Inclyta Patavina, præſentibus diverſarum Nationum Doctiſſimis Viris, magno cum applauſu, tentatum eſt. Et ſi forſan, Lector benevole, formulas aliquot *pulverum ex Viperis* more prædicto confectorum deſiderares, jungo horum ſequentes; utpotè,

PULVIS VIPERARUM CONFORTANS.

℞. *Ambræ gryſeæ* ℥ *j*.
Diſſolvatur in mortario vitreo cum
Ol. ſtillat. Cinamomi,
Citri cortic. recent.
Macis ana ℥ ß,
Roſarum veri ℈ *j*.
Quibus adde
Pulveris viperini, ſimpliciter modo ſuperiùs edocto præparati ℥ *iij*,
Sacchari Candi pulveriſati ℥ *iij*.

Fiat omnium *pulvis ſubtiliſſimus* & præſtantiſſimus corroborans, cui, ſi quis *Moſcho* delectetur, ejuſdem ℈ ß, addi poteſt. *Doſis* ℈ *j*, *ad* ℈ *ij*, in juſculo caponis & vino.

PULVIS VIPERARUM ALEXIPHARMACUS.

℞. *Pulv. viperini ſimpliciter parati* ℥ *iij*,
Pulv. Florum Sulphuris ℥ *j*,
Myrrhæ opt. ℥ *vj*,
Ol. ſtillat. Angelicæ,
Rutæ,
Succini ana ℈ *j*,

Miſce,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 398 sur 955

Misce, fiat *pulvis subtilissimus*, cujus *dosis* à ℈ j, *ad* ʒ ß, vel etiam urgente necessitate *ad* ʒ j, in aqua aliqua Alexipharmaca.

PULVIS VIPERINUS ALEXIPHARMACUS ALTER.

℞. *Pulveris viperini simpl.* ʒ iij,
Sacchari albissimi ʒ ij,
Salis viperini volatilis in appendice classis xiv. edocendi ʒ ß,
Ol. stillat. Myrrhæ,
Angelicæ,
Citri cort. recent. ana ʒ ß.

Misce exactè, fiat *pulvis subtilissimus*, cujus *dosis* & utendi modus ut supra.

His similes & quidem efficaciores *pulveres*, *ex solis cordibus & hepatibus Viperarum* confici possunt, uti sequitur.

BEZOARDICUM ANIMALE, Sive PULVIS EX SOLIS CORDIBUS ET HEPATIBUS VIPERARUM.

℞. *Corda & jecinora ex mactatis & vivis adhuc Viperis excepta numero L*, vel *C*, eaque consperge, dum adhuc vivunt, *sale proprio Viperarum fixato*, (vel *sale Theriacali* quodam, quorum præparationes vide in *animadversionibus classis decimæ quartæ super appendicem*,) & statim immissa Alembico vitreo suo capitello munito, in Balnei calore exsicca, *aquâ, quæ prodit, studiosè seorsim asservatâ*. Exsiccata in Alembico *corda & jecinora* in pulverem redige subtilissimum, quem ad lubitum *Ambrâ gryseâ* vel *oleis destillatis* cùm Alexipharmacis, tùm aliis confortantibus, ad normam *pulveris Viperarum simplicis* aromatizare poteris, vel alterius consistentiæ ex eodem conficere medicamenta, ut si exoptares *Trochiscos*, qui adhuc longiori forsitan tempore, propter consistentiam suam compactam, integris viribus conserventur, ii commodissimè ex *hoc* vel *simplici Viperarum pulvere*, cum *aqua ejusdem propria* addito *Gummi quodam appropriato*, vel portiunculâ cujusdam *Elæosacchari*, efformari possent; Aut si pro sola *Theriaca* expetantur *Trochisci*, potest *pulvis Viperarum prædictus simplex*, cum particula *Myrrhæ* in *vino* dissolutæ, vel *essentiâ Viperarum*, (quam mox edocebo,) in massam & *Trochiscos* efformari laudabiles, omni jure pro *basi Theriacæ* habendos; Si verò ad alium usum, confortantem puto, adhibendi essent hi *Trochisci*, non abs re foret, illos (uti paulò ante monui) ex *pulvere Viperarum* cum quodam *Elæosaccharo*, & propriâ earundem *essentiâ*, additâ etiam *Ambrâ*, conficere modo sequenti:

TRO-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 399 sur 955

TROCHISCI VIPERINI CONFORTANTES ET ALEXIPHARMACI.

℞. *Sacchari albißimi aquâ viperinâ in exſiccatione earundem prolecta ſoluti* ℥ ix.

Redigatur coquendo ad *conſiſtentiam Tabulati*, in quo remoto ab igne & nonnihil refrigerato eliqua,

Ambræ griſeæ ℥ j vel ℥ j ß,
addendo
Bezoardici animalis ſuperius traditi ℥ ij,
vel loco hujus
Pulv. viperini ſimplicis ℥ ij,
Ol. ſtillat. Cinamomi,
Macis ana ℈ ij.

Fiat *pulvis*, qui additâ ſ. q. *eſſentiæ viperinæ ſequentis*, cogatur in maſſam tenacem, ex qua formentur *Trochiſci* delicatiſſimi.

TROCHISCI ALII ALEXIPHARMACI ET CONFORTANTES.

℞. *Sacchari albißimi pulveriſati*, ℥ x,

Solvatur ſupra ignem cum ſ. q. *ſucci ex cortitibus Citri extimis expreſſi*, ſine coctione vel ebullitione, ac ſi *Tabulæ ex ſucco Citri* confici deberent, cui ſtatim ab igne remoto, adde

Bezoardici animalis ſupradicti ℥ ij,
vel ejus loco,
Pulveris viperini ſimplicis ℥ ij.
& cum refrixerint,
Olei Citri ex cortic. recentibus non putrefactis deſtillati ℥ j.

Fiatque *pulvis*, qui additâ ſ. q. *eſſentiæ viperinæ* ſequentis, vel ſi illa deſit, *ſucci illius ex corticibus Citri expreſſi*, cogatur in maſſam, ex qua formentur *Trochiſci delicatiſſimi confortantes & Alexipharmaci.*

Sequitur nunc prænominata *eſſentia viperina*, quæ ſi diutiùs ad futuros uſus aſſervanda eſt, cum *ſpiritu vini* paretur, ſin minùs, & pro confectione *Theriacæ* duntaxat expetatur, cum *vino, vel Malvatico, aut alio generoſo & potenti* ipſius inſtituatur præparatio, ut potè

ESSENTIA VIPERINA ALEXIPHARMACA.

℞. *Viperarum in locis montanis captarum, vel* (ſi lubet, & quod meo judicio idem eſſet, æquè benè etiam pro *pulvere*, quàm *Trochiſcis* efformandus.) *Serpentum Germanicorum in montibus locisque ſanis*

ſanis degentium Numero xxx, ad centum uſque vel *quot libuerit*, quos (uti ſuperiùs innuimus) repurgatos & exuviis ſpoliatos, cum ſuis *cordibus & hepatibus*, citiſſimè dum adhuc vitâ integrâ gaudent, in *ſpiritum vini* vel *vinum Malvaticum* (*x*, vel *xv*, *aut xx Viperas* recipiendo pro *menſura una* vel ℔ *iv*, *unciis ſcilicet quadraginta octo vini* vel *ſpiritus vini*) in cucurbita oblonga, ſuo capitello poſtmodum munienda, contentum immerge & in eodem emori ſine; Poſtea in M. B. ad dimidias deſtillando, *ſpiritum vini* evoca, iterumque affuſum ſecundâ vice ad dimidias abſtrahe, & reſiduo junge; tandem reſiduo redditum & conjunctum exprime, & per filtrum aut manicam Hippocratis *colatum* vel *clarificatum ſpiritum* aut *vinum impregnatum* aſſerva. Tùm ex *relictis & expreſſis Viperis* deſtillando *ſalem*, juxtà modum noſtrum, quem in *animadverſionibus ſuper appendicem claſſis decimæ quartæ* edocebo, confice *volatilem*, ac *eſſentiæ* jam *factæ* junge, quæ invicem in phiola probè munita loco tepido per diem unum vel alterum digere, uſuique tandem aſſerva, addendo etiam, ſi lubet, *ol. ſtillat. Cinamomi*, vel *corticum Citri recentium* ʃ *q* ſi illa cum *ſpiritu vini* ſit parata. Hæc *eſſentia*, an benè vel malè confecta ſit, quivis facilè judicare poterit, ubi illam penitùs in ſpectam, æquâ rationis & judicii lance, probè ponderaverit.

Aliam *eſſentiam ex cordibus & hepatibus Viperarum ſiccis cum ſuo ſale proprio fortificatam*, tradit *Clariſſimus Schroderus in Pharmacopœia Medico chymica, cap. de Viperis lib.* 5. quæ ipſa ex meis Collegiis Chymicis Patavii habitis profecta eſt, cui tamen illam, quam nunc deſcripſimus, ceu longè efficaciorem meritò præferendam eſſe judicamus.

Suppetit nobis alia *eſſentia viperina ex cordibus & hepatibus Viperarum vivis* præparata, quæ ſe habet in modum ſequentem.

ESSENTIA VIPERINA ALIA.

℞. *Centum circiter corda Viperarum & jecinora totidem*, eaque recentia & viva in *libras tres ſpiritus vini optimi* immerge, & in eodem emori ſine, ac ulteriùs modo in *præcedenti eſſentia* indigitato extrahendo, deſtillando & ſeparando procede, cui tandem junge

Salis Viperarum volatilis ℥ ij,
Ol. ſtillat. Cinamomi,
Citri ex cort. recent. ana ℥ j,
Ambræ gryſeæ in prædictis oleis deſtillatis prius ſolutæ ℥ j, vel ℥ ij,

Tum mixta digere aliquamdiu, & acquires *eſſentiam nobiliſſimam*, cujus *doſis* ℥ ß, *ad* ℥ j, in *vino* vel alio vehiculo convenienti.

Si

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 401 sur 955

Si quod insuper ulli Magnati arrideret *vinum viperinum* pro restauratione virium totius corporis, potuque ordinario, posset illud parari modo sequenti. Nimirùm,

Viperæ XL. vel *L.* statim atque mactatæ sunt, modoque supradicto in essentiam præparatæ, unà cum *cordibus & jecinoribus tribus* vel *quatuor mensuris vini optimi* cucurbitæ vitreæ oblongæ capitello muniendæ infusis, immergantur, in eoque emori permittantur, à quo post unius alteriusve diei digestionem, tertia ferè pars per M. B. destillando evocetur, ac residuo iterùm affundatur; qui labor, abstractio scilicet & reaffusio *tertiæ partis vini*, ut eò meliùs arctiusque *virtus viperarum* illi communicetur, denuò reiteretur. Dein *Viperæ* exprimantur, & *vinum earundem essentiâ impregnatum*, coletur, colatum filtrando per chartam emporeticam vel manicam Hippocratis clarificetur, *ac uni urnæ alterius vini generosi* commisceatur; Cui si insuper odorem & saporem aromaticum conciliare velis, facilè illud factu erit, addendo saltem nonnulla *Aromata, Moschum, Ambram*, & similia.

Tandem ne quicquam intactum, quod ad *Viperas* spectat, & usui Medico inservire possit, silentio prætereamus: è re fore judicavi, dum de iisdem nobis adhuc sermo est, ut paucis tantam ubivis gentium deprædicatam *caponum & gallinarum viperinis carnibus factam saginationem* attingamus: Quomodo nimirùm illa (cum nonnulli magni Germaniæ Principes, *eâdem saginâ nutritis caponibus & gallinis*, non sine insigni emolumento vescantur) legitimè peragenda sit: Ne, si fortè quidam nauseâ detineantur, & propterea medicamenta ex *Viperis* parata, in substantiâ assumere abhorreant, *Viperarum* præclaris virtutibus penitùs destituantur.

Quanquam verò vulgò receptam *capones jam adultos & gallinas* saginandi consuetudinem non improbem; attamen ratio & experientia multò consultiùs suadent, ut qui intensiores *Viperarum* facultates per hujusmodi saginationem sibi comparare satagit, *gallum & aliquot gallinas* in chorte, ovis pariendis destinatas, *viperinâ* enutriat substantiâ. Quæ sic enutritæ mirum est, quàm evadant fœcundæ & salaces. Hinc *ova* taliter epulantium conjugum exclusioni subjicienda, & *pulli*, quamprimum è testis eruperint, *escâ è Viperis paratâ* sunt educandi.

Modus autem prædicta animalia saginandi, hic est: *Viperæ* ut superiùs dictum *mundatæ* in frustula conscindantur, ac in vase idoneo affusâ s. q. *aquæ fontis*, decoquantur, adjecto modico *salis communis*, usque dum sufficientur *carnes* emollitæ sint: Hinc cochleari perforato eximantur *Viperæ* in mortario contundendæ, ut *ossa* comminuantur; quibus sic contritis, adde *farinæ saginationi aptæ, & jusculi decoctionis Viperarum q. s.* misce, fiant *pastilli*, quibus *gallinæ, capones & adultiores pulli* saginentur. Sed cum recenter

center excluſi *pulli paſtillis* hiſce paſci non poſſint, aliâ viâ eos cibare oportet: *Caro* videlicet *cocta*, & *ab oſſibus ſeparata* minutim conſcindenda, *ovis* ad duritiem coctis & ſimiliter inciſis permiſcenda, & *pullis nuper excluſis* in eſum porrigenda eſt. Atque *hoc cibo* tam diu ſunt *pulli* paſcendi, donec ſaginationem præſcriptis *paſtillis* celebrandam ſuſtenere tandem queant; Quibus deinde ultrò ſuſtententur, donec partim pingues & jugulationi accommodati; partim fœcundi pariendis *ovis*, & ex iis aliis excludendis pullis apti videantur; denique toto vitæ tempore ſimili pabulo alantur, ut quantum fieri poteſt, *tota gallinaceorum natura*, tùm quaſi per ſenem in ipſa generatione, tùm per alimentum in vitæ decurſu, *Viperarum* viribus alteretur & imbuatur.

Habes hîc, Lector benevole, *ſingularia ex Viperis medicamenta*, hiſce meis manibus ſummâ diligentiâ, elaborata, & experientiâ non ſemel confirmata, ut meliora vix confici queant, quæ ut grato & benevolo animo accipias, & ſi his meliora nôris, illa publici juris facias, amicè rogo.

Supereſt nunc, redeuntes unde digreſſi ſumus, ut etiam de reliquis hujus *claſſis compoſitionibus*, *Trochiſcis* ſcilicet aliis paulò concinnioribus & magis neceſſariis pauca diſſeramus, ac tandem huic claſſi colophonem imponamus. Dixi ſuperiùs, paucas hujus *claſſis compoſitiones* nobis arridere, propterea nec operæ precium duxi, ſingulas *Trochiſcorum formulas*, ſeparatim ſub incudem revocare. Neque enim multum artis requirit, ingredientia ſimpliciter contundere, contuſa cum *mucilagine*, vel *ſucco quodam concreto* in maſſam redigere, utpotè quæ levia unicuique Pharmacopœo trita ac notiſſima ſunt, adeoque principaliores duntaxat, (quarum in hac claſſe fit mentio) *compoſitiones* ritè parare edocebo.

Primùm autem ſe offert *Agaricus Trochiſcatus*, qui qualiter parandus ſit, quilibet peritus Pharmacopœus non ignorabit; Nimirum *Agaricus* radulâ priùs comminuendus, non verò contundendus, ut per incerniculum tranſmitti poſſit, poſtmodum cum *infuſo dicto Zinzziberis* & *vino Cretico* in maſſam & *Trochiſcos* redigendus, ac intenſiſſimo frigore hyemali exſiccandus eſt.

Sequuntur hanc *Trochiſci Alhandal*, qui & ipſi parùm artificii pro ſua præparatione requirunt; In hoc ſolummodò Pharmacopœus intentus ſit, ut *Colocynthidem à ſeminibus* repurget, repurgatam optimè *aquâ Roſarum*, in qua *Gummi Arabici* particula diſſoluta ſit, humectet, inque cucurbita vitrea calore balnei deſtillando quaſi denuò exſiccet; ita enim facilè poſtea in pulverem redigi poteſt, neque opus habet, ut per ſpacium trium dierum, ex intermiſſione tamen fricetur. *Pulvis* demùm ità confectus, cum *Gummatibus*, ſcil. *Tragacantho*, *Arabico*, *Adellio*, in *aqua Roſarum* diſſolutis in *Trochiſcos* efformari poteſt.

Tro-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 403 sur 955

Trochiſcos Aliptæ moſchatæ ad precioſos ſuffitus potiùs accommodatos eſſe, quàm infantulis ac puerulis aſthmaticis conferre exiſtimo, cùm in hac forma juxtà modum præſcriptum præparati, ne adultis quidem, ne dum infantibus præberi queant, quin dentibus & ori inſtar *reſinæ* adhæreant nauſeabundi; Itaque ſi vel *paſtillos* pro infantibus, vel *Trochiſcos* pro adultis, aut etiam *pretioſum ſuffitum* ex hac *compoſitione* exoptes, hos ſequentes ſequere modos; utpotè

℞. *Reſinæ Styracis Calam.*
Ladani ana drach. vj,
Pulv. ligni aloës ʒ ß,
Ambræ drach. j,
Moſchi ϑ ß,
Sacchari albiſſimi pulveriſati ℔ j.

Ambra prius diſſolvatur in *ſ. q. olei Nucis Moſchat. deſtillati* & cum prædicto *ſaccharo* iterùm in pulverem convertatur: Similiter etiam *Moſchus* in *aliquot guttulis ſpiritûs roſarum* vel *vini* diſtolvatur, & cum *pulveriſato ſaccharo* dicto, in pulverem redigatur; Deindè *reſinæ* in mortario calido nonnihil cum *ſaccharo* commiſceantur, quibus *Ambra* & *Moſchus* jam ante diſſoluta, & tandem etiam *lignum aloës* addantur, fiantque (ſi non ſufficerint *reſinæ*) cum *mucilagine tragacanthi*, vel *paſtilli* pro puerulis, vel *Trochiſci* pro adultis laudabiles, & quidem ad uſum internum.

Vel

℞. *Sacchari albiſſimi* ℔ j,

Solvatur in *aqua roſarum* vel *ſimplici*, & coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*, cui remoto ab igne, & nonnihil refrigerato, immiſce & in eo liquefac

Reſin. Styracis Calam.
Ladani ana drach. vj,
Ambr. gryſ. drach. j.

Et cùm penitùs refrixerint, adde

Ligni aloës opt. & pulveriſ. ʒ ß,
Moſchi in aqua roſar. ſol. ϑ ß.
nec non
Mucilag. tragacanthi q. ſ.

ad maſſam tenacem efformandam, ex qua poſtea *Trochiſci* vel *paſtilli* efformentur.

Ad ſuffitum verò ſequentem imitare modum,

℞. *Reſin. Styracis Calam.*
Ladani ana ʒ j,
Ambræ drach. ß,
Moſchi ϑ j,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 404 sur 955

Pulv. Benzoës ſ. Aſſæ dultis ℥ iiij,
Carbonum q. ſ.

Diſſolvatur priùs *Ambra* in *oleo roſarum deſtillat*, ſi haberi poteſt, vel *Caryophyllorum* aut *Cinamomi*, vel *ligni Rhodii*, quocunque horum placuerit, & cum *pulveriſatis carbonibus q. ſ.* iterum in pulverem convertatur; ſimiliter etiam cum *Moſcho in ſpiritu roſarum*, ut antè, diſſoluto procede, ſcilicet cum *pulveriſatis carbonibus q. ſ.* commiſcendo, & in pulverem redigendo.

Poſtmodum *reſinæ* in mortario calido nonnihil liquefiant, quibus adde *pulverem Benzoës, Ambram & Moſchum antea ſolutum*, ultimò quoque *pulveris carbonum*, quantum illis adhuc imprimi poſſit, ita ut *maſſa refrigerata* duriſſima evadat inſtar *ceræ Hiſpanicæ*: Fiantque, dum adhuc *maſſa* nonnihil calet, *Paſtilli* vel *Trochiſci*, qui omnes *ſuffitus*, ac vel ipſos etiam *Paſtillos Hiſpanicos*, qui ex tam longinquis oris in Germaniam tranſvehuntur, multis parasangis ſuperant; Id unicè circa uſum ipſorum obſervandum, ne *prunis candentibus* immediatè injiciantur, ſed ſupra *ferream aut aliam metallicam laminam*, *vel vitrum ipſum* collocati igni carbonum lentè admoveantur.

Præparationem *Reſinæ*, *Styracis Calam.* & *Ladani*, vide in Animadverſionibus noſtris ſupra *Theriacam Andromachi*.

His *Trochiſcis* quodammodo affines ſunt *Trochiſci de Benzoë*, qui ſimpliciter juxta præſcriptum modum præparari poſſunt; Si tamen ad *ſuffitus* expetantur, nec *ſaccharo* nec *radicebus Ireos* hîc opus eſt. Neque etiam *lignum aloës* ſi comburatur, adeò fragrantem & ſuavem ſpirat odorem, præſertim ſi non ſumme reſinoſum illud ſit, quod tamen in ſatis largâ quantitate his *Trochiſcis* ſive eorum compoſitioni additur; Pariter etiam *ſaccharum* igne crematum ingratum fœtorem exhalat, nec minus etiam *radices Ireos* uſtulatæ; quorum enumeratorum empyreuma reliquorum precioſorum odoramentorum omnium gratiſſimam fragrantiam omninò obtundit. Et quanquam hoc frequentiſſimè in præſenti Diſpenſatorio eveniat, ut tot tamque *diverſæ ſpecies odoratæ non reſinoſæ* ſuffumigiis addantur, nihilominùs tamen hoc & præpoſterè & ſine omni ratione fit, ac Authores talium ſuffumigiorum nimium ſe dant turpiter, dum non meliùs rationem mixtionis expendunt, nec conſiderant, quòd non quidlibet cum quolibet æquè benè commiſceatur. Aliam equidem horum *Trochiſcorum*, præparationem addere erat animus; ſufficere tamen mihi videntur antecedentes *paſtilli* & *Trochiſci Alipta Moſchatæ*, qui vices omnium ſupplere poſſunt, ne tot ac tàm variis *compoſitionibus*, quæ quidem ingentes requirunt expenſas, in baſi tamen & fundamento parùm aut nihil diſcrepant, Pharmacopœi graventur; ſecùs vel plures addere haud difficile foret.

Sequuntur jam in ordine *Bechici albi*, *nigri* & *rubri*, quos omnes inta-

intactos relinquo; possunt enim secundum modos præscriptos parari, & confecti in sua forma usurpari, licet plures *species pectorales* tantæ illis assignatæ quantitati *sacchari* addi possent; quod negotium tamen prudentibus Medicis relinquo, qui pro libitu & dextro suo arbitratu, congrua addere & demere queunt. Locum etiam in his *Trochiscis* habere possunt *Saccharum Penidii*, & *Saccharum Candi*, utpotè quæ non dissolvi, aut in pristinam formam redigi debent, & facilè concesserim, ea in leniendâ asperitate faucium, majoribus pollere virtutibus, quàm *simplex Saccharum*, præsertim si paulatim & sensim, non verò confertim deglutiantur,

Prædictis *Trochiscis* non absimiles sunt *Trochisci pectorales*, qui & ipsi juxta modum præscriptum parari possent, modò ex tam diversis *speciebus compositis* non essent cumulati & conglomerati; è quibus *species Diambræ* ingratum potiùs totum compositum, quàm gratum reddunt, proindè consultiùs esset prædictas *species* omittere, utpotè quod affectibus pectoris, singulariter appropriatæ non sint; earum autem loco *guttulæ aliquot oleorum ex speciebus ingredientibus destillatorum*, addi possent. Subjungam itaque primò horum *Trochiscorum* descriptionem & præparandi formulam, magis rationi & naturæ rerum congruam, servatis & auctis secundum proportionem potioribus ingredientibus, omissis aliis levioribus & minutulis; Tandem hanc ipsam *compositionem* magno meo labore resolutam, in conspectum ponam, ut videas, Lector benevole, quam ridiculum sit; *compositiones* aliorum compositorum farragine cumulare; Utpotè

℞. *Pulv. rad. Ireos albiss.* ℥ j ß,
Gummi Arabici ℥ ß,
Tragacanth ℥ ij,
Amyli ℥ ij,
Ligni Aloës opt. drach. ij, vel *drach.* iß,
Ambræ ℈ ij,
Moschi ℈ j,
Ol. stillat. Cinamomi,
Caryophyllorum,
Nucis Moschat.
Macis ana ℈ ß.
Pulv. Sacchari albissimi ℔ ß,
Candi,
Penidii, ana ℥ ij.

Parentur secundum artem in modum sequentem; scilicet

Tragacanthum dissolvatur in *aquâ rosarum*, in mucilaginem spissam, *Ambra* solvatur in *ol. destil. prædictis*, *Moschus* autem in *portiunculâ spir. rosar.*; Tandè omnia commixta redigantur cum dictæ *mucil. tragac. s. q.* in massam, ex qua formentur *Trochisci suavissimi*:

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 406 sur 955

Nota, quod *Lignum aloës*, imò *Ambra* & *Moschus*, item *olea destillata* omitti possent, aut saltem eorum quantitas diminui, ut etiam pauperibus venales prostent, quæ cuncta libero Medici judicio commendantur, qui studiosè ægrotorum fortunas, nec non medicamentorum precium considerare debet, secundum quæ suas dirigere potest præscriptiones.

Sequitur nunc exactè computata resolutio reliquorum *Trochiscorum*, quæ talis est:

℞. *Tragacanthi* ℈ j ß.
Gummi Arabici ℈ j, *gr.* vj ß,
Amyli ʒ ß, *gr.* iij,
Glycyrrhiz. *gr.* j ß,
Sem. quatuor frig. major. ana gr. j ß,
Papaveris albi gr. ij,
Rad. Ireos drach. ij, ℈ ij,
Camphor. duodecimam partem unius grani, & unius quadrantis grani,
Ligni aloës ℈ ij ß, *gr.* ß,
Moschi opt. gr. ix,
Ambr. gryf. ℈ ij ß, *gr.* vij,
Cinamomi,
Doronici,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschat.
Folii, aut Caß. lign.
Galang. ana gr. vij ß;
Spic. Indic.
Cardamomi majoris,
minoris ana gr. ij ½,
Zingiberis gr. iij,
Santali citrini,
Piperis longi ana gr iiij ß,
Sacchari albißimi ʒ vj,
Candi albi,
Penidii ana ʒ iij, *gr.* xv.
Fiant Trochisci.

Continebit hæc *compositio* ʒ xiij *cum dimidiâ*, ponamus jam ʒ ß etiam pro *dosi*, quæ erit *vigesima septima pars integræ compositionis*. Quantum cogita de quolibet ingrediente aliquis capiet pro *singulâ dosi*; quantâ opus esset, & quàm minutissimâ divisione atomorum? si quis exactè ad calculum reducere vellet, etiam levissima hujus *compositi* ingredientia? Vides ergò, quàm inconcinnum sit *composita*

sita compositis aggravare: Constat enim ista *compositio* ex *quinque diversis compositis*, nimirùm ex *speciebus Diatragacanthi frigidi*, quæ *species Diaireos usitatas* ingrediuntur, ex *speciebus Diambræ*, *Trochiscis*, *Gal. Moschatæ*, & ipsa sua *propria compositione*.

Trochiscos de Scilla quod attinet, libet etiam illos, ob *theriacam*, quam ingrediuntur, paulò penitiùs considerare; Quoad præparationem *Scillæ*, ferè omnes quotquot sunt, conveniunt Authores, quæ an tantoperè necessaria sit *Lohoch de succo Scillæ Galeni* (qui *succum Scillæ diebus canicularibus exceptum* recipit, non verò *succum Scillæ assatæ*) declarabit. Id equidem novi, quod *pasta*, in qua *scillæ assatæ*, venenata non sit, sed multoties ab animalibus illam sine noxa comestam vidi: utut sit, non loquar in præsens de *præparatione scillæ*, sed potiùs de *Trochiscis ipsis*, qui in satis larga quantitate *theriacæ* adduntur, sed minus prudenter; Etenim expertus sum, quod si accipiatur *libra una scillæ assatæ*, & addantur *farinæ Ervi*, sive *pulveris Dictamni albi* ℥ *viij*, ac ex ipsis mixtim (quod tamen propter ingentem humiditatem difficilè fieri poterit, nisi massa vel pulmentum liquidum potiùs, diu & validè percoquatur, ut potissima ejus humiditas in coctura supra, ignem evaporet, tandemque diu, in mortario lapideo contundatur,) conficiantur *Trochisci*, vix ℥ *ix* post exsiccationem eorum remaneant: Et si exactè observabis pondus omnium cùm ante inchoatam, tùm post peractam præparationem, & *Trochiscorum* exsiccationem, videbis parùm de *scilla cum Trochiscis* tibi supereſſe; Ita ut *Trochisci* hi non ex *scilla*, sed potiùs *re additâ* constent. Ex quo liquidò patet, quòd si *scillæ* nativa sua humiditate spolientur, (solidi enim parùm instar reliquarum cepārum continent,) etiam suâ totali priventur essentiâ & substantiâ, ut nil nisi viribus exhaustæ membranulæ remaneant. Longè igitur consultiùs foret, si *scillæ* ad *Theriacæ compositionem* necessariò expetantur, ut earum *succus* (quo nonnulla *theriacam* ingredientia dissolvi possent) vel earum *pulpa* per setaceum transmissa, *theriacæ* commisceretur.

Restant adhuc *Trochisci sublinguales*, qui ipsi etiam admitti possent, præsertim *compositionis secundæ*, incompleti dicti. Prima enim formula propter *specierum cordialium drachmam unam*, *Diamoschi dulcis drachmam dimidiam*, *& decem grana extracti ligni Aloes*, non minùs quàm *Trochiscorum pectoralium compositio* ridicula appareret, si exacta ingredientium computatio & resolutio institueretur. Si tamen cuipiam modus ille præscriptus perplaceret, & nugis istis impensè delectaretur, illi liberum erit, juxta eundem, ipsorum præparationem instituere; sin minùs, sequatur has nostras formulas subsequentes; utpotè

℞. *Rad. Angelicæ*,
Pimpinellæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 408 sur 955

Zedoariæ ana ℥ ß,
Sem. Angelicæ,
Citri excort. ana ʒ ij,
Sacchari albissimi pulver. ℔ j,
Ambræ gryseæ,
Moschi Orient. ana gr. vj,
Ol. Citri cort. recent.
Myrrhæ,
Zedoariæ,
Rutæ,
Angelicæ stillat. ana ℈ j, *vel drach.* ß,

Misce, fiant *Trochisci* secundum Animadversiones nostras antecedentes, qui tempore pestis vel infectionis usurpari possunt.

Vel pro pauperibus

℞. *Myrrhæ pulverisatæ, & cum s. q. vini, in quo radices Scorzoneræ maceratæ sint, in pulticulam dilutæ* ℥ j,
Pulv. uncum Vomicarum ℥ ß,
Croci Austriaci ʒ ij,
Camphoræ ʒ ij, solutæ in
Ol. stillat. baccar. Iuniperi ʒ j ß,
Sacchari albi pulverisati ℥ vj, vel viij.

Fiant additâ s. q. *Tragacanthi* in *succo* vel *decocto Scordii soluti, Trochisci sublinguales optimi.*

Sequuntur hos *Trochisci sublinguales odoriferi Moschati*, utpotè

℞. *Pulv. rad. Iridis Florent. albiss.* ℥ j,
Moschi Orient.
Ambræ gryseæ ana ℈ j.
Zibethi gr. vj.
Sacchari albissimi pulverisati ℔ j,
Ol. stillat. Cinamomi,
Citri cortic. recent. ana ℈ j,
Caryophyllorum,
Nuc. Moschat, ana ʒ ß.

Fiant (secundum modum in præparatione *Trochiscorum pectoralium* dictum,) cum *mucilagin. Tragacanthi*, *Trochisci odoriferi & delicati*, qui etiam cum minori quantitate *oleorum*, *Ambræ* & *Moschi* ad libitum parari possunt.

Cæterùm quæ admonenda levia superfunt, utpotè quoad dissolutionem *Gummatum*, *succorum concretorum*, &c. illa ex præcedentium Classium Animadversionibus, uti etiam ex subsequentibus, peti possunt,

MEDI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 409 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS XIII.

Continens

COLLYRIORUM SICCORUM

SIEF Arabibus dictorum, PASTARUM, Item ODORATARUM, nec non aliorum suffituum generum parandi rationem.

SIEF ALBUM, Cum & sine OPIO.

℞. Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli ana drachmas quatuor,
Cerussæ lotæ drachmas sex,
Sarcocollæ nutritæ drachmas tres,
Opii drachmam unam.
Cum albumine ovi fiat Sief.

Paratur etiam sine Opio, ut utrumque tempore necessitatis in promptu sit.

AD oculorum rheumatismos, lippitudines subacres, & ophthalmicos dolores leniendos efficax, & idem ferè est cum Collyrio albo Rhasis 3. ad Almansorem, quod Cerussæ pondus auctius habet, nimirum ad drachmas decem, cui & Thus addit Mesue, unde in statu magis prodest, sicut hoc initio vehementis doloris à causa calida.

SIEF ALBUM GALENI.

℞. Cadmiæ lotæ, id est, Tutiæ præparatæ, drachmas sedecim,
Cerussæ lotæ,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drachmas quatuor,
Opii drachmas duas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 410 sur 955

Excipiantur cum aquâ pluviâ vel roſaceâ, & fiat Collyrium ficcum, quod etiam ſine Opio parari poteſt.

COllyrium hoc à Galeno τεχφερὸν dictum, deſcribitur ab eodem 4, de compoſ. med. ſecundum loca cap. 7. idem ferè præſtat, quod Cygnus Galeni, qui paulò aliter deſcribitur, & ſuccum Acaciæ recipit: præcipuè verò facit ad oculorum uſtiones, puſtulas, & chimoſes, maximè in his, qui nullam acrimoniam aut mordacitatem ferre queunt.

SIEF CITRINUM MESUÆ.

℞. Cadmiæ uſtæ & in lacte mulieris extinctæ ac lotæ unc. unam,
Ceruſſæ lotæ uncias duas,
Croci unciam ſemis,
Opii drachmam unam,
Tragacanthi drachmas duas,
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.

DEſcribitur hoc Collyrium à Meſue in capite de Ophthalmiâ; vehementiſſimis enim oculorum doloribus ulceribusque plurimùm commodat.

SI lac muliebre defuerit, ſubſtituatur in ejus locum lac aſininum, caprillum, vel ovinum.

SIEF DE PLUMBO MESUÆ.

℞. Plumbi uſti & loti,
Æris uſti,
Antimonii,
Tutiæ lotæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drach. octo,
Opii drachmam ſemis,
Aquæ pluviæ quantum ſufficit.
Fiat Sief.

VVlnera & ulcera oculorum replet, & conſolidat.

SIEF DE ROSIS EJUSDEM.

℞. Foliorum Roſarum drachmas quindecim,
Gummi Arabici,
Croci ana drachmas octo,
Opii,
Nardi Indicæ ana drachmas duas.

AD doloris moleſtias, fluxum uberem ac autem, puſtulas & prolapſus oculorum efficax.

SIEF

SIEF DE THURE RHASIS.

℞. Cadmiæ,
Pompholygis,
Thuris ana drachmas decem,
Ceruſſæ drachmas quadraginta,
Opii,
Gummi ana drachmas ſex,
Aquæ pluviæ quantum ſatis.
Fiat Collyrium.

Tumores oculorum reprimit, eorundemque exulcerationes ſanat, ac cohibet.

SIEF VIRIDE ANTÆI.

℞. Cadmiæ,
Croci ana drachmas tres,
Gummi,
Myrrhæ,
Opii ana drachmam unam ſemis,
Plumbi uſti & loti ſcrup. unum, grana quindecim,
Squamæ Æris,
Nardi Indicæ,
Acaciæ ana ſcrupulum unum, grana decem.
Cum aqua pluvia fiat Collyrium.

Celebratur ad doloris moleſtias, puſtulas, inuſtiones, prolapſus & contuſiones oculorum.

POMUM AMBRÆ.

℞. Styracis Calamitæ,
Styracis liquidæ,
Benzoi,
Galliæ Moſchatæ veræ,
Aliptæ Moſchatæ,
Ladani ana unciam ſemis,
Cinamomi electi,
Caryophyllorum,
Santali citrini ana drachmas duas,
Roſarum rubearum,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cyperi rotundi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 412 sur 955

Majoranæ,
Gummi Elemi,
Roriſmarini,
Iridis Illyricæ ana ſcrupulos duos, grana quinque,
Mucilaginis Tragacanthi factæ cum aqua roſarum, quantum ſufficit.
Fiat maſſa.

Cor ac cerebrum odoris ſuavitate ac fragrantia reficit, ſpiritus cùm vitales, tùm animales recreat & fulcit, vertiginoſos juvat, ac capiti à frigida & humida intemperie affecto opem præſtat.

PRo majori ſimplicium compoſitionem hanc conſtituentium unione, quandoque nonnihil Terebinthinæ Cypriæ admiſcetur, ac ob odoris gratiam pauxillum olei Caryophyllorum additur. Divitibus Ambra, & Moſchus vel Zibethum pro conſulentis Medici judicio, aut expetiti odoris optatu adjiciuntur.

In hac compoſitione pro Santalo albo Citrinum utpote odoratius, ſubſtituimus, pro Cardamomo verò Cyperum, pro ſemine Nigellæ Roriſmarini folia, ac denique pro Zedoaria Iridem Illyricam aſſumimus.

ALIUD.

℞. Santali Citrini drachmas ſex, ſcrupulos duos,
Ligni Aloës unciam ſemis,
Roſarum rubearum,
Baſiliconis,
Lavendulæ,
Anthos,
Majoranæ ana drachmas tres, ſcrupulum unum,
Corticum Citri drach. ſeptem,
Cinamomi,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Caryophyllorum,
Coriandrorum præparatorum,
Cardamomi ana drachmas tres, ſcrupulum unum,
Ladani puri uncias octo,
Styracis Calamitæ drachmas ſex, ſcrupulos duos,
Liquidæ drachmas tres,
Aſæ dulcis drachmas decem,
Ceræ citrinæ unciam unam ſemis,
Terebinthinæ Cypriæ uncias quatuor,

Aquæ

Aquæ Roſarum uncias duas ſemis,
Moſchi Alexandrini,
Ambræ cin. ana ſcrupulos duos ſemis.
Fiat maſſa.

Odore ſpiritus inſtaurat, & cordi robur addit. Vſui eſt maximè cùm aliqua aëris inquinati ſuſpicio viget, cui tunc temporis Angelica, Zedoaria, Ruta, & præſertim Camphora rectè adjicitur.

SUFFITUS CEPHALICUS.

℞. Benzoi unciam unam ſemis,
Styracis Calamitæ,
Succini citrini,
Maſtiches ana unciam unam,
Olibani,
Myrrhæ ana drachmas ſex,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum ana drachmam unam ſemis,
Florum Roſarum rubearum drachmas ſex,
Lavendulæ drachmas tres,
Corticis Citri ſicci drachmas tres,
Contundantut groſſo modo,
Miſce.

SUFFITUS DELICATUS.

℞. Benzoi electi unciam unam ſemis,
Styracis Calamitæ drachmas ſex,
Ligni Aloës drachmas duas.
Fiat pulvis groſſiuſculus.

SUFFITUS COMMUNIS.

℞. Baccarum Juniperi,
Raſuræ Succini citrini ana uncias tres.
Flor. Roſar. rubear. unciam unam ſemis, drachm. duas,
Styracis Calamitæ unciam unam ſemis,
Ligni Juniperi drachmas undecim,
Maſtiches,
Sandaracæ ana drachmas decem,
Olibani drachmas ſeptem.
Miſce, fiat pulvis groſſus.

CANDELÆ PRO SUFFITU.

℞. Aſæ dulcis, id eſt, Benzoi,

Styracis

Styracis Calamitæ ana uncias quatuor,
Thymiamatis,
Olibani ana uncias duodecim,
Ladani uncias decem & octo,
Caryophyllorum unciam unam semis,
Sem. Nigellæ unciam unam,
Coriandrorum præparatorum,
Granorum Juniperi ana unciam semis,
Styracis liquidæ uncias sex,
Terebinthinæ unciam semis,
Carbonum Tiliæ vel Salicis uncias triginta.

Cum infusione Tragacanthi factâ in aqua Rosar. fiant Candelæ.

ALITER SIC PARANTUR.

℞. Styracis Calamitæ,
Carbonum Salicis ana uncias duas,
Benzoi unciam unam,
Caryophyllorum unciam semis,
Ladani drachmas sex.

Terebinthinæ Cypriæ & mucilaginis Tragacanthi cum aqua Rosarum factæ q. s. fiant Candelæ, quibus pro delicatioribus Galliam Moschatam, aut Ambram addere licebit.

TÆDA AROMATICA.

℞. Benzoi,
Styracis Calamitæ,
Mastiches,
Olibani,
Ladani ana unciam unam,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Santali Citrini,
Succini albi ana drachmas duas,
Ceræ libram unam.

Fiat Tæda ad crassitiem unius digiti.

Istiusmodi tædis nos Medici Loimodochiales in Lasaretho utebamur, pro dissipando venenato aëre, & corrigendo conclavium infectorum fœtore, in magna illa peste Augustanorum, Anni millesimi sexcentesimi vigesimi septimi & octavi.

PASTILLI PRO FUMO USITATI.

℞. Benzoi electi uncias duas semis,
Styracis Calamitæ drachmas decem,

Ligni

Ligni Aloës drachmas tres,
Caryophyllorum drachmas sex,
Cinamomi electi drachmas duas,
Ligni Cupressi unciam unam semis,
Sacchari albi uncias quatuordecim.
Cum infusione Tragacanthi ex aqua Rosarum facta,
Fiant Pastilli.

SAPO MOSCHATUS.

℞. Saponis Veneti libras quatuor,
Incidantur minutissimè, adde pulveris
Caryophyllorum,
Santali albi ana uncias duas,
Benzoi unciam unam,
Moschi scrupulum unum.
Distemperentur in aqua Rosacea.

ALiqui addunt olei de Spicâ guttas aliquot, sed melius fuerit oleum Caryophyllorum, aut Macis, vel Rosarum. Quidam radices Iridis Illyricæ addunt, cuilibet suum hac de re esto judicium.

SAPO MOSCHATUS VENETUS.

℞. Pulveris radicum Iridis Florentinæ unciam semis,
Styracis Calamitæ,
Asæ dulcis ana drachmam unam,
Caryophyllorum,
Ladani ana drachm. semis,
Santali albi,
Ligni Aloës ana scrupulum unum,
Tenuissimè pulverisata agitentur in mortario calido, adde
Saponis Veneti in aqua Rosarum fragrantissima decies loti libram unam,
Olei Tartari per deliquium facti unciam unam semis,
Ligni Rhodii scrupulum unum,
Moschi scrupulum semis.
Fiant Globuli.

ALIUS ALBI COLORIS.

℞. Saponis Veneti uncias decem,
Lavetur cum aqua Rosarum optima aliquoties, adde
Pulveris radicis Iridis Florentinæ odoratæ drach. quinque,
Agitetur optimè in mortario calido,
Adde porrò

Olei

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 416 sur 955

Olei Tartari per deliquium facti drachmas decem.
In fine
Olei ligni Rhodii scrupulum unum.
Formentur Cylindri.

ANIMADVERSIONES

Hanc Classem in universum concernentes.

DIversæ speciei medicamenta, & quidem externo usui tantummodò inservientia, in hac classe habentur; quarum prima *Collyria sicca* sive *Stef* Arabibus dicta, ex variis simplicibus & pulveribus, oculorum inflammationibus, visûsque imbecillitati succurrentibus conflata, & in formam oblongam, vel etiam *Trochiscis* similem efficta sunt: de quibus multa differere operæ precium non est; cùm sint medicamenta in sua forma planè inutilia, nec ullo usui inservire possint, nisi denuò in pulverem redigantur; quod autem in facili non est, prout fusiùs in præcedentis classis animadversionibus hac de re diseruimus: Præstaret igitur ob laboris compendium *pulveres ipsos* reservare, nec *pastillos* exindè efformare, cùm, uti dictum, quotiescunque hos in usum trahere necesse est, opus habeant, ut denuò magno labore & difficulter pulverisentur.

Collyria sequuntur *Poma Ambræ*, quæ ob odoris fragrantiam excogitata sunt, & ex diversis *speciebus odoriferis, cum mucilagine Tragacanthi*, vel quod melius, *resinâ aliquâ*, vel *Styracis*, vel *Ladani*, in simplicem massam redactis, conficiuntur quæ ipsa, quâ ex paucioribus *Gummatis* & *resinis fragrantibus*, itemque *oleis destillatis odoriferis* parata fuerint, eò gratiora sunt. His adjunguntur *Suffitus*, qui pulveres sunt grossi, ex iisdem *Gummatis & resinis fragrantioribus* ruditer contusis compositi, quibus *pulveribus* vel *suffitibus*, nec non *candelis & pastillis*, quandoque adduntur nonnulla, quæ prunis inspersa tantùm abest, ut fragrantiam aliquam redoleant, quin insignem fœtorem spirent, à carbonibus vivis ambusta, quamtumvis antea & per se odorata fuerint, utpotè *Cinamomum, Caryophylli, sem. Coriandri, sem. Nigellæ, Rosæ, &c.* Imò & *Moschus* ipse, si vivis carbonibus immissus citò comburatur, malè olere solet. Proindè nisi Medicus quid aliud intendat cum similibus adjunctis, præstat ea omittere, quàm reliquorum odoriferorum fragrantiam unà destruere.

In compositione *candelarum pro suffitu, tædarum aromaticarum & pastillorum pro fumo*, præcedens admonitio similiter observanda est, præsertim in *pastillis pro fumo*, quibus sine ulla ratione magna *Sacchari albi* quantitas additur, quod ipsum jam ante in *animadversionibus præcedentis classis*, supra *Trochiscos de Benzoë* rejeci, quò benevolum Lectorem remitto. Hoc saltem in præsens moneo;

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 417 sur 955

moneo, satiùs esse loco *Sacchari pulverem carbonum* addidisse, & pro *Styrace Calamita* ejus *resinam*, cui reliqua tandem immiscerì possunt: Si etiam *ligna Aloës* & *Cupressi*, item *Cinamomum* ac *Caryophylli* omitterentur, fragrantiores efficerentur *pastilli*.

Claudunt tandem hanc classem *Sapones Moschati*, qui & ipsi, quò paucioribus rebus, iisdem tamen gratis & odoriferis, utpotè *Moscho Ambrâ*, *Zibetho*, vel *oleis quibusdam destillatis*, videlicet *Rosarum*, *Caryophyllorum*, *Benzoës*, *Majoranæ* vel *Lavendulæ* permixti fuerint, eò gratiores & fragrantiores existent.

Cæterùm quæ diversorum horum *medicamentorum præparandi modos* concernunt, illa gnarus Pharmacopœus ipsemet abundè nôrit; sin minùs, consulantur nostræ compositiones, & earundem parandi dexterrimi modi *sequentis Dispensatorii novi*; qui si diligenter observentur, aliâ animadversione heîc ulteriùs opus esse, non censeo.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS XIV.

Continens

CONFECTIONUM ANTIDOTALIUM, NARCOTICARUM, seu OPIATARUM, aliarumque consimilium CONDITARUM & CONSERVARUM descriptiones.

THERIACAM, quam omnium planè medicamentorum Reginam meritò dicere queas, ob promissionum certitudinem & actionum efficaciam singulari multorum seculorum encomio celebratam, solis olim Regibus Imperatoribusque magnis sumptibus simplicis ad ejus confectionem requisita comparantibus, usui fuisse constat, cujus præparatio non nisi Medicis Cæsareis ob fidem peculiari privilegio credebatur. Notum namque est, Antidotorum inveniendorum studium, priscis

priſcis ſemper magnatibus curæ fuiſſe, unde factum, ut hac in re, tot tantiſque viri maximè laboraverint, præcipuè verò Damocrates, Antipater, Ælius Gallus, Euclides, Palatianus Socratis diſcipulus, Zenon, Claudius Appollonius, Antiochus Rex, Hera Xenocrates, Platonis auditor, Eſdra, Scribonius Largus, ac Nicolaus uterque, præcipuè verò Mithridates & Attalus, omnium ferè medicamentorum venenis adverſantium vires particulatim experti, quorum quidem diverſa, eaque plurima Mithridates conjungens, ea in famoſam tandem redegit Antidotum, quâ ſuam à venenis incolumitatem tutatus eſſe legitur. Subſecutus autem multis pòſt annis Andromachus, inter Neronis Medicos primus, nonnullis additis, quibuſdam demptis, belluas ſeu viperas ei admiſcuit, cùm jam antè citra ferarum additionem confectum medicamentum præclarè contra toxica faceret, atque ſic Theriacam aſtruxit, cujus uſus ſub maximis Imperatoribus, (ut Galenus libr. de Theriaca ad Piſonem teſtatur) in publicum prodiit, primatibus ac exercituum ducibus opportunus futurus. Ad nobilem autem hanc Antidotum parandam, idem Galenus libr. 1. de Antidot. ſibi ex magna Syria, Palæſtina, Ægypto, Cappadocia, Ponto, maximè verò ex Macedonia, & ex provinciis ad Occidentem ſitis, quas Galli habitant & Hiſpani, ac oppoſitas oras incolentes Mauri, medicamenta ad ejus compoſitionem neceſſaria allata fuiſſe ſcribit. Unde nullis hic ſumptibus diligentiæ, aut labori parcendum, ac difficultas propter utilitatem ſuperanda. Cùm autem neminem eam rectè paraturum putaverit Galenus, niſi benè parantem priùs viderit, ideo ejus componendæ veram ac ſecuriſſimam normam multo nobis uſu compertam, lucidiſſimè, ne error obrepere poſſit, ſubjunximus. Ea autem ſic habet.

THERIACA ANDROMACHI SENIORIS EX GALENO.

ἀ, περὶ Ἀντιδότων.

℞. Trochiſcorum Scilliticorum uncias ſex,
Trochiſcorum de viperâ,
Piperis longi,
Opii, ſeu ſucci Papaveris,
Magmatis Hedychroi ana uncias tres,
Roſarum rubearum exiccatarum,
Iridis Illyricæ, aut Florentinæ,
Succi Glyzyrrhizæ,
Seminis Buniadis dulcis, ſeu Napi agreſtis,
Comarum Scordii Cretic̃,

Opo-

Opobalſami, ſeu Olei ex Nuce Moſchatâ expreſſi,
Cinamomi,
Agarici ana unciam unam ſemis,
Myrrhæ,
Coſti odorati, ſeu Zedoariæ,
Croci Orientalis Corycii,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi, ſeu Junci odorati,
Thuris maſculi pellucidi,
Piperis nigri,
Albi, ſeu Aglaiæ,
Fol. Dictamni cretici,
Comarum Marrubii,
Rhabarbari, ſeu Rhei,
Stœchadis Arabicæ ex Cycla,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Nepetæ, ſeu Calaminthæ montanæ odoratæ,
Terebinthinæ Chiæ, aut acris Lybicæ,
Zingiberis,
Rad. Pentaphylli, ſeu quinquefolii racemoſi ana drachmas ſex,
Polii cretici,
Chamæpityos ramorum,
Styracis Calamitæ rubeæ,
Meu, ſeu Angelicæ,
Amomi racemoſi, aut ſem. Citri & Hyperici ana partes æquales,
Acori, ſeu Calami aromatici,
Nardi celticæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Phu Pontici, aut Valerianæ noſtræ,
Chamædryos cretici comarum,
Fol. Malabathri, aut ejus loco Maeis & Caryophyllorum ana partes æquales,
Chalcitidis toſtæ,
Radicis Gentianæ,
Aniſi torrefacti,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, aut Cubebarum,
Gummi Arabici ſplendidi, vermiculati,
Sem. Fœniculi cretici,
Cardamomi minoris,
Seſeleos fragilis Maſſil.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 420 sur 955

Succi Acaciæ,
Thlaſpios,
Comarum Hyperici Cretici,
Ammeos,
Sagapeni ana drachm. quatuor,
Caſtorei,
Ariſtolochiæ tenuis, ſeu longæ,
Sem. Dauci Cretici,
Bituminis Judaici, ſeu Aſphalti,
Opopanacis,
Centaurii minoris comarum,
Galbani ana drachmas duas.
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras quatuordecim, uncias quinque, & drachmas duas.

Conficitur hoc modo ſecundum Galenum.

HErbæ, flores, fructus, ſemina, radices, cortices, Trochiſci, terra Lemnia, Chalcitis, Bitumen, diligentiſſimè teruntur piſtillo ferreo in mortario æneo, & cribro ſubtiliſſimè trajiciuntur, ſem. Thlaſpios, Napi ſylveſtris & Croco exceptis, quæ per ſe teruntur, vinoque rigantur, ne mortario interiori hæreant, & ut commodiùs conterantur. Gummi, Succi & Caſtoreum per ſe terantur, affuſo vinò, ut commodiùs teri poſſint. In ipſo compoſitionis tempore omniumque rerum mixturâ, Terebinthina in duplici vaſe cum modico mellis primùm liquefiat, deinde Opopanax, Galbanum, Sagapenum, exactè prius trita, affuſo pauculo melle, ut meliùs uniantur, compoſitionem ſubintrent; poſtea in duplici vaſe coquuntur cum Terebinthina, donec ad juſtam conſiſtentiam redacta fuerint; his admiſcetur pars aliqua contritorum, vino etiam diſſolutorum, donec mellis conſiſtentiam conſequantur; deinde in mortarium vaſtæ magnitudinis effunduntur in hunc modum. Primùm, pars aliqua eorum, quæ in duplici vaſe liquata ſunt eaque tepida, probè agitentur rudiculâ, & ſic conſequenter de reſiduo faciendum, donec omnia probè unita ſunt, & hæc quidem ad Solem aut tepidum calorem, ut faciliùs uniantur, continuò agitando & tundendo pilâ ferreâ inuncta oleo Nucis Moſchatæ, ut commodiùs agitari poſſunt, & oleum reſiduum reliquis admiſceatur, alioquin facilè piſtillo medicamentum adhæreret, & difficilior fieret agitatio. Hæc per quatuor aut quinque dies continuos agitanda ſunt, & rurſus elapſis ſex aut ſeptem diebus, iteranda agitatio per duos menſes; deinde reponitur medicamentum in vaſculis plumbeis aut terreis benè coctis & vitreatis Chalticis, quæ hoc medicamentum ingreditur, ſic præparanda eſt: Illius bona quantitas drachmarum non pauciorum quàm quadraginta, in ollam crudam operculatam conjiciatur, ac ſuccenſis carbo-

nibu

nibus coquatur, eâque liquatâ ubi bullas emiserit, partem supernam in marmor effundes, atque illic in umbrâ permittas, donec frigescat. Inde solummodò capies quod supernè spumeum fuerit, quodque cinerei est coloris, aut pratii, non quod flavum est; Theriacam enim colore flavo non nigro tingeret: ea porrò drachmarum quatuor pondere vino trita & diluta, medicamento admiscetur.

NObilissima hæc Antidotus (quam Andromachus Neronis Medicus primùm composuit) à Galeno 1, de Antidotis & de Theriaca ad Pisonem descripta, quæ ante à tranquillitate, quam ægris præstabat, Γαλήνη dicta est, tùm variè à variis parari soleat, & noster eam conficiendi modus à veterum normâ longè sit diversus; ut in ejus structura uniformis servaretur æqualitas, eum jam dictæ Theriacæ præparandæ modum hic subjicere voluimus, quem Reipubl. nostræ Augustanæ Pharmacopœi hoc in negotio versatissimi, ut qui sapiùs ac ferè quotannis hanc Antidotum & quidem in magnâ quantitate conficiunt, sequuntur, quemque commodissimum & omnium præ cæteris dexterrimum multo usu ac experientiâ sunt edocti.

SImplicia igitur ad Theriacæ constitutionem expetita, eáque omnium selectissima & perfectissima, quæ conteri possunt, in sex Classes dividunt, quarum singulas seorsim tundunt, in pulverem rediguntur, ac angusto cribro transmittunt.

CLASSES AUTEM HÆ SUNT.

I. CLASSIS.

℞. Iridis Illyricæ,
Scordii Cretici,
Seminis Buniadis ana unciam unam semis,
Anisi,
Seseleos Cretici,
Polii Cretici ana unciam semis,
Zedoariæ electæ drachmas sex.

Pendit hæc Classis in universum libram semis, drachmas sex.

II. CLASSIS.

℞. Gentianæ,
Chamædryos,
Fœniculi Cretici,
Amomi aut succedanei ejus ana unciam semis,
Pentaphylli,
Marrubii,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 422 sur 955

Calaminthæ montanæ ana drachmas ſex.

Pendit hæc claſsis in univerſum uncias quatuor, drachmas duas.

III. CLASSIS.

℞. Rad. Meu, ſeu Angelicæ,
Phu Pontici,
Nardi Celticæ,
Chamæpityos,
Seminis Thlaſpios ana unciam ſemis,
Ariſtolochiæ longæ drachmas duas,
Dictamni Cretici drachmas ſex.

Pendit hæc claſsis in univerſum uncias tres ſemis.

IV. CLASSIS.

℞. Roſarum rubearum unciam unam ſemis,
Flor. Hyperici unciam ſemis,
Centaurii minoris,
Sem. Dauci ana drachmas duas,
Petroſelini Macedonici,
Schœnanthi cum flore ana drachmas ſex,
Trochiſc. de Vipera uncias tres,
De Squilla uncias ſex.

Pendit hæc claſsis in univerſum uncias tredecim.

V. CLASSIS.

℞. Sem Ammeos,
Acori, ſeu Calami aromatici ana unciam ſemis,
Cinamomi optimi unciam unam ſemis,
Caſſiæ ligneæ,
Rhabarbari,
Spicæ Indicæ ana drachmas ſex,
Piperis longi,
Trochiſcorum Hedychroi ana uncias tres.

Pendit hæc claſsis in univerſum uncias decem, drachmas ſex.

VI. CLASSIS.

℞. Stœchadis Arabicæ,
Zingiberis albi,
Piperis nigri,
Albi ana drachmas ſex,
Macis,

Caryo-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 423 sur 955

Caryophyllorum ana drachmas duas,
pro Folio,
Cubebarum pro Carpobalſamo,
Cardamomi ana unciam ſemis.

Pendit hæc claſsis in univerſum uncias quatuor ſemis.

Sequentia autem ſingula per ſe terantur;
Utpotè,

Myrrhæ,
Thuris albi,
Croci Orientalis ana drachmæ ſex,
Agarici trochiſcati uncia una ſemis,
Caſtorei,
Bituminis Judaici ana drachmæ duæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Chalcitidis toſtæ ana uncia ſemis.

NVnc verò Gummi & Reſinæ, Terebinthinâ Cypriâ & Styrace exceptis; utpote Sagapeni uncia ſemis, Opopanacis drachmæ duæ, Galbani drachma duæ, Gummi Arabici uncia ſemis, per ſe vino Cretico diſſoluta ac eliquata per ſetaceum tenuis pulticulæ formâ exprimantur: hoc facto, ad permixtionem ſic accedes. Primò ſex claſſes medicamentorum in tenuem pollinem redactas, unà cum iis, quæ per ſe terenda monuimus, terrâ Lemniâ, Croco & Chalcitide exceptis, in aheno magno commiſcebis, diligenter pulveres hos per horam vel amplius agitando, ut ſic probè coëant, ac accuratè & ad extremum uſque permixti paulatim poſtmodùm melli & reliquis liquidioribus miſceri queant, eo planè modo, quem jam jam traditurí ſumus.

His igitur ita ritè diſpoſitis, in ahenum quoddam magnum quatuor aut ſex mellis deſpumati, ac modicè calentis uncias infundendas, eaque piſtillo magno ligneo ita hinc inde diducendas, ut cacabi jam dicti circumferentia melle hoc tenuiſſimè obducta, & quaſi perunctæ ſeu illita videatur. Tunc omnium primò Terebinthina Cypria ſuper prunas modeſto calore liquata, addito pauco melle & vino Cretico, eidem aheno indenda, quam mox Gummatum (ut paulò antea commemoravimus) per ſetaceum expreſſus, quaſi cremor identidem vino Cretico modicè dilutus, & ad prunas leniter calefactus ſubſequatur. Abhinc ſucci & liquores concreti, nempè ſuccus Acacia, Glycyrrhizæ, Hypociſtidis, ipſumque Opium compoſitioni jungantur, quæ omnia ac ſingula vino Cretico diſſoluta, una cum prioribus aheno inditis, nimirùm Therebinthinâ & Gummis, continuâ ac indeſinenti agitatione probè permiſceantur. Hoc facto mellis deſpumati mediocriter calentis libræ aliquot in ahenum hoc dimittantur, ac factâ prius

diligenti omnium jam dictorum unione, pulveres sex classium sedulò ad invicem (ut antea monuimus) permixti, per cribrum angustum paulatim inspergantur, continuâque agitatione sic accuratè permisceantur, ne quid grumescat, sed compositio ipsa evadat plana ac tenera, atque sic alternis vicibus modo mellis portio aliqua affundenda, modò pulveres inspergendi, donec omnis pulverum quantitas melli unita fuerit. Tunc verò terra Lemnia, & post eam Chalcitis, utraque priùs vino Cretico diluta, adjicienda; abhinc Styrax Calamita, addito modico vino Cretico ad prunas liquefiat, ac oleo Nucis Moschatæ addito artificiosè, ne grumescat, dissolvatur, & ad teneritudinem eliquetur, compositionique addatur. Quæ ubi probè unà cum cæteris omnibus mixta fuerint, Crocus eodem vino Cretico dilutus, ac tenuiter diductus Theriacam subintret, & postremò oleum Caryophyllorum, quod Trochiscis Hedychroi, in quorum structura Opobalsami vices supplere debebat, subtraximus; qua de re vide Scholion ad Trochiscos jam dictos loco proprio adjectum, medicamentumque diu ac strenuè agitandum, ut omnium eo perfectior fiat mextio, idque in vase mundo reponendum, cujus tertia vel ad minimum quarta pars vacua supersit, ut Theriaca fermentando in ampliorem molem accrescens & insurgens, commodè per dies aliquot in eo agitari queat. Est enim ad dies ad minus octo continuos quotidiè commovenda, deinde verò singulis hebdomadibus, ac tandem singulis mensibus agitanda, donec anni unius ætatem attigerit, semper eam diligenter contegendo, & ab externis injuriis muniendo, eritque sic Theriaca omnibus suis numeris absoluta, eos effectus præstans, quos vetus seculum atque etiam modernum, de tàm nobili ac pretioso medicamine pollicetur.

Alii parum à jam dicta methodo declinantes, Styracem unà cum Therebinthina omnium primò liqueant, deinde Gummata resoluta, succosque vino dilutos, abhinc pulveres classium prius distributarum, benè prius (ut supra monuimus) permixtos unà cum melle Theriaces confectioni jungunt; ultimo loco oleum Nucis Moschatæ, terram Lemniam, Crocum, & tandem Chalcitidem admiscent, estque is Theriacam componendi modus à priore parùm diversus, nisi quod Styrax in dissolutione periculum aliquod pariat; ea enim si frigidius tractetur in grumos abire, sin verè calidius, evaporare soleat. Quare prior modus nobis ut probatior, semper magis arrisit.

THeriacæ vires ex Galeni monumentis sic decerpunt Actuarius & Alexandrinus. Ipsa adversus maxima mala medicamentum alexiterium est expertum. Datur in venenatis morbis, aut venenatorum plagis, Nucis Pontica magnitudine cum vino, capitis dolores diuturnos, vertigines, auditus graves, hebetudines oculorum, gustus instrumentum debilitatem, comitialem morbum, orthopnoicos

cum

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 425 sur 955

cum mulsâ potum sanat, dissecans, attenuas, & eductu faciles reddens humores. Succurrit etiam recenti & veteri tussi, & iis quibus thorax dolet. Convenit sanguinem expuentibus, sive à thorace, sive à pulmone eductio fiat, siquidem recens eductio sit cum posca, inveteratæ verò cum aqua decocti radicum Symphyti manè & vesperè, stomachi vitia, ventriculi difficilem concoctionem & imbecillitatem emendat, inflationes stomachi, & intestinorum cruciatus sedat, colicos & ileosos placat. Valet etiam in cardiacis, & iis qui animo linquuntur, & cholericis, lumbricorum omne genus mirabiliter exigit; cum succo Menthæ data, hepaticos affectus, itemque morbo regio laborantes, strenuè curat; induratos lienes liquefacit sordes in iis consumens cum Oxymelite data. Deterit, & lapides renum cum decocto Apii & Petroselini, aut semine Dauci, aut quorundam aliorum, & difficilem mictionem vesicæ, & in ipsa exulcerationes interdum sanat cum decocto Chamæmeli febre carentibus data, aut cum vino dulci. Præbetur in omnis generis rigoribus diuturnis maximè verò quartanis, si quis ea artificiosè utatur, hoc est, post inclinationem. Datur etiam hydropicis cum Asari decocto & similibus malis, potissimùm verò iis, qui anasarcâ laborant, elephantiâ quoque correptis sæpè auxiliatur, & partium corporis resolutiones in potu acceptæ sæpè sanat, mulierum purgationes movet, & mortuos fœtus ejicit; data cum passo aut aqua mulsa, Rutâ tamen aut Dictamno priùs in iis liquoribus in coctis fabæ magnitudine, podagrâ afflictis, & articulorum defluxione infestatis, conducit; post inclinationem non semel tantùm, sed multoties pondere drachmæ unius pota, pro viribus & ægri temperamento, opitulatur dolentibus etiam impositæ. Admirari verò oportet hanc Antidotum, quod non modo corpori, verùm etiam animo malè affecto medetur. Ex atra enim bile natas diversas imaginationes, hoc medicamentum exhibitum sedat, è vasis lienis atram bilem veluti eluens & exhauriens, quemadmodum etiam ex ferarum ictu illatum venenum, & aquæ formidinem (hydrophobiam vocant) pessimum sanè & curatu difficilem morbum, aut potiùs incurabilem, assiduè data, sæpè sustulit. In pestilentibus similiter constitutionibus præsumentes ipsam hoc malo corripi prohibet. Hyemis tempore iter facientibus consulimus, ut ex ipsa parum sumant; est enim veluti bonum viscerum integumentum, quod plurimùm iis, qui eam sumpserunt, calorem exhibeat. Dare oportet hoc medicamentum cùm probè coxerit, qui ipsum accepturus est, neque cibis refertus sit. Bibat autem jejunis, & jube, ut sufficienti tempore à cibis abstineat, quò medicamentum concoqui possit. Inspicere verò etiam oportet tempus & ætatem ejus, qui sumpturus est. Æstate enim neque omninò dabis, neque in vigore ætatis existentibus, ut qui plurimùm habeant caloris, neque sæpiùs medicamentum exhibendum esse monemus, iis verò qui jam vitæ declinationem attigerunt,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 426 sur 955

pituitosis, nauseabundis & cruditate laborantibus, iisque qui cibum non appetunt ex melancholia aut frigiditate, hanc sæpius & plurimum exhibere convenit. Similiter etiam iis, qui stomachi inflatione laborant, & uteri malis, cum vino bono ac veteri consulimus frequenter sumendam. In biliosis verò, febricitantibus & pueris omninò ejus exhibitionem vitare oportet; major enim ejus est facultas, quàm vires eorum tolerare possint, eò, quod illorum corpora facilè dissolvat, & innatum spiritum celeriter extinguat.

ANIMADVERSIONES.

UNius equidem consistentiæ medicamenta hæc Classis complectitur, *Electuaria* nempè, eaque magni nominis & æstimationis, ac ad diversorum morborum agmina profliganda decantati usûs, nec minùs tamen, si rectâ rationis bilance eorum compositiones & præparationes librentur & expendantur mendis innumeris scatentia, ac proindè maximâ reformatione & castigatione summoperè indigentia.

Inter hæc ipsa verò primas tenet, illa omnium planè medicamentorum Regina dicta, ac tanti hactenus ubivis gentium æstimata, tot tantorumque virûm encomiis celebrata THERIACA, quam in præsens exquisitiori rectæ rationis & judicii examini subjicere, atque paulò minutiùs, quàm hactenus ab aliis factum est, pervestigare stat sententia.

THERIACA undè dicta sit, quis magni hujus remedii inventor extiterit, & quibus agritudinibus potissimùm inserviat, de his non est ut multum differamus? libet scriptionis & laboris operæ compendium facere, & ad Authores, qui de encomiis magnæ & pomposæ hujus confectionis ubertim loquuti sunt, benevolum Lectorem relegare. Neque tamen antiquissimæ huic *Antidoto*, ad quam omnis orbis ferè in morbis, deploratissimis, inprimis autem diræ illius luis pestiferæ, nulli parcentis, Tros Rutilusvè ruit, ferociis coërcendis, veluti ad sacram anchoram confugit, laudes suas detrahere, vel ipsam evertere, nobis proposuimus, utpotè cui rei etiam prorsùs impares essemus, cùm immensarum ejusdem virtutum encomia, jam tùm in mente non plebeiorum solùm, sed etiam magnatum, ac ipsorummet etiam Medicorum, istorum autem præcipuè, quibus modernorum inventa sordent, & quîs antiquorum authoritas adeò sancta est, ut piaculum censeant, ab eorum dictis & præceptis vel latum unguem recedere, altas & firmas radices egerint, imisque infixa sint medullis, atque si daretur optio, citiùs clavam ex manu Herculis extorquere, quàm conceptam hanc de THERIACA ingentem fiduciam ex animis multorum elidere annitetur. Interim tamen nemo, cui veritas cordi est, nobis vitio vertet,

ubi

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 427 sur 955

ubi non Quis, sed Quid loquatur seriò attendentes, Ratione etiam & Experientiâ adducti, nec non Authoritate præclarissimorum Virorum (*vide Quercet. rediv. in sua Pharmacopœia Dogmatica fol.* 475.) quibus jam dudum, ingens hæc THERIACÆ ex tam immensa & incongrua prorsus, tot ingredientium farragine consarcinata compositio suspecta fuit, suffulti, ab antiquorum placitis, non dicam erroribus pauxillum declinaverimus, nec ubique in omnibus pro dextra hujus præparatione efformanda, eorundem vestigiis insti-terimus. Præ cæteris autem rationi minùs conforme videtur, quòd ex indistincta vel potiùs infrunita, tantâque tot diversarum rerum, nonnunquam apertè sibi repugnantium conglomeratione, tam nobile ac præcellens, (quale quidem THERIACA vulgò æstimatur) Alexipharmacum exsurgere vel emergere queat; taceo quòd Alexipharmacorum sive specierum virtute aliquâ Bezoardicâ præditarum, vel minimus huic prolixæ *compositioni* insit numerus, quarum insuper vis & efficatia à plurimis adjunctis aliis incongruis ingredientibus, partim ipsorum qualitate, quâ alterum alteri infestum est, partim verò nimiâ copiâ obruitur & obtunditur, fereque annihilatur. Et ut paucis absque fuco meam de THERIACA proferam sententiam, experientiâ crebrâ confirmatam, certò statuo illam, si legitimè præparata sit, in intemperie ventriculi frigidâ corrigendâ ejusdemque, uti & intestinorum diris symptomatibus utpotè *nauseâ, vomitu, diarrhœâ, dysenteriâ, colicâ passione, &c.* si in debita dosi propinetur, ac vel externè etiam applicetur, compescendis, aliisque quamplurimis reliquis *vitiis ventriculi* (à quo tanquam scaturigine, plurima fluunt morborum, inprimis verò febrium genera) corrigendis plurimùm posse; In morbis autem malignis ac pestilentibus, nec non peste ipsa, an tantum præstare queat, quantum illi satis gloriosè attribuitur, equidem hactenus nondum experiri, nec unquam ex illius solitario usu tàm prosperos effectus videre licuit. Et sanè si quid singulariter in *peste* valeat, idipsum non tam ratione insignis virtutis Alexipharmacæ (utpotè quam exiguam saltem ob rationem superiùs allatam à nonnullis ingredientibus, iisdemque ex parte summoperè adulteratis mutuatur,) quàm ratione *Opii* fieri existino; hoc enim præter vim Narcoticam, etiam peculari vi quasi dementatrice pollet, quâ ipsâ imprægnata THERIACA, ægrotantibus, ac etiam salubriter adhuc degentibus, qui ratione præservationis illâ utuntur, ac firmam fiduciam in illam collocant, veluti animositatem quandam, ceu tempore infectionis summè necessariam, addit, sicque nonnullos quandoque immunes conservat; quantum enim timor *tempore pestis* noceat, quantumque è contra impavida mens & animus intrepidus possit, præter observationes vulgares etiam apud *acutissimum illum Philosophum Helmontium in Tumulo pestis*, elegantur videre est,

Præmiſſo hoc generali diſcurſu de THERIACA & ejuſdem virtutibus, progrediamur nunc ad ſpecialius nonnullorum ejus ingredientium examen: Et quidem quantum *Agaricum*, *Rhabarbarum* & *Chalcitidem* concernit, quem ob finem ſingularem illa (tanquam cathartica, & corroſiva, nec ullâ vi Alexipharmacâ prædita) addita ſint, nemo ſufficientem rationem, quæ animum veritatis avidum ſatiare poſſet, protulit; quin multis, Viris etiam præclariſſimis res ſuſpecta fuerit, inprimis *Quercetano*, *qui fuſiùs cap. 30. de præp. Theriac.* de his tractat, quò, ne multis ſim, Lectorem remitto. *Trochiſci item Hedychroi*, quorum ſingula propemodùm ingredientia, etiam *Theriacæ compoſitioni* inſerta ſunt, quòd illi adhuc ſeparatim adjiciantur, planè inconcinnum & abſurdum, cum eodem *Quercetano cap. citato*, mihi videtur: Idcircò ne labor & compoſitiones fruſtrà heîc cumulentur, *ſpecies omnes hos Trochiſcos ingredientes*, ipſi huic *compoſitioni Theriaces* in debito & exactè computato pondere adjiciam. *Trochiſci de Viperis* quales illi ſint, qui prolixæ huic *compoſitioni* à ſeculo jam adulterati & præpoſterè additi, & quales eſſe debeant, quidvé eorum loco ſubſtituendum ſit, quod meritò baſis & fundamentum THERIACÆ eſſe, majoremque vim Alexipharmacam addere poſſit, fuſiùs in *animadverſionibus claſſis duodecimæ* explicavimus; In iiſdem etiam *prædictæ claſſis animadverſionibus* mentionem fecimus *Trochiſcorum de Scilla*, qui tantum abeſt, ut ex *Scilla*, quin potiùs ex rebus adjectis conſtent, quod quivis qui ſolummodo *Cepam* aliquam vel *Allium* ſemel exſiccare voluerit, reipſa experiri poterit; Idcircò brevitates causâ ad præfatas noſtras animadverſiones ſuperiores revolvendas, Lectorem relegamus. Nos jam ipſam, quæ reliqua eſt, *Theriacæ præparationem*, aggrediamur, in qua quidem à veterum componendi modo, utpotè à tot annorum ſerie recepto, non nimiùm declinabimus, nihilominus tamen concinniorem ejus mixturam, exactioremque nonnullarum rerum præparationem indigitaturi ſummis: utpotè

℞. *Succi vel pulpæ Scillæ,*
Radicum Dictamni albi, (harum enim pulvis ad Trochiſcos de Scilla expetitur,)
Pulveris viperini ritè præparati, vel etiam hujus loco Trochiſcorum de Viperis noſtro modo confectorum,
Piperis longi,
Opii præparati ana ℥ iij,
Opobalſami ſive olei ex Nucibus Moſchatis expreſſi,
Cinamomi acuti ana ℥ j, ℈ j,
Roſarum rub. exſiccatar.
Iridis Illyricæ aut Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,

Sem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 429 sur 955

Sem. Buniadis dulcis, sive Napi agrestis,
Comarum Scordii Cretici, vel potius nostratis,
Agarici Trochiscati ana ℥ j ß,
Myrrhæ electæ,
Croci Austriaci,
Amomi racemosi aut sem. Citri excorticati,
Cassiæ lignea veræ,
Nardi Indicæ ana ℥ j,
Schœnanthi,
Costi odorati sive Zedoariæ ana ℥ vij,
Thuris masculi pellucidi,
Piperis nigri,
albi,
Fol. Dictamni Cretici,
Comarum Marrubii,
Rhabarbari,
Stœchadis Arabicæ,
Nepetæ, seu Calaminthæ montanæ odoratæ,
Sem. Petroselini Macedonici,
Terebinthinæ Chiæ,
Zinziberis,
Rad. Pentaphyllis ana ℥ vj,
Acori, seu Calami Aromatici,
Fol. Malabathri, aut eorum loco Macis & Caryophyllorum ana partes æquales,
Phu Pontici, aut Valerianæ nostræ ana ℥ v,
Comarum Chamædryos nostratis,
Polii Cretici,
Chamæpityos,
Nardi Celticæ,
Comarum Hyperici,
Meu seu quod melius, Angelicæ,
Radicum Gentianæ,
Anisi non torrefacti,
Sem. Fœniculi Cretici,
Ammeos,
Seseleos fragilis Massilienſis,
Thlaspios,
Cardamomi minoris,
Carpobalsami aut Cubebarum,
Succi Hypocistidis,
Acaciæ,
Gummi Arabici splendidi,
Resinæ Styracis Calamitæ,

Saga-

Sagapeni,
Chalcitidis,
Terræ Lemniæ veræ ana ℥ ß,
Aristolochiæ tenuis seu longæ,
Comarum centaurii minoris,
Sem. Dauci cretici,
Bituminis Iudaici,
Opopanacis,
Galbani,
Castorei ana ℥ ij,
Xylobalsami ℥ j,
Aspalathi,
Asari,
Amaraci,
Mari veri ana ℈ ij,
Mastichis ℈ j,
Mellis despumati, & si haberi potest, Cretici triplum; id est, ℔ xiv, ℥ v, ℥ ij.

Modus conficiendi primus hujus *compositionis* ab Authoribus annexus, maximè obscurus, imò inconditus & stolidus est, qui ut concinnè tradatur, præstat etiam *species* primùm in suas classes dispensare, quibus postmodum vel contusis, vel dissolutis, aut alio convenienti modo præparatis, minùs difficilem earundem moliemur præparationem.

CLASSIS I.

℞. *Iridis Illyricæ,*
Scordii cretici, vel nostratis,
Sem. Buniadis ana ℥ j ß,
Anisi,
Seseleos cretici,
Polii cretici ana ℥ ß,
Zedoariæ electæ ℑ vij,
Mari veri,
Amaraci.
Asari ana ℈ ij.

CLASSIS II.

℞. *Gentianæ,*
Chamædryos,
Fœniculi cretici,
Amomi, aut succedan. ejus ana ℥ ß.
Pentaphylli,

Mar-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 431 sur 955

Marrubii,
Calaminthæ montanæ ana ℥ *vj.*

CLASSIS III.

℞. *Rad. Meu. vel Angelicæ,*
Phu Pontici,
Nardi celticæ,
Chamæpityos,
Sem. Thlaspios ana ℥ ß,
Rad. Dictamni albi ℥ *iij,*
Aristoloch. longæ ℥ *ij,*
Dictamni cretici ℥ *vj.*

CLASSIS IV.

℞. *Rosarum rubearum* ℥ *j* ß,
Florum Hyperici ℥ ß,
Centaurii minoris,
Sem. Dauci ana ℥ *ij,*
Petroselini Macedonici ℥ *vj.*

CLASSIS V.

℞. *Sem. Ammeos,*
Acori, seu Calami aromat. ana ℥ ß,
Cinamomi opt. ℥ *j* ß,
Cassiæ lignææ,
Rhabarbari ana ℥ *vj,*
Piperis longi ℥ *iij,*
Macis & caryophyll. loco Folii, ana drachm. ij.

CLASSIS VI.

℞. *Stœchadis Arabicæ,*
Zinziberis albi ana drachm. vj,
Agarici Trochiscati ℥ *j* ß,
Castorei drachm. ij,
Cubebarum, loco carpobalsami,
Cardamomi ana ℥ ß.

SEQUENTIA PER SE SINGULA TERI POSSUNT.

℞. *Croci Austriaci,*
Thuris albi ana drach. vj,

Xylo-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 432 sur 955

Xylobalſami ℥ j,
Aſpalathi ℈ ij,
Bituminis Iudaici drachm. ij,
Terræ Lemniæ ℥ ß.

Squinanthum & *Nardus Indica* omnium difficillimè in pulverem ſubtilem redigi queunt, ita ut quandoque neceſſum ſit potiorem ipſorum partem abjicere, ſi pulverem ſubtilem pro *Theriaca* expetamus; Et licet cum aliis pulveribus continuò multumque conterantur, nihilominùs ſi per cribrum, quàm anguſtum etiam illud ſit, tranſmittantur, capillacea tamen tranſeunt pulveremque totum pilis veluti minutiſſimis inficiunt, vel ad finem uſque villosâ vel aculeata remanent; ſique diutiùs etiam contundantur, ſquammulæ à mortario in copia abraduntur, iiſque permiſcentur; Propterea conſultiùs eſſet, ut loco dictorum *Squinanthi* & *Nardi Indicæ* ſcilicet, eorundem *extractum* & *eſſentia Theriacæ* commiſcerentur quæ modo ſequenti pari poſſunt; utpotè,

℞. *Nardi Indicæ*, &
Squinanthi ana drachm. vj.

Quibus minutim conciſis affunde *vini Malvatici* ℔ j ß, & in M. B. ad ſiccitatem uſque abſtrahe: *Aqua ſpirituoſa & odorifera à prædictis rebus abſtracta* (loco *vini Malvatici ſimplicis*,) pro diſſolutione rerum *Theriacam* ingredientem, adaptetur; *Remanentia* verò in fundo cucurbitæ cum *aqua ſimplici* vel alia deſtillata q. ſ. coquantur, & exprimantur, *expreſſum decoctum* ad *extracti* conſiſtentiam leniter abſtrahatur, & *Theriacæ* tandem etiam commiſceatur.

Quòd ſi verò *extractum* & *eſſentia deſtillata* non arriderent (cùm tamen meherclè meliori modo res prædictæ *Theriacæ* jungi nequeant,) neceſſum erit, ut illæ ſigillatim per ſe modoque peculiari, in pulverem ſubtilem redigantur; quod fieri poteſt, ſi ambo minutiſſimè forcipe priùs conciſa, cum *vino Cretico* humectentur, de *Gummi* quoque *Arabico*, antea *ſoluto*, illis nonnihil addatur, ac tandem in cucurbita vitrea, ſuo capitello munitâ, inque M. Balneo collucatâ, totaliter iterum exſiccentur; *Aqua odorifera* vel *vinum deſtillatum* ab illis prodiens, cum reliquo *vino Cretico* adhibeatur pro diſſolutione aliorum quorundam ingredientium, aut hæc ipſa hoc modo parata, ubi in pulverem ſubtilem tandem redacta ſunt, ſique de *Gummi Arabico* illis aliquid additum ſit, *hâc aquâ odoriferâ prolectâ* iterùm dilui poſſunt.

His omnibus *ſpeciebus*, quæ in claſſes diviſæ ſunt, iisque quæ ſigillatim contundi debent, ſubtiliſſimè contuſis, & per cribrum anguſtum aliquoties trajectis, ſequentia ſigillatim in appropriatis ſuis *menſtruis* diſſolvantur. Inprimis autem *reſina Styracis Calamitæ*

mitæ (quàm non immeritò *granis* longè præfero, cùm *grana Styracis* quàm pura etiam sint, nihilominus *resinæ* puritatem non adæquant; taceo; quòd *grana* utplurimùm adulterata, aliorumque *Gummatum granis* permixta sint; Idcircò longè securiùs est, ut loco *granorum Styracis* ejus *resinam expressam* vel *extractam*, prout postea edocebo, accipiamus,) nec non *Olibanum* sive *Thus pulverisatum*, (quod ipsum tamen nonnullas partes habet mucilaginosas) item *Bitumen Iudaicum* & *Mastiche*, optimè in *Terebinthina* liquentur, si *Terebinthina* clara sit & liquida, non verò nigra aut spissa, qualis plerumque illa, quæ communiter Venetiis transportatur, quæque nullatenus mihi arridet, & satiùs esset pro eadem, si pura & limpida haberi non possit, nostratem Germanicam selectam substituere. *Myrrha*, *Gummi Sagapenum*, *Opopanacum*, *Galbanum*, in *vino Cretico*, vel (quod melius est) in *essentia viperina* cum *vino Cretico* facta, & in *animadversionibus classis duodecimæ super Trochiscos de Viperis* edoctâ, dissolvi vel dilui, & per colatorium setaceum colari & exprimi possunt. *Opium* verò juxta modum in præparatione *pilularum de Cynglossa* indigitatum, priùs præparari, postea in *vino cretico* vel prædictâ *essentiâ viperinâ*, vel etiam, si haberi potest, *aquâ viperinâ*, in præparatione *pulveris viperini* asservatâ dissolvi, ac per colatorium setaceum colari ac transmitti potest. Similiter etiam in prænominatis liquoribus dissolvi queunt, *succus Liquiritiæ Hypocistidis* & *Acaciæ*, nec non *Gummi Arabicum*. Et si loco *Trochiscorum de Scilla*, ipsius *Scillæ succus* substitutus fuerit, cum eodem quoque nonnulla ex prædictis *speciebus*, utpotè *crocus* vel *Gummi Arabicum* dissolvi possent aut dilui. Quòd si ipsum *Opobalsamum*, non verò ejus succedaneum, scil. *oleum Nucistæ* accipiatur, posset quidem illud cum *Terebinthina* commisceri, æquè tamen commodè etiam cum *melle* dissolvitur, aliisque *speciebus* superius dissolutis, per vices tamen nec confertim admiscetur, prout jam in ultimata omnium *specierum* commixtione dilucidiùs edocebo. Si verò *oleum Nucistæ* loco *Opobalsami* accipiatur, potest illud similiter successivé reliquis rebus dissolutis artificiosè jungi, pari, quem mox aperiam, & explanabo modo. Nimirùm

Præ manibus inprimis habeas *mel quàm optimè clarificatum*, & satis crassum, vel ad crassam consistentiam inspissatum, in competenti pondere; Deinde *ahenum* magnum, quantitati *Theriacæ* conficiendæ proportionatum, collocatumque supra ignem lentissimum, cui mox particula *mellis* injici potest, nec non aliquid de *pulveribus*, & continuò agitari.

Interim in alia *patella* habeas *Gummata*, *pulticulæ instar diluta & colata*, scilic. *Myrrham*, *Sagapenum*, *Opopanacum* & *Galbanum*, quibus supra ignem lentissimum collocatis insperge & instilla gut-

tatim

tatim sub continua agitatione mox de *Terebinthina* (in qua jam *resina styracis*, &, si lubet, *Olibanum pulverisatum* & *Masticke* etiam liquata sint,) mox de *oleo Nucistæ* liquato vel *Opobalsamo*, mox particulam de *pulveribus* inspergè, vel alternatim etiam de *melle* hocque tamdiu continuandum, donec tota *Terebinthina*, & quæ in illa dissoluta vel liquata sunt, unà cum *oleo Nucistæ* vel *Balsamo Indico* verò & aliquot libris *mellis* ac *pulverum*, prædictis *Gummatibus* indissolubili nexu & exactè immista & commixta sint, quæ invicem aliquandiu agitentur in calore leni, vel, quod melius est, in diplomate, collocando nimirùm vel nonnihil immergendo patellam, in qua res jam dictæ permixtæ sunt, in aquam calidam (optimum enim est similes *mixturas Gummatum* in diplomate veluti liquefacere, & liquefactas diu multumque agitare, quippè incredibile est, quàm exactè ad hunc modum, rerum alias difficulter coëuntium, scilicet *resinarum*, *oleorum*, *Gummatum* & *liquorum*, &c. sic fiat unitio & commixtio, quæ nullo modo tam benè & absque periculo supra ignem apertum, etiam satis lentum, perfici potest, quin *Gummata* grumescant, sive in grumos coëant) sicque hoc pacto optimè unita & exactè commixta, paulatim & per vices etiam immitantur in *ahenum illud capax*, in quo, ut antea dictum, jam *mellis* & *pulverum* portio indita sit, & alternatim de *pulveribus* pariter exactissimè invicem commixtis, per cribrum aliquid inspergatur, mox de *melle calefacto* particula, nec non successivè *reliqui succi*, modo superiùs indigitato dissoluti; utpotè *Opium*, *succus Liquiritiæ* *succus Acaciæ* & *Hypocistidis*, item *Chalcitis soluta*, *Crocus*, *terra Lemnia* *Gummi Arabicum* diluta addantur, quoad omnia inspersa & immissa sint, quæ sat diu adhuc, quo melius cuncta uniantur, agitari possunt, critque sic exactè peracta *Theriacæ præparatio*, quæ aliquoties adhuc in vase illo, in quo recondita est & asservata, agitari & subigi debet.

Nota, quòd *Chalcitis tosta* nihil peculiare ac diversum sit à Vitriolo ad colorem cineritium calcinato; Nec est quod spumam in ejusdem calcinatione vel coctione supernatantem duntaxat accipiamus; præstat enim *ipsum Vitriolum* leviter saltem sive ad flavedinem sive rubedinem (parùm enim in colore situm est, & quocunque modo leniter calcinatum Vitriolum addas, non calore vel flavo vel rubro, sed nigro Theriacam & alia composita Electuaria, quæ *Rosas*, *Crocum* & similia capiunt, imbuet;) calcinatum addere. Neque tamen *quodvis Vitriolum magnificæ huic compositioni Theriaces*, vel etiam ad *Chalcitidem* hanc præparandam æquè accommadatum est, sed illud potissimùm quod est de *natura* vel *vena Chalybis*, *Martiale* dictum, non verò è fontibus vel *venis cupreis* sive *Venereum*; Etenim *Martiale Vitriolum* quod colore viridi præditum est, sapore subdulci gaudet, resolventibus virtutibus maximâ ex parta præditum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 435 sur 955

ditum, nec valdè nocivum, ſi intra corpus in parva doſi ſumatur; *Venerum* è contrà, quod colore cæruleo imbutum eſt, ſaporem habet inſigniter adſtringentem, nauſeam, vomitumque in pauca etiam quantitate commovens, ut ingens ſuſpicio ſit, venenum quoddam huic vitriolo commixtum eſſe, atque ob id hoc ipſum minimè aptum cenſeo, ut huic *compoſitioni* jungatur, ſed *Martiale* illud, (ſi quâ neceſſariò vel Chalcitis, vel Vitriolum ad *Theriacæ* compoſitionem expetatur) ſtudiosè electum accipiatur.

Reliqua adhuc eſt præparatio *reſinæ ſtyracis*, quæ dupliciter inſtitui poteſt, per expreſſionem videlicet & extractionem. Si per expreſſionem illam elicere lubido eſt, tunc

℞. *Styracem Calamitam optimam & reſinoſam*, quam in mortario groſſo modo confractam, in patella affuſo *vino* vel *aquâ roſarum* ſupra ignem unicâ ſaltem ebullitione diſſolve; poſtea per prælum vel torcular calefactum fortiter exprime, ſeparata denique ab aquoſitate *reſina* ſtudiosè aſſervetur. Quod ſi extractio magis arrideat, utpotè quâ tota *reſina* elici poteſt, remanentibus ligneis ac inutilibus ſegmentis, *ſtyraci* permixtis, quæ alioquin per expreſſionem ſufficienter ſeparari nequeunt; Tum

℞. *Styracem optimæ notæ, confractam*, cui cucurbitæ vitreæ immiſſe, ſuperaffunde *ſpiritum vini rectificarum*, ad eminentiam quatuor vel quinque digitorum, & in tepore vel leni calore digere per diem, coletur *ſpiritus tinctus*; Et *ſi reſinoſa* adhuc *ſtyrax* apparet, adhuc ſemel *ſpiritûs vini* affuſionem reitera, ac ut antea digere, cola, exprime: *Tincturas* ſive *extractiones* confuſas & conjunctas in cucurbita vitrea ad remanentiam quartæ vel ſextæ partis, in M. B. leniter abſtrahe: Remanenti in cucurbita *ſpiritui* nonnihil aquoſo innatabit *reſina*, quæ ſi non totaliter præcipitata ſit, affunde adhuc particulam *aquæ roſarum*, poſtea ſeparatam atque aliquoties *aquâ roſarum* lotam, ceu pulcherrimam, puram *granisque* longè præferendam, diligenter uſui aſſerva. Hæc ipſa *reſina ſtyracis* ſi exſiccetur, (quod tamen non conſultum arbitror,) clara & perſpicua evadit rubini inſtar.

Eodem planè modo, ſi volupe fuerit, per extractionem parabis *reſinam Ladani*, cujus mentionem feci in *animadverſionibus Trochiſcorum Alipta Moſchata*.

Cæterum quod *Schema* concernit, quo præcedens *Theriacæ compoſitio* ornata eſt, ſuperfluum duxi etiam illud hîc adjicere; quilibet enim Pharmacopœus vel leviter ſaltem in Arithmeticis inſtructus, pondus ingredientium ad libitum multiplicare, & ex uncia vel drachma una, quotquot libuerit uncias & drachmas efficere poterit; quapropter hoc ceu ſupervacaneo labore ob operis compendium, lubens ſuperſedeo, & ad alia, quæ ſuperſunt, celeri pede tranſeo.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 436 sur 955

De exoticis plurimis *Theriacam* ingredientibus, hoc insuper monere volui, quòd non adeò strictè opus sit, his se alligare, si in illis oris, ubi *Theriaca* conficienda est, rerum consimilium ac ejusdem generis sit proventus; Etenim *herbæ ex natali solo evulsæ*; ad ægritudines locis illis Endemias propulsandas, majorem utplurimum habent efficaciam, quàm quæ ex terris aliis, alio sub Sole calentibus, advehi solent. Exemplo sit *Scordium nostrum*, quod æqualibus, si non majoribus & longè excellentioribus hisce in locis pollet virtutibus, quàm quod ex Creta aliisque longinquis oris ad nos transportatur: Ita etiam de aliis consimilibus reverâ se res habet; Atque hac ratione, multis inutilibus Pharmacopœorum expensis parcere, & ipsorum etiam ægrotantium rebus, maximè verò eorum qui non sunt in tam benè aucta parte, non parùm consulere possemus.

THERIACA AUCTA

A Medicis Romanis & Bononiensibus.

NOluimus hoc loco præterire, quin Theriaces Andromachi compositionem à Medicis Romanis & Bononiensibus olim auctam, & multis in locis mutatam, nec non à Clarissimo Viro Domino D. Luca Stengelio, Nobili itidem & multâ experientiâ præclaro Viro D. D. Adolpho Occoni A. F. A. N. Collegæ quondam nostro honoratissimo communicatam huc insereremus, quæ sic habet;

℞. Trochiscorum Scilliticorum uncias sex,
De Viperis,
Hedychroi,
Piperis nigri ana uncias tres,
Trochisc. de Camphora,
Opii,
Succi infusionis Rosarum inspissati,
Scordii Cretici, & nostri,
Sem. Napi Sylvestris,
Iridis Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Agarici,
Cinamomi;
Fol. Cardui Benedicti,
Balsami Indici,
Croci Orientalis ana unciam unam semis,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Rhapontici veri,
Rad. Pentaphylli,
Tormentillæ,

Cala-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 437 sur 955

Calaminthæ montanæ,
Comarum Marrubii,
Stœchados,
Rad. Coſti,
Zedoariæ,
Piperis albi,
Longi,
Dictamni Cretici,
Thuris maſculi,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Smyrnii, id eſt, Oluſatri, non Hippoſelini,
Florum Schœnanthi,
Myrobalanorum Emblicorum, vel
Chebulorum,
Terebinthinæ Cypriæ,
Caſſiæ ligneæ,
Spicæ Indicæ ana drachmas ſex,
Gentianæ,
Comarum Polii montani,
Styracis Calamitæ,
Sileris montani,
Abrotani,
Sem. Thlaſpios, ſeu Iberidis, vel Naſturtii albi,
Sem. Ammeos,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Succi Hypociſtidis,
Lentiſci,
Fol. Malabatri, ſeu Macis,
Nardi Celticæ, ſeu Spicæ Romanæ,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Rad. Meu, vel Imperatoriæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Chalcitidis ſemiaſſatæ,
Amomi, vel Caryophyllorum, aut Galangæ majoris, vel
Calami Aromatici,
Rad. Phu minoris,
Carpobalſami, ſeu Granorum Juniperi,
Cubebarum,
Comarum Hyperici,
Acaciæ, vel ſucci lentiſci,
Gummi Arabici, vel Juniperi,
Cardamomi minoris,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 438 sur 955

Rad. Angelicæ optimæ,
Imperatoriæ,
Vincetoxici,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Aſari,
Succiſæ,
Dictamni albi,
Serpentariæ,
Roriſmarini,
Salviæ minoris,
Scabioſæ,
Cornu cervi uſti,
Enulæ campanæ,
Pimpinellæ,
Origani Cretici ana unciam ſemis,
Sem. Dauci Cretici, vel ſem. Pimpinellæ,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni,
Aſphalti, vel Succini albi,
Rad. Cruciatæ,
Caſtorei,
Ariſtolochiæ longæ,
Baccarum Lauri ana drachmas duas,
Mellis duplum,
Vini Cretici quantum ſatis eſt,
Conficiantur ſecundum artem.

THeriacâ Andromachi haudquaquam inferior, eadem præſtans, quæ in morbis malignis & intoxicatorum periculis Andromachi Theriaca Alexandrina vocata efficere poteſt. Etenim venenorum vires deſtruit, ac morbis viſcerum internis, præſertim verò frigidis, colicæ, iliacæ, uteri affectibus & ventriculi noxis à craſſis flatibus ortum ducentibus, ac aliis à putredine natis, opitulatur.

MOrdax vulgi vox fidem medicamini huic tàm antiquo & præclaro infirmam reddere, ac honori ipſius detrahere cupiens, eidem nævum hunc affinxit, quod ritè parari nequeat, eò quòd multa in ejus compoſitione ἀντισάλωμα ſeu Succedanea requirantur, tum veris ſimplicibus ad ejus conſtitutionem requiſitis vix gaudeamus. Veruntamen quia labor improbus omnia vincit, Pharmacopœorum noſtrorum ſtudio & impenſis effectum eſt, ut pauca nunc deſiderentur; unde Georgius Melichius Auguſtanus, Pharmacopœus Venetus, meritò gloriatur in aſtruenda Theriaca, Anno Chriſti 1573. ſibi non niſi quatuor legitima defuiſſe, quorum tamen

tamen defectum aquivalentibus ad ſufficientiam reſarciebat, pro Opobalſamo oleum Nucis Moſchatæ, pro Carpobalſamo Iuniperi baccas, pro Amomo verò, Amomum racemoſum, ac pro Folio Folium Officinis uſitatum, ſeu Macim ſubſtituens: cùm de Calamo nullum ſit dubium, quin is verus ſit Acorus, Folium verum à Folio Officinarum viribus non diſcrepet, Cubebæ verò aut Baccæ Iuniperi Carpobalſamum æquent; atque inſuper Oleum Nucis Moſchatæ, vel Caryophyllorum, Opobalſamo parùm cedat, ac vix minoris conditionis exiſtat; de quibus plura in Prolegomenis.

VIdeant Pharmacopœi Theriacam paraturi ea, quæ Proſper Alpinus libr. 4. de Medicina Ægyptiorum ſcripſit: Similiter Johannem Baptiſtam Sylvaticum, Melichium, Nicolaum Monardes, Petrum Bellonium, Cluſium, & alios, qui de Exoticis probè ſcripſerunt, adeant.

ANIMADVERSIONES.

IN aucta hac *Theriacæ compoſitione* ventilandâ, non eſt quòd diu nos moremur, cùm quoad præparandi modum cum *Theriaca* præcedenti conveniat, ac parùm etiam in reliquis ab ipſa diſcrepet, niſi quòd plures diverſæ ſpecies adhuc ſuperadditæ ſint, ſed haud benè: Neque enim attificioſa res eſt, tantam ac innumeram ferè ſpecierum farraginem ſine ulla ratione congerere; nullum enim ingrediens integras ſuas virtutes ita poteſt exſerere, quin à multis impediatur, unumque aliud veluti deſtruat: Accedit, quòd tam exigua quantitas de his vel illis *ſpeciebus doſin* aliquam ingrediatur, ut ſi ad caulculam reducerentur, certò minutiſſimâ non granorum, ſolùm, ſed ipſarum etiam atomorum, quotquot ipſam intrarent, diviſione opus foret; cujus ſpecimen jam in ſuperioribus, in conſimili ſimplicium inconcinnâ congerie, edidimus, idcircò miſſam faciamus hanc nimis auctam *compoſitionem*, ſimpliciori aliquâ cum Medicis ſanioribus contenti.

THERIACA DIATESSARON

MENSURÆ.

℞. Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana uncias duas,
Mellis deſpumati libras duas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 440 sur 955

GRæcorum hæc eſt compoſitio, ut ex nomine patet, quam Arabes mutuati ſunt. Deſcribitur ab Avicenna & Meſue. Ad venenatos morſus & potus efficax, omnesque cerebri frigidos affectus, convulſionem, reſolutionem, morbum comitialem, ſpaſmum cynicum, ventriculi inflationem, ac coctionis tarditatem, venenatis ictibus admota & epota benefacit. Hanc paſſim agyrtæ & circumforanei circumferunt, & pro magna Theriaca venalem exhibent.

THeriaca hæc licet jumentis communiter exhibeatur, hominibus tamen identidem ſalutaris exiſtit. Valebit autem plurimùm contra peſtilentis luis infectionem, aliorumque morborum malignorum contagia, ſi ei terram Lemniam aut Bolum Armenam, Dictamnum album, Tromentillam, Scordium, Carlinam, Zedoariam vel Angelicam, aucto mellis pondere junxeris. Notabis autem vulgares illas radices pro Ariſtolochiæ radicibus venundari ſolitas, Piſtolochiæ radices eſſe, vulgò Holwurtz dictas. Ariſtolochiæ verò vera radix eſt longè major & tuberoſa, intus ſolida, colore Buxi flavo, odorem & ſaporem Ariſtolochiæ longæ noſtratis referens.

THERIACA COMMUNIS,

Seu AUGUSTANA.

℞. Rad. Enulæ libram ſemis, uncias quinque, drachmas ſeptem,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ libram ſemis, unciam unam ſemis,
Longæ, unciam unam ſemis, drachmas duas,
Gentianæ,
Dictamni albi,
Tormentillæ,
Spicæ Romanæ,
Calami aromatici ana unciam unam ſemis,
Meu,
Phu,
Pimpinellæ ana drachmas ſex,
Zedoariæ uncias duas, drachmas ſex,
Zingiberis drachmas tres,
Fol. Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos ana uncias tres, drachmas ſex,
Scabioſæ,
Sabinæ ana unciam ſemis, drachmas duas,
Betonicæ,
Salviæ domeſticæ,

Praſii

Prasii ana unciam unam semis,
Melissæ hortensis,
Menthæ rubeæ ana drachmas sex,
Absinthii,
Calaminthæ montanæ ana drachmas tres,
Comarum Hyperici unciam unam semis, drachmas duas,
Corticum citri siccorum uncias tres, drachmam unam,
Sem. Rutæ unciam unam semis, drachmas duas,
Ammeos,
Carui ana drachmae sex,
Baccarum Lauri unciam unam semis,
Granorum Juniperi uncias tres, drachmas sex,
Nucum Juglandium numero sexaginta,
Santali rubri,
Succini citrini,
Macis ana drachmas sex,
Piperis nigri,
Castorei ana drachmas tres,
Cuperosæ præparatæ unciam unam semis,
Boli Armenæ Orientalis præparatæ libram semis,
Opii Thebaici,
Sulphuris vivi præparati ana uncias tres, drachmam unam,
Cornu cervi præparati unciam unam semis, drachmam semis,
Olei Juniperi è baccis uncias tres,
Oxymelitis Scillitici libram unam,
Succi corticum fraxini uncias tres,
Vini Cretici libram unam,
Mellis optimi despumati triplum.

Simplicibus singulis suo tempore collectis, & artificiosè præparatis, fiat Theriaca in bona forma.

Theriacam hanc communem omnium Medicorum totius Collegii nostri consensu ad hunc modum hucusque præparavimus, & in posterum quoque parandam censemus. Hâc autem vulgus ad præproperos morbos ac subitas adorsiones, ubi contagii alicujus suspicio subest, commodè utitur: Sudores enim potenter prolicit, humorum putredini adversatur, eorumque corruptionem emendat, colicos, inflatos, ex ventre, vesicâ, stomacho, aut utero dolentes adjuvat, venenis resistit, malignarum febrium primos insultus reprimit, cordis tædia è putridorum succorum halitu ortum ducentia discutit, coctionem adjuvat, frigidam viscerum intemperiem corrigit, ac contra venenati aut contaminati aëris noxas, quas potenter evincit, salubèrrimè assumitur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 442 sur 955

ANIMADVERSIONES
In Theriacam Diatessaron Mesuæ, & Theriacam communem Augustanam.

FAcilis est *Theriacæ hujus Diatessaron* præparatio, cujus etiam *compositio*, præ cæteris mihi arridet, ac facilè adduci possem, ut crederem hanc cùm in præservatione, tùm curatione luis pestiferæ, ipsam *Andromachi theriacam*, uti communiter fit, multis parasangis superaturam, præsertim si loco *Aristolochiæ rotundæ*, *Angelica* vel *Zedoaria*, aut nonnihil etiam de *Nucibus Vomicis* substitueretur.

Quin etiam *Theriaca Augustana* suas mereretur laudes, propter *Alexipharmaca* in satis competenti quantitate ipsi adjuncta, nisi insuper etiam minus utilibus quibusdam scateret, utpotè *Cornu Cervi usto præparato*, *Cuperosâ*, *Santalo*, & aliis nonnullis; In ejusdem autem confectione, debita *Opii præparatio* & *solutio* sedulò observanda est; Uti etiam *oleum Iuniperi è baccis*, *speciebus* demùm subtilissimè tritis instillandum, & cum iisdem ante additionem *mellis* exactè commiscendum est; Quòd si pro *Oxymelle scyllitico*, *succus* vel ipsa *Scyllæ pulpa* adderetur, consultum illud fore existimarem, quin si mei arbitrii hæc res esset, ego loco *Scyllæ Allii pulpam* vel *succum* non sine ratione prægnanti substituerem.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS
EX GRÆCIS VERSIBUS.

℞. Myrrhæ Arabicæ troglodyticæ,
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris electi,
Thlaspios ana drachmas decem,
Seseleos,
Opobalsami,
Schœnanthi,
Stœchadis,
Costi veri aromatici, aut succedanei,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Castorei Pontici,
Succi Hypocistidis,
Styracis rubeæ,

Opo-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 443 sur 955

Opopanacis,
Folii ana unciam unam,
Caſſiæ ligneæ,
Polii,
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci Cretici,
Carpobalſami,
Cypheos Trochiſcorum,
Bdellii ana drachmas ſeptem,
Nardi Celticæ purgatæ,
Sem. Petroſelini,
Gummi,
Opii,
Cardamomi,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Foliorum Roſarum,
Dictamni Cretici ana drachmas quinque b. p.
Aniſi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Acori,
Phu,
Sagapeni ana drachmas tres,
Meu Athamantici,
Succi Acaciæ,
Ventris Scinci veri,
Summitatum Hyperici ana drachmas duas ſemis,
Vini quantum ſatis eſt,
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras novem, uncias octo, drachm. duas.

Modus confectionis, hic eſt, ut ingredientia ad compoſitionem, hujus tàm famoſi medicaminis in ſex claſſes diviſa in tenuem pulverem redigantur. Claſſium porrò ſeries hæc eſt.

I. CLASSIS.

℞. Sem. Aniſi drachmas tres,
Zingiberis drachmas decem,
Macis,
Caryophyllorum ana unciam ſemis,
Gentianæ drachmas quinque.

Pendit hæc claſſis in univerſum uncias tres, drachmas duas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 444 sur 955

II. CLASSIS.

℞. Scordii Cretici drachmas ſeptem,
Nardi celticæ,
Sem. Petroſelini Macedonici ana drachm. quinque,
Piperis longi unciam unam.

Pendit hæc claſſis in univerſum uncias tres, drachmam unam.

III. CLASSIS.

℞. Polii montani drachmas ſeptem,
Stœchadis unciam unam,
Sem. Fœniculi drachmas quinque,
Phu Pontici drachmas tres.

Pendit hæc claſſis in univerſum uncias duas ſemis, drach. tres.

IV. CLASSIS.

℞. Cinamomi,
Spicæ Indicæ ana drachm. decem,
Schœnanthi,
Zedoariæ,
Seſeleos ana unciam unam,
Roſarum drachmas quinque.

Pendit hæc claſſis in univerſum libram ſemis, drachmam unam.

V. CLASSIS.

℞. Dictamni cretici drachmas quinque,
Caſſiæ ligneæ,
Cubebarum,
Piperis albi,
Trochiſcorum Cypheos ana drachm. ſeptem,
Sem. Thlaſpios drachmas decem.

Pendit hæc claſſis in univerſum uncias quinque, drachmas tres.

VI. CLASSIS.

℞. Semen Dauci drachmas ſeptem,
Cardamomi drachmas quinque,
Calami aromatici,
Ariſtolochiæ rotundæ ana drachmas tres,
Angelicæ,
Hyperici ana drachmas duas ſemis.

Pendit hæc claſſis in univerſum uncias duas ſemis, drach. tres.

Sequen-

Sequentia porro per se terantur; Nempe,

Myrrhæ,
Thuris,
Agarici,
Croci ana drachmæ decem,
Castorei uncia una,
Bdellii drachmæ septem,
Ventrium Scinci marini in minutissimas partes incisorum drachmæ duæ semis.

HOc peracto, Gummata & succi vino Cretico solvantur, ac eo planè modo qui in Theriacâ præscriptus est, cum Terebinthina, melle & pulveribus sex classium uniantur, adjiciendo sub finem Crocum vino Cretico dilutum; itemque Styracem oleo Nucis Moschatæ & eodem vino liquatam; atque sic sedulâ strenuâque agitatione compositio hæc suam perfectionem acquirat, quæ identidem in vase mundo & satis amplo, ut fermentare queat, reponenda, atque ut Theriaca sæpiùs commovenda, donec in annum adoleverit.

PRo Opobalsamo; oleum Nucis Moschatæ, pro Acoro, Calamum Aromaticum, pro radicibus Meu, Angelicam hoc loco substituimus.

MIthridatica Antidotus celeberrima ad lethales & venenatos morsus à Mithridate, Ponti & Bithyniæ Rege famam & nomen accepit. Valet ad capitis, aurium, oculorum, dentium, pulmonum, ventriculi & intestinorum affectus frigidos seu pituitosos & melancholicos, ad stuporem, paralysin, apoplexiam, epilepsiam, spasmum, tetanum, cephalæam, hemicraniam, maniam, melancholiam, gravem auditum, oculos lachrymantes, odontalgiam, cynanchen, asthma, sputum sanguinis, peripneumoniam, licenteriam, dysenteriam, sive sumatur, sive admoveatur. Præterea ad frangendos calculos, menses ciendos, omnia uteri vitia, scirrhos, podagras, morsus & ictus venenatos morsum canis rabidi, febres quotidianas & quartanas initio accessionum, coctâ jam materiâ, in modum avellanæ cum vino vel aqua, cui Salvia seu Mentha sit incocta, in aliis autem vespere sumpta vel admota efficax existit; diuturnis stomachi & thoracis defluxionibus prodest, tabidis, ventris inflationibus cœliacisque medetur, bonum corporis colorem conciliat, appetentiam immutatam restituit, ex morbo languidos reficit, ac difficultatem urinæ emendat, melancholiam non sinit consistere, mortuum fœtum ejicit, visum acuit, præsumpta non permittit lædi à lethalibus pharmacis, omnibus in profundo corporis factis exulcerationibus & abscessibus benefacit.

ANIM-

ANIMADVERSIONES.

QUæ de *Theriaca Andromachi* superiùs dicta & præmissa sunt, meritò etiam de hac *compositione Damocratis* dici possunt, tùm quoad compositionem ipsam, tùm etiam præparandi normam: *Compositio* sané multis superfluis, inutilibus ac multifariè conglomeratis scatet ingredientibus, quorum plurima optimo jure ex ipsa elidere possemus; Si *Trochiscos Cypheos*, qui pariter in numero ingredientium collocati sunt, examinemus, reipsâ inveniemus omnia illorum ingredientia, præter *Vvarum passarum* ℥ j ß. *Cyperi, baccarum Iuniperi ana gr. xij, & ligni Aspalathi gr. x*, antea huic compositioni inesse; An autem hoc *compositum*, sive *Mithridatium*, quod in simplo paratum, *librarum quatuordecim pondus* adæquat, tam singulares *Alexipharmacas virtutes* ab *una illa drachma cum dimidia Cibebarum, vel uvarum passarum, & pauculis granis baccarum Iuniperi, Aspalathi* & *Cyperi* acquirat, sanè ridere potiùs quàm disquirere opus habeo: Nec minùs plura alia cachinno potiùs, quàm examine digna huic pomposæ *compositioni* insunt, quæ quoniam pleraque in præparatione *Theriaces* ventilata sunt, tædiosum duximus eorum memoriam heîc revocare; quin magè consultum putavimus absque longis ambagibus, aliam paulò dexteriorem ejus præparationem subjungere; Omissis autem *Trochiscis Cypheos* eorum ipsorummet *ingredientia*, in debito & exactè computato pondere adjiciemus, ut adeò necessum non sit, ulteriùs entia citra necessitatem multiplicare. Nimirùm

℞. *Myrrhæ splendidæ* ℥ j, ℥ ij ß, *gr. xv*,
Croci Austriaci ℥ j, ℥ ij, *gr. iv*,
Cinamomi optimi ℥ j, ℥ ij, *gr. xv*,
Spicæ Indicæ ℥ j, ℥ ij, *gr. xij*,
Zinziberis,
Agarici,
Thuris electi,
Thlaspios ana ℥ j, ℥ ij,
Schœnanthi ℥ j, ℥ ß. *gr. xv*,
Terebinthinæ ℥ j ℥ j ß,
Seseleos,
Opobalsami,
Stœchados,
Costi veri, vel Zedoariæ,
Galbani,
Piperis longi,
Castorei,
Succi Hypocistidis,
Resinæ Styracis,

Opo-

Opopanacis,
Folii ana ℥ j,
Caßiæ lignea,
Bdellii ana ℥ vij, gr. xij.
Polii,
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci cretici,
Carpobalſami ana drachm. vij,
Nardi Celticæ purgatæ,
Sem. Petroſelini,
Gummi Arabici,
Opii,
Cardamomi,
Sem. Fæniculi,
Gentianæ,
Foliorum Roſarum,
Dictamni cretici ana drachm. v,
Acori, ſeu Calami Aromat. drachm. ij ß, gr. iv,
Aniſi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Phu,
Sagapeni ana drach. ij,
Meu Athamantici,
Succi Acaciæ,
Ventris ſcinci veri,
Summitatum Hyperici ana drach. ij ß,
Vvarum paſſarum, ſive Cibebarum drach. j ß,
Cyperi,
Baccarum Iuniperi ana gr. xij,
Aſpalathi gr. x.
Vini q. ſ.
Mellis deſpumati triplum, id eſt, ℔ ix, ℥ viij, drach. ij ß.

Licet equidem diviſio *ſpecierum ingredientium* in diſtinctas claſſes non admodum neceſſaria ſit, cùm quilibet prudens Pharmacopœus antea nôrit, quæ mixta & quæ per ſe contundi debeant, nihilominus tamen majoris facilitatis & melioris informationis ergò & hanc adjiciam.

CLASSIS I.

℞. *Agarici Trochiſcati,*
Zinziberis ana ℥ j, drach. ij,
Macis ℥ ß,

Sem.

Sem. Petroſelini Macedon.
Gentianæ ana ℥ v.

CLASSIS II.

℞. *Scordii cretici vel noſtrat. ℥ vij,*
Nardi Celticæ ℥ v,
Piperis longi ℥ j,
Caryophyllorum ℥ ß.

CLASSIS III.

℞. *Polii montani ℥ vij,*
Stœchados ℥ j,
Sem. Fœniculi ℥ v,
Phu Pontici drachm. iij,
Cibebarum drachm. j ß,
Cyperi,
Baccarum Iuniperi ana gr. xij,

CLASSIS IV.

℞. *Cinamomi ℥ j, drachm. ij, gr. xv,*
Zedoariæ,
Seſeleos ana ℥ j,
Roſarum drachm. v,
Aſpalathi gr. x,
Ventrium Scinci marini minutiſſ. priùs conciſ. drach. ij ß.

CLASSIS V.

℞. *Dictamni cretici drachm. v,*
Caſſiæ lignea drachm. vij, gr. xij,
Cubebarum,
Piperis albi ana drachm. vij,
Sem. Thlaſpios drachm. x.

CLASSIS VI.

℞. *Sem. Dauci Cretici drachm. vij,*
Cardamomi drachm. v,
Calami Aromatici drachm. iij ß gr. iv,
Ariſtoloch. rotundæ drachm. ij,
Angelicæ,
Hyperici ana drachm. ij ß,
Caſtorei ℥ j.

Croc.

Croci ℥ j, *drach.* ij, *gr.* v, per se terantur; *Squinanthi autem* ℥ j, *drachm.* ß, *gr.* xv, *& Spicæ Indicæ* ℥ j, *drach.* ij, *gr.* xij, eo modo extrahi vel teri possunt, prout in *Theriacæ* præparatione innuimus.

Reliqua singula in suis appropriatis solventibus sive menstruis dissolvantur, utpotè *resina Styracis & Thus pulverisatum in Terebinthina*; *Gummi Arabicum*, *& Bdellium in aqua aliqua destillata*; *Myrrha*, *Galbanum*, *Opopanacum*, *Sagapenum in vino Cretico*; Similiter *Opium*, *succus Hypocistidis & succus Acaciæ in vino eodem*; *Opobalsamum vel oleum Nucistæ* jam permixtis & unitis *Gummatibus*, *resinis & Terebinthinæ* admisceatur, & tandem omnia exactè invicem adunentur, prout in *animadversionibus nostris super Theriacam* & adjuncta ejusdem dexteriori præparatione luculentur edocuimus; qui ipse *Theriaces* conficiendi modus huic *Mithridatii* præparationi ad amussim respondet, Idcircò brevitatis ergò benevolum Lectorem eò remitto.

Schematismum sive multiplicationem ingredientium in duo decuplo usque adjungere, haud necessarium duxi, quin ut tempori & chartæ parcerem, solerti Pharmacopœo relinquere volui.

ANTIDOTUS MATTHIOLI.

℞. Rhabarbari,
Rhapontici,
Rad. Phu,
Acori, seu Calami Aromatici,
Cyperi,
Quinquefolii,
Tormentillæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Pæoniæ,
Helenii,
Costi,
Iridis Illyricæ,
Chamæleontis albi ana drachm. tres,
Galangæ,
Imperatoriæ,
Dictamni albi,
Angelicæ,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas duas;
Agarici drachmas tres,
Gentianæ,
Morsûs Diaboli ana drachmas duas semis,

Semi-

Sem. Citri,
Viticis,
Cocci infectorii,
Fraxini,
Oxalidis,
Paſtinacæ ſylveſtris,
Napi,
Nigellæ,
Pæoniæ,
Ocymi,
Irionis,
Thlaſpios,
Fœniculi,
Ammeos ana drachmas duas.

Baccar. Lauri,
Juniperi,
Hederæ,
Smilacis aſperæ,
Cubebarum ana drachmam unam ſemis,

Folior. Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Centaurii minoris,
Stœchadis Arabicæ,
Nardi Celticæ,
Calaminthæ,
Rutæ,
Menthæ,
Betonicæ,
Verbenacæ,
Scabioſæ,
Cardui Benedicti,
Meliſſophylli ana drachmam unam ſemis,
Millefolii,
Libanotidis maris,
Dictamni Cretici ana drachmas tres,
Sampſuchi,
Hyperici,
Junci odorati,
Marrubii,
Galegæ,
Sabinæ,
Pimpinellæ ana drachmas duas,

Caricarum,

Nucum

Nucum Juglandium,
Piſtachiorum ana uncias tres,
Myrobal. Emblicorum drachmas quatuor,
Flor. Bugloſſi utriuſque,
Roſarum,
Lavendulæ,
Salviæ,
Roriſmarini ana ſcrupulos quatuor,
Croci drachmas tres,
Caſſiæ ligneæ veræ drachmas decem,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ,
Macis ana drachmas duas ſemis,
Piperis nigri,
Longi,
Santalorum omnium,
Agallochi ana drachmam unam ſemis,
Cornu Cervi crudi unciam ſemis,
Unicornu drachmam unam,
Oſſis de corde Cervi,
Ramentorum Eboris,
Virgæ cervinæ,
Caſtorei ana ſcrupulos quatuor,
Terræ Lemniæ drachmas tres,
Opii drachmam unam ſemis,
Margaritarum Oriental.
Fragment. Smaragdi,
Hyacinthi,
Corallii rubri ana drach. j ß,
Camphoræ drachmas duas,
Maſtiches,
Thuris,
Styracis,
Myrrhæ,
Gummi Arabici,
Reſinæ Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laſerpitii ana drachmas duas ſemis,
Moſchi odorati,
Ambræ ana drachmam unam,
Olei Vitrioli unciam ſemis,
Specier. Cord. temperatarum,
Diamargariti frigidi,

Diamoſchi dulcis,
Diambræ,
De gemmis frigidis,
Trochiſc. de Camphorâ,
Scillic. ana drachmas duas ſemis,
De Viperis uncias duas,
Suc. Oxalidis,
Sonchi,
Scordii,
Echii,
Bugloſſi,
Meliſſophylli ana libram ſemis,
Hypociſtidis drachmas duas,
Theriacæ electæ,
Mithridatii optimi ana uncias ſex,
Vini veteris albi odorati libras tres,
Mellis optimi libras octo, & uncias ſex.

Fiat ſecundum artem Electuarium eo modo, quo Theriaca aut Mithridatium conficiuntur.

Deſcribitur à Petro Andrea Matthiolo in Commentar. ad librum ſextum Dioſcoridis. Facit autem adverſus pleraque venena, quæ per os ſumuntur, itemque adverſus ea, quæ morſu vel ictu relinquuntur. Peſti plurimùm adverſatur, morboſque malignos præcavet & expellit, ac Theriaca aut Methridatii vires amulatur.

ANIMADVERSIONES.

NIſi ſuperiùs in *Theriaces* & *Methridatii* pompoſis compoſitionibus, de inſolenti ac enormi illa plurium tàm ſimplicium, quàm compoſitorum congerie, prolixè ſatis, fortè etiam cum multorum faſtidio, non dicam cordolio, egiſſemus, vix ſanè nobis temperare poſſemus, quin paulò vehementiùs, in præſentem *Matthioli Antidotum*, utpotè quæ ambras illas prædictas, non ſolùm cùm ſimplicium, tùm compoſitorum numero ferè innumero æquat, ſed in plurimis etiam abſurditatibus ſuperat, inveheremur: Aſt tædet crambem illam recoquere, quin potiùs Lectorem ad Animadverſiones noſtras ſuper præfatas, celebriores Antidotos remittamus, maximè verò cùm unuſquiſque, qui vel hirquis emiſſitiis, hanc *Matthioli compoſitionem* inſpexerit, mox primo intuitu cernet & deprehendet, ipſam eandem cum prædictis redolere proſapiam, & æquè fœdis ac ſtolidis, imò majoribus etiam, quàm illæ, ſcatere erroribus, quos omnes ſi mihi centum linguæ eſſent, oraque centum, enumerare vix poſſem. Conſtat autem inſipida hæc *Antidotus* ex *ſedecim diverſis*

versis compositis, videlicet ex *Theriacæ Andromachi*, quadrageſimâ parte; *Trochiſcorum Hedychroi*, qui iterùm *Theriacam* ingrediuntur, parte centeſimâ & vigeſimâ; *Mithridatii*, vigeſimâ octavâ parte; *Trochiſcorum Cypheos*, qui denuò *Mithridatium* ingrediuntur, quingenteſimâ cum duodecima parte; *Trochiſcorum de Viperis*, & *de Scilla*, qui bis quoque ponuntur, per ſe nimirùm, & quatenus *Theriacam* ingrediuntur, aliquâ parte; *Specierum Diambræ*, decimâ quartâ parte; *Specierum Diamargaritii frigidi*, decimâ ſextâ parte; *Specierum Cordialium temperatarum*, ſeptimâ circiter parte; *Specierum Diamoſchi dulcis Meſuæ*, decimâ tertiâ propemodum parte; Et *Trochiſcorum Gallix Moſchatæ*, qui rurſus proximè *præfatas ſpecies* ingrediuntur, centeſima cum duodecima parte; Item *Trochiſcorum de Camphora*, & *ſpecierum de Gummis frigidis*, partibus aliquibus. Quæ omnia & ſingula enumerata *compoſita*, prout huic Diſpenſatorio inſerta ſunt, exactè ad calculum revocata, heîc recenſere libuit. Conſidera nunc, Lector benevolè, & ſeriò tecum expende, ſi totius hujus *compoſiti* libras quantuordecim circiter continentis, ultimata ſubdiviſio in ſingulas doſes inſtitui deberet, & *drachmæ duæ* pro *doſi* computarentur (licet vix ad drachmam unam in doſi communiter aſcendant,) quæ eſſet *integri compoſiti quadringenteſima ſeptuageſima ſecunda pars*, quàm minutâ, quàmque impoſſibili atomorum diviſione opus foret, nimirùm ſubdividendo ſuperiorum *compoſitorum* & eorum ingredientium, *centeſimas*, *quingenteſimas*, *quadrageſimas*, *vigeſimas*, &c. partes, iterùm in *quadringenteſimas ſeptuageſimas ſecundas*; An verò Author ipſe rebus ità conſtitutis noviſſe potuerit, quantum de uno vel altero ingredienti (quod ipſum tamen Medico ſcitu neceſſarium eſt, ſi certi aliquid de remedii effectu, tùm ſibi, tùm aliis promittere velit,) doſin quamlibet intret, de hoc quilibet veritatis amans liberè & ingenuè judicet. Porrò conſtat hæc *Antidotus*, ſi ſingula ingredientia addantur, ex *trecentis & octuaginta octo ſpeciebus*, ità quidem, ut potiores ipſarum *bis*, *ter*, *quater*, *quinquies*, *ſexies*, *ſepties*, & *octies*, compoſitionem ingrediantur; Ex gr. *Myrrha*, *Macis*, &c. quater; *Caryophylli*, *Moſchus*, &c. quinquies; *Cinamomum*, *lignum aloës*, &c. ſexies; *Nardus Indica*, &c. ſepties; *Crocus*, &c. octies. Præterea inter cætera ingredientia omnia, lepidè ſanè *Ficus*, *Nuces juglandes* & *Piſtachia* (quæ tria in *octuplo*, *decuplo* aut *duodecuplo*, vel *centuplo*, aut majori etiam pondere vel quantitate reſpectu reliquorum ingredientium addita,) quaſi pro *baſi* & *fundamento* poſita ſunt, haud ſecùs, ac ſi tàm inſignes virtutes Alexipharmacæ ab aliquot granis horum trium eſculentorum fructuum, quibus unaquæque doſis præ cunctis aliis ſatis precioſis ingredientibus ſuperbiet, proficiſci poſſent, quorum tamen vel integræ libræ comeſtæ, neminem à peſte aut aliquo alio illorum morborum, in quibus hæc *Anti-*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 454 sur 955

dotus celebratur, immunem præservare, aut iisdem infectum liberare poterunt: Plura consimilia ridicula brevitatis causâ sciens prætermitto.

Sed objiciet quispiam, contra hanc nostram *compositorum* resolutionem; & in ea taxatam exiguam nimis *simplicium quorundam* in qualibet *dosi* resultantem quantitatem, non considerandam molem & efficaciam cujusvis simplicis sigillatim, sed potiùs qualitatem ex omnibus simplicibus, in hoc vel illo *composito* emanantem, sive jam illa manifesta sive occulta sit, examini subjiciendam esse. Exhibeatur ex. gr. patienti *Theriacæ* dosis competens, in qua compositione, cùm ferè omnes species, aut saltem potissimæ calidæ sint, absque dubio totum compositum calidum evadet, & subjectum sumens, calefaciet: Si verò quantitas *Piperis* seorsim, item *Cinamomi*, *Cassiæ lignea*, *Zedoariæ*, *Costi*, *Mari*, *&c.* perpendatur, certum est, quòd ea tam exigua invenietur, ut separatim exhibita, manifestè corpus alterare apta non esset; alterabunt tamen omnes simul sumptæ. Accedit quòd aliquando in *compositis* generetur aliqua qualitas & nova energia, quæ in nullo simplici compositionem hanc ingredienti antea præfuerat, ut videre est in *pulvere Pyrio*, qui ad primum ignis odorem (ut ita loquar) flammas concipit, per sui in momento rarefactionem longissimè sese dilatat, magnaque onera secum per aëra defert, quævis obvia prosternens, & si loco coërceatur angustiore, vi sibi viam parans omnia evertit. Perfectò, *Nitrum*, *Sulphur*, & *Carbones*, quibus pulvis hic conficitur, seorsim hanc proprietatem non obtinent; videmus tamen eam adesse, ubi hæc tria, debitâ proportione conjunxerimus. Concludendum est igitur, quòd quando *composita compositis* adduntur, non sit considerandum, quantum cujusvis simplicis communicetur uni dosi, sed quantum hujus vel alterius qualitatis, quæ inest uni medicamento composito, ex mistione & unione omnium simplicium illius, novo medicamini accedat.

Licet argumentum hoc non videatur suo carere robore, nihilominus respondemus *primò*, concedendo quod singula collecta juvent, si singula in unum conspicient, effectum, & ejusdem virtutis & efficaciæ sint, nec invicem sibi contrarientur: At hæc requisita procul sanè exulant à compositionibus à nobis supra examinatis, quæ si adessent, utique concederemus, eas juvare. *Secundò*, in Alexipharmacis utplurimum & aliis multis medicamentis non est respiciendum ad gradus caloris vel frigoris, &c. sed ad qualitatem, quæ à totâ substantiâ huic vel illi morbo mederi apta nata sunt & prædestinata. An autem hæc nobis tàm exactè cognita sint, judicet quisquis veritatis amans. Et licet à Creatore summo tot tantaque contra unum affectum pugnantia creata sint, id tamen non ideò factum est, ut pro libidine cujusvis cervicosi ineptè confunderentur, ac novum

Chaos

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 455 sur 955

Chaos mentirentur, ſed ut inexhauſtam ſuperni Numinis ſapientiam & providentiam admiraremur, quæ omnibus tùm divitibus, tùm pauperibus, tàm Europæis, quam Aphris, Aſiacis aut Americanis ſua eſſe voluit Antidota, quæ ipſa non eâdem elementariâ ditavit qualitate, ſed hæc calida, illa frigida, imò nonnulla capiti, alia cordi, quædam hepati aut utero magis amica condidit, ut prudens Medicus, ſine vanâ multorum additione cuilibet *ætati*, *regioni*, *temperamento*, *&c.* apta medicamenta, nullâque correctione indigentia, ſibi commiſſa eſſe intelligeret. Addo, quòd cùm peſtis reliquæque intemperies tàm qualitatum occultarum, quàm manifeſtarum, ſimplices ſint qualitates, aut ſaltem binæ junctæ; convenientiſſimè uno curabuntur ſimplici, ut rectè monet *Sennertus lib. 5. Inſtit. part. 2. ſect. 2. c. 1.* Intemperiei enim calidæ & ſiccæ rectè opponitur medicamentum humidum & frigidum, quarum qualitatum non unum, ſed plurima nobis natura ſuppeditat ſimplicia, & ſic de cæteris. In peſte præterea, non calida ut calida adhibentur, ſed ut experta, quòd peſtifero veneno reſiſtant: Sic *cathartica* non purgant quatenus calida, aliàs enim *Piper* neceſſario violentiſſimum eſſet *catharticum*; ſed quatenus aut naturæ noſtræ contraria eam ſtimulant ad excretionem noxii, aut quatenus qualitatem occultam, certo alicui humori analogam obtinent, quâ illum ex toto corpore alliciunt, ab aliis humoribus ſecernunt, & ſecum per viam aliquam publicam efferunt. *Tertiò*, non negamus, in compoſitis ſæpe oriri novam qualitatem, quæ in nullo ſimplicium præexiſtebat, ſed qualis nam illa ſit, nobis non innoteſcit; ſæpè noxia eſt, quam nos proficuam eſſe arbitrabamur: Unde fit, ut ſperati effectus in ægrotis non ſuccedant, & Medicus ſæpiſſimè fine ſuo fruſtretur. Provenit autem iſta nova qualitas à contrarietatibus rerum, quæ quantæ in *vegetabilibus* reperiantur, *mineralibus* etiam & *animalibus*, luculenter *Chymia* docet, Sæpè enim numero fit, ut res commiſtæ ſe invicem deſtruant, ut neutrum ex illis proprias ſuas exſerere ampliùs poſſit virtutes, imò nonnunquam, ut modò diximus, ex comiſtione rerum ſalutiferarum, lethifera venena reſultant. Contrarietas autem in illis medicamentis apparet in fucata & non vera illa fermentatione, quæ in *Chymia* apertè demonſtrari poteſt, & *Antipathica ebullitio* dici meretur. *Quartò* poſito, & non conceſſo, quod ex tanta farragine, & innumerâ ingredientium ſerie, tandem reſultet medicamentum, unam habens vim & qualitatem vel calefaciendi, vel refrigerandi, &c. deberet neceſſario Medicus in compoſitione ejuſdem probè callere, quantum de hoc vel illo, non ſolùm *totam compoſitionem*, ſed *quamlibet doſin* ditaret, & de qualitatibus ſuis ei impertiretur. Quod an Authores hîc & alibi fecerint, aut ſcire potuerint, judicium eſto penes æquum Lectorem. *Quintò*, nego totaliter, quòd compoſitio medicamentorum ſimilium

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 456 sur 955

compositorum sit vera mistio, sed tantummodò congesta appositio, & inordinata confusio, adeò ut unumquodque *simplex* (nisi naturâ suâ invicem manifestè vel occultè contraria sint, & sese mutuo destruant,) suas proprias servet dotes & virtutes; quòd manifestè in *Opio* videre est, & aliis quamplurimis: Præ omnibus enim aliis ingredientibus *Opium in Theriaca* suas vires obtinet integras, juxtà proportionem, quâ adhibetur: Quæ cùm ità sint, sequitur inanem esse medicamentorum correctionem, per additionem *Aromatum* & similium; cùm, uti dictum est, quod libet, per se suam servet naturam, nisi per mutuam actionem & passionem destruatur; si verò plura jungantur, ut unum alterius segnitiem exstimulet, virtutemque intendat, necessariò Medico compertum esse debet, quantùm de quolibet simplici uni insit dosi, aliàs nec hanc quidem determinare valebit.

Quod præparationem tandem spectat hujus *Antidoti*, illa nullâ ratione commodiùs institui poterit, quàm si procedatur ad modum nostrum in præparatione *Theriaces Andromachi* præscriptum; Id saltem præ illa peculiare habet, quòd *succorum expressorum libræ tres* cum *melle* inspissari aut coqui debeant, quousque *mel* consistentiam suam pristinam ac satis crassam denuò adeptum sit; Aut si libet loco *vini* cum illis ipsis succis nonnulla, quæ in illis dissolvi vel dilui possunt ingredientia, utpotè *Opium*, *Crocus*, *&c.* diluantur & dissolvantur. In reliquorum *Gummatum* & *succorum concretorum* dissolutionibus, ipsorumque æquè, ut aliorum ingredientium miscendi ratione nulla est disparitas.

DIACORUM MESUÆ.

℞. Rad. Secacul, vel in ejus defectu rad. Pastinacæ marinæ, aut Eryngii,
Acori, seu Calami aromatici,
Pinearum ana libram unam semis.

Radices Secacul mundatæ & incisæ coquantur in aquâ clarâ, donec aqua consumatur. Postea optimè pistentur, & in minutissimas partes conterantur, ad pultis consistentiam: deinde affunde eis mellis odorati optimè despumati libras decem:

Coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices Secacul imbiberunt, in vaporem resoluta sit, diligenter agitando, ne ad vasis fundum radices adurantur. Cùm autem justæ spissitudinis consistentiam acquisiverint, ab igne deponito, & adde radices Acori tenuissimè tritas, ac Pineas minutissimè incisas, cum subsequenti pulvere optimè mixtas;

Piperis nigri unciam unam,
Longi,

Caryo-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 457 sur 955

Caryophyllorum,
Zingiberis,
Roſarum,
Macis ana drachmas quatuor,
Nucis Moſchatæ,
Galangæ,
Cardamomi ana drachmas tres.

Omnia illa ſimul cum melle & radicibus Secacul miſceto & unito, diligenter agitando, ne grumi aliqui relinquantur.

Nervorum ægritudinibus mirificè confert, acuit omnes ſenſus & ingenium, ſedat dolores capitis, eſt peculiare remedium frigidarum ægritudinum; ſenum, & maximè catarrhi, ac hydropicos juvat. Deſcribitur à Meſ. Summâ quartâ de ægritudinibus nervorum cap. 1.

ANIMADVERSIONES.

INſigne hoc *medicamentum ſtomachicum* præ aliis laudes ſuas meretur, plurimisque ſpecioſis ac prolixis compoſitionibus omni jure præferendum eſt; cujus præparatio quidem juxta præſcriptum modum inſtitui poteſt; ſed longè meliùs foret, ſi *radices Secacul* vel *Paſtinacæ* aut *Eryngii*, & *Acori*, ſeu *Calami aromatici* coctæ, non piſtarentur, aut in pulverem tererentur, ſed groſſo modo minutimque & quadratè conſcinderentur. Atque hâc ratione longè gratius confideretur *Electuarium*, cujus plenariam ac paulò magis concinnam heic ſubnectam præparationem;

℞. *Rad. Secacul, vel Paſtinacæ aut Eryngii, Acori, ſeu Calami aromatici ana* ℔ j ß,

Coquantur in non nimis largâ, ſed mediocri ſaltem, ſufficienti tamen quantitate *aquæ*, donec nonnihil molleſcant, haud aliter ac ſi *ſaccharo* condiendæ eſſent, *aqua* in qua prædictæ *radices* decoctæ ſunt, aſſervetur; *radices* verò à nimia aquoſitate, ſive contractâ in coctione ſuperfluâ humiditate liberentur, ac in aëre ſupra linteum expoſitæ, per diem unum in umbra parumper ſiccentur, poſtea craſſiuſculè in minutas & quadratas particulas conſcindantur; Pari quoque diligentiâ *Pinearum* ℔ j ß groſſo modo incidatur: Tum

℞. *Mellis deſpumati* ℔ x;

Coquantur cum ſuperiori aſſervatâ *aquâ*, in qua *radices* præfatæ ad mollitiem decoctæ ſunt, donec *mel* priſtinam ſuam conſiſtentiam iterùm adeptum ſit, cui denique junge *radices ſuperiùs conſciſſas*; & aliquandiu adhuc ſimul coquere ſine, donec & humiditas, quam *radices* imbiberunt coquendo, conſumpta ſit; quibus ſic ad juſtam conſiſtentiam coctis, adde

Pineas craſſiuſculè, prout ſuperiùs juſſi, conſciſſas.

nec non

Aromata in compositione sequentia, itidem pro majori parte conscissa, utpotè

Caryophyllorum,
Zingiberis,
Macis ana ℥ ß,
Nuc. Moschat.
Galangæ ana drach. iij,
Conservæ etiam Rosarum ℥ j ß,

Attamen

Piperis nigri ℥ j,
Longi ℥ ß,
Cardamomi drach. iij.

Contundi possunt, non tamen nimis subtiliter, pro majori gratia *Electuario* conciliandâ, quod ipsum juxta nostrum modum confectum, præstans & gratissimum evadet, illudque quod communi modo paratum est, quâ saporis gratiâ, quâ majori efficaciâ plurimùm superabit.

Nota, quòd loco *mellis*, si illud cuicunque non arrideret, *saccharum* substitui posset, ità enim laudabilius conficeretur *Electuarium stomachicum*. *Radices* etiam supradictæ, quia commodius ante coctionem, quàm post eandem peractam conscinduntur, idcircò ipsas priùs crassiusculè incidere, & postmodum ad mollitiem coquere præstabit.

ACORUS CONDITUS VULGARIS.

℞. Conservæ radicum Acori libram unam semis,
Mellis despumati (vel ejus loco brodii Zingiberis conditi) libram unam,
Amygdal. incis. libram semis,
Piperis nigri,
Nucis Moschatæ,
Zingiberis albi ana unciam unam.
Misce, fiat Conditum.

VEntriculum frigidum & humidum confortat, flatus crassos dissipat, & concoctionem promovet.

RAdices Acori vulgaris, seu palustris mundatæ, & in talcolas tenuissimè incisæ, decoquantur ad mollitiem in vino rubro: postea contusæ & trajectæ, coquantur iterum cum duplâ quantitate sacchari, ad formam conservæ, sicuti reliquæ.

ANIM-

Animadversiones.

NOn minus *hoc Electuarium*, quàm proximè præcedens eximiis pollet virtutibus; præsertim si juxta modum in eodem indigitatum conficiatur; Proindè potest *Acorus* sive *Calamus Aromaticus*, cum *saccharo*, cocto in *aqua illa*, in qua priùs *radices* ad mollitiem decoctæ sunt, condiri, postea crassiusculè conscindi, cui demùm *Amygdalæ*, *Nuces Moschatæ*, *Zinziber* similiter conscissa, *Piper* verò non admodum subtiliter contusum addantur.

ELECTUARIUM ALKERMES

Mesuæ.

℞. Serici succo granorum tinctorum recenter tincti libram semis,
Succi pomorum dulcium,
Aquæ Rosarum,
Sacchari albi ana uncias novem,
Ambræ gryseæ drachmas duas,
Ligni Aloës optimi,
Cinamomi electi ana drachmas tres,
Lapid. Cyanei loti & præparati,
Margaritarum albarum ana drachmas duas,
Foliorum Auri drachmam semis,
Moschi laudatissimi scrupulum semis,

Sericum in aqua & succo maceretur viginti quatuor horis, deinde paulisper his incoquatur, donec liquores isti rubescant, quos expresso & abjecto Serico coque cum Saccharo ad mellis consistentiam. Ab igne depositis & adhuc calentibus, misce Ambram; quâ liquatâ, injicè pulverem ligni Aloës, Cinamomi, lapidis Cyanei, Margaritarum, folia Auri & Moschum.

Cor ac vitales vires validè roborat, ob id syncopen & cordis palpitationes pellit, cerebro quoque ac animali facultati languidæ eximiè succurrit, nec non ab apoplexiâ præservat. Datur melancholicis, mœstis, tædio & squalore confectis, sponte illa chrymantibus, meticulosis ac tristibus, lætitiam namque cum hilaritate parit, atque animum gaudio reficit.

HOc Electuarium nobis non probatur, qui nullo alio nisi Montpelienſi vel Lugdunensi cum sigillis allato, uti consuevimus, cùm tamen interea succo granorũ seu potiùs ex his confecto Syrupo, nunquam destituamur, ut copia nobis esse queat Electuarii sine Moscho & Ambra præparandi, pro illis, qui odorata ferre nequeunt.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 460 sur 955

ANIMADVERSIONES.

SUperiùs in *animadverſionibus Syrupi de pomis, confectioni alkermes* deputati, nonnulla præmiſi, quæ ad elucidationem præparationis hujus decantati *Electuarii* plurimùm poſſunt, inprimis ratione *Serici* vel *Setæ ſucco granorum Kermes tinctæ*, quæ quàm inprudenter dicto *Syrupo* addatur, ibidem videre eſt, eò itaque Lectorem relego. Reliqua verò *compoſitio Meſues*, ſcilicet, ſi vel *purum putum ſuccum Kermes* pro *Syrupo* habere poteris, vel ex *granis Kermes Syrupum pro confectione* hac paraveris, ſanè non improbanda, quin ipſa hæc noſtra *confectio* ubicumque locorum etiam præparetur, modo ex *ſucco* vel ex *granis Kermes*, omiſſo *Serico* conficiatur, illis *Monſpelienſium* aut *Lugdunenſium confectionibus*, quamvis neſcio quot ſigillis confirmatis, longè anteponenda eſt, quod ex originali *confectionis Alkermes Monſpelienſium* heîc ſubnexâ deſcriptione clariùs patebit; utpotè

CONFECTIO ALKERMES MONSPELIENSIUM.

℞. *Succi pomorum dulcium & aquæ Roſarum (in quibus Setæ* ℔ *j, fuerit per diem naturalem infuſa & multùm expreſſa) ana* ℔ *j ß,*
Succi granorum Kermes ℔ *j,*
Saccharı ſolidi ℔ *ij,*

Coque ad *Mellis* ſpiſſitudinem; remotis ab igne, & etiamnum calidis, adde

Ambræ crudæ minutim inciſæ drachm. ij,

Sine ut liqueſcat, deinde admiſce ſequentia pulverata, videlicet,

Ligni Aloës, vel Santali Citrini,
Darſeni, id eſt, Cinamomi electiſſimi ana drachm. vj,
Lapidis Lazuli uſti & præparati,
Margaritarum albarum ana drachm. ij.
Auri boni,
Moſchi ana drachm. j,

Fiatque *confectio* ſecundum artem.

Ex qua deſcriptione videre eſt, quòd tota hæc compoſitio vel *confectio Monſpelienſium*, in univerſum capiat jam parata vel confecta *libras tres & uncias duas vel uncias tres: Meſues verò compoſitio ſuperior ultrâ libram unam & uncias duas* in pondere non excreſcat; Adeoque *illa* hanc *Meſues* ultra *libras duas* in pondere ſuperabit, cùm tamen ratione ſpecierum ingredientium precioſarum, ultrà

ultrà dosin in *compositione Mesues* denominatam, non plus contineat, quàm *Cinamomi & ligni Aloës*, (vel loco ejus *Santali tantum Citrini*) *ana drach. iij, Moschi ℈ ij ß*, & *Auri drach. ß*. Unde liquet, quod Monspelienses *debitum pondus sacchari*, respectu specierum ingredientium, ceu quarum nulla ad tantam quantitatem *sacchari* est proportio, non parùm excedant, & consequenter *illa Mesues descriptio superior*, uti magis concinna est, in assignata *sacchari & specierum ingredientium* quantitate & pondere, ita etiam viribus & virtutibus efficacior existat. Haud satis itaque mirari possum, quod Authores tàm inspectè, tamque imprudenter hanc *Mesues compositionem* reprobent, è contra verò *Monspelienſium* ac *Lugdunensium* præ illa unicè amplectantur; cùm tamen, ut ipsi fatentur, nunquam vel *succo* vel *Syrupo Kermes* destituantur, ex quibus tum satis elegantem efficacem, exoticis illis non solùm viribus æquivalentem, sed easdem etiam longè superantem *confectionem* parare possint. Et sanè Galli, cæteræque Nationes exteræ nos Germanos meritò rident, quòd spretis illis, quæ in nostris regionibus æquè commodè confici possunt, & indies conficiuntur, peregrinis & quæ saltem ex longinquis oris advehuntur, rebus tantoperè delectemur, cùm tamen iis, quæ oculis propriis cernimus, ac nostris manibus paravimus, longè magis fidere deberemus, quàm quæ alienâ operâ composita, & peregrinâ fide ad nos transvehuntur.

Notare insuper hèic libet, quòd si forsitan aliquis illam, ex *succo* vel *Syrupo granorum Kermes*, omisso *Serico* à nobis commendatam *confectionem* renueret, eò quòd fortè putaret, eximias à *serico*, si ipsum adderetur, virtutes huic *electuario* accessuras; is certò sibi persuasum habeat, quod *sericum* si quâ crudum, & antequam sericariorum manu elaboratum fuit, aliquas virtutes obtinuerit, easdem in lotionibus, coctionibus sive præparationibus suis multifariis, uti propriis usurpavi oculis, dudum amiserit: *Crudem verò sericum cum folliculis* ob vermes vel papiliones in iis putrefactos, (quod fœtor in *serici* coctione & præparatione prodit, quodque sæpè & studiosè observavi,) magnâ est infectum malignitate, adeoque etiam rejiciendum. Neque existimamus hanc Mesues fuisse mentem, quod *sericum*, si non *succo granorum Kermes* priùs tinctum (utpotè alioquin in coctionibus, lotionibus aut aliis quibusvis præparationibus omni suâ virtute, si quam antea obtinuerit, penitùs exutam;) adeò strictè ad hujus *Electuarii* confectionem sumendum sit, sed ideò forsan ex *serico*, *succo granorum Kermes imbuto*, ipsam tincturam elicere conatum fuisse, vel eandem extrahere præcepisse verisimile fit, quia dubio procul in oris illis Arabicis, ubi is vitam vixit, *hoc succo* aut *granis* vel *fructu Kermes* eò tempore vel omninò destitutus fuerit, aut ad minimum in sufficienti quantitate eundem habere non potuerit. Nos verò cùm nunc neque *succi*, multò minùs

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 462 sur 955

minùs *granorum Kermes* (quibus ubique locorum *Sericum* tingitur) viduitate teneamur, valdè imprudenter fecerimus, si ex rebus hujus *fructûs* tincturâ duntaxat imbutis, non verò ex *fructu ipso* tincturam & virtutes essentiales eliceremus, prout jam ante in præparatione *Syrupi Alkermes* prolixiùs hac de re disseruimus. Et miror sanè, quòd Magister Laurentius Catelanus Pharmacopœus Monspeliensis, quantumvis in sua genuina (uti putat) præparatione *Confectiones Alkermes*, ubi plura speciosa de *serico* & *seta* adfert, apertè fateatur, *sericum* in præparatione & coctione vires suas perdere; nihilominus tamen ad *confectionem hanc* idipsum necessariò accipiendum esse censeat, licet paulò ante, ubi in explicatione *succi Kermes* intentus est, seipsum iterùm refutet. Nos tamen hujus arbitrium tantoperè non movet, ut ad tantas ineptias adducamur, neque voluntas aut sententia ejus nobis pro lege est, quin potiùs nullius addicti jurare in verba Magistri, rectâ ratione præviâ, authoritates & præcepta aliorum, si rationi congrua non sint, postliminiò ponentes meliora sequamur. Sed hæc obiter.

Transeamus nunc ad dexteriorem hujus *confectiones* præparandi modum. Conficiatur igitur hoc *Electuarium* potiùs secundum descriptionem superiorem Mesuæ, omisso *serico* ex *syrupo Kermes*, sive is ex *succo*, sive ex *granis* sit confectus (quem in animadversionibus nostris superioribus super eundem factis edocuimus) eritque longè efficacius illo, quod multis sigillis munitum, vel ex Gallia vel Belgio affertur. *Ambra* priùs nonnihil dissolvi potest, *guttulis aliquot olei Cinamomi*, vel *etiam Rosarum*, aut *alterius alicujus olei Aromatici*, (sic enim exactiùs *saccharo* injecta, cum eo unitur,) quæ solutio insuper majorem efficaciam huic *confectioni* addet, utpotè quæ alioquin stimulo summoperè indiget, nec non opus habet, ut in majori dosi, quàm communiter fieri assolet, propinetur, si quas illi attribuerunt virtutes, exerere debeat. Aliam & quidem efficaciorem longè qui desiderat *confectionem Alkermes*, is adeat *Dispensatorium nostrum novum*, & secundum nostram mentem descriptionem illam conficiat, sic voti sui compos absque dubio evadet.

APPENDIX.

PRolatam meam sententiam de *granis Kermes*, quæ superiùs ad *Syrupum Kermes* conficiendum aptissima judicavi, confirmo cum ipso illo præfato Magistro Laurentio Catelano Pharmacopœo Monspelienſi, & qui in ipsius prolixam descriptionem *confectionis Alkermes* commentati sunt, Johanne Stephano Strobelbergero Med. D. & Johanne ab Oberndorf, qui (ubi contra Pharmacopœum Avignionensem in tractatu de *confectione Alkermes* dicti Strobelbergeri,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 463 sur 955

bergeri, Jenæ 1620. impresso disputat,) asserit & fatetur, *præcipuas vires & virtutes in medulli grani Tinctorii potiùs, quam in tenui & magis aquosa parte consistere:* Item *Mesuen solius succi conservandi gratia, non autem quatenus præcisè ex Seta virtus extrahenda sit, Sericum adhibuisse*, existimat etiam Brassavola, dum inquit: *Ego in confectionibus, quæ corroborare habent potiùs setam arcerem, quam recipere voluerim.*

An autem *Aurum* in tenues laminulas diductum, & hoc modo (juxta opinionem Oberndorffii) ità rarefactum, ut ad partes internas faciliùs penetrare possit, huic *confectioni* additum, inque liquore convenienti ægris exhibitum, verè potabile efficiatur, longè præstantius censendum sit, quàm illud Chymicorum, severiori equidem disquisitione indigeret. Verùm cùm unusquisque qui aliquantillum saltem naturam *auri* & metallorum aliorum perspectam habet, absurditatem hanc primo intuitu cernat, non occupabo operam meam in eâdem prolixè refutanda; quin paucis in contrarium assero, si quis *aurum* super incudem tunderet, vel quousque orcus ab Acheronte animas dimitteret, se hoc pacto *aurum* nunquam eò redacturum, ut verè potabile fiat. Stet itaque rata sententia Augustanorum *in Animadversionibus super Auream Alexandrinam Nicolai*, nimirùm *quod auri & argenti* (de foliis autem eorundem loquuntur,) *in medicinas additio, opinioni magis, quàm intentioni satisfacere videatur & ad pascendos oculos ex Arabum luxu, ad conciliandam Pharmaco Authoritatem, illa introducta esse*; cum tantùm absit, ut calor noster nativus aliquam virtutum ex illis (nimirùm crasso & rustico hoc modo minusque Philosophico in laminas diductis,) suâ elixatione, vel vi quantumvis intensâ, prolicere possit, ut ea ipsa integra ac nullum penitùs ab assumptione mutationem passa, ità uti ingesta sunt, per guttur inferius excernantur.

CONFECTIO ANACARDINA

Mesuæ.

℞. Myrobalanorum Chebulorum,
Emblicorum,
Belliricorum,
Indorum,

Piperis nigri,
Longi,
Castorei ana drachmas duas,
Costi,
Anacardii præparati,
Sacchari albi,
Sem. Nigellæ aut Erucæ,

Bacca-

Baccarum Lauri ana drachmas sex,
Cyperi drachmas quatuor.

Anacardia per se terantur, demum aliis tritis admisceantur: deinde omnia incorporentur cum Butyri recentis non saliti, & mellis despumati anâ quantum satis, seu unciis quinque semis, fiat Electuarium.

Valet ad ventris totius inferioris & cerebri affectus frigidos, sanguinem puriorem reddit, ac inde spiritu animali purgatiore tenuioreque effecto, sensus omnes, apprehensionem, intellectum & memoriam juvat. unde eam Mesuæ confectionem sapientum esse dixit, ac eis qui scire desiderant, suppetias laturam promisit, quæ & ipsa venosum genus totum calefacit, nec non corpori vividum colorem præstat. Cautè tamen & non nisi ante semestre tempus post perfectam fermentationem hoc medicamento est utendum, & ab ejus assumptione à labore, ira, coitu, ac ebrietate cavendum.

ANacardiis nomen indiderunt recentiores Græci à cordis cùm similitudine, tùm colore. Nascuntur in Siciliæ montibus, qui continuas eructant flammas, nec non in Calicut, Cananor, Cambaiâ & Decan. Excalfaciunt & siccant tertio gradu, quin imò sanguinem exurunt, ac cutim ulcerant.

MEsuæ legit Burungi, id est, Nigellæ, pro quo Petrus Coudenbergius album Sinapis semen substituit.

ANacardiorum præparationem in fine libri inter reliquorum simplicium præparationes require.

ANIMADVERSIONES.

HÆc *confectio* paratu quidem facilis est, astmehercle ingratum indè evadet edulium, si cum *butyro* conficiatur, præsertim si diutiùs paulò asservetur, donec rancorem contrahat; Quin miror maximè, quòd inter cætera ingredientia etiam *sacchari albi* ℥ vj, reponantur, quasi verò ab exigua illa quantitate singulares virtutes in *confectionem* hanc redundare possint; præstaret sanè, ut loco *unciarum illarum quinque cum dimidia butyri, mellis vel sacchari tantundem* adderetur, ac ità *Electuarium* & multò gratius & longè durabilius conficeretur. Efficaciorem *confectionem Anacardinam* vide in Dispensatorio novo.

CONFECTIO ARCHIGENIS,

℞. Castorei,
Piperis longi,
Nigri,

Sty-

Styracis,
Spicæ,
Costi,
Galbani,
Opii ana unciam semis,
Croci drachmas duas,
Mellis despumati quantum sufficit.

Efficax est ad sputum sanguinis, & tussim diuturnam ex materiâ corruptâ, sanioſâ, vel ab ulcere ac phthisi; mundificat enim & abstergit materiam crassam ac putridam, confert uteri præfocationi, paralysi, & vesicæ vitiis, nec non fluxui ventris ac febrium periodis medetur insuper etiam venenis resistit. Describitur à Mes. in cap. de tussi humida, folio 30. editionis Venetæ, 1549.

ANIMADVERSIONES.

UBi animadversione & monitis summoperè opus esset, ibi piscibus & Seriphiis ranis magis muti sunt, in aliis verò rebus nauci & nihili plus satis loquaces. Et quamvis hæc *Opiata* ex paucis constet ingredientibus, nihilominùs tamen sedulam requirit præparationem, quæ talis esto.

℞. *Castorei,*
Piperis longi,
Nigri,
Spicæ Indicæ,
Costi ana ʒ ß,
Croci Austriaci drach. ij,

Fiat ex iis pulvis subtilissimus.

Opii autem ʒ ß,

priùs præparetur juxta modum in *animadversionibus pilularum de Cynogloſſa* à nobis edoctum, postea in liquore convenienti, ex. gr. *aceto, ſucco citri,* vel *alio liquore* ad pultis formam dissolvatur & per pannum lineum exprimatur. Dissolvatur etiam sigillatim

Galbani elect. ʒ ß, in

vino vel *aceto* pulticulæ instar, itidemque coletur, aut per pannum exprimatur; Cui *Galbano* in patella ferrea super ignem lentissimum soluto, alternatim mox de

Resinæ Styracis nonnihil calidæ ʒ ß,

aliquot guttulæ instillentur, mox nonnihil de *libra una*

Mellis clari despumati,

mox etiam de pulveribus vel speciebus superiùs dictis, & *Opio soluto* parùm addatur, hocque continuandum, donec omnia per vices admixta

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 466 sur 955

mixta fuerint; Posset nec non ultimò patella cum hæc *Opiata* aliquandiu in aquam calidam immergi, & *Opiata* per horam unam agitari, quò meliùs ingredientia unirentur, eritque sic ritè parata *Opiata*, quæ meritò *Laudani Opiati*, multarumque aliarum opiatarum vices supplere posset.

AUREA ALEXANDRINA
NICOLAI.

℞. Asari,
Carpobalsami ana drachmas duas semis,
Caryophyllorum,
Opii Thebaici,
Myrrhæ,
Cyperi rotundi ana drachm. duas,
Sem. Hyoscyami albi drachmas duas semis.
Seseleos,
Sinapis,
Saxifragiæ,
Anethi,
Anisi,
Cardamomi minoris,
Folii,
Salviæ,
Opobalsami,
Cinamomi,
Cassiæ ligneæ veræ,
Costi veri,
Meu,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Euphorbii præparati,
Tragacanthi,
Thuris masculi,
Styracis Calamitæ,
Corallii ana drachmam unam,
Aliptæ Moschatæ,
Rhabarbari, aut Rhapontici veri,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Rad. Pæoniæ,
Eryngii,
Acori veri,
Aristolochiæ longæ,

Gen-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 467 sur 955

Gentianæ,
Phu,
Cortic. radic. Mandragoræ,
Sem. Liguſtici,
Rutæ,
Sinoni, ſeu Amomi vulgaris Officinarum,
Carui,
Amomi veri,
Petroſelini Macedonici,
Ammeos,
Dauci Cretici,
Anacardii præparati,
Baccarum Lauri,
Piperis longi,
Albi,
Roſarum rubearum,
Thymi,
Pulegii,
Chamædryos,
Ligni Aloës,
Xylobalſami,
Caſtorei,
Opopanacis,
Maſtiches,
Sulphuris vivi,
Margaritarum albarum,
Blattæ Byzantiæ,
Oſſis de corde Cervi ana drach. ſemis, grana tria,
Fol. Auri numero viginti quinque,
Argenti numero duodecim,
Limaturæ Eboris,
Calami aromatici vulgaris,
Pyrethti ana grana novem,
Mellis triplum, id eſt, circiter libras duas.

Compoſitio hæc, quæ paratu facilior eſt Theriacâ aut Mithridatio, cui ex Nicolao Græco Fuchſius Nucum avellanarum drachmas duas, Saphyri, Smaragdi, Iaſpidis ana drachmam unam, carnis Palmularũ, Beën albi & rubei ana drachmam ſemis addit, ac in ponderibus nonnihil variat ab auro quod ad ejus conſtitutionem expetitur, vel potius à virium præſtantia ſic dicta. Efficax enim eſt contra capitis defluxiones frigore conceptas, dolorem ſiquidem confeſtim mitigat, oculorum lachrymas ſiſtit, dentium dolores ſanat, omnem noxam capitis à frigido & humido non modò epota, ſed &

imposita, & fronti illita propellit, comitialibus, vertiginosis, paralyticis, apoplecticis benefacit, furiosorum incompositos motus compescit; tabidis, tussiculosis, asthmaticis, sanguinis eductionibus, cardiacis, ischiadicis, colicis, nephriticis, dysuriæ, stranguriæ, ischuriæ præsenti est auxilio, calculos renum & vesicæ comminuit; quotidianis ac tertianis febribus circa accessionis initium cum decocto stœchadis, eximiè medetur. Præsumpta hæc Antidotus, & in consuetudinem vocata, ab apoplexia, & colico morbo facilè vindicat. Vide ejus examen apud Ioannem Baptistam Montanum.

ALiam descriptionem ponit Actuarius ab hac, quæ Nicolai est, diversam; ubi pro Myrrhâ, baccas Myrti, pro sem. Sinapis sem. Apii, pro Pulegio, Halicacabum ponit, atque insuper sem. Carui & Anethi, Rosas ac Piper album omittit; quâ de re (prout de aliis quibusdam dubiis hac in compositione occurrentibus) consulatur editio Anni 1581. Nobis hæc sic rectè sese habere visa sunt, defectum autem eorum, quorum copia non est, aut fortè non omnibus, resarcimus substituendo:

Pro Calamo aromatico, cùm Acorus & ipse ingrediatur, Calamum aromaticum vulgarem, vel Galangam majorem,
Pro Carpobalsamo, Cubebas,
Pro Opobalsamo, oleum Nucis Moschatæ,
Pro Xylobalsamo, Santalum citrinum, cùm Lignum aloës per se alioquin ad compositionem hanc requiratur.
Pro Folio, Macim,
Pro Meu, Angelicam,
Pro Amomo, Cardamomum minus, aut grana Juniperi.

Auri & argenti pondus hîc penitus supplendum non putamus, medietate contenti; videtur namque auri & argenti in medicinas additio opinioni magis quàm intentioni satisfacere, & ad pascendos oculos, ex Arabum luxu ad conciliandum pharmaco auctoritatem introducta esse, cùm tantùm absit, ut calor noster nativus aliquam virtutem ex iis suâ elixatione, vel vi quantumvis intensâ, prolicere possit, ut ea ipsa integra, ac nullam penitus ab assumptione mutationem passa, excerni observemus.

ANIMADVERSIONES.

PRæ cæteris speciosis, ac ad pompam magis, quâm ad emolumentum proximi, malè consarcinatis compositionibus hæc, quantis etiam attributis superbiat, una est, quæ carbone ex albo pharmaceutico delenda esset; Cujus absurditates, cùm (uti opinor,) ex *Theriacæ Andromachi, Mithridatii, Damocratis, & omnium maximè inconcinnæ Antidoti Matthioli Animadversionibus*, à nobis super eadem conscriptis, satis evidenter pateant; idcircò in hac & con-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 469 sur 955

consimilibus futilibus ac omninò inutilibus compositionibus, quàm speciosissimis etiam encomiis ac aureis titulis ornatæ ac insignitę sint, non multùm morabimur. Etenim qui proximè præcedentem *Opiatam* (quæ si dextrè præparata fuerit, *auream hanc Alexandrinam* plurimùm obfuscat) secundùm nostras Animadversiones rectè præparare nôrit, etiam hujus præparationem non ignorabit.

ATHANASIA MAGNA
Nicolai.

℞. Cinamomi,
Cassiæ ligneæ ana drachmas tres, grana septem,
Croci,
Schœnanthi,
Styracis Calamitæ,
Opii,
Phu,
Betonicæ,
Sem. Hyoscyami,
Seseleos,
Apii,
Dauci,
Anisi ana drachmam unam semis, grana tria,
Spicæ Indicæ,
Symphyti,
Helenii,
Acori,
Asari,
Meu,
Cortic. rad. Mandragoræ,
Folii,
Polii,
Baccarum Lauri,
Piperis albi,
Longi,
Castorei,
Myrrhæ,
Mumiæ,
Sanguinis Draconis,
Boli Armenæ,
Charabe,
Corallii rubri,
Lapidis Hæmatitis ana drachm. semis,
Sem. Oxyacanthæ uncias duas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 470 sur 955

Quinquenerviæ, id est, Plantaginis minoris, drachmam unam, grana quatuor,
Petroselini drachmam semis,
Baccarum Myrti,
Rosarum ana drachmam unam, grana quatuor,
Succi Quinquenerviæ uncias tres,
Hypocistidis,
Acaciæ,
Oxyacanthæ ana uncias duas,
Mellis triplum, id est, libram unam, unciam unam, drachmas quinque semis.

Dysenteriâ laborantibus & cœliacis confert, ac fluxum muliebrem superfluum restringit; facit ad profluvium sanguinis narium, & eos qui cibum non retinent. in ventriculo juvat; sanguinis præterea à quacunque causa natis rejectionibus, auxiliatur.

ELECTUARIUM E BACCIS LAURI RHASIS.

℞. Folior. Rutæ drachmas decem,
Sem. Ammeos,
Cumini,
Nigellæ,
Ligustici,
Carui,
Dauci,
Acori, seu Calami aromatici,
Origani,
Amygdalorum amarorum,
Piperis nigri,
Longi,
Mentastri,
Baccarum Lauri,
Castorei ana drachmas duas,
Sagapeni unciam semis,
Opopanacis drachmas tres,
Mellis triplum, id est, libram unam, uncias quatuor, drachmas septem,

Tritis diligenter, quæ terenda sunt, fiat Electuarium, additis circa finem lachrymis vino dilutis.

Commendatur ad colicam & iliacam passionem, ac doloribus intestinorum ex causa frigidâ vel flatuosa opitulatur. Adhiberur insuper utiliter Enematibus, flatus vel evocantibus, vel discu-

discutientibus. Describitur à Rhase 9. ad Almansorem, cap. de dolore colico.

ANIMADVERSIONES

In Athanasiam magnam, & Electuarium de Baccis Lauri.

Athanasia magna, licet ex plurimis constet ingredientibus, nihilominus tamen ferè cuncta in unum conspirant effectum, fluxùs nimirùm superflui, ventris præcipuè restrictionem: Possunt itaque quæcunque dissolvenda aut diluenda sunt, utpotè *Myrrha, Opium prius præparatum, succus Acaciæ, Hypocistidis, Sanguis Draconis, Crocus, &c. in succis liquidis Oxyacanthæ & Quinquenervia*, sique ipsi non sufficerint, addito pauculo *vino* vel *aceto* dissolvi aut dilui; Quoad reliqua verò *Opiata* hæc parari poterit juxta *Animadversiones confectionis Archigenis.*

Notandum hîc, quòd *mellis pondus destinatum*, scilicet *libra una, uncia una, & drachma quinque semis*, non sit triplum, respectu reliquorum ingredientium, horum enim sunt *unciæ quatuordecim & drachmæ quinque:* idcircò *mellis* quantitas augenda & exactior computatio instituenda erit, ut dupla vel tripla assignata *mellis* quantitas, superiorum *specierum* ponderi accuratè respondeat.

Electuarium de Baccis Lauri juxta modum præscriptum parari potest.

ELECTUARIUM CHALYBEATUM.

℞. Limaturæ Chalybis undias octo.

Molatur super porphyrite subtilissimè ex aceto, deinde siccetur ad Solem, vel ignem, & sic septies iteretur: postea

℞. Limaturæ sic præparatæ uncias septem,
Cinamomi acuti,
Nucis Moschatæ ana drachmas sex,
Rhabarbari electi drachmas duas,
Specier. aromat. rosati drachmas sex,
Mellis optimi despumati,
Sacchari albissimi ana uncias tredecim.

Misce ad lentum ignem, & fiat Electuarium;

Hujus Electuarii inventor, extitit Fabricius Barzonius Professor Bononiensis celeberrimus, fuitque ejus usus in jecoris diuturnâ obstructione, & albo virgunculorum ictero. Erat id quondam familiarissimum Clarissimis Viris D. D. Cratoni, Philippo Menzelio, ac Thomæ Meermanno p. m. quo muliebrem præsertim cachexiam pellebant.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 472 sur 955

ANIMADVERSIONES.

LOngè consultius foret, ac multò efficacius, palato etiam gratius conficeretur *Electuarium chalybeatum*, si loco *chalybis* modo præscripto parati, *Vitriolum chalybis*, cum *spiritu Vitrioli* factum, in minori tamen quantitate substitueretur: Vulgariter enim præparatus *chalybs*, tantoperè penetrabilis & resolubilis non est, & pro majori sua parte ita, uti ingestus est, intestina permeat & excernitur, si non noxam insuper ventriculo inferat, prout sæpiùs vidi. *Species aromatici rosati* haud efficacius aut ori gratius reddent hoc *Electuarium*, sed potiùs nauseosum. Nec *Rhabarbari* (de quo meritò efferri posset, quid hoc inter tam multa?) exigua quantitas huic *compositioni* quicquam conferre potest. Si igitur libet, paretur hoc *Electuarium chalybeatum* juxta modum sequentem, de quo unusquisque certò sibi polliceri poterit, quòd cum effectu felici & ingenti fructu in denominatis affectibus & viscerum obstructionibus propinari possit: utpotè

℞. *Vitrioli Martis, seu Chalybis dulcis. cum spiritu Vitrioli facti* ℥ iij,
solvatur in
Aquæ cinamomi aut Melissæ ℥ iij,
cui statim junge
Sacchari pulverisati ℥ xij,
quod priùs imprægnatum sit oleis sequentibus; utpotè
Ol. stillat. Cinamomi,
Nucistæ ana ℈ j ß,
Macis ℈ j.
Hisque optimè commixtis, adde
Mellis Melissæ juxta modum nostrum parati ℥ xij.

Fiat sic *Electuarium* præstantissimum, ac odore & sapore gratissimum, virgunculatum posthac magnum refugium.

CONDITUM PRO FAMILIA

ANTIDOTALE STAPEDII.

℞. Granorum Juniperi uncias sex,
Caric. pingu. numero duodecim,
Nucleorum Nucum Juglandium uncias octo,
Conservæ Flor. Borraginis,
Bugloss. ana uncias quatuor,
Theriacæ veteris,
Mithridatii optimi ana uncias duas,
Rad. Tormentillæ,

Rad.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 473 sur 955

Rad. Gentianæ,
Pimpinellæ,
Angelicæ,
Zedoariæ ana unciam unam.
Cum Syrupo de Limonibus.
Fiat Conditum.

ANIMADVERSIONES.

UT hujus *Conditi* legitima fiat præparatio, neceſſum eſt, ut *grana Iuniperi recentia, nec nimis exſiccata*, & *Caricæ*, & *Nuclei Iuglandes*, diu multumque in mortario lapideo cum particula alicujus liquoris ex.gr. *aquæ Angelicæ* irrigata contundantur, & per cribrum ſetaceum non nimis anguſtum inſtar *pulpæ*, ſi libet, trajiciantur, poſtea cum reliquis *conſervis*, *electuariis*, *pulveribus*, & *Syrupo*, ex arte commiſceantur.

ELECTUARIUM CONTRA DYSENTERIAM D. D. PHILIPPI HOCSTETERI.

℞. Conſervæ Roſarum rubearum antiquarum vitriolatæ uncias duas ſemis,
Pimpinellæ ſanguiſorbæ, drach. decem,
Theriac. Androm. recentis, ſeu quat. annor. unciam ſemis,
Trochiſc. de Spodio cum ſemine acetoſæ,
Terræ ſigillatæ ana ſcrupulos duos,
Ramich ſcrupulum unum,
Rad. Conſolidæ majoris drachmas ſex,
Craſſulæ, ſeu Telephii Tragi unciam ſemis,
Pulveris Nucis Moſchatæ ſcrupulos quatuor,
Specier. Diarrhodon Abbatis ſcrupulos duos,
Croci Martis drachmam unam ſemis,
Rob Prunellorum ſylveſtrium uncias tres,
Syrup. ex Roſis ſiccis,
Myrtillorum ana unciam unam.
Miſce, fiat Electuarium.

ANIMADVERSIONES.

HOc *Electuarium* eaſdem, quas *Antidotus Matthioli* laudes meretur, quia ex novem diverſis *compoſitis*, & ducentis ingredientibus, ejus *compoſitio* conglomerata eſt, ità ut in infinitum procedente atomorum diviſione heîc opus foret, ſi ſingulorum ingredientium, quantum de unoquoque ad quamlibet doſin accederet, exacta inſti-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 474 sur 955

institui deberet computatio. Præstabit itaque *similes compositiones* intactas relinquere; quàm vel ipsarum præparationibus vel erroribus enucleandis diû immorari, cùm vel unicum saltem aut alterum ingrediens, majori cum fructu, feliciorique successu, adhiberi poterit, quàm talis irrationabilis ex tanta *compositorum* congerie consarcinata mixtura.

ELECTUARIUM DE SCORIA FERRI RHASIS.

℞. Myrobal. Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum ana drachmam unam,
Spicæ Indicæ,
Schœnanthi,
Cyperi,
Zingiberis,
Piperis,
Ammeos,
Thuris ana unciam semis,
Scoriæ ferri infusæ aceto per dies septem, postea torrefactæ, drachmas tres,
Mellis decocti cum apozemate Emblicorum uncias sedecim.
Misce, fiat Electuarium.

ELECTUARIUM DIURETICUM BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ.

℞. Cineris putaminum ovorum, è quibus pulli sunt exclusi,
Vitri combusti,
Lapidis spongiæ,
Judaici ana drachmam unam semis,
Sem. Apii,
Rusci,
Petroselini,
Asparagi,
Levistici ana drachmam unam,
Anisi,
Glycyrrhizæ ana unciam semis,
Sanguinis Hirci præparati drachmas quinque,
Mucilag. granor. Muchoitæ, id est, Sebesten, libram unam,
Sacchari rubri libram semis,
Oxymellis compositi uncias tres,
Pistachiorum depuratorum uncias quatuor.

Infun-

Infundantur Piſtachia in aqua cineris calidi per duos dies, poſtea minutim incidantur, & coquantur ſimul mucilagines: Oxymel & Saccharum deinde in mortario incorporentur cum Piſtachiis, & aliis ſpeciebus, fiat Electuarium.

Confert in urinæ retentione, dyſuria, & ſtranguria, nam urinam potenter provocat, & calculos rumpit.

ANIMADVERSIONES

In Electuarium de Scoria ferri; & Diureticum Bartholomæi Montagnanæ.

POſſet equidem *Electuarium de Scoria ferri* juxta præſcriptum modum parari, cui uſui autem particulariter ipſum deſtinatum ſit, ego ferè ignoro. Quod ſi fortè nonnemo *vim adſtrictivam* inde ſibi polliceatur, is ubi periculum fecerit, certò ſe deceptum deprehendet.

Electuarium Diureticum Montagnanæ, eradicationem potiùs, quàm correctionem efflagitat; & vix à riſu me temperare poſſum, quoties vel limis oculis ipſam hanc *compoſitionem* aſpicio.

ELECTUARIUM GUIDONIS

Contra Peſtem, Quod alii ELECTUARIUM PAPÆ vocant.

℞. Granorum Juniperi drachmas duas ſemis,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Zingiberis albi,
Zedoariæ ana drachmas duas,
Radic. Gentianæ,
Tormentillæ,
Dictamni albi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Longæ ana drachm. duas ſemis,
Doronici drachm. ſemis,
Herbæ Tunicæ, vel Cardui Benedicti drachmas duas,
Salviæ,
Rutæ,
Balſamitæ,
Menthæ criſpæ ana drachmam unam,
Baccarum Lauri,
Croci Orientalis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 476 sur 955

Sem. Acetoſæ,
Citri,
Ocymi,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Rubei,
Muſcellini,
Maſtiches,
Thuris,
Boli Armenæ,
Terræ Lemniæ,
Spodii præparati,
Oſſis de corde Cervi,
Raſuræ Eboris,
Margaritarum præparatarum,
Coralliorum rubeorum,
Fragmentorum Saphyri,
Smaragdi ana drachm. ſemis,
Conſervæ Roſarum,
Bugloſſi,
Nymphææ,
Theriacæ electæ ana unciam unam,
Sacchari optimi libras tres.

Diſſolvatur Saccharum cum aquâ Scabioſæ & Roſarum, addendo
Camphoræ ſcrupulum unum.
Miſceantur omnia, ut eſt artis.

Febrium malignarum & contagioſarum impetus frangit, ac peſtilentis luis ſeminaria disjicit, venenatam materiam ſudore excludens, & tàm in præſervatione, quàm in curatione magnas vires obtinet.

PRo herbâ Tunica alii Angelicam, pro Ariſtolochiâ Enulam ſubſtituunt.

ELECTUARIUM DE OVO
MAXIM. J. IMP. P. F. AUG.

℞. Ovum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuum eſt, Croco Orientali non pulveriſato imple, vitellum non auferendo: poſtea cum alio putamine iterum occlude, ne quid tranſpiret, & lento igne, vel poſt fornacem tamdiu aſſa in ollulâ, donec tota ovi teſta nigreſcere incipiat, diligenter cavendo, ne Crocus comburatur. Exempta è teſta materia exiccetur, ut in mortario exquiſitiſſimè contundi, & in

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 477 sur 955

& in pulverem redigi queat, addendo pulveris Sinapis albi, quantum prædicta omnia ponderant. Postea

℞. Pulver. Dictamni albi,
Tormentillæ ana drachmas duas,
Myrrhæ,
Cornu Cervi,
Nucis Vomicæ ana drachmam unam,
Angelicæ,
Pimpinellæ,
Granorum Juniperi,
Zedoariæ,
Camphoræ ana unciam semis.

Misce omnia simul in mortario, & tandem adjice Theriacæ optimæ ad pondus omnium, ac iterum pistillo fortiter contunde & commisce, per tres quasi integras horas agitando, addendo Syrupi Limonum, quod satis erit, fiat Electuarium, ut est artis.

Præcipuus ejus usus est in peste & præservatione à venenis deleteriis, sudores potenter movet & venenatos ichores à centro ad circumferentiam eximiè propellit; cor à tetris fuliginibus tuetur, ac pestilentis luis noxas disjicit.

Paratur etiam apud nos sine Nuce Vomica, pro iis quibus Nux Vomica jam dicta suspecta esse solet.

Nonnulli pro Nuce Vomica semen Citri substituunt, aut rad. Petasitidis, ut placet Fuchsio. Georg. Agricola lib. de Peste aliam descriptionem habet, cui radices Pentaphylli, Terram Lemniam, & Corallia adjicit.

ANIMADVERSIONES
In Electuarium Guidonis contra Pestem, & Electuarium de Ovo.

Facilis est horum *Electuariorum Antidotalium* præparatio, ex quibus illud, quod de *Ovo* dicitur, altero paulò concinnius est, licet de *ovi vitello* multa nobis essent dicenda, an nimirum hic tam singulare Alexipharmacum sit, qui insuper etiam testâ inclusus impediat, quò minus sine combustione *Crocus* exsiccari possit; nam *ovi testa*, quamdiu integra & incombusta perstat, *vitelli* unctuositatem & humiditatem haud facilè exhalare sinit, quod provida Natura jamdudum prævidit, & nostra irrita conamina ridet, quasi verò nostris ineptiis auscultare deberet; Sed hæc breviter tacta moneo, ut sedulò observetur, ne *Crocus ovo immissus*, & cum eo commovendo optimè permixtus, leniterque assatus comburatur, sed post aliqualem assationem unà cum *vitello* è testa excipiatur, ac cum reliquis

liquis *ſpeciebus* commixtus totaliter exſiccetur: Quoad reliqua in præparandi modo nulla eſt difficultas.

Electuarium autem illud Guidonis contra peſtem, præterid, quòd ex inepta & incongrua multorum ingredientium farragine conſtet, etiam hoc vitii obtinet, quòd propter *conſervas* admixtas ægrè in liquoribus diſſolvi queat, quin ſemper flocculi à floribus contuſis ſupernatent.

MICLETA NICOLAI MYREPSI.

℞. Quinque generum Myrobalanorum parum toſtorum ana drachmas duas ſemis,

Sem. Naſturtii,
Cumini,
Aniſi,
Fœniculi,
Ammeos,
Carui ana drachm. unam ſemis.

Omnia cruda terantur, & macerentur in modico aceto vini horis viginti quatuor, exiccentur ſubinde aſperſo Aceto, ac torrefiant leniter ſuper prunas, deinde addantur ſequentia:

Spodii de Ebore,
Balauſtiorum,
Pulpæ Rhois, id eſt, Sumach,
Maſtiches,
Gummi Arabici ana drachma ana, grana quindecim.

Omnia cum oleo Roſaceo fricentur & commiſceantur cum Syrupi Myrtini triplo, id eſt, unciis decem, drachmis tribus, & quartâ parte drachmæ.

Utilis eſt dyſenteriæ, inteſtinorum lævitate laborantibus, inflationibus inteſtinorum: ad omnes inſuper cœliacos affectus atque hæmorrhoidas fluentes efficax.

ANIMADVERSIONES.

PArari poteſt modo præſcripto: Obſervandum autem, quòd *acetum* in quo *ſemina* & *Myrobalani* imprudenter quidem macerari præcipiuntur, non effundendum, ſed unà cum *ſpeciebus* prædictis leniter exſiccandum ſit; Proindè nec multum *aceti* pro illarum maceratione requiritur, ſed tantum duntaxat, quantum ad humectationem prædictarum *ſpecierum* ſufficiat. Cæterùm cum hæc *compoſitio* exigui momenti ſit, & longè efficaciora ad eoſdem affectus habeamus medicamenta, brevitatis causâ, quæ in illa taxanda eſſent, ſciens volens tranſilio, aliisque perpendenda relinquo.

PHILO-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 479 sur 955

PHILONIUM MESUÆ.

℞. Piperis albi,
Sem. Hyoscyami albi ana drachmas viginti,
Opii drachmas decem,
Croci drachmas quinque,
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Castorei ana drachmam unam,
Mellis despumati quadruplum.

Mirum in modum mitigat dolores ventriculi, uteri, laterum, totius ventris, & colicam cum decocto Chamæmeli, vel Rutæ. Statim somnum provocat cum aquâ Lactucæ, vel Syrupo Papaveris. Tollit dolorem capitis cum decocto Stœchadis, prohibet catarrhum cum decocto Thuris, aut Spicæ. Ad convulsionem & resolutionem bibitur cum decocto Nucis Moschatæ: facilitat anhelitum cum decocto Baccarum Lauri, vel Hyssopi, tussim sedat cum aquâ mellis: provocat urinam, facilitat mictum, & frangit calculos vesicæ cum decoctione Saxifragiæ, vel aquâ Apii, compescit vomitum, & fluxum sanguinis ex ore cum succo Plantaginis, vel decocto Masticches, & sedat præfocationes ac uteri vitia, & singultus, somnumque potenter inducit.

PHILONIUM PERSICUM MESUAE.

℞. Piperis albi,
Hyoscyami albi ana drachmas decem,
Opii,
Terræ Lemniæ ana drachmas quinque,
Lapidis Hæmatitis,
Croci ana drachmas duas semis,
Castorei,
Spicæ Indicæ,
Euphorbii,
Pyrethri,
Margaritarum,
Charabe,
Zedoariæ,
Doronici,
Trochiscorum Ramich ana drachm. semis,
Camphoræ scrupulum semis,
Mellis triplum, id est, uncias quindecim.

Ejus

Eius usus est ad uteri hæmorrhagiam, fluxum, procidentiam, hæmorrhoidas, & cruentas excretiones per inferna; sanguinis sputum, ac mensiruorum nimium profluvium compescit, & fœtum in utero retinet.

PHILONIUM MAJUS, Sive ROMANUM NICOLAI MYREPSI.

℞. Piperis albi drachm. quinque,
Opii drachmas duas semis,
Cassiæ lignæ veræ drachmam unam semis,
Sem. Hyoscyami albi drachm. quinque,
Apii drachmam unam,
Petroselini Macedonici,
Fœniculi,
Dauci Cretici ana scrupul. duos, grana quinque,
Croci scrupulum unum,
Nardi Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ ana grana quindecim,
Cinamomi drachmam unam semis,
Euphorbii,
Myrrhæ,
Castorei ana drachmam unam,
Mellis optimi triplum, id est, uncias octo semis.

Colicos affectus, caterarumque partium lethales dolores, ventris, hypochondriorum ventriculi, uteri, hepatis, lienis, renum, ab intemperie frigidâ, flatibus crassis aut crudis humoribus excitatos sedat, tusses intensissimas, suffocationis periculum minantes, ex cordis aut pulmonis incendio, singultum etiam vehementem, nec non urinæ difficultatem liberat, sanguinis eductionibus, tabidis, suspiriosis, pleuriticis confert, hæmorrhagiam sistit, insomniam levat, & somni conciliatione vires reficit ac recreat, doloresque omnes abigit. Sed in colicis affectibus præcipuam habet dignitatem, eique affectui adhibet Galen. libr. 2. de locis affect. doloris enim magnitudo sapè totam in se curationem intendit, & in miseram vitæ desperationem plerosque conjicit.

PHILONIUM TARSENSE GALENI; θ. κ τόπος.

℞. Croci drachmas quinque,
Pyrethri,
Euphorbii,

Nardi

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 481 sur 955

Nardi Indicæ ana drachmam unam,
Piperis albi,
Sem. Hyoſcyami ana drachm. viginti,
Opii drachmas decem,
Mellis triplum.
Confice ſecundum artem.

Expertißimum ad ſedandos vehementes, & lethales partium dolores ventriculi, coli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, uteri, excitatos à crudis humoribus, aut flatu craſſo, aut intemperie frigidâ. Valet etiam ad ſuffocationis periculum, ſingultum vehementem, & urinæ difficultatem.

ANIMADVERSIONES

In Philonia Meſue; Perſicum Meſue; Majus, ſive Romanum & Tarſenſe.

Hæ Opiatæ omnes, ad unum eundemque modum ſimpliciter confici poſſunt, nec in effectu ab invicem multùm diſcrepabunt: Caveant autem ſibi, quibus illa frequenti in uſu ſunt, ob *Opium non ritè prius præparatum*, ac *ſemina præcipuè Hyoſciami*, in ſatis larga quantitate illis addita. Meo quidem judicio *confectio Archigenis* dextrè ad modum noſtrum in animadverſionibus ejuſdem edoctum præparata, majori cum ſucceſſu, & minori periculo omnium iſtorum *Philoniorum* vices ſupplere poſſet.

REQUIES NICOLAI.

℞. Roſarum rubearum,
Violarum ana drachmas tres,
Opii,
Sem. Hyoſcyami,
Papaveris albi,
Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Pſyllii,
Cort. rad. Mandragoræ,
Nucis Moſchatæ,
Cinamomi,
Zingiberis ana drachm. unam ſemis,
Sacchari Candi drachmam unam,
Santali albi,
Rubri,
Spodii,

Tra-

Tragacanthi ana ſcrupulos duos, grana quinque,
Sacchari uncias decem, cum aqua Roſarum modica.

SIc appellata ab effectu, quòd dolorem obtundat ac mitiget, caloremque febrium mitiorem reddat, & iis qui hanc ſumunt requiem afferat. Eſt etiam utilis temporibus, & pulſibus manuum inuncta, cordis dolorem lenit, ſomnumque conciliat.

ANIMADVERSIONES.

IN hac *confectione Opiata* nihil ſingulariter occurrit quod moneam, niſi ut *Tragacanthum* in *aquæ Roſarum ſ. q.* (℥ v, circiter) diſſolvatur, cui poſtea *Saccharum & reliquæ ſpecies in pulverem redactæ*, poſt ſolutionem *Sacchari*, nec non *Opium præparatum, ſolutum & colatum*, artificiosè jungantur. Quàm acutè verò illa *Sacchari Candi drachma una* ſigillatim addatur, multoties jàm ante demonſtravimus; proinde pro ludibrio nunc & inpoſterum habebimus.

DIASATYRIUM NICOLAI.

℞. Radic. Satyrii recentium denſarum,
Paſtinacæ ſativæ recentium,
Secacul, ſeu Siſeris, aut Eryngii,
Nucis Indicæ,
Pinearum,
Piſtachiorum ana unciam unam ſemis,
Caryophyllorum,
Zingiberis albi,
Sem. Fraxini, ſeu linguæ Avis,
Aniſi,
Erucæ ana drachmas quinque,
Bulbi, vel Urticæ,
Cinamomi,
Caudarum & lumborum Scinci veri ana drachm. duas ſemis,
Moſchi grana ſeptem,
Mellis deſpumati optimi libras tres.

Radices Satyrii, Paſtinacæ & Siſeris vel Secacul privatim & ſeorſim benè tritæ, melli imponantur ac ſubigantur, paululumque molliuſculo igne ferveſcant, deinde Piſtachia & nuces Pineæ, repurgatæ ac tuſæ adjiciantur: ubi cum melle aliquantulùm bullierint, ſublato ab igne lebete, tuſæ & cribratæ ſpecies addantur. Poſtremò Moſchus cum exiguo ſtillatitio Roſarum liquore inferatur; turſus hæc probè ſubacta, in vaſculum ad uſum recondantur.

Anale-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 483 sur 955

Analepticum est medicamentum, consumptos & emaciatos reficiens, semen augens, & venerem concitans desuetam, contra renum & vesicæ imbecillitatem valet, remorantem urinam propellit, & frigidam ac velut emortuam genitalium partium intemperiem erigit.

NOta; Satyrii & Secacul, seu Siseris radices melle, aut Saccharo conditas, ad hujus compositionis structuram asservari posse, tamdiu donec Pastinacæ sativæ ad maturitatem pervenerint, unde mellis libras tres sufficere poterunt, cùm aliàs triplum mellis constituat libras tres, uncias tres, drachmam unam semis.

ANIMADVERSIONES.

PRo confectione hujus *Electuarii*, consuli possunt Animadversiones in *Diacorum Mesue*, & *Acorum conditum vulgarem*, quæ hujus *laudatæ confectionis* veram indigitabunt præparationem, quatenùs nimirum *radices* in *aqua* ad mollitiem competentem coqui, postea crassiusculè conscindi, *aqua* verò in qua *radices* coctæ sunt, cum *melle* inspissari debeat: Quin etiam *Nuces Indicæ conditæ*, *Pineæ* & *Pistachiæ* crassiusculè conscindendæ, non verò contundendæ sunt: Similiter etiam *Caryophylli* & *Zinziber* conscindantur, reliquæ *species pulverisatæ* addantur. *Moschus* autem in particulâ *vini* vel *aquæ rosarum* dissolutus admisceri potest; & sic ritè paratum erit *Electuarium*.

ELECTUARIUM MAGNANIMITATIS.

℞. Electuarii Diasatyrionis unciam unam semis,
Diacori Mesue drachmas tres,
Nucis Indicæ conditæ,
Radicis Satyrionis conditæ,
Specier. Diatrion pipereon,
Confectionis Anacardinæ ana drachmas duas,
Pistachiorum mundatorum,
Pinearum mundatarum ana unciam semis,
Sem. Erucæ,
Urticæ,
Pastinacæ ana drachmam semis,
Priape Tauri,
Cervi,
Testiculorum Equi ana drachmam unam semis,
Carnis Scincorum drachmas duas,
Cardamomi minoris,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 484 sur 955

Boracis Venetæ ana drachm. ſemis,
Cantharid. ablatis alis & capitibus numero duodecim,
Moſchi grana quinque,
Ambræ grana tria.
Cum brodio Nucis Moſchatæ Indicæ, fiat Electuarium.

ANIMADVERSIONES.

EQuidem non diffiteor, hoc *Electuarium* juxta normam ab Authore præſcriptam, confici poſſe, conſultiùs tamen fore arbitror, propter diverſa *compoſita*, ex quibus illud conflatum eſt, quæque forſitan non ſemper in procinctu eſſe poſſunt, ut *Diaſatyrio* præcedenti, nonnullæ *ſpecies*, ex hoc *Electuario* excerptæ, pro lubitu adderentur, quod tandem vices hujes *Electuarii* ſupplere, & majori cum fructu etiam in uſum trahi poſſet. Atque ita Officinæ pharmaceuticæ, tot tantisque non ſcaterent vetuſtate conſumptis compoſitis, & medicamenta quoque haberemus efficaciora.

DIASCORDIUM HIERONYMI FRACASTORII.

℞. Cinamomi,
Caſſiæ ligneæ ana unciam ſemis,
Scordii veri unciam unam,
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Calbani.
Gummi Arabici ana drachm, quatuor,
Opii drachmam unam ſemis,
Styracis Calamitæ drachmas quatuor ſemis,
Sem. Acetoſæ drachmam unam ſemis,
Gentianæ drachmas quatuor,
Boli Armenæ unciam unam ſemis,
Terræ Lemniæ unciam ſemis,
Piperis longi,
Zingiberis ana drachmas duas,
Mellis albi libras duas ſemis,
Conſervæ roſarum libram unam,
Vini aromatici libram ſemis.
Fiat Electuarium.

ID in uſu eſſe capit apud noſtros, eo enim feliciter utuntur in iis in quibus Theriaca locum non habet, ut pueris & gravidis, in cephalalgiâ, etiam epidemicâ jam aliquot annis graſſante, cum aquâ

aquâ Oxalidis, aut Trifolii acetosi feliciter exhibetur. Describitur à Hieronymo Fracastorio de Contag. & morbis contagiosis, libr. 3. cap. 7. & in peste correptis ac extremè desperatis, commendat hoc modo;

Succi Lujulæ uncias duas,
Citri unciam unam,
Diascordii drachmam unam,
Specier. cord. è gemmis scrupulos duos,
Aceti unciam unam.
Omnia misceto, & totum haurito.

ANIMADVERSIONES.

HUjus *Electuarii* (quod ob eximias & excellentes suas, quibus contra morborum contagio serpentium omne genus pollet virtutes, meritò encomiis ornandum esset) dextra & genuina præparatio ex *Animadversionibus nostris super confectionem Archigenis* optimè eluceſcit. *Conserva Rosarum* verò, si qua *Electuarium* hoc potiunculis commiscëri deberet, haud benè additur; proindè præstaret, ut dicta *conserva* affusâ particulâ *vini* dilueretur, factâque expressione hic *Syrupus rosarum electuario* adderetur.

TRYPHERA MAGNA NICOLAI.

℞. Opii drachmas duas,
Cinamomi,
Caryophyllorum.
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Costi,
Styracis Calamitæ,
Cyperi,
Calami aromatici,
Rad. Iridis Illyricæ,
Peucedani,
Acori, aut Galangæ majoris,
Cort. Mandragoræ,
Rosarum rubearum,
Nardi Celticæ,
Piperis,
Anisi,
Apii,
Petroselini,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 486 sur 955

Fœniculi,
Dauci,
Sinoni,
Hyoſchyami,
Hyſſopi,
Sem. Ocymi ana drachmam unam.
Mellis deſpumati triplum, ſeu uncias decem ſemis.

Dicuntur hæ compoſitiones Tryphera, quaſi delicatæ eò, quòd totius corporis colorem ac oris odorem commendent, & delicatam quandam commendabilis ſpeciei oſtentationem præ ſe ferant. Putredines enim humorum emendant, genuinam corporis ſucculentiam reſtituunt, formæ corruptæ vitium redimunt, ac ut cætera coſmetica ad ornatum plurimùm faciunt. Hæc porrò ad omnia muliebria vitia à frigiditate nata, privatim efficax eſt; injicitur etiam utero cum oleo Moſchato, ſeu Muſcellino dicto.

TRYPHERA MINOR PHÆNONIS MESUÆ.

℞. Myrobal. Chebulorum,
Belliricorum,
Indorum,
Emblicorum,
Nucis Moſchatæ ana drachmas quinque,
Sem. Naſturtii,
Aſari,
Origani Perſici, ſeu Cretici,
Piperis,
Thuris,
Ammeos,
Zingiberis,
Fructuum aut foliorum Tamaricis,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Cyperi ana drachmas quatuor,
Scoriæ Ferri, aut Chalybis, quinque diebus aceto macerat. drachmas viginti.

Myrobalani cum butyro recente non ſalito, modicùm aſſentur; reliqua oleo amygdalorum dulcium involvantur: deinde adde
Moſchi drachmam unam,
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras duas, uncias novem, drachmas ſex.
Fiat Electuarium.

Ven.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 487 sur 955

VEntriculum, hepar, renes, veſicam roborat; ob id fluorem alvi, hæmorrhoidum & menſium immodicum cohibet, ſanguinis corruptionem, nec non cruditates, ac in ventriculo putredines humorum emendat, colorem bonum reddit, & formæ vitium redimit.

TRYPHERA SARRACENICA

MESUÆ.

℞. Quinque generum Myrobal. ana drachmas quinque,
Cinamomi,
Trium piperum,
Secacul, vel Eryngii,
Folii, ſeu Macis,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi utriuſque,
Caſſiæ ligneæ,
Seitaragi Indi, vel Lepidii,
Cyperi,
Apii,
Linguæ avis, ſeu ſem. Fraxini,
Caryophyllorum,
Beën utriuſque,
Zingiberis ana drachmas duas,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Seſami excort. ana drachmas tres,
Amygdalorum utrorumque ana drachm. quinque,
Ligni Aloës,
Rhabarbari,
Rutæ,
Sem. Fœniculi,
Maſtiches ana drachmas duas,
Ocymi caryophyllati,
Menthæ ſiccæ,
Origani Cretici ana drachmam unam ſemis.

Fricentur Myrobalani triti cum butyro vaccino recente non ſalito; aliæ verò ſpecies oleo amygdalorum dulcium, & cum triplo mellis deſpumati, fiat Electuarium.

COctionem ventriculi & hepatis ſuo calore juvat, ob id flatus diſſipat, humores in ventriculo & aliis viſceribus putres abſumit; oris ac corporis reliqui odorem & colorem commendat, laſſitudinem tollit, ſanitatem præſentem tuetur, ac morborum generationem prohibet.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 488 sur 955

ANIMADVERSIONES

In Trypheram magnam Nicolai; Minorem Phænonis; & Sarracenicam Mesue.

ENumeratæ *Tryphera* omnes (quarum prima tamen præ cæteris nobis nonnihil arridet,) simpliciter confici possunt: Solummodò haud benè & ridicularem in modum, *frictionem illam, nec non assationem & involutionem Myrobalanorum cum butyro*, & reliquorum ingredientium cum *oleo amygdalorum dulcium*, præcipiunt, non secus ac si in culina ferculum cum *butyro*, *melle*, & *oleo amygdalorum* parari deberet, quod calidum adhuc sapidius sanè esset, quàm frigidum, loco medicamenti assumptum, & ad tempus asservatum. Cæterùm, in *prima Tryphera* præparetur, solvatur & coletur *Opium*, priusquam reliquis commisceatur speciebus.

ELECTUARIUM VITÆ ARNOLDI DE VILLA NOVA.

℞. Uvarum passarum libram unam,
Glycyrrhizæ rasæ drachm. quatuor,
Aquæ fontis uncias quindecim, aut quantum satis.
Coquantur benè, & exprimantur: quibus adde
Cort. Myrobal. Chebulorum,
Citrinorum,
Indorum ana unciam unam,
Emblicorum,
Belliricorum ana drachm. unam.
Omnia contusa decoquantur, exprimantur, & colentur, addendo
Sacchari libram semis.
Coquantur ad formam Syrupi.
Ultimò adde
Cinamomi electi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moschatæ ana drachm. unam,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana unciam semis.
Misceantur, ut est artis.

VEntriculum roborat, superfluitates humorum ex nutrimento præterito remanentes purgat: Usus ejus facit homines coloratos, & caniciem retardat. Describitur ab Arnoldo in Tractatu de conservandâ juventute, & retardandâ senectute, fol. 89. hodie non est in usu. Olim eo frequenter utebantur Paulus Ricius, & Am-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 489 sur 955

Ambrosius Iung senior, Medici celebres, qui decoctioni Myrobalanorum addebant flor Violarum, Borraginis, Bugloßi, Anthos ana scrupulos duos, folliculorum Sennæ unciam semis; & in fine Rhabarbari unciam unam, Agarici unciam mediam, & sic nonnihil alvum movebant.

ANIMADVERSIONES.

IN coctione *Passularum majorum, primò*, major requiritur *aquæ* quantitas, ut coquendo virtus ipsarum perfectè elici & extrahi possit; *Secundò, Saccharum cum decocto* ad crassiorem *Syrupi* consistentiam coqui debet, si *Electuarii* consistentiam expetatur: Quoad reliqua, fiat præparatio juxta modum præscriptum.

SOTIRELLA PARVA.

℞. Olei Nucis Moschatæ expressi drachmam unam,
Opii Thebaici,
Species. Diambræ ana drachm. semis,
Camphoræ,
Extracti Croci ana grana sex,
Ol. Caryophyllorum destil. q. s.
Redigantur in formam Opiatæ spissioris.

CAvernis dentium indita dolores eorundem sopit ac placat, ad quorum auxilium præcipuè expetitur, Raymundo Minderere Collegæ nostro quondam honoratissimo p. m. adscripta.

ANIMADVERSIONES.

SI *Opium præparatum & purificatum* huic *Sotirellæ* additum esset, posset illa supplere vices *Laudani Opiati*; Si verò *Sotirella hæc* doloribus dentium duntaxat dicata sit, ut eorum cavernis indatur, parari potest prout Author proposuit. *Camphora* autem in *oleo Caryophyllorum* dissolvenda & admiscenda est,

CONDITA.

Arantia integra,
Cortices,
Flores.
Berberes cum stipitibus,
sine stipitibus,
Calamus aromaticus,
Caryophylli,
Cerasa acida,
Citri caro,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 490 sur 955

Citri Cortices,
Flores,
Cichorii radices,
Corna,
Cydonia,
Enula,
Eryngium,
Galanga,
Lactuca Hiſpanica,
Limones,
Meſpila,
Myrobalami Chebuli,
Nuces Juglandes,
Moſchatæ communes,
Moſchatæ Luſitanæ majores,
Perſica,
Pimpinella,
Piper in racemis,
Pyra Moſchatella,
Pruna hortenſia,
Sylveſtria,
Ribes,
Salvia baccifera,
Satyrionis radices,
Scorzonera,
Zedoaria,
Zingiber Chinenſe,
Indicum,
Vulgare.

Omnia diligenter Saccharo clarificato condiantur, ut eſt artis.

ANIMADVERSIONES.

QUamvis peritiores Pharmacopœi *condita* perpulchrè conficere ſciant, unicum tamen admonere libet, ut ubi *radices*, *caules*, *fructus*, & *cortices* nonnulli condiendi ſunt, id ſtudiosè obſervent, ne *aquam*, *in qua res enumeratæ decoquuntur*... *ut emolliuntur*, abjiciant, prout ferè ſemper fieri ſolet: ſed cum *hâc ipsâ aquâ*, utpotè in qua maxima virtus rerum in ea maceratarum aut decoctarum recondita eſt, *ſaccharum*, quo *radices* & *fructus* condiendi ſunt, diſſolvant & percoquant, ut ſic *radicibus* vel *fructibus* virtus, quæ ex ipſis elicita eſt, denuò reddatur & incorporetur: Niſi enim hoc fiat, *condita* ſanè habebimus potioribus ſuis virtutibus viduata, quod ipſum in decoctionibus *Cydoniorum*, *Enulæ radicum*, *Pyrorum Moſchatillinorum*, aliorumque manifeſtè videre eſt. Nec me latet etiam, quòd

quòd nonnulli *fructus* & *flores condiendos* ſtatim cum *Saccharo* coquant;& cum eodem unâ operâ emolliant & condiant,ſimiliter etiam quaſdam *radices* recentes. Qui ipſe modus præ cæteris apprimè mihi arridet, quem proindè Pharmacopœis eorumque miniſtris, qui hunc modum ignorant, ſtudiosè commendatam volo.

CONSERVÆ.

Abſinthii Romani,
Acaciarum florum,
Acetoſæ,
Acetoſellæ,
Acori vulgaris,
Anthos,
Balauſtiorum,
Betonicæ,
Borraginis,
Bugloſſi,
Calendulæ,
Cichorii,
Citrariæ,
Citri ex pulpa acida,
Cochleariæ,
Euphraſiæ,
Fumariæ,
Geniſtæ,
Hyſſopi,
Lavendulæ,
Lilior. Convallium,
Majoranæ,
Malvæ,
Menthæ rubræ,
Nymphææ albæ,
Papaveris erratici,
Paralyſeos,
Pæoniæ,
Roſarum albarum,
Damaſcenarum,
Rubearum ſimplex,
Vitriolata,
Roriſmarini,
Rutæ,
Salviæ,
Sambuci,
Scabioſæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 492 sur 955

Tiliæ,
Tunicæ,
Tussilaginis,
Violarum.

Flores minutissimè incidantur, & singulis libris florum addantur Sacchari albissimi libræ duæ, iis scilicet, qui humidi ac mucilaginosi fuerint, ut Borraginis, Buglossi, & similium. Siccioribus verò, quales sunt Rorismarini, Lavendulæ, Majoranæ, Melissæ, & similibus, addantur Sacchari albissimi libræ duæ semis, affusâ aliquantulum aquâ stillatitiâ, ut commodiùs pistillo permisceri possint. Deinde Soli exponantur in benè obturato vase, & interdum agitentur.

Fiunt etiam quandoque perfectè cocto Julepo, atque in eum injectâ tertiâ aut quartâ parte florum tritorum, aut minutim concisorum, deinde insolantur.

CONSERVA HEDERÆ TERRESTRIS COMPOSITA.

℞. Folior. Hederæ terrestris,
Rutæ ana unciam unam semis,
Raphani unciam unam;
Rad. Angelicæ,
Levistici ana drachmas sex.
Sacchari albi libram unam, uncias quatuor semis.

Ex incisis & contusis fiat conserva; quæ si aridior evaserit succo Citri aut Limonum, adjecto q. s. redigatur ad debitam consistentiam.

Celeberrimi in peste usus est; mira enim in eliciendo sudore præstat, quâ olim felicissimo successu Clarissimus Vir D. D. Leonardus Rawolf, Reipubl. quondam nostræ Medicus eximius infectionis tempore utebatur.

ANIMADVERSIONES

In Conservas, & Conservam Hederæ Terrestris compositam.

De Conservis licet multa afferre possem, quo modo nimirùm *flores integri* perquam pulchrè *Saccharo* conditi, & quâ ratione *conservæ* parari queant, ut in suo colore persistant; Item an *flores* contundendi vel conscindendi sint, an etiam *Saccharum pulverisatum, an verò dissolutum, iterumque ad pristinam suam consistentiam coctum,* addendum sit; ast cùm levia hæc sint, & plurimis Pharmacopœis optimè nota, brevitatis causâ illis supersedeo.

In *conservâ Hederæ terrestris compositâ* observandum, quòd *radices*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 493 sur 955

dices in ſubtiliſſimas & tenuiſſimas taleolas priùs conſcindendæ ſint, antequam piſtentur, ſecùs enim ſubtilem *conſervam* non effoceris, ſed capillamentis refertam, quamdiu etiam quantumque eas contuderis.

DIACYDONITES SIMPLEX.

℞. Pulpæ Cyd. vapore aquæ dulcis ad ſpiſſitudinem coctorum, Sacchari albiſſimi deſpumati & ad ſpiſſitudinem juſtam cocti ana libras octo.

Coquantur denuò, ut eſt artis ad juſtam conſiſtentiam, ut poſſint recondi ad ſcatulas; vel fiant in forma Electuarii ſpiſſi.

QUidam octo libris pulpæ Cydoniorum addunt ſex libras Sacchari clarificati.

EOdem modo fiunt alia Electuaria ex *Prunis*, *Pyris*, *Pomis*, *Perſicis*, *Ceraſis*, *Ribes*, *Berberis*, &c.

DIACYDONITES AROMATISATUM.

℞. Diacyd. ſimplicis ad juſtam conſiſtentiam cocti libr. unam,
Specierum Imperatoris ſine Moſcho inciſarum unciam ſemis,
Seminis Coriandri præparati drachm. unam,
Flavedinis corticis Citri recentis minutim inciſi drachmas quinque.
Miſceantur & fundantur in ſcatulas.

DIacydonites laxativum vide in claſſe Solutivorum ſolidorum.

Varias ac diverſas Diacydonii parandi formas ac modos hominum induſtria reperit, id enim modo Eclegmatis, modò Conſervæ, tum verò Gelatinæ, imò & ſolidæ Paſtæ formâ parari à pleriſque ſolet. Flavum enim ex ſucco Cydoniorum cum æquali portione Sacchari, additâ ſub finem ſeminum ejuſdem mucilagine, componitur: Rubeum ex ipſa Cydoniorum carne in lentorem diſcocta, ac ſucco eorundem artificioſâ coctură conſiſtit: Album Hiſpanis frequens ex Cydoniis ab exteriori cortice mundatis, & ad teneritudinem coctis, abjectis poſt cocturam ſeminibus, & additâ pari Sacchari albiſſimi portione ad juſtam Diacydonii conſiſtentiam excoquitur.

ANIMADVERSIONES

In Diacydonites ſimplex & Aromatiſatum.

PArari poſſunt juxta modos præſcriptos; Caveant autem Pharmacopœi, ne *aquam*, *in qua Cydonia cocta ſunt*, effundant, nec

nec diu multumque in vasis æneis eadem coquant, à quibus nempè nauseosam ac insaluberrimam amaritudinem contrahunt.

Gelatinæ Cydoniorum variis ac elegantissimis coloribus imbui possunt, ut in vitris, scatulis, ac solidâ etiam formâ asservari queant, pro delicatulis & ditioribus mulierculis utplurimùm accommodatæ; Quæ tamen cùm non tam Pharmacopœis quàm confectariis competant, multus de iis esse nolo, quin classi huic extremam manum imponam.

IN ANTIDOTORUM CLASSEM APPENDIX.

DE *SALIBVS THERIACALIBVS.*

CORONIDIS loco huic Antidotorum Classi jungendam esse censuimus *Salium Theriacalium* mentionem, meritò memorandam, quorum usum priscis quidem familiarem, sed temporum diluvio nonnihil obliteratum, moderna rursus secula protulerunt, cùm qui de novis inventis solliciti alia rimabantur, antiqua hæc interim vel neglexerint, vel spreverint, vel penitùs ignorârint.

Suspicimus ea, quæ vel crudum vulgus, ex priscorum Medicorum penu, ac arcanorum adytis surripuit, quando complures etiam Mechanicos, sales hos Viperinos, contra omnis generis venena eorundemque noxas suam vitam tutaturos, ac longitudinem vitæ præ se ferentes, vel ad eam aspirantes parare cognoscimus, ac observamus, ut eorum adminiculo, omnem quorumcunque venenorum malitiam ac nocendi vim spernere sint ausi, eâ sanè experimenti fide, ut mirum sit, rudia ingenia eò scientiæ penetrasse, ut apud summum venenum, maximam quandoque medicinam latere deprehenderint. Hinc etiam pueruli serpentes innoxiè hoc prius assumpto pulvere tractant, ac quasi colludentes, belluas illas veneficas circumferunt, quas alioquin attingere, vix cuiquam sine mortis periculo concessum fuerat.

Stupendum sanè prout etiam Baldus Angelus Eugubinus in libro de admirabili viperæ natura monet, quod cùm serpentis astu mors mundum intraverit, ex ejus carne tale medicamentum parari queat, quod

quod à venenis graviſſimis, morbisque compluribus, imò verò malignis ac contagioſis corpus non modò præſervare, verùm etiam liberare valeat.

Longè porrò ante Theriacæ inventionem, cujus auctor Andromachus extitit, Viperarum uſus in Medicina celebris erat, ut ex Dioſcoride, qui circa Mithridatis tempora fermè vixit, colligere licet; is enim libr. 2. cap. 16. eaſdem excoriandas, capite & caudâ truncandas, reliquam verò earum carnem diſſectam in oleo & vino addito ſale & anetho coquendam eſſe docet, quam carnem ſic præparatam ad roborandos nervos, viſum acuendum, ſcrophulas inhibendas, ac vitæ diuturnitatem præſtandam commodè manducari docuit, quo in loco etiam ſalis Viperini parandi modum exponit.

Erat autem hæc ſalium Theriacalium præparandorum ratio apud antiquos. Accipiebant enim quatuor Viperas recens captas, nec ultra biduum detentas, has ollæ mundæ ex optima terra effictæ imponebant, ſuper has ſalis Ammoniaci aut vulgaris albiſſimi libras viginti injiciebant: Deinde verò addebant his Trochiſcos ex Gentiana, Ariſtolochia rotunda, Centaurio minore, Cardamomo, Marrubio, Scordio, Apio, Chamædrii, ac ſemine Rutæ domeſticæ cum melle paratos. His inſuper jungebant quinque prægrandes Scillas recentes in minuta fruſta diſſectas. ſalis rurſus viginti libras ſuper adjicientes. Quo facto ollam operculo ſpiraculis ſeu foraminibus perviam tegebant, commiſſuras vaſis luto quàm optimè obfirmantes & ſuccenſo igne materiam omnem primò ſenſim, tùm potentiùs exurentes; primus enim fumus per operculi ſpiracula exiens ignem jam Viperas invaſiſſe denotabat, à cujus habitu ne interficerentur, ſtudioſè cavebant; perfectam verò uſtionem, clara ac lucida flamma per ſpiracula prodiens indicabat. Hoc peracto, igneque paulatim extincto, vas id teſtaceum Viperas unà cum reliquis jam dictis continens, viginti quatuor horarum ſpatio refrigerari permittebant, tùm verò materiam in eo contentam, tenuiſſimè tritam cribro tranſmittebant, addendo ei denuò ſemen Rutæ, grana Juniperi, ſemen Fœniculi, Coriandrum, Mentham & Piper longum, ac alia ſimplicia, quæ alioquin ad Theriacæ compoſitionem requiruntur. Is erat Sal Theriacalis antiquorum, prout videre eſt apud Galenum libr. de Theriaca ad Piſonem, & Aëtium Tetrab. 4. Serm. 1. cap. 97. nec non Dioſcoridem loco ſupra citato, licet inter veteres aliis alii ejuſmodi ſales parandi modi ex uſu fuerint.

Moderna verò tempora, quorum labore vel induſtriâ veterum adinventa nonnihil perpolita ſubſiſtunt, Colubrinos hos ſeu Viperinos ſales, aliter & magis dextrè conficere didicerunt, quâ in re

ſummus

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 496 sur 955

ſummum ejus rei culmen attigiſſe meritò ſunt exiſtimanda, licet apud plebeios etiam crudus Viperas urendi mos adhuc magna cum effectûs admiratione perſiſtat. Videndus de his Galenus ipſe, qui meliorem ſalium horum præparandorum uſum ſuâ ætate introducere ſtuduit, tùm verò Oſwaldus Crollius, præcipuè verò Joſephus Quercetanus in Pharmacopœia Dogmat. Reſt. qui ties Viperarum confectiones Theriacales doctiſſimè ac magno ingenio conditas aſtruxit, quarum primam, *confectionem Viperinam Aromaticam*; Secundam, *confectionem Viperinam Saccharinam*, Tertiam *confectionem Viperinam Iuniperinam* indigitavit.

De ſalibus porrò viperinis hoc ſcriptum prodidit Aëtius loco priùs citato, inquiens:

Pleriſque ex eorum uſu ſudor prolicitur, atque ita per exudationem corrupta ſubſtantia vacuatur, adeò ut quidam in principio pediculos excluſerint intra quatuordecim ad ſummum dies poſt hos enim nullus in corpore pedunculus apparet. Quidam verò pro pediculis ſputa pituitoſa rejectant, à ſalium rejectione initium facientes, deinde paulò poſt etiam ſputa repurgata ſiſtuntur.

Confirmat hæc Galeni ſententia lib. de Theriaca ad Piſonem, ubi ſic ait: *Peculiariter autem & ſales medentur affectionibus, maximè ſummâ in cute obortis, leucis dico, lepris, impetigini agreſti; nam ſuperfluitates cuti ſubditas, acreſque potiſſimum diſcutiunt. Plurimi igitur ipſos manducantes ſudoribus largiter diffluunt, ac corruptam vacuant ſubſtantiam, ut pedunculos quoque vocatos quoſdam ejiciant, ex corruptione propriè naſcentes, quos ideò ni fallor, Græci Phthirias appellant. Dentes optimè abſtergunt, & flaccidas partes denſant, fluorem ipſis illabentem reprimunt, à putrilagine dentes reſervant & erodi ipſos non ſinunt.* Hæc Galenus.

Ulterius autem in viperinorum ſalium laude ſic pergit Aëtius:

Licet autem tùm in prandio, tùm in cœna iis uti, cum quibuſcunque eduliis eos accipere velis.

Qui eos accipiunt, non modò cibi appetentiores fiunt, ſed etiam melius concoquunt, ac floridius corpus habent, ſenſuumque omnium vigore gaudent.

Suffuſiones oculorum nondum penitùs congelatas diſſolvunt, ac nondum natas præcavent.

Purgationes ſuppreſſas cient, largaſque reſtringunt.

Præſumpti virus jaculantium beſtiarum inſidias evincunt.

Præſtiterit etiam peſtilenti conſtitutione inſtante ad auxiliare hoc & depulſorium pharmacum confugere, præſertim ſi ei Myricæ herbam miſcueris.

Morborum præterea omnium Medici ſales exiſtunt, maximè tamen eorum qui in renibus exiſtunt. lapides enim atterunt.

Verti-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 497 sur 955

Vertigini, inveterato capitis dolori, ac morbo commitiali, diuturn uſu medentur.

Arquatis, colicis, hydropicis ac caninâ fame laborantibus ſubveniunt, ac contra frigus aëris extraneum comeſti faciunt.

Rigores circuitu repetentes cohibent, & tuſſes humectas reſiccant.

Tabidos ad bonum corporis habitum reducunt.

Exolutos à languore reviviſcere faciunt.

Membris exolutos ſanant, & ad podagram articulareſque affectus conſtructi videntur.

Atque hæc ex mente Aëtii.

ANIMADVERSIONES.

DE natura *Viperarum* & *Serpentum*, eorundem veneno & venenoſitate, meam ſuperiùs in *animadverſibus claſsis duodecimæ, ſuper Trochiſcos de Viperis* ſententiam, rationibus & experientiâ confirmatam aperui & declaravi; Reliquum adhuc eſt pariter diſquiſitione dignum, (quod in hac appendice affirmatur) *An illi, qui pulverem vel Serpentum vel Viperarum ſemel atque iterùm aſſumpsere, à morſibus Serpentum & Viperarum inpoſterum immunes ſint, ut tutò eas manibus tractare queant, & ſi fors ab ipſis demorſi fuerint, nullam exindè noxam perſentiſcant, morſumque illum abſque vitæ periculo ferre poſsint?* In quo arduo quæſito non eſt, ut ſententiam noſtram decretoriam præcipitemus, quin ipſum diligenter nobiſcum expendamus, antequam ita temerariè καθόλου affirmativam tueamur, ne hâc ita ſimpliciter poſitâ, ſeducti plurimi in præſentaneum vitæ periculum conjiciantur.

Præprimis autem experientiâ confirmatum non eſt, quòd ſi quis *Serpentum* (de *Viperis* idem judicium) *pulverem* ſemel atque iterum aſſumpſerit, deinceps *Serpentum Viperarumvé morſus* ſuperciliosè ridere ac ſpernere habeat, cùm non ſemel compertum ſit, quòd qui tali prophylactico uſi, nihilominùs ubi à *Viperis ac Serpentibus ad iram provocatis, & in fermento exiſtentibus*, in loco quodam nervoſo & aliquantò profundiùs demorſi fuerint, ſubſequutis illicò atrociſſimis convulſionibus, diriſque aliis ſymptomatibus, inter miſerabiles ejulatus & mœſtiſſima ſuſpiria, acerbiſſimo ſanè ſpectaculo vitam finiverint. Addo, quòd aſſertio hujus quæſtionis prorsùs invalido nitatur tibicine; etenim ſi καθ' παντὸς verum eſſet, quòd qui *pulvere Viperarum* uſi ſint, promiſcuè à morſu earundem internecino nihil ſibi metuendum habeant, ſequeretur etiam, quòd nec *Viperæ* à *Vipera*, nec *homini* ab *homine*, aliisque animantibus ejuſdem generis ab invicem demorſis ullum immineret periculum; cum *Vipera demorſa* tota ex materia *pulveris Viperini* conſtet, adeoque ſymbolici veneni activitatem reſpuere deberet: *Homo* itidem

ab

ab alio *homine* irato, dentibus fauciatus simili quâ ille, qui morsum inflixit, gaudeat substantiâ, de aliis animantibus brutis, ob dictam rationem, eadem foret ratio: Sed consequens est falsum; Ergò & antecedens. Etenim tot ocularibus testimoniis confirmatum est, quòd *Vipera* à *Vipera* atrociter demorsa; vitam cum morte commutaverit; *hominem* similiter ab *homine iracundiæ æstro percito*, morsu graviter fauciatum, in vitæ discrimen præcipitari, non paucæ plurium experientissimorum Virorum observationes testantur, nec leve quoque in brutorum & ferarum genere, alteri ab alterius morsu impendere periculum, quis est, qui ignorat? Hinc adeò fit, ut *homines* à *Viperis fauciati* in Italia, non sanè usu solius *pulveris aut carnis Viperarum* liberentur; sed diversis remediorum materiis, *citissimis* scilicet *ligaturis*, *scarificationibus cauterisationibus*, *attrahentibus*, *extrahentibus*, *expellentibus internè datis cordialibus & Alexipharmacis vel Bezoardicis*; Nunquam autem *solo pulvere Viperarum*, quo aliàs προφυλάξει & ἔνεκα adeò confidenter nonnulli utuntur, feliciter curam peractam esse vidi. Quòd autem nonnulli *Serpentum omne genus*, *Viperas*, *imò Aspides ipsas* sine periculo pro libitu & lubitu tractent, licet *pulvere Serpentum* nullo usi sint, ad duplicem ob causam fieri autumo, cùm ob *peculiarem quandam dotem & proprietatem* huic vel illi, aut quandoque integris quibusdam familiis à Naturâ implantatam & concessam, tùm ob *singularum nonnullorum audaciam* insigni dexteritati eos tractandi junctam; Enimverò quod hæc ita se habeant, quodque huic vel illi, aut quandoque *integris familiis determinata quadam proprietas*, *certis quibusdam venenis adversa* implantata sit, Authorum, qui de venenis scripsêre, experientiâ constat: Cujus rei etiam ipse, tùm in Germania tùm Italia, multoties spectator fui, dum à quibusdam *Aranèas* avidè deglutias esse vivas, *Scorpiones* nudis esse tractatos manibus, *Serpentes Viperasque* pro libitu exagitatas, hisce meis oculis viderim. Hoc amplius memorabilem & notatu dignam historiam quondam ab *Excellentissimo illo* ac *Celeberrimo Anatomico Patavino*, *Iohanne Vesslingio* (cujus nomen nunc in benedictione est) fando percepi, quam ille ipse, uti mihi retulit, oculis suis usurpavit Alexandriæ Ægyptiorum, ubi spontè sese obtulit quidam Mahometanus, Vir insignis authoritatis, qui summoperè gloriatus est de *singulari hâc dote & gratiâ divinâ*, sibi totique suæ familiæ à Mahometa Propheta concessâ, quòd nimirùm ab omnium *venenatorum animalium*, ipsarum etiam *Aspidum*, omnium sui generis *Serpentum*, *Africanis*, illis locis familiarium maximè lethiferorum, morsibus liberi ac immunes essent, ipsorumque venena omnimodè spernerent; cujus rei admirandæ experiundi exemplum fecit, & effectu ipso ejus veritatem in gratiam Illustrissimi Legati Veneti, qui tùm præsens fuit, comprobavit & stabilivit. Actu tùm enim *Aspidem* obviam

viam illis venientem nudis manibus apprehensam, satis diu ad libitum tractavit, tandem caput ori suo immissum demordit, idemque exspuitione una cum sanguine rejecit, insigni cum admiratione Legati, omniumque adstantium. Huic proprietati singulari parùm absimilis est *audacia* & *dexteritas serpentes* tractandi, nonnullis connatitia, & quicunque hujus audaciæ est, ut *serpentes* summa cum alacritate in collo vel capite priùs arripere auiit, eosque ita tractare novit, ut in prima invasione ipsum non mordeant, is sanè postea ad lubitum cum ipsis ludere potest, (modò caveat ne nimis ipsos comprimat, aut alio quovis modo ad iram provocet,) sine ulla læsione aut periculo, licet vel nunquam *pulverem viperarum* vel *serpentum* degustaverit, quin etiam *viperas* ipsas multoties à quibusdam tali modo tractari vidi. Indidit etiam provida natura *serpentibus* metum quendam & timorem versus homines, qui illos intrepidè persequuntur: Fatentur enim omnes, quicunque huic negotio se dedêre (cujus etiam ipsus penes me experiundi exemplum habeo,) quòd serpentes ipsos, etiam nondum visos, tantoperè reformident, ac tam celeri gressu fugiant, ut vix eos cursu assequi, vel manibus ad ipsos pertingere possint. Contrarium autem evenit, si homines pavidi & meticulosi Serpentibus obviam veniant; hos enim illi intestino odio concitati, adoriuntur, ac ubi ubi possunt, damnum inferunt. Qui ipse pavor hominum sive timor, venenum istorum animalium morsu receptum multùm exaggerare, & per totum corpus dispergere ac consequenter etiam repentinam mortem inducere potest: quod ipsum venenum de sua natura alioquin tantoperè lethale non esset, planè simili modo ac in peste fieri assolet, ubi timidi in majori versantur periculo, quàm qui impavido animo gaudent. Nec planè etiam pro commento habeo historias, quòd quidam, qui inscii loco Anguillarum serpentes comederint, (prout etiam non modo sine noxa, imò cum insigni fructu in diversis morborum generibus fieri posset,) diu post, ubi hujus rei certiores facti sunt, metu perculsi examinati fuerint: Hinc nec non facilè concesserim, quod illi, qui *pulverem Viperarum* vel *Serpentum* assumpserint, & audaciam ac fiduciam validam exinde contraxerint, deinceps in similibus læsionibus tantoperè de vita non periclitentur; etenim levi pendent malum, adeoque leviter saltem (attamen cæteris paribus) ab eodem afficiuntur.

His præmissis, nos convertimus ad examinandum *salem theriacalem antiquorum*, cujus præparatio tam infantilis ac absurda est, ut nullibi veterum simplicitas dilucidiùs atque in illo appareat. Et licet in primo errore, quem in *combustione viperarum* committunt, connivendum esset, cùm forsitan eo tempore artificiosiores destillationes (quibus perfecta rerum analysis institui potest,) illis nondum innotuerint, consequenter etiam nec scire potuerint, quòd *animalia*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 500 sur 955

ſale duntaxat gaudeant volatili, & ferè nil præter *ſolam terram mortuam, omni virtute medicâ exutam*, in volentia calcinatione poſt ſe relinquant, ex qua *terra mortua*, licet exilis portio *ſalis fixi* (forſitan ex *mille viperis vix uncia una*) elici poſſet, id tamen tanti precii non eſt, quin potiùs vires alterius cujuſdam *ſalis fixi* æmuletur; atque ita tota animalium virtus & efficacia in meris volatilibus, *ſale, ſpiritu & oleo*, quæ ignis violentiâ & levi ſaltem calcinatione totaliter in auras pelluntur, conſiſtat, remanente *terrâ mortuâ*, *vel oſſibus ſalinis partibus ſpoliatis*: Hinc & teſtæ probatoriæ ſive capellæ, ſuper quas metalla fixiora purificantur, ex *oſſibus calcinatis*, utpotè quòd ſalſedinem nullam contineant, quæ huic operi refragari aut impedimento eſſe poſſit, & ex *cineribus crebris lotionibus itidem à ſalſedine ſua omnimodè liberatis*, conſtruantur. Reliqua autem plurima abſurda ſilentii ſipario nullatenus involvenda, miniméque conticenda ſunt: Poſito enim, quòd *viperæ* poſt calcinationem violentam, *ſalem* præberent *fixum*, quid autem hæ quatuor *viperæ* inter tam multa, *ſalis* nimirùm *vulgaris quadraginta libras*, & tot *ſimplicium, juxta præſcriptum modum calcinatorum cineres, vel potiùs carbones*, præſertim ſi adhuc *reliqua ſimplicia contuſa* ſuperaddantur, efficere aut præſtare valerent. Porrò tradunt, quòd aliquando etiam *ſalem armoniacum loco ſalis communis* in pari quantitate *viperis* ſuperaddiderint, re profectò, ut video, ne tantillum intellectâ: Etenim ubi *ſalem communem* addiderunt, totus ille à calcinatione remanſit, quia *ſal communis* fixus eſt; ſi verò huic *ſal armoniacum* ſubſtituêre, totus is in auras pulſus eſt, & ſic nec de *viperis*, nec de *ſuo addito ſale armoniaco* quicquam illis remanſit, niſi *oſſa mortua*, & *cineres vel potiùs carbones ex adjectis herbis*. Præterea omnium maximè mirari ſubit, quòd etiam *trochiſcos ex adjectis ſpeciebus nonnullis* confecerint, priùs quam illas combuſtioni vel calcinationi deſtinârunt, haud ſecùs, ac ſi *ſimplicia his trochiſcis* deſtinata, comburi non potuerint, niſi priùs ex ipſis contuſis, cum *melle trochiſci* efformati fuerint. His pariter nullâ ratione ſuffulti *quinque ſcillas prægrandes recentes in minuta fruſta diſſectas* junxêre, cùm tota *ſcilla* ex aquoſa & volatiliori ſubſtantia conſtet, undè exiguam terreſtreitatem poſt ſui calcinationem relinquit, prout quoque jam ante in *Animadverſionibus Trochiſcorum de Scilla* innuimus, & experientiâ demonſtravimus.

Hâc calcinatione demùm mirum in modum & perquam ineptè peractâ, non *cineres*, poſtquam ollam aperuerunt, ſed *integros carbones* ex adjectis *herbis* & *trochiſcis*, ac *oſſa ex viperis nigerrima* adepti ſunt: Verùm *carbones ſali permixtos* exhibuiſſe ægris, id equidem inſulſum planè & abſonum eſt, quippe illi ipſi ferculum fecêre nimis ingratum, quodque vel ſolo intuitu ſtomachum movere potuerit: Si ſaltem *cineres* ex *herbis* facti eſſent, potuiſſent forſan propinari ali-

aliquid, ſudorem nimirùm commovendo, effeciſſe: Quod autem reverà *carbones*, non verò *cineres ex adjectis herbis & trochiſcis, ac oſſa nigerrima ex viperis* acquiſiverint, quotidianâ experientiâ comprobari, imò à carbonariis, qui calcinatione clausâ ſuos efficiunt carbones, exemplum evidens deſumi poteſt. Namque nulla *herba* vel *planta* aut *lignum* in clauſo vaſe, calcinatione etiam violentiſſimâ & diuturnâ, in *cineres* redigitur, ut ex ipſis *ſal* elici queat, ſed remanet *carbo* ſemper *nigerrimus*, nullo modo pro *ſale* extrahendo aptus.

Cæterùm non ſolùm Quercetani hujus *ſalis theriacalis* æquè inconcinna correctio, & adjecta alia ejuſdem verè ruſtica præparatio examinanda, ſed inſuper etiam Italorum quorundam impoſtura, qui mundo *ſuo vipertino ſale* egregiè imponunt, & ingenti precio divendunt, detegenda eſt: Verùm illam, cujus abſurditas antea palàm eſt, & unà jam in præmiſſis refutata, brevitatis cauſa tranſiens, hanc verò paucis, ne multi & poſthac defraudentur, attingam. Sunt & reperiuntur hodiernâ die Pharmacopœorum nonnulli in Italia, penes quos licet Chymia aut Spagyria intimè ſepulta ſit, in ore tamen eorum continuò verſatur, & Spagyros ſe profitentes, more magis, uti putant, Spagyrico *Viperarum oſſa*, & reliqua à *confectione trochiſcorum* relicta, violento igne comburunt, & ex iiſdem calcinatis *ſalem* elicere conantur; quod ſi verò eorum conamen ex voto non ſuccedat, ut vel nihil *ſalis*, vel ipſum in tantilla quantitate acquirant, *ſalem marinum*, vel ante vel poſt calcinationem ſuperaddunt, atque ſuum ſic, *omni virtute viperinâ ſpoliatum ſalem* conficiunt. Alii autem, non tàm Pharmacopœi, quam circuitorum plurimi, qui nunc temporis mercimonia ex Italia in exteras regiones paſſim transportant, faciliori modo ſuum *ſalem viperinum* vel *theriacalem*, ſi ita appellare mavis, in quantitate conficiunt, ingenti quoque ære divendunt, & clanculùm mundum, quòd in delitiis habeat fraudes & impoſturas, ſubrident. Accipiunt autem more antiquorum, quatuor vel quinque *viperas*, parùm penſi habentes, quòd in locis paludoſis inſalubribus captæ ſint, quibus jungunt *aliquot libras ſalis marini*, invicem parumper in aqua coquunt, poſtea *viperas* ſeparant, & liquorem ſalinum iterùm in *ſalem* criſtallizant. Et hæ reverâ ſunt *ſalis viperini* vel *theriacalis*, qui nunc ubique circumfertur, artificioſæ præparationes, quibus obiter patefactis;

Progrediamur nunc ad genuinas ex *viperis* & *aliis animantibus* conficiendorum *ſalium* præparationes, relinquentes tot ac tantas diverſarum rerum commixtiones, unius ſubjecti *ſale* contenti; hâc ratione enim explorare licet, quid quantumvé in re quaque ſit reconditum.

Cavi autem inprimis in hoc opere, & à nulla re magis abhorrui, quàm ſcripta ſcribere, aliena corradere, ac non intellecta mendacia,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 502 sur 955

eaque absurdissima, affirmare, qui mos sanè hoc tempore haud insolens, sed frequentissimus est. Sic nec hanc meam, hujus *salis viperini* dextram præparationem huic libro inseruissem, nisi illa ipsa præparatio, quam clarissimus Schröderus, nec non acutissimus Severinus, Medicus Neapolitanus (à doctissimo Domino Wepffero, me annuente quidem & consentiente, ipsi communicata) habent, quæque etiam in nuperrimè edito Dispensatorio aucto Horstiano visitur, ex meis Patavii habitis collegiis, proficisceretur. Hoc fundamento suffultus, non vereor propria mea experimenta, aucta quidem & accuratiùs explicata, heîc addere. Itaque cum diligens naturæ scrutator cuncta per ignem probare, & exactè examinare debeat, non secùs ego examini rectæ rationis & judicii ac Vulcano ipsi, ceu Artium Magistro *animalia* subjeci, ut viderem, ex quibus illa constarent, quæque singularia in iis laterent recondita. Hinc non sine magno labore reperi, quod *animalia* (non loquor autem in præsens de eorum excrementes urinis & stercoribus) pro maxima sui parte ex *aqua elementari*, (quæ in prima exsiccatione, si in cucurbita suo capitello operta & recipiente affixo illa fiat, prodit,) *sale volatili*, *aquâ spirituosâ fœtidâ nonnihil amarâ*, (si à suo *volatili sale* liberata sit,) *oleo crasso*, *nigro*, *fœtidissimo*, & *terrâ damnatâ* sive *mortuâ*, nullum propemodum, vel exiguum saltem, quàm violentissimo etiam igne cremetur, *salem fixum* suppeditante. Hâc Theoriâ cognitâ accipe, si ex *animalium carnibus*, *ossibus*, *sanguine*, &c. *salem* conficere lubido sit, quodcunque horum volueris exsiccatum, illudque cucurbitæ suo capitello munitæ, vel, (quod meliùs,) retortæ vitreæ immissum, recipiente similiter amplo præposito, destilla aperto igne, servatis ignis gradibus, donec ultimò extrema flammarum violentiâ totum, quod inest, expulsum sit. Peractâ destillatione, *sal volatile* non solùm in *prolecto liquore* dissolutum existit, sed undique etiam lateribus recipientis, variè figuratum adhærebit, quòd cum dicto in fundo recipientis residente liquore eluendum, & ab *oleo fœtidissimo*, vel per tritorium, vel per chartam emporeticam artificiosè separandum est; postmodum ab adhærente *aquositate amarâ* & *fœtidâ*, per sublimationem in phiala oblonga satis alta, in sabulum vel cinereres collocanda, apposito etiam capitello rostrato, cui vitrum recipiens parvum saltem adjunctum vel annexum sit, igne lento, (ne humiditas unà cum *sale* ascendat,) liberandum est: Sublimatione jam peractâ, eximatur *sal* ex superna phialæ parte, & capitello, quod ipsum albissimum erit & acutissimum, penetrantissimique odoris, ac summæ volatilitatis, adeoque nisi optimè in vitro cerâ probè obturato custodiatur, in auras brevi avolat. Hoc modo præparata *salia* (præsertim ex *viperis*,) summas vires habent penetrandi, putredinem arcendi, obstructiones viscerum reserandi, hinc & egregiè conferunt, in omnibus

bus *febribus, epilepsiâ & apoplexiâ, morbis nec non malignis & contagiosis, imò in peste ipsa*, à qua vel solo odore præservant. Possunt autem in quocunque liquore, modo ille non sit acidus, propinari, *Omnia enim acida naturam salium volatilium* immutant; hinc adeò fit, ut eadem postea diversas nonnihil edant operationes. Sed cùm ob odorem & saporem ingratum, ea delicatulis nonnihil adversentur, tale vehiculum eligere necessum est, quod *salis* saporem acutissimum demulcere, non tamen ejus virtutes infringere possit: Commodissimè igitur propinatur in *emulsione aliqua, ex seminibus nonnullis unctuosis vel oleaginosis, aut Amygdalis ipsis vel Pineis*; idcircò habito respectu ad morbum, possunt *semina* huic vel illi morbo appropriata eligi, & exinde *emulsio* confici, utpotè ad *epilepsiam ex semine Paoniæ, Nucleis ceraforum & persicorum*: ad *febres malignas morbosque contagiosos, è semine Aquilegiæ & Raparum, Carduibened. &c.* adjectâ etiam particulâ *semin. frigid. major.* vel *Amygdal. dulcium*, & sic consequenter in aliis affectibus, quibus tum etiam *liquores* vel *aquæ appropriatæ*, pro *emulsione* conficienda, addi debent.

Postquam breviter quidem, dexterrimum tamen *salium volatilium* præparandi modum exhibuimus, libet nunc ulteriùs disquirere, anne aliquo artificio sine additione hæterogeneorum, viriumque ipsorum jacturâ, eorundem odor graveolens auferri, vel saltem diminui, nec non nimia volatilitas aliquantum infringi aut domari possit: Quo in labore non parum nec paucis meis expensis occupatus fui, ast laterem lavi. Etenim summâ cum industria totus in hoc fui, ut illa satis diu, imò per sex septemvè integros menses in Athanore competenti calore cinerum, inque phiala altissima hermeticè sigillata figerem, verùm in vanum laboravi: Nec destiti, quin ipsis *salem proprium fixum* ex ingenti quantitate *viperarum destillatarum & calcinatarum* extractum addiderim, atque ita ipsa figere intenderim, sed æquè, ut ante, fine exoptato frustratus sum. Quo viso, ulteriùs ad alia transii, & cum hinc inde ab Authoribus *calcem vivam* tantoperè ad fixationem *salium volatilium* deprædicatam scirem, & quòd *sal armoniacum* figeret (quæ tamen fixatio fucata est, uti expertus sum) frequenter legerim, cum eâdem etiam experimenta feci, ipsâ *salibus volatilibus* diversimodè, sed secundum artem additâ, ast ne granum quidem illorum, ex prædicta *calce* iterùm extrahere potui. Et cùm hâc non successerit, denuò rem aliâ viâ aggressus sum, & ex ipsa *calce viva sal* extrahere conatus fui, utpotè de quo Chymici multum falsò tamen gloriantur, sed irrito conatu, quin loco *salis*, quem unicè in votis habebam, exiguam particulam *terræ calcineæ* vel *gypseæ*, ex satis magna quantitate *calcis vivæ* extractæ acquisivi: Non tamen destiti ulteriùs inquirere, eò quòd viderem *aquam calcis vivæ* potentem esse (licet destructiva ejus aciditas promptè & per se annihiletur, & in auras abeat,) quin etiam huic *aquæ*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 504 sur 955

recenti ſalia volatilia jungerem, moxque vidi effectum, nimirùm *ſalium dictorum* totalem deſtructionem, & eorum in *calcem*, vel *pulverem inſipidum* indiſſolubilem, omni odore & ſapore privatum, ignisque violentiam in poſterum ſtrenuè ſuſtinentum converſionem. Hinc addidici & animadverti, quàm frivolè & perperam Chymicorum quidam, *olea deſtillata*, *empyreuma ſpirantia cum calce viva* commiſceant, & ſuper illa rectificent ad ablationem ingrati fœtoris; Etenim dum hi ipſi empyreuma, (quod utplurimùm à *ſale volatili* eſt) hoc modo abigere ſtudent, ſimul etiam virtutes ejus, quæ à *ſale volatili* proficiſcuntur, deſtruunt, unde conſequenter *olea illa* ad uſum Medicum inutilia & inepta redduntur. Plura de *calce viva*, & quid illa ad uſus cùm internos tùm externos poſſit, addere, in præſens non fert inſtituti mei ratio. Quocircà progreſſum facio ad ulteriorem *ſalium volatilium* præparationem, & qualemcunque eorundem fixationem, quam demùm poſt tàm varios vanosque ac irritos meos labores adinveni, & ſequentem modum præ cæteris amplexus ſum. Nimirùm accepi *viperarum ſal volatile*, illudque immiſi phialæ capaci oblongæ, cui capitellum, quòd in parte ſuperna foraminulum, per quod calamum infigere poſſem, habebat, ſuperimpoſui, recipientem præmiſi, & circumlitis undique juncturis, per dictum calamum vel canalem anſerinum, capitello inſertum, guttatim & per vices *ſpiritum ſalis communis rectificatum* inſtillavi; ceſſante ſtrepitu plus infudi *ſpiritûs*, hocque paulatim & tamdiu continuavi, donec nullam contrarietatem ampliùs animadverti, ac omne *ſal* in fundo phialæ penitùs reſolutum apparint, (liquoris nil quicquam aſcendit, niſi quis confeſtim *ſpiritum* affundere vellet, nihilominùs tàm ſtudiosè huic labori intentus fui, ut certus eſſem, an quicquam vel de *ſale*, vel de *ſpiritu* periret, quod tamen nulla modo cernere potui,) *liquorem hunc* vel *ſalem reſolutum*, ſuo jam odore penetrante ex parte privatum, per filtrum transmiſi, & in cucurbita vitrea, inque M. B. ad dimidias ferè (ſi cryſtallos expetivi) vel ad ſiccitatem *ſalis* uſque abſtraxi: *Aqua abſtracta* inſipida eſt, empyreuma aliquantùm redolens, quæ cui ſingulari uſui inſerviat, experientiâ mihi non conſtat; licet Baſilius Valentinus ſimiles dulcificatos, & à ſuo corroſivo liberatos ſpiritus laudibus ſummis extollat: *Sal* autem in fundo cucubitæ relictum, boni eſt odoris, ſubacidi & ſalini ſaporis, ejuſdem ponderis, ſi totaliter exſiccatum eſt, ac antea erat *ſal volatile*, nec quicquam in pondere ex additione illa *ſpiritus ſalis* accrevit, quippè cujus pondus in abſtracta *aqua* integrum reperi. Atque hæc vera eſt & genuina *ſalis mei viperini* præparatio, & aliqualis etiam fixatio; abſolutè enim fixum dici nequit, cùm adhuc volatile ſit, & paululùm violentioribus flammis traditum, Mercurii inſtar in fumum reſolutum æthera petat. Nec velim tibi, quiſquis es, perſuadeas, *ſalis hujus* extrahendi, vel fixandi;

di, aliam esse viam, licet plurimi de secretioribus modis multùm glorientur, at fucus & impostura impediunt, quò minùs istos ulli ingenuè communicare & publici juris facere audeant, ne fraus & dolus ipsorum manifestetur. Si tamen quis esset, qui majorem in hisce laboribus haberet experientiam, ipsi ansam præbeo, ut boni publici causâ illa, quæ hac in re expertus est, secum commori non patiatur, quin cum suo proximo faciat dividua.

Vires & usus ejus sunt, ad extremas usque corporis partes indeperditis viribus penetrare, sanguinem depurare, excrementa tenaciter infixa, & veluti assimilata, podagrica præsertim, egregiè resolvere, urinas & cum iis calculosam materiam pellere, melancholicis affectibus, putredinique summoperè resistere, diuturnas viscerum obstructiones insigniter reserare, atque exindè orta ac inveterata varia febrium, aliorumque morborum genera à Genio domestico sequestrare, propellere. Dosis ipsius est à ℈ ß, ad ℈ j, plus minus vé, prout necessitas postulat, & morbi ac ægrotantis conditio permittit.

Quibus absolutis, nunc operæ precium est, ut reliquas in resolutione animalium partes, obiter etiam examinemus: Sint autem pro exemplo *viperæ*, circa quarum considerationem statim quæstio est, an *aqua primùm ab iisdem destillatione abstracta*, (quam *elementarem* voco) ullius usui sit? quam certè omnimodo spernere, aut planè inutilem judicare non possum; nam experientiâ edoctus sum, eam particulam saltem, licet exiguam, *subtilissimi salis volatilis* continere, *spiritum nec non vivificum*, si *recenter mactatæ*, & *vivæ Viperæ* destillationi fuerint commissæ: Igitur, hæc ipsa *aqua viperina*, loco alterius cujusdam *aquæ*, pro diluendo *pulvere viperino*, vel *sale ejusdem* dissolvendo, in diversis morborum generibus usurpari, nec non in *præparatione theriacæ*, pro dissolutione *succorum concretorum* adhiberi potest. *Oculorum affectibus, inflammationibus præcipuè suo sale parumper acuata, & hebitudini visùs, egregiè prodest. Oleum crassum & fœtidum* posset forsitan rectificatum super cineres, diversis usibus externis inservire, *nervorum scilicet contracturis, tumoribus duris, cancrosis, &c.* prohibet autem fœtor ejus, quò minùs frequenti exhibitione virtutes ejus explorentur, *Sal fixum*, quod exiguum est, parùm à reliquorum *salium fixorum* natura discrepat, idcircò exigui momenti est. *Spiritus fœtidus*, & is ipse rectificatus, quibusdam affectibus accommodari posset, præsertim *malignis & duris etiam externis tumoribus resolvendis.*

Tandem ne in *salibus theriacalibus compositis & veris, virtute viperinâ & alexipharmacâ egregiè & potenter imbutis* hæream, en Lector benevole, sequentes tibi communico & commendo formulas elegantes, rationi conformes, & experientiâ comprobatas!

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 506 sur 955

SAL THERIACALE COMPOSITUM EX VIPERIS.

℞. *Salis essentialis Scordii,*
Angelicæ,
Levistici ana ℥ *ij, vel* ℥ *iij,*
fixi Scordii,
Angelicæ,
Centaurii ana ℥ *ix,*

Dissolvantur in *aquæ simplicis satis largâ quantitate*; Quibus solutis, addantur *viperarum recenter mactatarum & mundatarum numero xv, vel xx*; una cum *cordibus* & *hepatibus vivis*, coquantur horam unam vel alteram, donec *viperæ* molleſcant, & frustulatim concidant, quæ postmodum à *liquore* & *salibus* per colaturam separentur. *Liquor* autem *salinus* optimè clarificatus, in *salem theriacalem laudabilem* inspissetur, coaguleturque, cui si lubido fuerit, nonnulla *oleo destillata*, videlicet *Angelicæ*, *Rutæ*, *&c.* jungi possiunt.

SAL THERIACALE ALIUD.

QUòd si verò *salia essentialia* in quantitate non prostarent, paretur *sal ejusmodi theriacale* ex solis *salibus fixis*; utpote

℞. *Salis Absinthii,*
Scordii,
Centaurii,
Cardui benedicti ana ℥ *ix.*

Quibus in *aqua* solutis immergantur *quindecim circiter viperæ mundatæ*, ut suprà; coquantur, separentur, & *liquor salinus* inspissetur vel crystallizetur. *Dosis hujus & superioris* ℈ *j, ad* ʒ ß, *&* ʒ *j, in morbis malignis epidemiis & contagiosis.*

MODUS ALIUS SALIS THERIACALIS EX VIPERIS.

℞. *Herb. Scordii recent.*
Centaurii recent. ana ℔ ß,
Rad. Angelicæ,
Zedoariæ ana ℥ *iij.*

Fiat decoctum in *aqua simplici* ad ℔ *vj*, vel ℔ *viij*, cui optimè clarificato junge, ac in eo dissolve

Salis Centaurii,

Scor-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 507 sur 955

Scordii,
Cardui benedict. ana ℥ *x,*
addendo
Viperarum recenter mactatarum & optimè mundatarum, numero xv.

Coquantur donec *viperæ* mollescant, tùm fiat colatura; *Colatum decoctum salinum & viperinum* optimè iterum clarificetur, & in *sal* coaguletur: Quod ipsum si aliquo colore imbuere velis, addas *decocto* vel *Crocum,* vel *Santalum rubrum.*

Hoc *sal* equidem nonnihil amarum est, priori tamen nullâ ratione cedit, quin idem etiam superat, summæque in *morbis malignis & pestilentialibus* activitatis existit. In *dosi* cum superiori convenit.

SAL THERIACALE SIMPLEX,
Seu SAL COMMUNE,

Virtutibus Viperarum Alexipharmacis & Confortantibus imprægnatum, ad usum familiarem pro cibis.

℞. *Salis puri & albissimi, sive gemmæ, sive marini* ℔ *ij,*
Dissolvatur cum
Aquæ simplicis ℔ *x,*
cui adjiciantur
Viperarum recenter mactatarum & mundatarum, cum suis cordibus & hepatibus vivis, numero xv, vel xx.

Coquantur aliquandiu, donec *viperæ* frustulatim concidant; quæ separandæ per colaturam, *decoctum* clarificandum, filtrandum, & ad siccitatem *salis* inspissandum vel crystallizandum; cui *sali* demum pro libitu adde

Ol. stillat. Cinamomi,
Caryophyll.
Macis ana ℥ *j,* ß,
& si arridet etiam
Ambræ gryseæ q. s. ex gr. ℥ *j.*

Fiatque ex invicem mixtis, *sal confortativum alexipharmacum ac præservativum, nec non gustui gratissimum.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 508 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS XV.

Continens

AQUARUM COMPOSITARUM ET SIMPLICIUM, VINORUM, Item & ACETORUM Compositiones & parandi modos.

DE aquis stillatitiis *tractaturo mihi nunc inter initia incumberet, de modis multifariis destillandi rerumque destillandarum naturis, & similibus aliis plura disserere; verùm cum alii Viri Clarissimi & Doctissimi, utpotè* Sennertus, Schröderus & Quercetanus, *de iis ubertim egerint, ideòque brevitatis causâ, amicum Lectorem eò ablego: Nam. diversa destillationum genera* hæc classis *non complectitur, sed ad unum ferè modum omnes, quotquot sunt* hujus classis destillationes, *peragi præcipiuntur. Propterea absque multis verborum ambagibus singulas* hujus classis compositiones *ordine examini subjiciam, & quomodo quævis ipsarum ingredientia tractanda, quæque ex ipsis destillationi aptæ quæque ineptæ sint, eâ, quâ potest fieri, brevitate aperiam, universaliora nihilominùs in* animadversionibus super aquas simplices *ostensurus.*

AQUA ACOVISTICA, Sive AD AUDITUM D. D. MINDERERI.

℞. Herbarum Roriſmarini,
Majoranæ,
Salviæ hortenſis,
Lavendulæ,
Rutæ,
Origani,
Polii montani,
Florum Sambuci ana pugillum unum,
Spicæ Romanæ pugillum ſem.

Bacca-

Baccarum Lauri,
Juniperi ana drachm. duas,
Rad. Ireos Illyricæ,
Cyperi rotundi,
Valerianæ,
Leviſtici,
Cyclaminis ana drachm. ſemis,
Pyrethri drachm. unam,
Bryoniæ,
Cucumeris Aſinini,
Colocynthidis ana ſcrupulos duos,
Seminis Fœniculi,
Caſtorei ana drachm. unam ſemis.
Decoque in unciis octo urinæ Capræ,
Aceti Scillitici,
Rutacei ana unciis duabus.

Vaſe duplici clauſo ad medias, reſiduum coletur, deinde repetatur medietas jam dictorum ſimplicium; his decoctum hoc denuo affundatur, iterum recentibus addendo,

Succi Raphani,
Ceparum ana unciam unam ſemis,
Galbani in uncia una ſemis aquæ vitæ Langii diſſoluti drach. duas,
Emulſionis nucleorum Perſicorum (additâ
Seminis Raphani,
Rutæ ana unciâ ſemis)
Cum ſpiritu Juniperi præparatæ uncias duas.

Deſtilla lento igne in Balneo, deſtillatum commiſceatur cum ſpiritûs Roſarum drachma una.

Servetur uſui.

AD varios auditûs læſiones, ſurditatem, obauditionem, tinnitum, ſibilum, pulſationem ac ſtrepitum in auribus, ab humore vel vapore, vel flatu provenientem conducit.

ANIMADVERSIONES.

QUantoperè Author denominatus in *compoſitione hujus aquæ Acoviſticæ*, non ſecùs atque in ſuis *pilulis Marocoſtinis*, aliisque compoſitis plurimis ſe proſtituerit, dici vix poteſt: Trahantur huc *animadverſiones* quorundam *Syruporum*, *Cinamomi*, & aliorum, inprimis quoad coctionem *rerum aromaticarum & odoriferarum* in vaſe clauſo ineptiſſimè inſtituendam. Et ſanè interprete vel divinatore potiùs hîc opus haberem, qui ridiculam hujus *aquæ* juxta modum præſcriptum decoquendæ ſive perfectè elaborandæ rationem

nem mihi explicaret. Etenim nullum rationem video, cur tanta congeries *rerum aromaticarum* & *odoriferarum* prius decoqui debeat ad dimidias, scilicet ut universa earum spirituosa & subtilis substantia, quæ maximè ad hosce affectus expetitur, exhalet? & cur in vase clauso, si nihilominùs decocti medietas in auras pellenda est? Taceo quod in vase penitus clauso coquendo, quod impossibile, ad medietatem evaporare nequeat. Sed quis absurda cuncta hujus *compositionis* enarrare poterit? potiora enim ingredientia tali modo, vel in destillatione parùm aut nihil de virtutibus suis fundunt, vel ipsorum virtutes jam tùm in prægressa coctione maximam partem depulsæ sunt. Suasor itaque sum, ut qui ex hac *compositione prolixa* & *intricatissima* liquorem affectibus assignatis accommodatum desideret, ille duntaxat ex cunctis ingredientibus infusionem faciat, quam ipsam ut aliquatenùs durabilem efficiat, recipiat *urinam Capræ (vel Puerorum) parumper fermentatam & destillatam*, *Galbanum* dissolvat in *spiritu Iuniperi*, *sem. Raphani*, *Rutæ*, *nucleos Persicorum* contundat cum *succis Raphani* & *Ceparum*, nec non *aquâ vitæ Langii*; Fiatque sic omnium simul unitorum digestio per aliquot dies, postea colatura, expressio & filtratio.

AQUA ANTIDOTALIS ALEXIPHARMACA D. D. PETRI ANDREÆ MATTHIOLI.

℞. Antidoti Matthioli,
Syrupi de corticibus Citri ana libram semis,
Spiritûs vini quàm optimè rectificati libras duas semis,

Omnia vasi vitreo capaci indita ore vasis diligenter obturato simul agitentur donec dissolvantur, idque per mensem singulis hebdomadibus, bis agitationem reiterando, fiat. Tum verò Electuarium in vasis fundo residere permittatur, ut aqua supernatans, aureoque colore tincta clarescat, quæ paulatim in aliud vitrum effundatur, & à turbida fæce segregetur; vas verò accuratissimè clausum, ne quid expiret, custodiatur.

MAgnarum hæc aqua virium à drachmis tribus ad quatuor cum pari vini odoriferi aut aceti, vel aquæ cujusvis cordialis quantitate ictis vel demorsis à quocunque venenato animali, etiam desperatis propinata salutem restituit, vomitione plerumque infectorum humorum copiam exhauriens, ac momento vi sua in omnes corporis venas permeans; pollet etiam multis viribus in depulsione affectuum cordis, cerebri, ventriculi, capitis ac uteri à frigiditate ortum ducentium.

ANIM-

ANIMADVERSIONES.

SI ipſa *Matthioli Antidotus*, ceu ex qua *aqua hæc Alexipharmaca* paranda eſt, tantis, quantæ ipſi attribuuntur, polleret virtutibus, tunc ſanè *hæc eſſentia* non exiguis prædita eſſet viribus, præſertim ſi virtutes totaliter ex dicta *Antidoto* extraherentur, quod ipſum quidem juxta modum præſcriptum fieri nequit: Etenim *Syrupus de corticibus Citri*, & *mel* (quod potiorem *Antidoti* partem conſtituit,) *ſpiritum vini* ſtatim imprægnant & inefficacem reddunt, quò minus *ex reliquis ſpeciebus Antidotum ingredientibus* virtutem elicere poſſit. Quocircà ſi quis ex ſimilibus *Electuariis* vel *Antidotis* eſſentiam parare intendit, is illas beneficio competentis menſtrui ex *earundem ſpecibus*, priuſquam *mel* ipſis adjungatur, eliciat vel evocet, & ultimò demùm ſi libuerit, *mel* aut *Saccharum* duxtaxat pro edulcoratione *eſſentiæ* addat. Similium *eſſentiarum* formulam, quæ longè *aquas deſtillatas* ad unum omnes antevertit, reperies in *animadverſionibus ſuper extractum Diapæonias Mindereri.*

AQUA ANTIMELANCHOLICA

D. D. Tobiæ Fischeri.

℞. Radicum Bugloſſi utriuſque ana unciam unam,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Anthos ana unciam unam ſemis,
Croci Orientalis integri drachmam unam,
Carnis ſeu pulpæ Cydoniorum,
Pomorum dulcium odoratorum ana uncias duas,
Citri cum corticibus contuſi unciam unam ſemis,
Conciſa miſce, & affunde
Vini albi optimi libras duas ſemis.

Macerentur horis viginti quatuor, pòſt deſtillentur in balneo, deſtillatum reſtituatur capiti mortuo trito, digeratur & deſtillentur denuò.

AD varias multiplicis melancholiæ ſpecies proficua eſt, mentis torporem & ſtuporem tollit, timores & mœrores animi profligat, imaginationis hallucinantis nebulas diſpellit, lætitiæ lumine cor & cerebrum irradiat.

ANIMADVERSIONES.

QUiſquis æquâ rationis lance *compoſitionem hunc* expendet, non poterit, quin ſpontè fateatur, potiorem ejus ingredientium partem deſtillationi, juxta præſcriptam normam inſtituendæ, omninò

ninò ineptam esse. Namque ex *radicibus Bugloſſi*, ex *carne ſeu pulpa Cydoniorum*, ex *pomis*, item ex *Citrus integris* (ſi *cortices* excepperis) nil niſi *aqua quædam elementaris* in deſtillatione prodit; de *ſubſtantia verò eorundem optima* nil quicquam, quod aſſervari operæ precium eſſet, per Alembicum aſcendit vel tranſit, ſed in fundo cucurbitæ remanet in conſiſtentia *extracti*, quod ipſum uſui medico potius inſerviret, nullo modo autem *ſpiritus vini* ab *iſdem ſpeciebus* abſtractus, licet *Crocus aquæ ſpirituoſæ prolectæ* exiguum impertierit odorem. Atque hinc facile colligere eſt, quàm potentem, quantiſvè viribus præditam *aquam* ex hac compoſitione impetrare quis poterit. Quod enim ex *floribus Anthos*, ac minimâ illâ particulâ *corticum Citri* & *vino* non acquiſiverit, ex reliquis certè non impetrabit, licet quis decies in M. B. cohobationem inſtituerit. Igitur longè conſultius foret, ut qui ad *melancholiam* proclivis eſt, ex *fructibus illis* deſtillationi ineptis, *pomis* ſcilicet *dulcibus*, *Cydoniis*, *malis Citri* & *Croco*, ſingulis diebus ferculum ſibi confici curaret, & *vinum* biberet, in quo *radices Bugloſſi utriuſque*, *flores item Borraginis*, *Bugloſſi* & *Anthos* ſteterint infuſi.

AQUA ANTISCORBUTICA

D. D. TOBIÆ DORNCREILII.

℞. Rad. Raphani ſylveſtris acerrimi libras quatuor,
Polypodii quercini mundi,
Cortices radicum Capparum ana unciam ſemis,
Sem. Fœniculi unciam unam,
Cardamomi uncias duas,
Croci Orientalis drachmam unam.

Radices Raphani incidantur in orbiculos tenuiſſimos, reliqua verò pulveriſentur ſubtiliſſimè, & ſimul infundantur in vini albi optimi libris ſedecim, & ſtent in infuſione in loco calido per octiduum, vaſe quotidiè ſemel atque iterum exagitato, deinde adde

Aquæ Cochleariæ,
Beccabungæ,
Naſturtii aquatici ana libram unam ſemis,
Chæmædryos veræ,
Fumariæ compoſitæ ana libram unam,
Seri lactis caprini libram unam ſemis.

Miſce, & deſtillentur in Balneo Mariæ igne lentiſſimo.

VAlet propriè ad affectum Scorbuticum maritimis & Aquiloniis regionibus propter parentum propagationem, ob victus rationem, & propter contagium Endemium. Liberat enim obſtructiones lienis, emollit, & attenuat humorem feculentum melancholicum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 513 sur 955

cholicum, cumque per meatus convenientes ſenſim evacuat, & lienem roborat.

ANIMADVERSIONES.

QUamvis ex aliquibus hujus *aquæ ingredientibus*, utpotè *radicibus Polypodii, corticum rad. Capparorum & Croco*, parùm in deſtillatione elicietur, nihilominùs tamen cùm *Antiſcorbutica* (quæ *ſpiritu* gaudent *volatili ſalino*,) in hac compoſitione prædominentur, poterit illa modo præſcripto deſtillari, & ſi lubido fuerit, ex præfatis rebus vel ſigillatim, vel ex *reſiduis à deſtillatione ſpeciebus* conjunctim *extractum* confici, & prolectæ *aquæ* commiſceri.

AQUA ARTHRITICA.

℞. Flor. Chamomillæ,
Fol. Pulegii,
Lavendulæ,
Majoranæ ana unciam unam,
Anthos uncias tres,
Salviæ;
Chamæpityos ana uncias duas,
Myrrhæ mundæ & optimæ uncias duas,
Caryophyllorum,
Cinamomi ana drachmas duas,
Rad. Pæoniæ unciam ſemis,
Pyrethri,
Cyperi rotundi,
Iridis Illyricæ ana drachmam unam ſemis,
Cardamomi minoris,
Cubebarum ana drachmam unam,
Nucis Moſchatæ unciam ſemis.

Infundantur in libris quatuor ſpiritus vini rectificati, ſtentque in infuſione vaſe probè clauſo ne quid expiret, per dies quatuordecim. Poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ, & liquor extillatus reſervetur ad uſum.

TRemulis, paralyticis ac pareſin è colica perpeſſis auxilio eſt; frigidis articulorum morbis opitulatur, nervos roborat, & juncturis virium jacturam reſarcit.

ANIMADVERSIONES.

UNica hæc *compoſitio* præ cæteris *aquarum deſtillatarum compoſitionibus* omnibus apprimè mihi arridet, eò quod ex meris balſamicis rebus conflata ſit: Quæ ipſe tùm etiam juxta modum præ-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 514 sur 955

præscriptum satis commodè parari poterit. Interea tamen non inconsultum fore putarem, si, postquam *aqua* ex deputatis speciebus destillata est, in eâdem scilicet *prolecta aqua radices Paoniæ* & *Pyrethri* denuò infunderentur, (quippe *radicum illarum essentia* in destillatione assignata, non adeò facilè per Alembicum transit) quæ demùm post unius alteriusvè diei digestionem ab iisdem *radicibus* per filtrationem liberata, studiosè asservanda est.

AQUA ASTHMATICA.

℞. Rad. Enulæ campanæ uncias duas,
Irèos Florentinæ unciam unam semis,
Glycyrrhizæ,
Fœniculi,
Farfaræ ana unciam unam,
Althææ,
Consolidæ majoris ana drachm. sex,
Scillæ præparatæ,
Aristol. rotundæ veræ ana drachmas duas,
Herbar. Nepetæ,
Prassii,
Hyssopi,
Capillorum Veneris,
Pulmonariæ utriusque,
Salviæ hortensis ana manipul. unum,
Sem. Nigellæ,
Erucæ,
Nasturtii ana drachmas duas,
Urticæ Romanæ unciam semis,
Anisi,
Fœniculi ana drachmas sex,
Baccarum Lauri,
Juniperi ana unciam unam,
Spicæ Indicæ,
Cinamomi acuti ana unciam semis,
Costi Arabici,
Cardamomi ana drachmas duas,
Croci scrupulos duos,
Jujubarum,
Sebesten ana unciam unam,
Dactylorum pinguium,
Caricarum pinguium ana numero octo.

Incisis & contusis omnibus, fiat infusio in vini albi optimi libris sex,

Vini

Vini Malvatici libris quatuor,
Sublimati libris duabus,
Aqu. ſtillat. Centaurii minoris,
Scabioſæ,
Taraxaci,
Tuſſilaginis,
Plantaginis,
Veronicæ,
Cardui Benedicti,
Hederæ terreſtris ana librâ ſemis,
per dies ſeptem; poſtea in liquore diſſolvantur
Lohoch ſani & experti,
de pulmone Vulpis,
de Pino,
ad Aſthma ana unciæ duæ.
Deſtillentur omnia ſecundum artem in balneo mariæ, ſervetur uſui.

PRæpeditam ſpirandi facilitatem à craſſis & viſcoſis humoribus, meatus pulmonarios, & thoracis regionem obſidentibus introductam, tollit, pectoriq́ue ſpiritum liberiorem conciliat. Quapropter eam omnibus anheloſis, ſenibus, aliisque thoracis affectibus à frigidorum humorum impluvio laborantibus, ex amica communicatione Viri Clariſſimi D. D. Antonii Boxbarteri Auguſtani, Collegæ noſtri honorandi nunc Phyſici Reipublicæ Vlmenſis ordinarii, ſingulariter commendatam eſſe voluimus.

ANIMADVERSIONES.

HAud adeò concinna eſt *hujus aquæ compoſitio*, non ſolùm propter *fructuum pectoralium* (de reliquis incongruis etiam taceo) utpotè *Caricarum Sebeſten, Iujubarum, Dactylorum, &c.* ceu deſtillationibus conſimilibus penitus ineptorum, ſed etiam ob diverſorum *Lohoch compoſitorum* additionem. Meminiſſe conducet mei jam aliquoties inculcati, quod ingens ſit diverſitas *vegetabilium*, quæq́ue proindè diverſimodè tractari velint. Quædam enim *ſulphureæ ſunt naturæ*, horumq́ue virtus & efficacia levi coctură & calore impulſa avolat. Quædam *terreſtriora*, alia *medio modo ſe habentia*; nonnulla, *integris viribus & virtutibus prædita*, poſt violentiam etiam & diuturnam coctură (modò non comburantur,) in reſiduo extant vel reſtant, utpotè *fructus plurimi, ſaccharum, mel, &c.* ex quibus ſimplici hâc deſtillatione per M. B. nil quicquam virtutis elici poteſt, licet per integram ſeptimanam deſtillatio continuetur. Scitu proindè neceſſarium, & in *deſtillationibus vegetabilium* in univerſum obſervandum eſt, quod quò ſubmiſſiori ignis gradu fiat deſtillatio, præſertim in M. B. eò magis ſubtiles

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 516 sur 955

ſolummodò ipſorum partes eliciantur, atque *hæc deſtillatio Solis fermentatis, nec non ſummè volatilibus, & admodum ſpirituoſis vegetabilibus, ac ſpiritui vini, &c.* competit. Quò intenſiores autem caloris gradu (utpotè in arena vel cineribus) aut luculentiori flammâ, vel per veſicam cupream, ſtanno quidem obductam pellantur, eò plus etiam *de virtutibus ſuis materialibus* (ut ita loquar) ſummè tamen neceſſariis & proficuis, in deſtillatione per Alembicum transmittunt. Cum aliquibus autem *vegetabilibus*, utpotè *fructibus complurimis, Pyris, Pomis, Cydoniis, Dactylis, Ficubus, Amygdalis, Pyneis*, &c. *radicibus* etiam non paucis, nimirùm *Conſolidæ, Glycyrrhizæ, Cichorei, Bugloſſi, Althææ*, &c. *lignis itidem & plantis plurimis eſculentis*, ità comparatum eſt, ut ſive lento ſive fortiori igne, per balneum vel arenam, affuſo inſuper liquore deſtillentur, nil prorsùs genuinæ virtutis, ſed *humiditatem duntaxat elementarem* præbeant. Hinc etiam magis proficuum cenſeo, ut vel ipſorum *decocta*, vel *ſucci expreſſi*, aut varia ex iiſdem parata *juſcula* vel *edulia* ægrotantibus offerantur, nec ità præpoſterè ſimilibus deſtillationibus committantur: Licet enim enumerata cuncta, vel ad extremam ſiccitatem uſque in M.B. abſtrahantur, nihilominùs eorum virtus concreta ac compacta, integrè in illis ſuperſtes manet, adeò ut omninò opus ſit, ſi ex ipſis per deſtillationem virtutes eſſentiales extorquere velimus, non per balneum, nec arenam, neque per veſicam affuſo liquore, ſed aliâ violentiori viâ eorundem deſtillationem moliri, & quidem in modum ſequentem;

℞. *Vegetabile ſimile, quodcunque libuerit*, ex. gr. *fructum, lignum, plantam, radicem*, &c. ſive aridum ſit, ſive recens, quo imple retortam vitream loricatam, cui fornaci convenienter impoſitæ, recipientem adapta, junctursque optimè clauſis vel lutatis, lento primùm igne deſtillationem incipe, quouſque (ſi *recens vegetabile* immiſſum) *tota humiditas ejus elementaris* prolecta ſit; Si verò *ſiccum* fuerit, paulò urgentiori igne pelle ad potiorem *humiditatis radicalis* prolectionem, hinc auge ignem gradatim, & prodibit *liquor acidus empyreuma redolens, cum oleo primum flaveſcente*, tandemque ſi extremo ignis gradu urgeas, *nigricante*, ſubſequente omnium ultimò *nebuloſo fumo, ceu extrema radicalis humiditatis particulâ*: Quibus omnibus ſ. a. evocatis, remanent in reſiduo *carbones*, non *cinis*, quos ipſos ſi in *cineres* redigere animus erit, in aprico eos calcinare neceſſum eſt, aliàs enim nunquam in *cineres* abeunt, ex quibus *ſal* elici poſſit. Hoc modo inſtituta deſtillatio (ſi *recens* fuerit *vegetabile*) quatuor diverſa ſuppeditat, nimirum *primam humiditatem* vel *aquam elementarem*, exigui momenti, *ſpiritum acidum, fœtidum, empyreuma redolentem, oleum ſimiliter fœtidum rubrum, vel ex atro rubeſcens*, & in reſiduo remanens *ſal fixum*, quæ ſingula poſtmodum ab invicem ſeparanda ſunt; *Oleum* quidem à

ſpirita

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 517 sur 955

ſpiritu per tritorium vel chartam emporeticam ; *Spiritus* verò à ſuis fæcibus craſſioribus per rectificationem ; Deinde *oleum prædictum* ſeparatim per *cineres proprios* rectificandum ; Ex *cineribus* poſtea cum *aqua ſimplici ſal fixum* elixiviandum eſt, quod denique *ſpiritui* commiſcendum. Hæc tria, *ſpiritus* nempè cum ſuo *ſale*, & *oleum*, ex quocunque etiam *vegetabili* prolecta ſint, eximiis ſuis gaudent virtutibus, licet empyreuma redoleant : Et jure meritò plura *vegetabilia*, quorum vires per ſimplicem deſtillationem cum affuſo liquore elici non poſſunt, tali modo deſtillanda eſſent, ſi quid in medicina præſtare deberent, ſecus enim fruſtra labor inſtituetur.

Atque hæc vera eſt & genuina, nec non generalis de *vegetabilium* deſtillatione informatio, quam ſi imitaberis, non facilè errores vel abſurditates ridendas in præſcribendis *aquis compoſitis* committes.

Reliquum nunc eſſet, ut & aliam magis concinnam *hujus aquæ*, de qua nobis ex inſtituto jam ſermo fuit, adderemus præparationem, quod tamen commodè fieri nequit, niſi exemptis & rejectis plurimis compoſitioni huic dicatis *ingredientibus*, ceu deſtillationi ineptiſſimis : quia verò propoſiti noſtri ratio non fert ; *compoſitiones* quoad *ingredientia* evertere, ſed ſaltem errores in earundem præſcriptionibus commiſſos indigitare, proindè miſſam hanc facio. Interim tamen ſuaderem, ſi aqua hæc ad aſthma profligandum ſtrictè expeteretur, ut ex *Balſamicis ingredientibus* duntaxat, addito *ſpiritu vini*, *aqua ſpirituoſa* conficeretur, cui poſtmodum *ſaccharum*, *mel*, & alia, nimirum *Ficus*, *Dactyli*, *Jujuba* & *Lohoch* adjungi, & varia *aſthmatica medicamenta* per infuſionem ſaltem aut diſſolutionem confici poſſent.

AQUA AUREA D. D. JOHANNIS LANGII.

℞. Florum Liliorum convallium manipulos duodecim.

Infundantur in vini albi optimi menſura una per octo dies ; deinde deſtillentur per Balneum mariæ lentiſſimo igne : Poſtea

℞. Aquæ ſtillatitiæ Ceraſorum nigrorum libram unam ſemis.

Miſce ſimul ; quibus aquis infunde

Flor. Lavendulæ manipulum unum ſemis,
Anthos manipulum unum,
Caryophyllorum,
Macis ana ſcrupulos duos,
Scillæ præparatæ drachmas duas ſemis,
Cubebarum drachmam ſemis,
Viſci quercini,
Rad. Pæoniæ,
Dictamni albi ana drachmas duas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 518 sur 955

Incidenda incidantur, & conquaſſanda conquaſſentur, & in vapore aquæ calentis ter deſtillentur, aqua in vaſe vitreo optimè clauſo conſervetur.

Vires omnes corporis fulcit, præcipuè verò epilepticos inſultus abolet; inſignis etiam eſt auxilii in catarrhis frigidis ad pulmones defluentibus, & aſthmata inducentibus.

ANIMADVERSIONES.

Licet *hæc compoſitio* quædam contineat *ingredientia*, quorum virtutes per ſimplicem hanc præſcriptam deſtillationem elici nequeant, nihilominus factâ comparatione ad reliquas *aquas compoſitas*, hæc aliqualem meretur commendationem; Monere tantum hic habeo, quod *radices Pæoniæ & Viſcus quercinus jam deſtillatæ aquæ* iterùm immergi, & cum ea aliquandiu digeri queant, a quibus demùm *aquam* per filtrationem ſeparare oportet.

BALSAMUM EMBRYONUM.

℞. Nucis Moſchatæ,
Macis,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis albi,
Cubebarum,
Granorum Paradiſi,
Zedoariæ ana unciam unam ſemis,
Galangæ drachmas ſex,
Flor. Tunicæ,
Tiliæ ana libram unam,
Herb. Salviæ,
Carui,
Fœniculi,
Verbenæ,
Lavendulæ ana uncias tres,
Menthæ criſpæ,
Rad. Pæoniæ & ſeminis ejuſdem,
Viſci quercini decreſcente Lunâ collect. ana uncias duas,
Medullæ panis triticei uncias ſex.

Herbæ & radices incidantur minutim, Aromata verò craſſiuſculè pulveriſentur, panisque medulla in fruſtula confringatur, quo facto, commiſceantur omnia, & affuſis menſuris quatuor vini boni Malvatici in vaſe fictili vitreato probè clauſo, ne quid expiret, ſepeliantur in vinaria cella ſubtus terram, ſtentque ibi in digeſtione per hebdomadas

madas tres: Deinde die præcedente, antequam hæc è terra rursus eximere volueris, sumito

Amygdal. dulcium excorticat. uncias sedecim.

His in mortario priùs probè contusis, & in vitreo vel vitreato aliquo mundo vase collocatis, superinfunde

Aquæ Rosarum albarum,
Buglossi ana uncias octodecim.

Stent in infusione per horas viginti quatuor.

Jam verò rursus accipe

Hordei cremati uncias sedecim;

Hoc grosso modo in mortario confringi, illique superinfunde

Aqu. Fragorum.
Liliorum convallium ana uncias septendecim.

Stent etiam simul in alio vase in infusione per horas viginti quatuor: Tandem Amygdala in infusione stantia exactè terito, & unà cum aquis, quibus immaduêre, diligenter subigito: quo facto, & Hordeum crematum aquis suis infusum, huic Amygdalogalo jungito, ac unà in olla simul omnia studiosè permisceto. Quod si aquarum Amygdalis, & Hordeo superinfusarum quantitas commixtioni non sufficerit, de vino Malvatico, in quo aromata & herbæ sub terra defossæ maceratæ sunt, quantum sufficere videbitur, adjungito, ut sic omnia probè in olla simul concussa permisceantur, donec mixtura lacti evadit similis: Tùm demum aromata, herbas, radicesque, unà cum vino malvatico reliquo, in quo infusa steterant, & jam dicta omnia, additis mellis despumati unciis octodecim, simul confundito ac commisceto, & cucurbitæ indita levi igne aquam ex arena, destillato. Nunc verò recipe veterem caponem, quem fune suspensum suffocabis, mundatumque exenterabis.

Huic in frustula dissecto, abjectâ omni sorde & pinguedine, affunde vini malvatici mensuram unam, quo sanguinem elues ac dissolves: tùm vino huic malvatico, & jam dicti caponis carnibus, jungito

Aqu. Borraginis,
Verbenæ,
Fœniculi,
Salviæ ana libras duas,
Dactyl. recent. exossat.
Uvarum passarum,
Passularum minorum,
Nucis Moschatæ ana uncias duas,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis,
Cubebarum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 520 sur 955

Granorum Paradiſi,
Zedoariæ ana unciam ſemis,
Croci drachmas duas,
Conſervæ Roſarum rubearum uncias quatuor.

Incidenda incidantur, & ollæ operculo diligenter clauſæ, ac circa juncturam operculi paſtâ ſtudiosè circumlitæ, ne quid expirare queat; indita ſenſim, ſimul decoquantur, donec carnes caponis ab oſſibus ſe ſeparaverint; tunc brodio huic adhuc ferventi, injice panis triticei adhuc à furno calentis, & in fruſtra confracti, uncias ſedecim, & de libo vel paſta mellea cum aromatibus bis cocta, in laminas diſſecta, ac ſuper cratem toſta, & melle oblita, uncias ſedecim, atque ollâ probè clausâ, ſic per noctem, ut in brodio cuncta molleſcant, ſtare ſinito. Deinde verò brodium à rebus infuſis, ſepara, caponemque unà cum rebus reliquis ſibi junctis, eximiè contunde, donec pultis formam acquirat; quam pultem brodio priùs ſeparato redde, eamque in jam dicto brodio diſſolve, & ab his ampullæ inditis magna cum diligentia aquam ex arena levi calore extilla. Jam verò primam aquam & ſecundam hanc commiſce, in iisque infunde auri puriſſimi quantum volueris, vitroque accuratè clauſo per triduum Solis calori & radiis ad inſolandum exponito; ac tùm demum rurſus aquam hanc omnem cum diligentia per deſtillationem ab auro abſtrahito.

Datur fœminis quæ ſapiùs abortum paſſæ ſunt; magno emolumento, itemque gravidis, ubi à ſubitò terrore aut occaſione aliqua extrinſeca langueſcunt; lypothymias & animi defectiones, ventriſque inflationes in his perſanat, infirmum fœtum roborat, uteri ligamenta firmat, epilepſiam arcet, ſanguificationi proficit, flatus delet, quin etiam parturientes in enixu adjuvat, & in ſummâ ſpiritus reſtaurat, viresque fulcit, dolores ac tormina gravidarum diſcutiens, non gravidæ modò, ſed & fœtui confortando remedium ſalutare, ac Dei beneficio ſummè proficuum.

ANIMADVERSIONES.

SPecioſam hanc & ubique terrarum tantoperè commendatam, ac à nemine Medicorum non receptam *compoſitionem*, quod primus ego examini aut reformationi ſubjicere coner, dubio procul plurimi vitio mihi vertent: Attamen Lector benevole, ſi exactiùs mecum rem perpendes, & paululum à vanis præſumptionibus quorundam declinabis, apertè deprehendes, mecumque ſpontè fatebere, ipſam non ſolum innumeris ſcatere mendis, ſed inſuper etiam plurimis abſurditatibus eſſe refertam, adeòque me non iniquè facere dices, quod ſub incudem eam revocatam, ab erroribus craſſioribus paululùm vindicem. Ut autem attingam ea, quæ ineptè addita ſunt,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 521 sur 955

sunt, nec quidquam huic *Balsamo* conferre queunt, illorum primùs sese offert *medulla panis*, quæ bis huic *compositioni* jungitur, & quidem frustrà: qui enim in clibano jam coctus est *panis*, spirituosas & volatiles suas partes, si quas habuerit, utpotè quæ in destillatione per alembicum proliciendæ sunt, jam tùm in coctura deposuisset; *Amygdalorum* etiam humiditas elementaris in destillatione prodiens, nullius valoris & virtutis est. De *Hordeo cremato* idem est judicium, cui quis non *cerevisiam* ex ipso coctam præferret, & illi *Amygdalogala*? Et quid ex destillato *caponis* virtuosi tibi promittis, cùm tota ejusdem virtus in residuo remaneat? Si enim *animalium* vis restaurativa in volatilioribus eorundem partibus, quæ hac destillatione elici possent, consisteret, plurimùm certè in coctura violenta de eadem periret, vel prorsus etiam ipsa avolaret, & consequenter *carnes elixæ* vel *assatæ* nullum vel planè inutile corpori suppeditarent alimentum, satiusque foret *crudis vesci carnibus*, quam *coctis*, itemque vaporem in coctura avolantem asservare, *carnes* verò abjicere: Sed posito, *capones* in coctione & simili destillatione virtutes suas restaurantes potiores emittere, easque consistere in portione eorundem summè volatili, sive subtilioribus ipsorum partibus, dic amabo, nonne istæ in *violenta illa coctura*, quæ tamdiu continuanda, donec *ossa* à *carnibus* divellantur, & quod ineptiùs, cum *vino Malvatico*, additisque stultè etiam tot *aromatibus*, quorum virtutes similiter in subtilioribus ipsorum partibus consistunt perficiendâ, penitùs exhalaret? Neque juvat *ollam* circumquaque etiam arctissimè claudere; *spirituosa* enim *humiditas* in illa per calorem rarefacta & resoluta in eodem spacio, quò concreta & condensata erat, consistere nesciens, vias quærit etiam angustissimas, quas si non invenit, infallibiliter vas disrumpit. Igitur antequam destillationi *capo cum vino Malvatico*, *Aromata & reliqui fructus* committantur, potioribus suis virtutibus & penetrantioribus partibus jam tum spoliata sunt. Quod etiam *Dactyli*, *uvæ passæ*, *pasta mellea* destillationi simili perperam committantur, jam superiùs in *compositione aquæ asthmaticæ* indigitavi. Neque etiam *conserva rosarum*, utpotè quæ maximam partem ex *saccharo* constat, huic *Balsamo* quicquam de sua virtute largiri vel communicare potest: Nihil enim de *saccharina essentia dulci*, in leni hac destillatione per Alembicum transit, uti neque de *pasta mellea bis cocta*, *iterumque super cratem tostâ*, sicque omnibus suis subtilioribus partibus penitùs spoliatâ. Colophonem denique huic speciosæ *compositioni* imponit *aurum*, quod virtutem suam eximiam confortantem ex sese expromere debet, eamque *Balsamo* huic impertiri; sed longissimè aberrant, qui illud hanc ob causam suis compositionibus addunt; *Aurum* enim tàm facilè solubile non est, nec adeò volatilis naturæ, ut unà cum vaporibus aqueis, reliquarum spe-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 522 sur 955

cierum è fundo cucurbitæ in ſublime feratur, & per Alembicum tranſeat in excipulum. Ergò videmus, quod nec ab illo quicquam ſperare liceat, & conſequenter quod fruſtra ac inutiliter ſaltem, uti plurima enumerata alia, *luxurioſam hanc compoſitionem* ingrediatur. Ex quibus præmiſſis jam ad oculum apparet, quod ex ſolis *aromatibus & vino malvatico*, nec non *affuſis deſtillatis aquis*, hoc *balſamum* vires ſuas, quas habet, mutuetur, reliqua autem omnia ſuperfluè ſaltem adjecta ſint. Ac ſanè majores ex *reſiduis ſpeciebus*, niſi tanta ipſarum farrago eſſet, vires elicere poſſemus, conficiendo ex illis Extractum aut Gelatinam. Ubi itaque utero gerentem confortare lubido eſt, longè conſultiùs operaberis, ſi ex *capone gelatinam* confeceris, eamque *Amygdalis minutim conſciſſis* refertam, & *ſaccharo*, *melle roſato* vel *citrato*, nec non *aromatibus* conditam, ſæpiùs vel quotidiè propinaveris. Si etiam cum *aquæ* è ſimilibus *aromatibus*, ex quibus reliqua compoſitio conſtat, & *vino malvatico* deſtillatæ, uti ſequetur, uno vel altero cochleari *gelatinam* illam diluere, & prægnanti exhibere volueris, non iniquè feceris.

Reſtat nunc, ut ex *ſpeciebus hujus balſami embryonum deſtillationi per alembicum aptis*, quandam ſimpliciorem formulam, aſt magis concinnam, ſubjungam, quæ talis eſſe poteſt;

℞. *Nuc. Moſchat.* ℥ iij ß,
Macis ℥ j ß,
Caryophyllorum,
Cinamomi acuti,
Zinziberis,
Cubebarum,
Granorum Paradiſi,
Zedoariæ ana ℥ ij,
Galangæ ℥ vj,
Croci Auſtr. ℥ ß,
Roſar. Damaſc. recent. ℥ iij,
Flor. Tunicæ,
Tiliæ ana recent. ℔ j,
Herb. Salviæ cum floribus,
Carui,
Fœniculi,
Verbenæ,
Flor. Lavend. ana recent. ℥ ij,
Rad. Paon. recent.
Sem. ejuſdem,
Viſci querceni decreſc. Luna coll. ana ℥ ij.

Inciſa & contuſa craſſiuſculè infundantur in menſuris quinque

Vini Malvatici opt.

Aquæ

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 523 sur 955

Aquæ Liliorum convall. ſine additione ſimplicis aquæ per M. B. deſtillatæ,
Spiritus Fragorum ana ℔ *j* ß,
Aquar. Salviæ,
Fœniculi ana ſine additione ſimpl. aquæ deſtillatar. ℔ *j.*

Stent in infuſione loco tepido vel in cellario per menſem, poſtea deſtillentur primò in arena, tum in M. B. (ne *ſpecies* comburantur & empyreuma ſpiret *aqua*) ad totalem *ſpecierum* exiccationem: *Aqua deſtillata aromatica* ſtudiosè aſſervetur, quæ eaſdem & quidem majores habebit virtutes, quam ſi ſecundum ſpecioſam præſcriptam *compoſitionem* cum additione *caponis, conſervæ Roſarum, panis triticei, Amygdalorum, paſtæ mellea & fructuum* parata eſſet. Ex *ſpeciebus relictis vel reſiduis à deſtillatione*, beneficio cujuſdam *aquæ deſtillatæ extractum* conficiatur, quod ad juſtam conſiſtentiam abſtractum, & cum *melle roſato citrato*, juxta meam deſcriptionem confecto, edulcoratum, quoties uſus poſtulat, cum præfatæ *aqua* particulâ aut *gelatina caponum* commixtum propinari poterit.

AQUA BARDANÆ COMPOSITA.

℞. Rad. Bardanæ recent.
Vincetoxici recent.
Cort. med. radicis Fraxini ana libras duas.

Minutim inciſa infundantur horis viginti quatuor in vini albi odoriferi, & aceti Rutacei ana libris quinque.

Poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ, addendo poſt deſtillationem olei Sulphuris acidi, quantum ſatis pro manifeſto acore, & ad ſingulas libras liquoris egreſſi Camphoræ ſcrupulum ſemis, quæ in nodulo ligata ſtillatitio huic liquori immerſa pendula permaneat.

Aqua hæc crebro uſui quondam fuerat Clariſſimis Reipub. noſtræ Medicis Tobiæ Cneulino, & Iohanni Paulo Zangmaiſtero. Eà etiam Collegæ noſtri fideliſſimi D. D. Carolus Widemannus, Iohann. Iacobus Schiſterus, Raymundus Mindererus, & Hieremias Cneulinus graſſante peſte felici ſucceſſu uſi ſunt, ut qui ægris hac lue infectis, in publicum Noſocomium delatis, tunc temporis opem & operam ſuam præſtabant; ſudores enim potentiſſimè prolicit, venenatorum humorum malitiam temperat, infectionis ac putredinis miaſmata disjicit, ac venoſum corporis habitum excuſſo ſudore repurgat.

ANIMADVERSIONES.

NE diu huic *compoſitioni* refutandæ immorer, & brevibus me expediam, moneo & conſultum duco, ut ex *denominatis ſpe-*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 524 sur 955

ciebus, *radicibus* scilicet & *corticibus*, nec non *Camphorâ*, beneficio *aceti rutacei* & *spiritus vini*, aut si mavis, *Iuniperi* ℔ v, essentiam duntaxat sine destillatione conficias, cui tùm *oleum Sulphuris* pro libitu addere potes: Atque *hæc essentia liquida* tùm pro curatione, tùm præservatione *pestis*, ipsâ *aquâ destillatâ* longè efficacior existet.

AQUA CAPONIS COMPOSITA.

℞. Caponem eviscératum atque in frusta incisum, depositâ pinguedine, decoque in sufficienti quantitate aquæ, donec carnes ab ossibus separentur, contundatur ad pultis formam,

℞. Brodii colati libras duas semis,
Aq. Borraginis,
Buglossi ana libram unam semis,
Flor. Rosarum,
Violarum,
Buglossi,
Borraginis ana drachmas duas,
Cinamomi electissimi unciam unam.

Destillentur in Alembico vitreo secundum artem.

ANalepticum ac resumptivum est medicamentum, tabidis, consumptis, & à morbo longo extenuatis, vel iis, qui cibos solidiores assumere nequeunt, proficuum.

ANIMADVERSIONES.

QUanta virtus ex *capone* jam sufficienter decocto, vel ejus *brodio* destillando per Alembicum elici possit, jam satis superque in præcedentibus *animadversionibus super Balsamum embryonum*, & *appendice classis decimæ quartæ, de salibus Theriacalibus* in analysi animalium edocuimus. Ex quibus luculenter videre est, *animalia* simpliciter modo præscripto, vel ad totalem ipsorum exsiccationem destillata, nil præter *aquam* quandam *elementarem* emittere, nisi fortè viventia adhuc liquori alicui immersa, inque eodem suffocata, vel viva adhuc destillationi commissa, *spiritum vivificum summè volatilem* fundere, aut ipsi liquori communicare possint. Longè autem efficacius tabidos confortare, & à morbis longis extenuatos infirmos reficere poteris, si iisdem *jusculum caponis* cum *aqua Cinamomi optima*, aliisque cordialibus permixtum sine destillatione præbueris, quàm si *aquam hanc ex capone destillatam*, ceu nullâ vel exiguâ ejusdem virtute restaurativâ imbutam propinaveris.

CHY-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 525 sur 955

CHYLOSTAGMA DIAPHORETICUM D. D. RAYMUNDI MINDERERI P.M.

Seu aqua ejusdem Theriacalis Bezoardica.

℞. Succorum Nucum Juglandium immaturarum,
Limonum,
Acetosæ,
Pimpinellæ ana libram unam semis,
Cardui benedicti,
Scordii nostratis,
Rutæ ana libram unam,
Scabiosæ,
Hederæ terrestris,
Calendulæ,
Malissæ hortensis odoratæ ana uncias octo,
Chelidoniæ,
Galegæ,
Aceti de Rubo Idæo,
Sambucini,
Rosati ana uncias quatuor,
Rutacei libram unam,
Rad. Tormentillæ,
Gentianæ,
Dictamni albi ana uncias duas;
Vincetoxici,
Carlinæ ana uncias duas semis,
Petasitidis,
Ostrutii,
Angelicæ,
Zedoriæ,
Cort. Citri ana uncias tres;
Boletorum Cervinorum uncias duas,
Fol. Dictamni Cretici,
Scordii Cretici,
Chamædryos ana unciam unam,
Santali Citrini drachmas tres;
Ligni Rhodii pulverisati drachm. duas,
Theriacæ Andromachi uncias duas,
Mithridatii Damocratis unciam unam,
Baccarum Juniperi recentium libram unam,
Cort. median. Sambuci recent.
Fraxini recent. ana manipulos tres.

Cortices Sambuci & Fraxini unà cum baccis Juniperi contundantur

dantur in mortario vehementer, & extrahatur inde ſuccus cum ſufficienti quantitate aceti de floribus Tunicæ, aquæ Pimpinellæ & Roſarum, ſumendo ſingulorum partes æquales. Hic expreſſus ſuccus permiſceatur cum ſuccis & liquoribus ſuprà commemoratis, diluaturque in his Theriaca & Mithridatium. Tandem vero cætera inciſa & contuſa, in ſuccis & liquoribus jam dictis infundantur, atque iis ſic tridui ſpacio immacerentur; poſtmodum lento roridi balnei calore per deſtillationem liquor evocetur, in cujus medietate ſuſpendatur Camphoræ in nodulo ſericeo ligatæ drachma una, altera medietas pro iis, qui Camphoram non ferunt, ſeorſim reſervetur.

VAlentur hac aqua ſudorem pellit, venenatamque omnem materiam à centro ad circumferentiam corporis expellens, dejicit, ſua ſubtilitate corpus undique pervadens, arcensque putredines. Unde peſte correptos adjuvat, febribus malignis adverſatur, morbos contagioſos ſtrenuè oppugnat exanthemata, maculas pulicares ſeu petechias, variolas ac morbillos excludit. Datur ejus portio aliqua cum Syrupo acredinis Citri aut Limonum, vel cum ſucco Acetoſellæ additis ſpeciebus liberantis, aut cordialis aliquâ aliâ Antidoto, corpore ab ejus uſu ad ſudorem compoſito. Deſcripta eſt ab auctore ejus Collega noſtro quondam Raymundo Minderero p. m. in libello de peſte, quem circa Annum Domini 1608. *edidit.*

SI ſuccus Galegæ & Scordii defuerit, ſubſtituatur ſuccus Veronicæ & Verbenæ.

ANIMADVERSIONES.

COmmendo potiorem hujus *compoſitionis Bezoardicæ* ingredientium partem: *Theriaca* autem & *Mithridatium* perperam deſtillationibus committuntur, ſed majori cum emolumento in ſubſtantia exhibentur: Ratio eſt, quod plurima *Theriacam* & *Mithridatium* ingredientia deſtillationibus ſimilibus penitùs inepta ſint, multa verò parùm promere poſſunt virtutis. Accedit, quod *Theriacæ & Metridatii* potior pars *mel* ſit, quod diris illis affectibus, quibus debellandis hæc *aqua Bezoardica* deſtinata eſt, parùm juvaminis afferre poterit, neque etiam aſſignatâ deſtillatione vires ejus elici queunt: niſi enim hoc ad totalem ſuæ humiditatis expulſionem urgeatur, (quod leni hâc deſtillatione, tàm lento roridi balnei calore perficiendâ fieri nequit,) nil ab eo efficaciæ ſperandum eſt. Quam ob ſingularem rationem etiam *baccarum Iuniperi, corticum Sambuci*, & *Fraxini feculæ* duntaxat, cum *aceto* & *aquis deſtillatis* per extractionem & expreſſionem prolectæ, deſtillationi committendæ ſint, nullus video, quin potius riſum extorquet, ſi paulò penitius conſideretur. Verùm ne prolixus ſim, ſuadeo ut ex omnibus

ſpecie-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 527 sur 955

ſpeciebus ingredientibus, *baccis* etiam *Iuniperi*, ipſisque duntaxat contusis, cum *corticibus Sambuci* & *Fraxini*, exceptâ *Theriacâ* & *Mithridatio*, *aquam* per M. B. ad totalem *ſpecierum* exiccationem deſtilles: Ex reliquis verò *ſpeciebus*, in quibus non minoris virtutes adhuc reconditæ ſunt, beneficio *aquæ deſtillatæ cujuſdam* vel *ſpiritus vini extractum* confices, cui poſtea ſi libitum fuerit; *Theriaca* & *Mithridatium* addi poſſunt, quod tamen non tantoperè neceſſarium eſſe duco: Majoris enim efficaciæ *extractum* hoc unà cum *aqua ſua deſtillata* in lue peſtifera exiſtet, quàm ſit vel ipſa *Theriaca* vel *Mithridatium* vulgari modo parata.

AQUA CONFORTATIVA USITATA.

℞: Aquarum Ceraſorum nigrorum,
Roſarum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Florum Violarum,
Tiliæ ana uncias ſex,
Cinamomi optimi unciam ſemis,
Margaritarum præparatarum ſcrupul. duos,
Corallorum alborum præparatorum drachmam unam,
Cornu cervi præparati ſcrupul. quat.
Confectionis manus Chriſti perlatæ uncias quinque.
Miſce ad vitrum pro uſu.

In omni debilitate & languore virium exhibetur, ſpiritus animales puriores reddit, ſenſuum internorum & externorum organa reficit, atque ita generale quaſi confortans omni ætati, ſexui, & morbo accommodatum exiſtit.

ANIMADVERSIONES.

Si *aquæ*, quæ pro hac *mixtura confortativa* ordinatæ ſunt, ſine additione *aquæ ſimplicis*, per balneum deſtillatæ eſſent (exceptâ *aquâ Cinamomi*) magnificarem hanc compoſitionem: Additio autem *cornu cervi uſti præparati* fruſtranea eſt, cùm nil ſit niſi terra mortua, prout partim ſuperiùs in deſtillatione *Viperarum* demonſtravimus partim etiam ſuo loco ulteriùs demonſtraturi ſumus. *Perlarum verò præparatarum*, *ut & Corallorum* additionem non improbo, maximè ſi illæ *Orientales*, hæc autem *rubra*, & non *alba* fuerint, utpotè quæ omnium Medicorum ſuffragio in virtutibus rubris longè inferiora ſunt. Et cum pulverulenta in delicatiſſimis etiam vehiculis propinata, ægrotantibus nauſeam moveant, licet inodora & inſipida ſint, proinde exiſtimo non inconſultum fore, ſi loco

Marga-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 528 sur 955

Margaritarum & Coralliorum rubrorum præparatorum, eorundem ſolutiones cum aceto vini deſtillato, aut ſucco Citri claro, vel quod omnium optimum, menſtruo ex Venere in ſequenti Mantiſſa indigitato, paratæ (non *Magiſteria*, quæ calces inutiles ſunt, & æquè ut pulveres fundum petunt:) quæque ſolubiles & efficaciores etiam ſunt, adderentur, & quidem in paulò majori doſi, cùm ſemper ex uncia una *Perlarum* vel *Coralliorum*, ſi in *aceto* ſolvantur, ferè uncia una & dimidiâ ſolutionis ſiccæ eorundem acquiratur. Idcircò pondus vel doſin ipſarum augendam, aut pro drachma una *Perlarum* vel *Coralliorum præparatorum*, drachmam unam cum dimidia *ſolutionis* accipiendam eſſe cenſeo. Atque tali modo parata *aqua confortativa Perlata*, non ſolùm nauſeam nullam ægrotanti movebit, verùm etiam præſtantior in operando exiſtet, viresque ſuas longè celeriùs exeret, quàm ſi ex *Perlis* vel *Coralliis præparatis* conſtaret. Ratio in promptu eſt; quia antequam *Margaritæ* & *Corallia cruda* à debilitato ægrotantis ventriculo, ejuſque acido, utplurimum in morbis depravato fermento diſſolvantur, aut eorum virtutes ab ipſo eliciantur, multum temporis requiritur, niſi etiam prorſus ab Archæo ſtomachi intacta relicta, per alvum uti ingeſta excernantur, quod modo ſuperiùs dicto *ſolutis Perlis* præpeditur.

AQUA CORDIALIS TEMPERATA.

℞. Cinamomi acutiſſimi uncias tres,
Corticum Citri exteriorum unciam ſemis,
Ligni Aloës optimi,
Caſſiæ lignæ veræ,
Santalorum omnium ana drachmas duas,
Sem. Ocymi Caryophyllati,
Acetoſæ ana drachmas tres,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ ana drachmam unam ſemis,
Cubebarum,
Granorum Paradiſi,
Cardamomi,
Spicæ Indicæ ana drachmam unam,
Cuſpidum ſucculentorum cornu cervi junioris & recenter capti, uncias quatuor
Inciſa & trita irrorentur in phiala vitreata, aſperſis
Succi Limonum crudi colati unciis ſex:
Stent ita per noctem, tunc affunde

Vini

Vini Malvatici,
Granatorum acidodulcium,
Succi pomorum ſubacidorum crudi & colati,
Erubo Idæo ana libram unam,
Aquarum Borraginis,
Bugloſſi ana libram unam ſemis,
Roſarum,
Violarum ana libram unam,
Acetoſellæ,
Ceraſorum nigrorum,
Meliſſæ ana libram ſemis:
Addendo
Flor. Borraginis,
Bugloſſi,
Roſarum,
Anthos ana unciam ſemis,
Croci Auſtriaci ſcrupulos duos,
Specierum Cordialium temperat. incompl.
De gemmis frigidis,
Diamargariti frigidi,
Roſatæ novellæ ana drachmas duas,
Conſervæ Roſarum rubearum vet. uncias quatuor.

Macerentur infuſa in vaſe vitreo probè clauſo diebus octo, deinde diligenter alembici oſculis occluſis, ne quid evaporet, per balneum artificiosè deſtillentur, collectus ſubinde & in aliud vas vitreum reconditus liquor uſui aſſervetur, in cujus media parte ſuſpendatur ſacculus, in quo

Ambræ gryſeæ veræ,
Moſchi Orientalis ana grana ſeptem contineantur.

Reliqua medietas ſervetur incompleta.

IN ſubito virium lapſu ex defectu ſpirituum animalium aut vitalium, cerebrum & cor mirificè recreat: unde apoplecticis, epilepticis, paralyticis, cardiacis & ſyncopticis commodiſsimè exhibetur: Inſuper analeptica eſt, & ex morbis diuturnis convaleſcentes inſigniter roborat, vireſque corporis univerſi manifeſtè reſtaurat.

HUjus aquæ præſtantiſſimæ compoſitionem pharmacopoliis noſtris propriam eſſe voluit, Clariſſimus & Excellentiſſimus D.D. Adamus Hebichius, Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Principum Eyſtadienſis & Auguſtani Epiſcoporum Medicus, Reipubl. Auguſtanæ Archiater, & pharmacopoliorum Viſitator ordinarius, Collega nobis plurimùm honorandus.

ANIM.

ANIMADVERSIONES.

NUnc iteratò se offert speciosa quædam, & ex centum ac quinque in universum computatis ingredientibus conglomerata *compositio*, quæ quàm eruditè & artificiosè elaborata sit, mecum omnes, quibus natura rerum ingredientium aliqualiter saltem cognita est, facilè perspicient. Utque primò de *cussidibus succulentis cornu cervi juniores recenter capti* sermonem inchoemus, ex his equidem egregia medicamenta, quorum suo competenti loco mentionem facturi sumus, parari possunt, verùm longè alio, quàm præsenti assignato modo, destillatione scilicet per *Alembicum calore balnei*. Ità enim destillata *tenella cervorum cornua*, (prout etiam cunctæ aliorum *animalium* partes) *aquam* duntaxat sive *humiditatem elementarem* exili virtute præditam exsudant: In illo autem, quod à tam leni destillatione relinquitur, & cum aliis speciebus abjicitur, summæ ac unicè expetendæ eorum virtutes residen, alio convenientiori modo extorquendæ. Admiscentur itidem huic compositioni *succi nonnulli acidi*, quorum aciditas pariter in residuo manet, nihilque de eadem destillato communicatur, quæ tamen in denominatis affectibus non parùm juvamenti afferre posset. Quod si etiam *compositas species* examini subjiciamus, certò inveniemus, ipsarum ingredientia pleraque, & ferè omnia, si *pretiosos lapides*, utpotè *Hyacinthos, Smaragdos, Saphyros, Sardos, Granatos, Aurum, Argentum, Margaritas* & *Corallia*, *Spodium* item sive *Ebur calcinatum*, *Sericum tostum* & *Saccharum* excipias, jam ante ipsi huic compositioni inserta esse: Ecquid autem hi *pretiosi* quidem ast *durissimi lapides*, qui non solùm annuam coctionem sine virium deperditione ferre, sed etiam ignis violentiam strenuè sustinere possunt, hâc simplici & leni destillatione præbebunt? Et esto, quod à *succis Citri* & *Granatorum acidis* addendis nonnihil de *Perlis* aut *Corallis* dissolveretur, illud tamen (solutum scilicet,) in fundo cucurbitæ remaneret, ut in præparationibus similium *solutionum Perlarum*, *Coralliorum*, *oculorum Cancrorum*, &c. manifestè patet. Et quod magis est, *solutiones dictarum rerum* omnem aciditatem (quæ à *sale acido* dependet, & arrepto corpore cum eodem coagulatur, & in aliud ens transmutatur,) *succorum acidorum* arctè secum retinent, ut nil de hisce præterquam insipidum & inutile phlegma in destillatione proliciatur, uti nec etiam simpliciter destillati *succi hi*, aciditatem ullam per Alembicum transmittunt. Quod ad *Aurum* & *Argentum* attinet, nec illa destillationi apta esse, luce meridiana clarius est, & ad nauseam usque jam ante à nobis inculcatum est. Similiter neque *Spodium* sive *Ebur calcinatum*, quod jam superabundantur ignis violentiam sustinuit, & ex quo partes subtiliores omnes expulsæ sunt ut nil nisi *terra mortua* remanserit. Non aliter etiam de *Serico tosto*

tosto sentiendum. Tandem quàm stupidè & *conserva rosarum* huic compositioni adjecta sit, uti etiam *saccharum rosatum tabulatum*, quod *rosatam novellam* ingreditur, ex *Animadversionibus balsami embryonis* patebit. Perpende nunc Lector benevolè, quam inconsideratè & stultè magnificæ tales compositiones à viris etiam eruditis sæpenumerò consarcinentur: quæ ubi paulò severiùs examinantur, nugis refertissimæ, ac insuper etiam in ægri summum detrimentum conscriptæ esse, manifestè deprehenduntur: Ad quid enim illa tot *gemmarum* & *preciosorum lapidum*, *auri* itidem & *argenti*, aliarumque rerum frustranea additio aut perditio potiùs, nisi ut misero ægrotanti marsupium exenteretur, & quod plus est, spe suâ de recuperanda valetudine pristina frustretur.

Erroribus hisce crassissimis aliquatenus detectis, reliquum nunc est, ut ex ingredientibus destillationi aptis, aliam præparationem formemus, rationi magis consonam, qualem nunc subjiciam:

Nimirùm

℞. *Cinamomi acutissimi* ℥ iv,
Cort. Citri recentium extim. ℥ iij,
Cassiæ ligneæ ℥ ß,
Santali Citrini ℥ j,
Herb. recent. Basilicon floresc. ℥ j ß,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschat. ana ℥ vj.
Cubebarum,
Cardamomi,
Spicæ Indicæ ana ℥ ß,
Rosar. Damasc. odorif. recent. ℥ iij, *vel* ℥ vj;
Flor. recent. Anthos ℥ j,
Borraginis,
Bugloss. ana ℥ ß,
Zedoariæ,
Styracis Calam. ana ℥ ij.

Crassiusculè incisa & contusa, infundantur in

Vini malvatici ℔ j,
Spiritûs vel aquæ spirituosæ cort. citri ℥ iij;
Spiritûs de Rubo Idæo,
Pomorum,
Cerasorum nigrorum,
Rosarum ana ℔ j,
Aqu. Melissæ,
Acetosæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 532 sur 955

Aqu. Violarum,
Borraginis,
Bugloſſi ana ſine additione aquæ ſimpl. deſtill. ℔ j.

Stent aliquandiu in digeſtione, poſtea deſtillentur; roſtro verò alembici vel capitello nodulo incluſa, imponantur

Radic. Doronici,
Ligni aloës odorif. & gummoſi ana ʒ iij,
Croci ʒ j ß,
Moſchi, &
Ambræ, ſi lubet, ana ϑ ß.

Vel hæc ſaltem ſcil. *Moſchus* & *Ambra*, medietati hujus aquæ ſeparatim deſtillandæ, imponi poſſunt: Atque ſic deſtillatio perficienda, & aqua præſtantiſſima confortativa uſui aſſervanda eſt.

Nota *ſuccі acidi*, utpote *Citri*, *Granatorum*, *& alii*, licet crudi ad cordis corroborationem propter ſymbolicam aciditatem liquoris in pericardio exiſtentis plurimùm poſſint, deſtillati tamen aciditatem & efficaciam omnem in reſiduo relinquunt: qui etiamſi ad ſiccitatem uſque pellantur, non perindè efficaces ſunt, propterea lubens loco *prædictorum ſuccorum, ipſorum fructuum ſpiritus* ſubſtitui.

ELIXIR VITÆ MATTHIOLI.

℞. Cinamomi unciam unam,
Zingiberis drachmas quatuor,
Santalorum omnium ana drachmas ſex,
Zedoariæ unciam ſemis,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas & ſemis,
Macis,
Cubebarum ana drachmam unam,
Cardamomi utriuſque,
Sem. Melanthii ana drachmas tres,
Aniſi,
Fœniculi dulcis,
Paſtinacæ ſylveſtris,
Ocymi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Glycyrrhizæ,
Calami odorati,
Phu ~~minoris~~, *majoris*
Fol. Sclareæ,

Fol

Fol. Thymi,
Calaminthæ,
Pulegii,
Menthæ,
[illegible],
Amaraci ana drach. duas,
Flor. Rosarum rubearum,
Salviæ,
Betonicæ,
Rorismarini,
Stœchadis,
Buglossi,
Borraginis ana drachmam unam semis;
Corticum Citri drachmas tres,
Species Diambræ,
Aromatici rosati,
Diamoschi dulcis,
Dianargariti calidi,
Diarhodon Abbatis,
Elect. de Gemmis ana drachmas tres.

Terantur quæ terenda sunt, & deinde in vitreo vase macerentur ex libris duodecim aquæ vitæ præstantissimæ, è selectissimo vino paratæ, occluso subinde vasis oculo diebus quindecim continuis: Ac deinde vitreo alembico vasi superposito, per aquæ ferventis balneum à perito artifice destillentur, oculis alembici adeò conclusis, ut nihil inde expirare possit. Aqua quæ inde fluxerit, in aliud subinde vas recondatur, additis Santali odorati tessellatim concîsi, duabus drachmis, Moschi & Ambræ in tenui linteolo colligator, ana scrupulo uno semis, & Julep rosati clarissimi librâ. Demum concutiantur fortiter, quousque Julep cum aqua misceatur, claudaturque deinde vas cera & membrana, ac ita quiescat diebus quindecim continuis, & ultimò in aliud transferatur vitrum, ibique asservetur pro usu.

Aquæ hæc mirabilis efficaciæ ac juvamenti existit, quippe non solum hausta, sed in faciem ex alterius ore projecta, epilepticos, defectos animo, & fœminas uteri strangulatu decidentes revocat loquelam amissam restituit, & jam jam moribundos tamdiu sustinet, ut quandoque miraculi speciem asserat. Additur etiam in clysteribus colicorum unciæ pondere, præsentaneo auxilio, ubi à flatu aut frigiditate provenit morbus, & præsertim additis Theriacæ aut Mithridaticæ Antidoti binis drachmis: denique ad frigidos omnes affectus medicamentum magnoperè commendandum existit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 534 sur 955

ANIMADVERSIONES.

QUas præcedens *aquæ cordialis temperatæ compositio*, easdem hoc *Elixir vitæ* redolet ineptias & absurditates. Constat etiam ex *novem diversis compositis*, adeoque ex *centum & sexaginta sex ingredientibus*, quorum potiora ter quaterve, imò sexies, vel septies, non secùs atque in ipsa Authoris Antidoto ponuntur. Errores autem crassissimi in hac compositione quoque commissi, maximam partem in *præcedentibus Animadversionibus super aquam cordialem temperatam* detecti sunt, ex quibus tùm quivis facilè colligere poterit, quænam ex hujusmet compositionis ingredientibus, destillationi apta vel inepta sint. Et ne tanta rerum preciosarum huic *Elixiri* destinatarum inutilis fiat deperditio, ac ut impostetum cùm sumptus, tùm labores compendifaciamus, aliam ex ipsissimis ingredientibus, iisque duntaxat, quæ destillationi assignatæ accommodata sunt, subnectam præparationem:

Utpotè

℞. *Cinamomi acutissimi* ℥ iij,
Zinziberis ℥ ß,
Sant. citrini vel ligni Rhodii ℥ ij,
Zedoariæ ℥ vj,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nuc. Moschat.
Macis,
Cubebarum,
Cardamomi ana ℥ ß,
Piperis longi,
Nigri ana ℥ ij,
Sem. coriandri ℥ j,
Anisi,
Fœniculi,
Pastinac. ana ℥ vj,
Apii ℥ ij,
Rad. Angel.
Caryophyll.
Calami aromat.
Phu minoris ana ℥ ß,
Pyrethri,
Asari ana ℥ j,
Fol. Sclareæ, sive Matris sylvæ,
Thymi,
Basilici,

Fol

Fol. Calamint.
Pulegii,
Menthæ,
Serpylli,
Majoran. ana recent. ℥ vj,
Flor. rosar. recent. contus. & sale condit. ℥ iij,
Salviæ,
Betonicæ,
Rorismarini,
Stœchad.
Borraginis,
Buglossæ ana recent. ℥ ij,
Cortic. citri recent. extim. ℥ ij.

Incisa & contusa, craſſiuſculè infundantur in ℔ xij *ſpiritus vini optimè rectificati*, ſtentque in infuſione loco tepido per aliquot dies, poſtea deſtillentur in M. B. ad ſiccitatem *ſpecierum* uſque. *Capitello* verò vel *infundibulo roſtri alembici* immittantur ſequentia in petia ligata; nimirùm

Radic. Doronici,
Ligni aloës opt. ana ℥ ij,
Croci ℥ j,
Moſchi, &
Ambræ ana drachm. ſs.

Aquæ ſive *ſpiritui prolecto* fragrantiſſimo & efficaciſſimo pro edulcoratione adde

Iuleb roſati, ſecundùm mentem noſtram parati ℔ j,

Et acquires *Elixir* multò præſtantius & majoris efficaciæ, quàm ſi juxta *pompoſam præſcriptam compoſitionem* paratum eſſet.

AQUA EPILEPTICA LANGII.

℞. Flor. Liliorum convallium manipulos duodecim.

Superfundatur menſura una ſemis vini Cretici aut Moſchatelli, aut aliâs generoſi, in eoque per dies quinque infuſi maneant, mox vitreis organis tepentis aquæ balneo deſtillentur. Deinde

℞. Cinamomi drachmas ſex,
Nucis Moſchatæ unciam ſemis,
Piperis longi drachmas duas,
Flor. Lavendulæ unciam unam,
Rorismarini,
Stœchadis ana unciam ſemis,
Cubebarum drachmas duas,
Viſci quercini,

Rad. Pæoniæ,
Dictamni noſtratis ana unciam ſemis.

Omnia craſſiuſculè contrita, rurſus in ſuperiore vino per dies octo macerentur loco aprico, poſtmodum deſtillentur ut ſuprà.

HÆc aqua præſtantiſſima eſt ad epilepſiam, vertiginem & lethargum, non tàm ratione præſervationis, omni tempore proximè quadram Lunæ antecedente, eandem uſurpando quàm ratione curationis, in ipſo paroxyſmo & recollectis paululùm viribus, illam aſſumendo: etiam exterius illam applicando ſummæ efficaciæ & virtutis eſſe, experientia conſtat.

ANIMADVERSIONES.

PAuca in hac *compoſitione*, ceu reliquis magis concinnâ correctione vel admonitione indigent, præterquam quod *flores liliorum convallium* cum *vino Cretico* ad totalem exſiccationem, ſive quouſque aridi relicti in fundo cucurbitæ remanſerint, per M. B. deſtillandi ſint. *Flor. Lavendulæ* & *Roriſmar.* recenter accipiendi ſunt, &, ſi libet, etiam in paulò majori quantitate. Pro *Viſco* autem *quercino*, ſi ejuſdem *ſpiritus radicalis* violentiori igne prolectus & rectificatus ſubſtitueretur, longè melius foret. *Radices Pæoniæ* poſſent jam *perfectæ deſtillatæ aquæ* minutim conſciſſæ, denuò immergi, & aliquandiu in infuſione relinqui, tandem ab ipſis per filtrum *aquæ* ſeparari, quæ poſtea in vitro probè obturato ſervanda uſui.

AQUA EPILEPTICA PUERORUM.

℞. Aqu. Ceraſorum nigrorum,
Florum Tiliæ,
Pæoniæ,
Squamariæ ana uncias octo,
Tabular. manus Chriſti perlat. uncias quatuor.
Miſce ad uſum.

DAtur infantibus per ſe, vel cum ſuperioris particula commixta; ad epilepticos inſultus dentitionis ut plurimùm tempore, ob gingivarum craſſitiem ſupervenientes, inhibendos & mitigandos.

ANIMADVERSIONES.

IN hac *mixtura* quod moneam, hoc unicum eſt, ut *aquæ denominatæ* ſine ulla additione *aquæ communis* deſtillatæ addantur: Nam alioquin *aquæ ſtillatitiæ ſimplices*, quæ in Officinis proſtant, plerumque exigui momenti ſunt, nec illæ ipſæ in tanta quantitate quâ

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 537 sur 955

quâ communiter expetuntur, neque pro tali precio, quò à vulgo desiderantur, ritè & absque additione *aquæ communis* parari aut divendi queunt: Præstaret tamen, ut quilibet Pharmacopœus ex *selectioribus vegetabilibus*, quantitatem *aquarum stillatitiarum* dextrè & sine additione *aquæ simplicis* paratarum vel destillatarum, in gratiam illorum, qui sanitatem æri præferunt, in promptu haberet.

AQUA PRO EPITHEMATE CORDIS NORIBERGENSIUM.

℞. Specier. Diamoschi dulcis,
Diambræ,
pro Epithemate cordis ana drachmas duas,
Rosarum rubearum odoratiss. unciam unam,
Santalorum omnium ana drachmas duas,
Iridis Florentinæ drachmas tres,
Cortic. Arantiorum,
Citriorum ana unciam unam,
Boli Armenæ Orientalis drachmas duas,
Aquæ rosarum libras quatuor,
Vini odorati libram unam ac dimidiam,
Aceti rosacei libram unam.

Incisis & contusis omnibus, infundantur & destillentur secundum artem.

In ipsius cordis affectibus syncope & palpitatione, tùm etiam in febrili calore cor primario occupante contemperando, præsentaneum remedium præstat.

Hoc Epithema cordiale ex diligentissimo Dispensatorio excellentissimorum Dominorum Medicorum Noribergensium desumptum, & in usum nostrum translatum est.

ANIMADVERSIONES.

Non minoribus hæc compositio referta est erroribus, quàm superior illa *aquæ cordialis temperatæ*, proinde nec abs re erit, *Animadversiones nostras* super eandem conscriptas, etiam hùc trahere, præsertim ratione *lapidum pretiosorum*, *Margaritarum*, *Coralliorum*, *Spodii*, *Serici tosti*, & *Boli Armenæ* (qui præcedentibus *lapidibus* aut *Perlis*, in simili destillatione æquales existit) nec non *aceti*, quòd in dissolutione *Coralliorum* aut *Margaritarum* cum iisdem veluti coagulatur, aut in aliud ens transmutatur, & in fundo cucurbitæ remanens ejus aciditas, saltem inutile suum phlegma emittit. Ne multus autem sim, addam ex ingredientibus hujus compositionis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 538 sur 955

tionis, destillationi quodammodo aptis, aliam formulam paulò præstantiorem, videlicet

℞. *Rosar. recent. incarnat. contus. & sale condit.* ℥ vj,
Flor. Borraginis,
Buglossæ ana recent. M ß,
Herb. Melissæ citratæ,
Basilici ana recent. M ij,
Rad. Iridis Florent. drach. vj,
Zedoar. ℥ ß,
Galang. drach. iij,
Cortic. Arant. recent. extim.
Citri recent. extim. ana ℥ iij,
Cinamomi optimi ℥ j ß,
Macis,
Nuc. Moschat. ana ℥ ß,
Caryophyllorum,
Cardamomi cum capsulis ana drach. iij,
Cubebarum drach. ij.

Incisa & contusa, grosso modo infundantur in

Aqu. rosar. odorat. ℔ iv.
Vini albi odorati & generosi ℔ j ß,
Aceti rosacei ℔ ij.

Stent in infusione loco calido diebus aliquot; postea speciebus sequentibus, utpotè

Radic. Doronici,
Ligni aloes opt. gummosi ana drach. j ß,
Croci ℈ ij,
Camphoræ ℈ j,
Moschi, &
Ambræ si libet, ana ℈ ß,

in petia ligatis, & rostri Alembici patentiori orificio prius immissis, fiat destillatio usque ad siccitatem *specierum*, ne *acetum* in fundo remaneat: *Aquam* denique *prolectam preciosam*, ad suos usus studiosè asserva

AQUA FUMARIÆ COMPOSITA.

℞. Rad. Glycyrrhizæ rasæ unciam semis,
Polypodii quercini mundi drachmas septem,
Herb. Absinthii Romani,
Cuscutæ ana unciam unam,
Epithymi drachm. septem,
Flor. Borraginis,
Buglossi,

Flor.

Flor. Violarum ana unciam unam,
Rosarum unciam semis,
Myrobalanorum Chebulorum,
Citrinorum ana drachm. viginti,
Prunorum Ungaricorum enucleatorum,
Passularum majorum enucleatarum ana libram semis,
Pulpæ Cassiæ fistulæ,
Tamarindorum ana uncias duas.

Pulverisanda pulverisentur subtilissimè, reliqua verò incidantur & contundantur, & misceantur, & infundantur in

Aquæ Fumariæ libris septem.

Stent in infusione in loco calido per octiduum, vase quotidiè exagitato, deinde adde

Succi Fumariæ depurati libras tres.

Destillentur in Balneo Mariæ igne lentissimo.

Ventriculum & hepar roborat, obstructiones aperit, cutis morbos præcipuè ab humore salso ac adusto natos, ut psoram, lepram, impetiginem atque serpiginem curat.

ANIMADVERSIONES.

Compositio hæc, ceu indigna, ut publicis Dispensatoriis inseratur, non meretur, ut diu ejusdem correctioni & emendationi immoremur. Etenim & *speciebus ipsi deputatis*, utpotè quæ naturâ suâ satis violentam, sine virium deperditione, coctionem pati possunt, & quarum etiam bona pars, antequam huic compositioni additæ fuêre, jam sufficienter cocta est, (nimirùm *pulpæ illæ Cassiæ & Tamarindorum,*) impossibile est ulterius tam leni destillatione balnei *viribus ullis prædictam aquam* elicere. Relinquamus igitur has nugas, aliis magis necessariis ac utilioribus sedulam nostram operam accommodaturi.

AQUA HIRUNDINUM.

USITATA.

℞. Pullorum Hirundinum vivo corpore laceratorum, aut dissectorum, numero viginti quatuor,
Visci quercini uncias tres,
Sem. Pæoniæ excorticati unc. unam,
Rad. ejusdem uncias duas,
Aqu. Liliorum convallium,
Flor. Sambuci,
Pæoniæ,
Tiliæ ana uncias triginta duas, seu mensuram civilem nostratem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 540 sur 955

Stent in infusione loco calido, per horas viginti quatuor, deinde destillentur per Balneum mariæ.

Reservetur liquor stillatitius in usum.

ADversus epilepticos insultus potens est, apoplexiam antevertit, vertiginem curat, incubo ac paralysi auxiliatur, ac infantium convulsionibus strenuè medetur.

HUjus descriptionis formula nobis hucusque usitata & consueta extitit, quam etiamnum retinemus, licet varii ejus aquæ parandæ modi prostent. Libuit autem alias duas formulas Medicis nostris probatas, hic subjicere, ne publicum bonum in privatum commodum transtuhsse videamur.

ANIMADVERSIONES.

NUllâ dubitationis anchorâ distentus teneor, si *aqua hæc* ex *hirundinibus* dextrè elaboraretur, quod multum in denominatis affectibus præstare posset Itaque ne quicquam, quod utile esse possit, intactum relinquamus, aut *corticibus* servatis, *nucleos* abjiciamus, procedamus hunc in modum. Nempè

℞. *Aqu. Liliorum convallium,*
Flor. Sambuci,
Pæoniæ,
Tiliæ ana absque additione Aquæ simplicis destillatæ. ℔ ij ß.

Quibus in cucurbitam vitream intulis, immittantur *pullorum hirundinum vivorum numero xxiv*, & statim appositio Alembico ac juncturis circumlitis, relinquantur in loco tepido per diem unum vel alterum; postea destillando evocetur tota humiditas per Mariæ balneum ad siccitatem *pullorum*, qui exsiccati, & quantum fieri potest, deplumati, vel à plumis separati, statim immittendi sunt retortæ vitreæ loricatæ, & aucto igne per gradus, ultimò luculentâ flammâ in vas recipiens aliud destillandi, quousque *universa eorum radicalis humiditas, cum sale volatili & oleo fœtido* expulsa sit: Queis peractis *spiritum cum sale volatili* (quod in ipso dissolvitur,) ab *oleo fœtido* separatus, binis vicibus rectificandus, (saltem ad medietatem, ratione *salis volatilis*, quod statim & primo prodit) & cum *aqua superiùs destillata* conjungendus est: Quibus tandem reliqua etiam infundantur incisa & contusa; utpotè

Visci quercini ℥ iij,
Sem. Pæon. excortic. ℥ j,
Radic. ejusdem ℥ ij,
Sem. Coriandri ℥ j,
Macis,
Cubebar. ana ℥ ß,
} ad obtundendum odorem solis volatilis ex pullis hirund. prolecti.

Destil-

Destillentur iterùm in M. B. vel arena ad siccitatem *specierum*. Ex *residuo* beneficio *spiritûs vini* conficiatur *extractum*, quod unà cum *prolecta aquâ* asservari, & si lubet, etiam apoplecticis ac epilepticis propinari potest.

AQUA HIRUNDINUM COMPOSITA MINOR.

℞. Hirundinum ut suprà vivis corporibus discerptarum numero quadraginta,
Folior. Rutæ recentis manipulos duos,
Castorei unciam unam,
Vini albi libras tres.
Destillentur in Balneo Mariæ, ut artis est.

Epilepticos paroxysmos abrumpit, ac comitiali morbo perculsos exuscitat.
Validior est quæ sequitur,

ANIMADVERSIONES.

HÆc ipsa *aquæ* ut efficaciter in epilepsia, & congeneribus affectibus suas operationes exerceat, paranda est juxta modum in *animadversionibus antecedentibus* edoctum, destillando nimirum ex *pullis hirundinum*, postquam jam in *vino* suffocati, vinumque ab ipsis abstractum fuerit, *sal eorum volatile*, quod rectificatum *aquæ destillatæ* jungendum, & additis reliquis *speciebus*, nec non quibusdam *odoriferis* ad odorem ingratum cùm *salis volatilis*, tùm *Castorei* infringendum, de novo destillatio instituenda est.

AQUA HIRUNDINUM COMPOSITA MAJOR.

℞. Pullorum hirundinum vivo corpore discerptorum numero quadraginta,
Castorei unciam unam semis,
Sem. Pæoniæ,
Rad. ejusdem,
Visci quercini ana uncias duas,
Rad. Dictamni albi unciam unam,
Fol. Rutæ,
Flor. Sambuci,
Tiliæ,
Liliorum convallium,
Anthos,

Flor.

Flor. Paralyseos ana manipulum unum,
Cinamomi acuti drachmas tres,
Cubebarum,
Macis,
Ligni Aloës ana drachmas duas,
Vini albi odoriferi libras octo,
Aceti Scillitici libras duas.

Macerentur per triduum in vase vitreo probè clauso, postea lento igne per cineres aut Balneum Mariæ destillentur. Liquori stillatitio huic postmodum addendo

Spiritûs Vitrioli rectificati, & ex arte præparati, quantum satis pro acore fuerit, reponatur.

CErebri meatus potenter reserat, obstructiones ventriculorum ejus aperit, convulsionem, spasmum, paralysin, apoplexiam, epilepsiam, morbumque comitialem, ejusque insultus reprimit ac abrumpit, & hos quidem affectus non qualitate solum manifestâ, sed etiam à proprietate pellis: Verùm adultis potissimùm usurpanda, uteri quoque affectus ac suffocationes plurimùm juvat. Quibus Castoreum odoris offensam parit, ii Ambræ aut Moschi nonnihil adjicere, eamque modico saccharo dulcorare poterunt, ut evadat jucundior.

ANIMADVERSIONES.

IN destillatione hujus *aquæ laudabilis* omnimodè imitari possumus modum in superioris *aquæ hirundinum usitatæ animadversionibus* edoctum: Nimirum, postquam *pulli hirundinum* in *vino* suffocati vel submersi, & cum eo destillati sunt, *sal volatile* ex ipsis eliciendum, & *aquæ destillatæ* commiscendum est: Quo facto, additis cæteris *speciebus* & *aromatibus* destillatio reiteranda, demùm ex *speciebus residuis extractum* conficiendum, quod urgente necessitate, unà cum *aquâ* propinari poterit. Quin etiam ratione *aceti Scillitici* & *spiritus Vitrioli* ultimò addendorum, si mihi res committeretur, ego pro *aceto Scillitico succum Scillæ crudæ*, vel *aquam florum Tiliæ* aut eorum etiam *succum*, & pro *spiritu Vitrioli* (qui admixtus *aquæ sal volatile hirundinum* in aliud ens commutat) *phlegma* vel potius *spiritus Vitrioli volatilem sulphureum, à proprio suo spiritu acido semel atque iterùm rectificatum*, substituerem, & quidem non sine præguanti ratione, cùm *spiritus his Vitrioli sulphureus dicto spiritu acido & corrosivo* in affectibus apoplecticis & epilepticis longè efficacior sit, & magis appropriatus.

LAC

LAC VIRGINEUM.

℞. Aluminis crudi unc. quatuor.
Decoquantur ad tertias in aquæ fontanæ libris duabus:
Postea
℞. Lithargyri libram semis.
Aceti vini libram unam semis.

Decoquantur ad remanentiam libræ unius: colentur & commiscentur ambæ aquæ, ac spatulâ tamdiu agitentur, donec albescant.

Cosmeticum est medicamentum, cuti perpoliendæ, ac manibus lævigandis accommodum, faciem tergit, lentigines delet, cutis infectiones adimit, nec non serpigines, lichenas, impetigineſque persanat.

AQUA LITHARGYRI.

℞. Aceti acerrimi libras quinque,
Lithargyri Auri,
Argenti ana uncias quatuor.

Stent in infusione in vase vitreo per biduum, postmodum acetum extilletur per Alembicum, quod asserverur. Deinde

℞. Aluminis plumosi,
Salis Gemmæ ana drachmam unam,
Thuris masculi unciam semis,
Camphoræ scrupulos duos,
Aquæ Rosarum libram unam,
Olei Tartari uncias sex.

Terenda terantur, stentque simul in infusione per horas viginti quatuor, rursumque ab his aqua per Alembicum eliciatur.

ANIMADVERSIONES
In Lac Virginum & Aquam Lithargyrii.

SI quâ alicui voluntas erit præparationem hujus *lactis virginis* juxta modum præscriptum instituere, per me licebit. Et quantumvis *solutiones aluminis* & *lithargyrii* se invicem præcipitent, ut neutrum horum suas operationes proprias rite exterere possit, nihilominùs tamen illa ipsa ità mixtâ refrigerando, fucatamque cuti albedinem inducendo nonnihil præstare possunt. *Aqua autem lithargyrii præparatio* per destillationem stupidissima est. Etenim *saccharum Saturni* sive *sal lithargyrii auri & argenti*, quod beneficio *aceti destillati* solvitur vel extrahitur, ti vel centies destilletur, semper tamen in fundo remanet, prodeunte duntaxat in destillatione solo *aceti phlegmate inutili*. Cæterùm qui *alumen plumosum*

mosum ceu rem fixissimam, item *sal gemmæ*, nec non *oleum tartari* (quod nihil aliud est quàm *sal tartari*, humiditate aëris attractâ resolutum,) simplici hac destillatione per Alembicum pellere nôrit, næ is mihi magnus erit Apollo. Itaque ex binis hisce destillationibus solam *aquam rosarum, Thuris* ac *Camphoræ odore* nonnihil imbutam, una cum *phlegmate aceti* acquires; adeoque necessum erit, ut solis coctionibus vel infusionibus, intermissâ destillatione, contentus sis, & in fine demùm *Camphoram* s. a. & *aquam rosarum* admisceas.

AQUA MASTICHINA.

℞. Mastiches uncias quatuor,
Macis elect. uncias duas,
Caryophyll. unciam unam,
Cinamomi unciam semis,
Pulverisentur omnia & commisceantur, deinde affundantur illis
Vini Malvatici libræ duæ.

Stent in infusione per triduum, postea destillentur in arena igne lento, donec aquosus humor exierit, deinde fortiori, ultimò verò fortissimo, & quilibet liquor servetur seorsim.

Facultatem ventriculi concoctricem & retentricem confortat, ciborum fastidium absumit, nauseam singultum, vomitum, & choleram morbum profligat.

ANIMADVERSIONES.

Perplacet equidem præ multis aliis hujus *aquæ Mastichinæ compositio*, id verò unicè circa ipsius præparationem desidero, quod de eo, quomodo scilicet hæc ipsa *aqua* dextrè destillanda sit, & an *liquores*, qui ultimò igne violento & fortissimo prodibunt, empyreuma redolentes, nec non *oleum fœtidum*, à *Maci*, *Mastiche*, *Caryophyllis* & *Cinamomo* priori grato odorifero & præstantissimo *liquori* commiscenda sint, ne tantillum quidem meminerint, abundè se muneri suo satisfeciſſe putantes, quod quemlibet *liquorem* à destillatione seorsum asservandum esse innuerint: Ast meherclè hoc ad efficiendam gratam, efficacem & ventriculum insigniter roborantem *aquam* nullatenus sufficit, quin aliâ viâ & quidem saniori procedendum erit, si voti nostri compotes fieri anhelamus; videlicet

℞. *Species omnes & singulas prout in compositione præscripta enumerantur,*
Quibus superaffunde
Vini Malvatici ℔ ij,

Et post

Et post triduanam digestionem destilla per M. B. ad siccitatem usque: *Residuis speciebus* a destillatione denuo affunde

Spiritus vini optimi rectificati ℔ ij.

Stent in infusione loco calido per unum aut alterum diem, postea *filtratam colaturam* priori *aquæ destillatæ odoriferæ* commisce; *Mixturam hanc* iterum filtra, sicque usui asserva. Si autem ad combustionem usque (uti quidem illorum mens est) *prædictæ species* destillarentur, multum quidem *olei fœtidi* redderent, *aquæ* tamen nunquam permisceri posset; Et si quis fortè tale *oleum* desideraret, pro externa ventriculi inunctione, is ex *Mastiche* per se *oleum* elicere, eodemque ventriculum inungere posset, *aqua* verò sive *essentia illa superior odorifera* gratáque & efficacissima erit ad usus internos, nec minus etiam utilis, si in languida constitutione ventriculi externè ejusdem regioni cum *pane* saltem applicetur.

AQUA MERCURIATA.

℞. Cerussæ Venetæ uncias duas,
Aluminis crudi unciam unam semis,
Salis Nitri,
Ammoniaci ana drachmas duas,
Lithargyri unciam unam,
Zingiberis drachmam unam semis,
Mercurii sublimati unciam unam,
Aquar. Solani,
Plantaginis,
Rosarum albarum ana unc. tres,
Centinodiæ uncias quatuor,
Aceti acerrimi libram unam.
Misce & bulliant parum.

Servetur in vitro ad usum sine colatura.

Cutis defædationi, pustulis, verrucis, ficubus, serpigini, scabiei maligna fissuris in volis manuum & plantis pedum conducit, ulceribus imprimis venereis penicillo leniter contactis illita mirificè prodest.

ANIMADVERSIONES.

SI saltem ex aliquibus & selectioribus huic *compositioni Mercuriatæ* destinatis speciebus competens fieret mixtura, non dubito, quin exinde potens exsurgeret, ad nonnullos enumeratorum affectuum externorum integrè curandos medicamentum: Verùmenimverò ingentem illam rerum apertè inter se pugnantium commixtionem nullo modo probare possum: Unum enim ab altero præci-

præcipitatur, atq; hoc modo eorum vires reciprocè infringuntur vel etiam penitus annihilantur; uti manifestè videre est in *essentia litharg. auri* & *cerussæ* per acetum extracta, quæ per addita *Salia* & *Mercurium* denuò præcipitatur, & eo ipso in virtutibus suis diminuitur. Sin itaque aliam aliquam exoptas ad denominatos affectus *aquam* vel *mixturam* præstantiorem, minusque doloriferam, mira interim præstantem, tam in antiquis ac sordidis, quam recentibus ulceribus, fistulis ac vulneribus, etiam ubi alia *unguenta* plurima & *Balsama* etiam efficacia nequicquam profecerunt, quamque ob id semper in secretis habui; En fideliter tecum communico talem!

℞. *Aquæ Plantaginis vel Millefolii,*
aut quod melius est,
Succi Plantaginis vel Millefolii,
hisque etiam non existentibus,
Decocti saltem eorundem ℔ j, ℥ ij,
Aloës Succotrinæ ℥ vj,
Mercurii sublimati drach ß, *vel* ℈ ij.

Fiat una saltem atque altera ebullitio, tùm residere permitte, quia de *Aloë* nonnihil precipitatur; postea decantetur, addaturque *mellis rosati simpl.* ℥ j ß, & mixturâ hâc utere cum linteolis duplicatis in eadem madefactis: & tali modo parata, vix ullum infert dolorem. Si quà tamen vulnus vel ulcus esset in partibus nervosis, quibus *Mercurius* inimicus (licet ego nunquam hujus *mixturæ Mercurialis* effectum infelicem observaverim; posset loco *Mercurii*, substitui *saccharum Saturni*, vel etiam *Alumen crudum* in majori tamen quantitate, cùm illo longè mitiora sint. Potentiorem etiam si quis *hanc mixturam* exoptaret, posset dolin *Mercurii sublimati ad drach. j, vel drach. j ß*, augere.

AQUA MIRABILIS LANGII.

℞. Flor. Primulæ veris,
Rorismarini,
Folior. Majoranæ,
Ivæ artheticæ ana manipulum unum,
Specier. Diamoschi,
Diapliris,
Diambræ ana unciam semis,
Confect. Anacardinæ unciam unam,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Nucis Moschatæ,
Caryophyllorum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 547 sur 955

Macropiperis,
Carpobalſami ana drachmam unam,
Rad. Acori,
Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ ana unciam unam ſemis,
Sem. Sileris montani,
Pæoniæ,
Fœniculi ana drachmam unam,
Aquæ herb. paralyſeos,
Salviæ,
Betonicæ ana libram unam,
Flor. Tiliæ libram unam ſem.
Serapini,
Opopanacis,
Myrrhæ,
Gummi Juniperini ana drachmam unam ſemis.

Stent omnia ſimul mixta in infuſione per dies octo; poſtea extrahantur per Alembicum ter in cineribus calidis, vel vapore, ſive balneo ſicco.

Est mirabilis juvamenti in præſervatione ab apoplexia, & omnibus ægritudinibus nervorum frigidis, curans paralyſin, tortiram, ſpaſmum, & mirabiliter loquelam reſtituens.

ANIMADVERSIONES.

Mirabilis hujus *aquæ Langii compoſitio* æquè mirabiliter, uti ſuperior *aqua cordialis temperata*, neſcio ex quot quibuſvè ingredientibus conſarcinata eſt, cum qua etiam omnimodè convenit; tùm quoad inutilem plurimarum rerum additionem, ſcilicet *Margaritarum, Coralliorum, Spodii* & *Serici toſti* (quæ *ſpecies Diamoſchi*, & *Pleres Archont.* ingrediuntur,) nec non *Myrobalanorum, Anacardiorum, mellis* & *butyri*, (quæ ſunt ex numero eorum, ex quibus *confectio anacardina* compoſita eſt: tùm etiam ratione farraginis ingredientium, quorum pleraque bis, ter, quatervè, imò quinquies *huic compoſitioni* inſeruntur, & quidem in tàm exigua quantitate, ut, ſi exacta computatio inſtitueretur, inveniremus unamquamque doſin vix tantillum de hoc vel illo capere poſſe, & ut ſummatim dicam, indigna eſt hæc tam miris modis *conglomerata compoſitio*, ut operam noſtram in erroribus ejuſdem enucleandis occupemus: Relegantur igitur *Animadverſiones noſtræ in præfatam aquam cordialem temperatam*, & alias ſimiles ſpecioſas compoſitiones factæ, quibus hæc ad amuſſim reſpondet.

Aliam hujus aquæ præparationem dexteriorem ſubjungere, operæ precium non duximus, cùm ſimilium aquarum ad eoſdem, quibus

bus hæc dicata est, affectus conscriptarum, jam tùm in hoc Dispensatorio ingens sit ubertas, quibus juxta nostras *animadversiones* præparatis facilè quilibet contentus esse, aut secundum easdem, hujus *aquæ* concinniorem compositionem & præparationem eruere poterit.

AQUA NEPHRITICA D. D. JOHANNIS GEORGII BRENGGERI.

℞. Rad. Althææ,
Ononidis,
Petroselini,
Malvæ,
Saxifragiæ ana uncias duas,
Sem. Ceparum,
Cynosbati,
Fœniculi,
Milii Solis,
Urticæ ana unciam unam,
Baccar. Alkekengi,
Hederæ,
Juniperi,
Cort. Frangulæ,
Tamarisci ana unciam semis,
Ligni Guajaci,
Nephritici,
Sassafras,
Cinamomi,
Macis ana drachmas tres.

Infundantur in vini Malvatici libris quatuor, & spiritûs vini libris duabus, per quatuordecim dies, exprimantur; expressis adde

Succi Fragorum,
Limonum,
Asparagi,
Raphani,
Veronicæ ana libram semis,
Nucleor. Cerasorum,
Persicorum,
Prunorum sylvestrium,
Pulveris contra calculum,
Terebinthinæ Venetæ ana drachmas duas.

Destillentur ut artis est.

OBstructiones renum aperit, sabulum ex iisdem & ureteribus propellit; terrestrem substantiam, calculorum renum, & vesicæ genitricem dissolvit, & lapillos jam procreatos sensim conterit,

terit, & in arenulas redactos educit; difficultatem insuper urinæ facilitat, acrimoniam ejusdem mitigat, mictionis variis vitiis occurrit.

ANIMADVERSIONES.

NAuseam mihi movent consimiles *insulsæ compositiones*, quoties eas intueor, & miror magis, quòd tam speciosis encomiis ornatæ sint: Pauca quippè sunt, præsertim hujus, de qua nunc agimus, compositionis ingredientia, quæ cùm destillantur, aliquid virtutis è se expromunt, reliquorum verò virtutes intactæ in fundo remanent: Itaque si vel pauxillum saltem ex hac farragine elicere animus est, necessum erit, ut peractâ destillatione ad siccitatem usque *ex relictis in fundo speciebus*, beneficio *spiritus vini extractum* conficiatur, quod ipsum *aquæ destillatæ* jungi, aut seorsùm asservatum unà cum illa, quoties usus postulat, propinari poterit.

AQUA USITATA AD OCULOS.

℞. Aloës hepaticæ,
Sarcocollæ ana drachmam unam,
Camphoræ,
Croci Orientalis ana drachmam semis.
Pulverisentur omnia per se minutissimè; adde
Vini Cretici,
Aquæ rosarum ana uncias sex.
Bulliant in duplici vase secundum artem.

M*Orbis oculorum destinata, inflammationes affluxus, nebulas, pustulas, & maculas eorum sanat.*

ANIMADVERSIONES.

M*Ixturam hanc Ophthalmicam*, qui voluerit, ad præscriptum modum parare poterit, quantumvis non opus esse arbitrer, ut fiat ebullitio in vase duplici, quin abundè sufficerit infusio & digestio in vase vel phiala clausa, ne spirituosiores *vini* & *aquæ rosarum* partes coquendo exhalent.

AQUA ODORIFERA.

℞, Herbarum Menthæ crispæ,
Majoranæ,
Basilicouis,
Thymi ana manipulum unum,
Flor. Lavendulæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 550 sur 955

Flor. roſarum rubearum,
Spicæ Nardi,
Origani ana pugillos duos,
Ireos Florentinæ,
Cinamomi ana unciam ſemis,
Caryophyllorum,
Macis,
Styracis Calamitæ,
Aſæ dulcis ana drachmas tres,
Gummi Ladani drachmas duas,
Ligni Rhodii unciam ſemis,
Aloës drachmam ſemis,
Vini malvatici,
Aquar. roſarum,
Corticum Citri,
Majoranæ,
Liliorum convallium,
Spicæ vulgaris ana uncias ſex,
Aceti Lavendulæ,
Roſarum,
Rubi Idæi,
Sambucini ana uncias tres.

Stent in digeſtione per decem dies, deſtillentur lege artis: In deſtillato ſuſpendatur ſacculus alboſericus, qui Santali citrini, Zibethi, Moſchi, Ambræ ana ſcrupulum ſemis contineat.

Debet etiam parari ſine contentis iſtis ſacculi, nomine aquæ odoriferæ incompletæ, pro averſantibus dictos iſtos odores.

Mirâ & ſingulari virtute excellentis fragrantiæ & ſuaviſſimi odoris ipſum cerebrum penetrat, ibidemque ſpiritus animales reficit: partibus externis impoſita, per continuum arteriarum pulſum etiam cordi communicatur, illudque jucundiſſimè refocillat.

ANIMADVERSIONES.

HAud inelegans eſt *aquæ hujus odoriferæ compoſitio*, quam tamen ſi adhuc præſtantiorem conficere velis, accipias *herbas & flores recentes*, pro *aqua* autem *roſarum*, *ſpiritum earundem*: *Styrax & Ladanum*, *lignumque aloës* nodulo incluſa capitello vel ejus roſtro unà cum *Moſcho* & *Ambra* (ſi expetantur, aut medietati ſaltem *aquæ*,) imponas, atque hoc modo acquires *aquam fragrantiſſimam* & *efficaciſſimam*.

AQUA

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 551 sur 955

AQUA PANACIS HERACLEI COMPOSITA.

℞. Rad. Pæon. decresc. Lunâ collect. uncias tres,
Sem. ejusdem unciam unam semis,
Papaveris albi unciam unam,
Sileris montani,
Visci quercini ana uncias quatuor,
Myrrhæ electæ,
Castorei ana unciam semis,
Rad. Levistici,
Dictamni albi,
Zedoariæ ana uncias duas.

Infundantur per dies decem in loco calido, fimo aut arena, in aquæ Melissæ Majo mense extillatæ libris quatuor, & vini aromatici odorati libris tribus. Postmodum lege artis destillentur.

Uterinis affectibus medetur, præsertim verò præfocationibus ac epilepsiæ per consensum matricis natæ, menses itidem ac secundas pellit, & flatus uteri dissipat.

ANIMADVERSIONES.

PRæstantissimum & efficacissimum medicamen è *compositionis hujus ingredientibus* ad denominatos affectus parari posset, si juxta modum nostrum jam aliquoties indigitatum, ex iisdem *essentia* conficeretur: Nimirùm destillando ex enumeratis selectioribus *speciebus*, addito *vino odorifero* & *aquâ Melissæ* absque additione *aquæ simplicis destillatâ*, *aquam spirituosam fragrantissimam*: Deinde ex *residuis speciebus* beneficio *spiritus vini extractum spissum* conficiendo, quod *aquæ spirituosæ superiori* jungatur, sicque digestioni brevi *essentia* paretur, quæ filtrata tandem asservetur usui.

AQUA PHYSOGONA.

℞. Sem. Anisi probè contusi libras duas,
Dauci sylvestris unciam unam,
Cinamomi acutissimi uncias duas,
Nucis Moschatæ,
Macis,
Galangæ,
Caryophyllorum ana drachmas duas.

Trita infundantur in vini malvatici libris quatuor, per biduum aut triduum in loco calente: deinde destillentur lege artis.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 552 sur 955

Ventositates à frigidis & crassis humoribus subortas dissipat, ventriculi rugitus dispellit, & intestinorum à flatibus distentorum murmura discutit.

ANIMADVERSIONES.

HÆc *aqua* optimè juxta præscriptum modum destillari potest; omnium enim ingredientium virtus & efficacia in subtili partium tenuitate consistit, quæ tùm facilè unà cum *vino malvatico* destillatione per Alembicum elici poterit, Unum tamen huic *compositioni* inest, quod aliquatenus scrupulum mihi movet, nimirùm additio illa *seminis Anisi ad duas integras libras*, quod pondus sanè factâ comparatione ad *reliquas species* & *vinum malvaticum* proportionem excedit, existimo tamen σφάλμα esse typographicum; sufficient autem *seminis anisi* ℥ *iv*, vel ℥ *v*, ad summum: Destillatio peragenda est in M. B. vel in segmentis lignorum aquâ irroratis, usque ad siccitatem specierum.

AQUA STAPEDIANA PRIMA.

℞. Theriacæ Andromachi,
Mithridatii Damocratis ana uncias sex,
Pulv. Elect. de Bolo apud Joubertum,
Bezoardici apud Nicolaum ana uncias duas,
Aquæ vitæ per balneum bis destillatæ,
Vini Malvatici,
Aceti rutacei ana libram unam,
Succi rad. Pimpinellæ,
Limonum ana uncias sex.

Destillentur simul in balneo, ac stillatitio huic liquori conservato in phiala vitrea, immisce Theriacæ uncias sex, maneantque sic simul omnia, ut in fundo quiescat Theriaca.

IN peste morbisque malignis mirificas vires obtinet, sudores potentissimè movet, unde venenatam materiam omnem dejicit, valetque plurimùm tàm in curatione, quàm in præservatione.

AQUA STAPEDIANA SECUNDA.

℞. Conditi pro familia libras duas,
Aquæ vitæ semel in balneo extractæ,
Vini malvatici,
Aceti rutacei,

Succi

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 553 sur 955

Succi rad. Pimpinellæ,
Limonum ana libram unam.

Deſtillentur in balneo, ac extillato liquori, permiſce Theriacæ Andromachi uncias quatuor, reſideat in fundo theriaca.

ANIMADVERSIONES

In Aquam Stapedianam primam & ſecundam.

QUàm inepta res ſit, *Theriacam & Mithridatium, ſpecies, quas Bolus Armena lapidesque precioſi, aliaque præparata* ingrediuntur, item *Syrupos & Conſervas*, utpotè quæ maxima ex parte è *ſaccharo* conſtant, nec non *fructus*, qui violentam etiam coctionem ſine virium ſenſili jacturâ ferre queunt, leni alicui deſtillationi ſubmittere, jam ſat ſuperque in præcedentibus *Animadverſ. aquarum, Chyloſtagmatis Mindereri, Cordialis temperatæ, balſalmi embryonum*, aliarumque ſimilium demonſtravimus, quò benevolum Lectorem brevitatis ergò ablegamus. Proinde conſultiùs fore exiſtimo, ut ex ambarum harum compoſitionum ingredientibus infuſa ſaltem faciamus, abſque ulla deſtillatione, quippe quæ in *peſte aliisq; morbis malignis* ipſis eorundem *aquis* longè efficaciora erunt.

AQUA STOMACHICA.

℞. Cinamomi acutiſſimi,
Caryophyllorum ana drachmas decem,
Calami aromatici,
Galangæ ana unciam unam,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas ſex,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Baccar. Lauri decortic. ana unciam ſemis,
Coſti Arabici,
Piperis longi,
Nigri,
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana drachm. tres,
Maſtiches electæ,
Olibani electi,
Myrrhæ ana drachmas duas ſemis,
Cortic. Arantiorum,
Citri ana drachmas duas,
Ligni Aloës optimi drachmam unam ſemis,
Santali albi,
Citrini ana drachmam unam.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 554 sur 955

Incidantur grosso modo & contundantur, mixtis omnibus superfundantur

Vini Malvatici mensuræ quatuor.

Macerentur per octiduum in vitro benè clauso, deinde destillentur in balneo mariæ: Liquor egressus, servetur usui.

Vitia concoctionum in stomacho emendat, imbecillitatem ejusdem corrigit, humores crudos ex pituita & bile, ipsis ventriculi tunicis impactos incidit, & attenuat, ructus atque flatus in ventriculo obortos, tollit & dissipat.

ANIMADVERSIONES.

Efficacior hæc *aqua stomachalis* redderetur, si cum *extracto ex residuis à destillatione speciebus parato*, nonnihil acueretur, aut si ad minimum *Masticke*, *Olibanum*, *Myrrhæ*, *lignumque aloës* in petia ligata sub ipsa destillatione, Alembici rostro immitterentur. Posset etiam ad saporem gratum conciliandum *syrupis de cinamomo*, & *de corticibus citri*, juxta nostras *Animadversiones* confectis, ista edulcorari.

AQUA THERIACALIS BEZOARDICA.

℞. Rad. Valerianæ,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Bardanæ,
Gentianæ,
Petasitis ana unciam unam semis,
Angelicæ,
Dictamni albi ana unciam unam,
Enulæ Campanæ,
Zedoariæ,
Aristolochiæ rotundæ ana unciam semis;
Cortic. median. Fraxini manipulos quatuor,
Herb. Betonicæ,
Veronicæ,
Scabiosæ,
Cardui Benedicti,
Hyssopi ana manipulum unum & semis,
Acetosæ,
Agrimoniæ,
Fumariæ,
Rutæ,
Centaurii minoris ana manipulum unum,

Inci-

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur, ac infundantur in

Vini albi Neccarici mensuris quatuor, &
Aqu. Valerianæ,
Scabiosæ,
Acetosæ ana mensurâ anâ.

Adde

Theriacæ Andromachi, & communis, ana unciam unam semis,
Electuarii de Ovo unciam unam,
Boli Armenæ pulver. unciam semis.

Destillentur omnia lento igne, in Alembico benè occluso, servetur usui.

Præstans est hæc aqua in pellenda lue pestifera, commotis nimirum & prolectis sudoribus sumpta: manè à jejuno dimidii cochlearis mensurâ pota, præservativum est celebre, malignis quoque febribus potenter resistit, & adversatur.

ANIMADVERSIONES.

Æqualis est hæc *compositio superiori Chylostagmati Diaphoretico Mindereri*, iisdemque scatet erroribus: Itaque juxta *animadversiones nostras* super illud ipsum conscriptas, etiam hujus *aquæ Bezoardicæ* dexterior præparatio commodè institui poterit; Destillando nimirum *aquam* ex omnibus ingredientibus, exceptâ *Theriacâ*, & *Electuario de ovo*, ex residuis verò *speciebus* beneficio *spiritus vini* conficiendo *extractum* justæ consistentiæ, quod vel illicò *aquæ prædictæ* commisceri, vel etiam seorsim asservari & tempore necessitatis cum eâdem propinari potest. *Theriaca* tùm ipsius *Andromachi*, tùm *communis*, item *Electuarium de ovo*, præfato *extracto*, vel *aquæ destillatæ* superiori quidem admisceri queunt; melius autem foret, si similia *Electuaria* postulante demùm necessitate *aquis* & *essentiis* commiscerentur.

TINCTURA ROSARUM SICCARUM.

℞. Flor. rosar. rubear. unciam semis,
Aquæ fontanæ puræ libras duas,
Spiritus vitrioli vel sulphuris rectificati drachmam semis.

Stent simul in balneo mariæ tepido per horas quatuor: postmodum in colatura rubicundissima dissolvantur sacchari finissimi unciæ sex, & denuò per chartam bibulam trajiciantur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 556 sur 955

IN febribus aliisque caloribus præternaturalibus insigne refrigerativum, adeoque ipsi hepati confortativum existit, ventriculi etiam bonam digestionem promovet.

ANIMADVERSIONES.

Tinctura hæc paratu facilis est, cum *aqua* scilicet *ferventi*, *Rosis* superaffusâ, additaque *sacchari* & *spiritus Vitrioli* quantitate competenti, pro grata aciditate: *Extractam tincturam* denique vase cui inest, benè cooperto, sponte refrigerari finito.

AQUA VITÆ COMPOSITA.

℞. Cinamomi electi ℥ ß,
Zingiberis ℥ j,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ,
Granorum Paradisi ana unciam semis,
Ligni Aloës,
Macis,
Piperis longi ana drachm. duas,
Flor. Salviæ odoratæ libram unam,
Cardamomi,
Masticches,
Cubebarum,
Calami Aromatici,
Galangæ ana drachm. unam semis,
Flor. Rosarum rubearum drachm. duas,
Citrariæ unciam semis,
Corticum Citri drachmas sex,
Baccarum Lauri unciam semis,
Stœchadis Arabicæ drachm. quatuor,
Rorismarini,
Majoranæ,
Lavendulæ,
Melissæ,
Betonicæ ana drachmas sex,
Rutæ unciam semis,
Castorei,
Spicæ Indicæ ana drachmam unam.

Pulverisentur omnia grosso modo, & infundantur per decem dies in vini sublimati optimi libris decem. Destillentur lento igne in Alembico benè obturato, cui infundatur in petia

Ambræ cineritiæ,
Moschi Alexandrini ana drachma semis.

Servetur optimè, ne evaporet.

Omnes

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 557 sur 955

Omnes in universum corporis vires firmat, spiritus reficit, cor recreat, animi deliquia pellit, syncopas delet, vitales spiritus reficit, nec non calorem nativum languentem exuscitat.

ANIMADVERSIONES.

Insignis hæc compositio, pomposam illam *Elixieris vitæ Matthioli* compositionem longè superans, absque ulteriori correctione confici potest: Attamen *lignum Aloës* gummosum & odoratum, *Masticke* item, *Moschus* & *Ambra*, in petia ligata Alembici rostro imponenda sunt, ac ultimò etiam prolecta *aqua vitæ Syrupo aliquo*, vel *Cinamomi*, vel *Citri*, aut *Iulepo Rosarum*, juxta modum nostrum in *animadversionibus ejusdem* edoctum, parato, ad saporis gratiam edulcoranda erit.

Cæterùm in assignato excessivo pondere *Salviæ* florum suspicor commissum esse vitium typographicum, nulla enim hujus *ad reliquas species & liquorem affundendum* est proportio: Meo judicio sufficiet unciam unam vel duas ad summum dictorum *florum* recepisse, leves enim sunt & ex uncia una ipsorum satis magna exsurgit quantitas.

AQUÆ CUM VINO.

Aqua Absinthii,
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Cardui Benedicti,
Cinamomi,
Eupatorii Avicennæ,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Melissæ,
Pulegii,
Salviæ hortensis,
Veronicæ.

AQUÆ DESTILLATÆ SIMPLICES.

Aqua Acetosæ,
Acetosellæ,
Agrimoniæ,
Anagallidis,
Angelicæ,
Artemisiæ,
Baptisiculæ,

Aqua

Aqua Betonicæ,
Betulæ arboris,
Borraginis,
Bugloſſi,
Burſæ paſtoris,
Cancrorum cum ſale Armon.
Caponis,
Cardui Benedicti,
Cardui B. Mariæ,
Caudæ equinæ,
Centaurii,
Centinodii,
Chelidoniæ,
Ceraſorum nigrorum,
Chærefolii,
Chamomillæ,
Cichorii,
Cinamomi,
Conſolidæ regiæ,
Cornu cervi ex apicibus,
Corticum Citri,
Craſſulæ,
Ebuli ex baccis,
Endiviæ,
Euphraſiæ,
Eupatorii Avicennæ,
Fabarum ex floribus,
Farfaræ,
Fœniculi,
Fragorum ex fructu,
Fumariæ,
Gentianæ ex radicibus,
Hederæ terreſtris,
Hirundinum,
Hyſſopi,
Ivæ artheticæ,
Lactucæ,
Lapathii acuti.
Lavendulæ,
Leviſtici,
Linariæ,
Lilior. convallium ex floribus,
Lilior. alborum ex floribus,
Liguſtri florum,

Aqua

Aqua Majoranæ,
Malvæ,
Mellis,
Meliloti,
Melissæ utriusque,
Menthæ,
Nymphææ ex floribus albis,
Nasturtii,
Omnium florum,
Ononidis,
Papaveris utriusque,
Petroselini,
Pæoniæ ex floribus,
Pulegii,
Primulæ Veris ex floribus in pelliculis,
Picarum,
Plantaginis utriusque,
Portulacæ,
Prunellæ,
Rosarum utrarumque,
Raphani ex radicibus,
Roris Majalis,
Rorismarini,
Rutæ,
Salviæ utriusque,
Sambuci ex floribus,
Sambuci ex floribus & uvis,
Saxifragiæ,
Scabiosæ,
Scordii,
Sempervivi majoris,
Sempervivi ex sale Armoniaco,
Sigilli Salomonis,
Solatri,
Spermatis Ranarum,
Squamariæ,
Saturegiæ,
Spicæ ex floribus,
Taraxaci,
Tiliæ ex floribus,
Tormentillæ,
Tunicæ ex floribus,
Valerianæ,
Verbenæ,

Aqu,

Aqu. Veronicæ,
Violarum ex floribus,
Vitium lachrymarum,
Urticæ.

VINA MEDICATA.

Vin. Berberorum,
Cydoniorum,
Granatorum,
Ribium.

ANIMADVERSIONES
In Aquas deſtillatas ſimplices, cum, & ſine Vino, ac Vina Medicata.

DE *aquis ſimpliciter deſtillatis* acturi, maximè neceſſarium fore judicavimus, ut paulò accuratius de illis, quàm in præſens ab Authoribus (eas duntaxat recenſendo) factum eſt, & diſtinctius loquamur, eòque magis, quòd vel pauci vel nullus adhuc fuerit viſus, qui de his quicquam dilucidè, quod animum veritatis & diſcendi avidum ſatiare poſſet, ſcriptis commendârit. Proindè cùm non tam ex *vegetabilibus*, quàm *animalibus* & *mineralibus aquæ* ſimpliciter deſtillari præcipiantur, uno autem & eodem deſtillandi modo commodè & dextrè perfici nequeant, præſtat ut *ſingula regna* ſigillatim, quantum experientiâ edocti ſumus, paululùm percurramus. Sit autem *minerale regnum*, quod reſpectu reliquorum fixiora imò fixiſſima ſubjecta habet, primum, in quo non pauca reperiuntur, quorum ſubſtantia integra, licet in baſi fixa dici mereantur, partes tamen habeant nonnullas volatiles, quarum virtutes prægreſsâ quidem fermentatione, aut reiteratâ cohobatione, ſimplici & communi per Alembicum deſtillatione ex parte, vel etiam totaliter pelli queunt; in quorum numero *Vitriolum* non infimum locum obtinet, *Alumen* item, quod ferè totum Alembicum tranſit, item *Nitrum* competenti vehiculo ſociatum, utpotè *Mannâ*, *rore majali* vel *aquâ pluviali*, &c. Simpliciter autem hæc & ſimilia ſine prægreſſa competenti digeſtione, aut reiteratâ cohobatione, vel analogi menſtrui affuſione, deſtillationi commiſſa, (quod communiter in *compoſitionibus aquarum antecedentibus* factum eſſe obſervavi,) non eſt, quòd nobis quicquam de virtutibus eorum promittamus. *Metalla* verò, *lapides* & *gemmæ plurimæ*, quæ quam ineptè & perperam deſtillationibus in cucurbita vel Alembico, affuſo inſuper liquore perficiendis, committantur, quilibet agnoſcet, qui eorum naturas & proprietates aliqualiter perſpectas habet, aut experimentum facere non gravabitur; Et poſito, non autem abſolutè & univerſaliter

liter conceſſo, *metalla*, nec non *lapides precioſi candefacti*, inque *liquore* extincti, communicarent quandam virtutem extinguenti liquori, non propterea, quantilla etiam illa ſit aquæ communicata, & nil aliud niſi particula *metalli* vel *lapidis ſoluti* eſſe poteſt, deſtillata per Alembicum tranſcendet, ſed in fundo cucurbitæ, etiamſi centies affuſo liquore deſtillaretur, reſidua manebit; quippe quòd clarè & perſpicuè demonſtrant *ſolutiones metallorum & lapidum precioſorum*, item *Margaritarum, Coralliorum, &c. aquis corroſivis* peractæ, quæ quoties etiam à ſuo menſtruo ſolvente per deſtillationem liberentur, non ſolùm integrè in reſiduo maneant, ſed utplurimum ſolventis menſtrui *acorem*, aut *ſal acidum*, iis aſſociatum, & in aliud ens converſum, ſecum retinent, non niſi ignis violentiâ ſeparabile, cum deſtructione autem (exceptis *metallis*) rei vel *lapidis diſſoluti*.

Hoc breviter abſoluto, *animale regnum* ſuccinctè etiam & breviter percurramus, in quo quidem plurima nobis ſuppetunt notatu digna, Medico inſuper ſcitu neceſſaria, niſi & illa ipſa cauta eſſe debeant quibuſdam malevolis adeòque ſtudio plurima ſilentio tranſilientes, *carnes ſaltem animalium*, quæ in hac claſſe multoties, deſtillationi coeinnantur, utpotè *capones*, *hirundines*, *&c.* paucis examinemus, ubi primùm de natura vel proprietatibus *animalium*, an nimirum fixa ſive volatilia ſint, quædam examinanda occurrunt, quæ niſi exquiſitè cognita ſint, nil proficui effecerimus. Non loquor autem in præſens de *vivis animalibus*, de quibus ſupra, ſed de *mactatis ſalutiferis & eorundem carnibus, oſſibus, ſanguine. &c.* quæ cuncta volatilia eſſe deprehendimus, ita tamen, ut violentiorem ignem deſiderent deſtillationi commiſſa, quàm quædam *vegetabilia balſamica ſulphurea*, propterea nil quicquam illis, ſive cum aqua fortiter coquantur, aut per ſe aſſentur, & vel totaliter etiam exſiccentur, de viribus vel eſſentia eorum detrahatur, ſed *humiditas* ſaltem *elementaris* exhalat, donec violentiori igni admota, ex integro comburantur, ſic tota eorum ſubſtantia fere avolat, relictâ *paculâ terrâ* mortuâ inutili; ſed de his fuſiùs in *animadverſionibus ſuper appendicem claſſis decimæ quartæ*, quas Lector conſulat. Quibus ita ſe habentibus, experientiâ teſte, quid nobis promittimus per ſimplicem deſtillationem, affuſo inſuper liquore, ex illa vulgò tradita, à vapore exhalante, aquea humiditate omni virtute carente? Quis enim, ut ſeſe ſaturare poſſit, aut vires collapſas reſtaurare, *vaporem aqueum*, coquendo à carnibus exhalantem appetit, non verò *carnes ipſas*, vel earum *juſcula nutritiva*? Et quamvis nonnulli aſſerant, quod vapor quorundam eduliorum, *panis* nimirum *recentis*, *carnis aſſatæ*, *&c.* macie & marasmo conſumptos reſtauret & nutriat, id tamen & veritati & experientiæ repugnat. Nam ſi hoc verum eſſet, conſultius foret, uti ſuperiùs etiam innui, *crudis* veſci

carnibus,

carnibus, quàm *coctis* & *assatis*, *vapore nutritivo spoliatis*, aut in Alembico vel cucurbitâ suo capitello munitâ illa semper coquere, & vaporem unà cum *carnibus*. cùm coctis, tum assatis asservare, & nutritioni accommodare, sed cachinno digna hæc sunt: Vellem, ut qui pertinaciter antiquorum tradita defendere nititur, experimentum faceret, *carnes* sive *caponum*, sive aliorum *animalium*, in balneo fortiter coquat, ad totalem etiam earundem exiccationem, & experietur, quam insignem scilicet *aquam nutritivam* & *confortantem* adipiscèretur, quam sibi servet; nos verò *carnibus coctis* & *pane*, si sani & incolumes, vel *jusculis* aut *gelatinis* eorum, si à morbo aliquo diuturno debilitati & exinaniti fuerimus interim spreto eorum vapore, vescemur. Et ut verba ad compendium referam, quæ supersunt de *animalibus* & illorum destillationibus, ex superioribus nostris *Animadversionibus classis undecimæ super Trochiscos*, item *super Balsamum embryonis*, *aquam caponis*, & *hirundinum* factis, peti possunt.

Transeamus jam ad *tertium illud regnum vegetabile*, quod quàm diversas & multifarias habeat species, & quam exactâ cognitione opus sit iis, qui eas dextrè destillare velint, ne *cortices nucleis* præferant, vix sufficienter describi, nec universalis destillandi modus assignari potest, quo cuncta *vegetabilia* dextrè destillari queant, ut *aquæ* ex illis prolectæ, verè eorum virtutes æmulentur: Quædam enim ipsorum ità nata sunt, ut affuso liquore, ceu vehiculo, in quem virtutes deponant, destillata, potiorem suam essentiam & virtutes unà cum sapore & odore per Alembicum transmittant, ac insipida in residuo remaneant, solo *sale fixo* (quod operæ precium est asservare,) si ulterius crementur, aut in cineres redigantur, prægnantia, ex quorum numero sunt, *Cinamomum*, *Caryophylli*, *Anisum*, *Carvum Fœniculum*, *&c.* Quædam verò duntaxat odorem rei destillatæ repræsentant, non verò saporem, in quorum serie amara & dulcia deprehenduntur, utpotè *Absinthium*, *Opium*, *Tanacetum*, item *Rosæ*, licet eorum *olea destillata* aliquali ipsorum sapore imprægnata sint, non tamen æquè manifestè, ac superiorum prædictæ *aquæ*, quod ipsum non levem dubitandi ansam præbet, an nimirum similes *aquæ* utcunque odoriferæ, integris dictarum *plantarum* viribus ditatæ sint. *Tertium genus vegetabilium* similibus destillationibus per Alembicum affuso liquore, planè inhabile & ineptum est, eò quod hujus generis *vegetabilia* jam denominanda, neque saporem, neque odorem (quo nonnunquam vel penitus destituuntur, aut vix sensibili imbuta sunt) proprium in destillatione fundant, sed *aquam duntaxat* vel *humiditatem insipidam*, communi similem, omni virtute expertem, ex. gr. *Fructus complurimi dulces* & *acidi*, utpotè *Berberes*, *Ribes*, *Myrobalana*. *Pruna*, item *succus Liquiritiæ*, *saccharum*, *mel*, non paucæ *radices*, *herbæ*, *flores*, *semina*, *ligna*, *gum-*

gummata, &c. Horum enumeratorum & similium nullum, uti dictum, nec saporem, nec odorem proprium, nisi fortè exiguum & vix perceptibilem, neque etiam, (quod in *purgantibus* sive *cathartieis* manifestissimum est,) virtutes proprias *aquæ destillatæ* impertitur. Porrò ex *herbis* aut *radicibus*, *aliisvè vegetabilium speciebus*, *vi adstringente manifestissimâ ac stipticâ præditis* utpotè, *Tormentillæ*, *Bistortæ*, *Sanguisorbæ*, *radice acetosæ*, *flor. Balaustii*, *Prunis sylvestribus succis Acaciæ*, *Hypocistidis*, &c. nec tantillum dedictis eorum virtutibus destillatione cum liquore affuso, exprimi ac elici potest; remanentia autem eorum terrestrior à destillatione, adstrictoriâ virtute quàm maximâ pollet, quâ aqua ab iis destillata penitùs destituitur. Atque adeò in vanum laborant, & cribro aquam hauriunt, qui ex similibus *rebus adstringentibus*, curiosâ licet solertiâ destillatis, singulares *aquas stipticas* sibi pollicentur. Quæ cùm revera ita se habeant, non iniquè aut sine ratione in plurimis antecedentibus compositionibus, quantum in conglomerata illa & sæpiùs perperam congesta, ingredientium farragine fieri potuit, eò respexi, ut vires integras in *compositis* conservarem, cùm *aromaticalium* & *balsamicorum*, tùm aliorum *vegetabilium*, ac ipsorum etiam *animalium*. Et quilibet ex præmissis facillimè cernet, quod haud prudenter, & sine omni naturalium rerum verâ cognitione & scientiâ cuncta cùm *mineralia*, tùm *animalia*, & promiscuè etiam omnis generis *vegetabilia* & *marina*, uni & quidem simplici destillationi, in *M. balneo*, *arenâ* vel *vesicâ*, affuso liquore peragendæ, concinnentur. proindè necessum erit, ni posteris etiam ludibrio exponi velimus, ut penitiùs rerum essentias & naturam pervestigemus, ac studiosè observemus, quarum rerum virtutes per simplicem lenemque, quarum per aliam artificiosam & violentiorem *destillationem* & *ignem*, ad totalem illarum *combustionem* nimirùm, & quarum etiam per *extractiones* & *decoctiones* potiùs virtutes ac essentiæ elici, quæque etiam crudè vel in substantia, nutritionis & confortationis, vel etiam alterius intentionis causâ assumi possint, ne in tot præcipitemur inexcusabiles errores, nullo modo continendos; cùm si dextrè & debitè operemur, in proximi salutem, sin secus, in ejus detrimentum & interitum vergat.

Posito hoc discursu generali de *tribus simplicium regnis*, & eorum contentorum naturis, incumberet nobis, ut etiam adjiceremus, quâ ratione singula artificiosè & dextrè destillanda sint, ut eorum *aquæ*, *spiritus*, & *olea destillata*, propriarum rerum, è quibus prolecta, virtutes ac vires referant, iisdemque abundantur prægnata sint. Verùm hæc non exiguum judicii acumen postulant, sed verùm, longâque experientiâ edoctum Philosophum: Et cùm fortè hac in parte unicuilibet, & quidem in præsens, ubi brevitati studeo, satisfacere nequeam, præsertim in *minerali regno*, quod totam Chymiam in-

volvit, ac brevibus coërceri & perſtringi non patitur, idcircò illud (ſaltem *quoad mineralia*) mihi in aliud tempus, DEO dante, ubi experientia rerum magiſtra plura ſuppeditabit, eaque realia, vera & digna, reſervo, additurus tamen pauca, ansâ arreptâ & materiâ ſuppeditante in ſequenti *Mantiſſa*. *Animalia* quod ſpectat, de his ſufficienter actum eſt in *Animadverſionibus ſuper appendicem Claſſis decimæ quartæ, aquam item hirundinum, & cornu cervi philoſophicè præparatum in ſequenti Mantiſſa*, ex quibus qualiter & quomodo deſtillanda, aut alio modo virtutes ex iis eliciendæ ſint, dilucidè patet. Reſtat nunc, ut *vegetabilia* paulò penitius perveſtigemus, atque genuinos & faciles eorum deſtillandi modos, ſi deſtillationi apta ſint, inferamus: Pro quorum meliori dilucidatione, diligenter & penſiculatè ruminentur ea, quæ ſuperiùs paulò de differentia *vegetabilium* inculcavimus, item quæ de *vegetabilium* quorundam deſtillatione & reſolutione in *Animadverſionibus ſuper aquam aſthmaticam hujus Claſſis*, nec non quæ de *eſſentiis aut ſpiritibus vegetabilium in Animadverſionibus earundem ſequentis Mantiſſæ* innuimus, in quibus non ſolùm, qualia *vegetabilia* huic vel illi deſtillationi apta vel inepta, quæque *extractionibus* aut *decoctionibus* potiùs, vel in ſubſtantia ut aſſumantur, accommodata ſunt, verùm etiam eorum præcipuæ & artificioſiores *aquarum deſtillationes* & *eſſentiæ* luculentiſſimè & ſatis clarè patent. Proindè ut ſimpliciſſimam ſaltem *aquarum ex vegetabilibus* deſtillationem, de qua ex inſtituto jam ſermo eſt, brevibus indigitemus, præſtat ut Chymicorum quorundam, *ſimplicium aquarum ex ſuccis, ſuo proprio ſale acuendarum, deſtillandi modum* ſub incudem etiam rectæ rationis & experientiæ revocemus: An nimirum tota *plantarum* virtus, *ſuccis deſtillatis*, cum reſiduo ex incineratis herbis prolecto *ſale* maritatis, implantata vel ſufficienter impreſſa ſit? & ex quibuſlibet *plantis ſuccus* exprimi poſſit: An ſufficienti & competenti in quantitate, *ſal* ex reſiduis ſaltem à deſtillatione *plantis* elici, ut debito & proportionato pondere *aquis* & *ſuccis ſtillatis*, jungi queat: Et tandem an ea in quantitate, quâ exiguntur, & à vulgo expetuntur *aqua* hâc normâ ſufficienter deſtillari poſſint. Quæ neceſſaria requiſita ſuis certè non carent difficultatibus haud exiguis. Præprimis plurimæ *plantæ* & *herbæ*, *ſiccioris* & *balſamicæ naturæ*, ita natæ ſunt, ut non ſolum exiguam *ſucci* portionem, imò aliquando nullam omninò, utut fortiſſimè opè torcularis premantur, verùm etiam illum ipſum *ſuccum* (ſi quem præbent) odore tàm fragranti, quàm *planta* antea pollebat, imbutum, minimè ſuppeditent, reſiduæ verò à preſſura *plantæ* etiamnum humidæ, & odore & virtute propriâ uberrimè prægnantes remanent, atque ideò hæ ſaltem *odoriferæ ſiccores*, & *balſamicæ herbæ*, hoc deſtillandi genus planè reſpuunt, alioque modo tractari, & liquorem ſibi affundi, vel ſtatim *ſequenti ſimplici deſtillationi* in

ſubſtan-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 565 sur 955

ſubſtantia committi exoptant. Porrò ex *floribus* quibuſcunque, paucis exceptis, quorum *aquæ* tamen frequenter expetuntur, vel nullus omninò, vel exigua *ſuccí* quantitas, iſque totus mucilaginoſus exprimi poteſt, remanentibus *floribus* viribus integris adhuc præditis, niſi quòd quidam ſuâ fragrantiâ, quâ antea pollebant, per contuſionem in mortario penitùs etiam priventur, & neque *ſuccus* ab iis expreſſus, neque *flores relicti* odorem proprium, ſed ingratum veluti fœtorem ſpirent. Quæ autem paulò *humidiores* vel *ſucculentiores plantæ*, & ad *ſuccum* exprimendum aptiores, illæ ipſæ etiam vel *balſamico* & *fragranti odore* præditæ, vel *inodoræ* & *terreſtriores* ſunt: *Illæ* ſi exprimantur, earum *ſuccus*, uti ſuperius etiam dictum, tantâ fragrantiâ non gaudent, ac reſiduæ à preſſura *plantæ*, idcircò & harum tota ſubſtantia deſtillationi commiſſa, *aquam* ſuppeditabit majoribus viribus præditam, quàm ſi ex ſolo *ſucco* deſtillata eſſet: *Hæ* verò *inodoræ* ſive integræ vel in ſubſtantia, ſive earum *ſuccus expreſſus* deſtillationi adaptetur, potiores tamen earum virtutes in reſiduo concretæ remanent, & *aquæ* ipſarum *elementarum* potiùs indolem, quam ſingulares virtutes ſapiunt. Hinc patet, quòd *aquæ hæ* in genere ex *ſuccis* deſtillatæ, licet proprio ſuo *ſale* maritatæ ſint (qua in re tamen non leve obſtaculum ſeſe offert, uti ſequetur;) viribus nativis & integris tamen truncatæ proſtent.

De *ſale* addendo & *aquis deſtillatis* admiſcendo, non exigua etiam difficultas eſt; Nam *plantæ humidiores* & *ſucculentiores* copiosè *ſuccum* & *aquam* ſuppeditant, ex reſiduo autem & remanentibus à preſſura ſive deſtillatione tanta copia *ſalis* extrahi nequit, ut in competenti, quâ exigitur quantitate, *aquis deſtillatis* jungi poſſit; Sat magna enim quantitas *herbarum* communiter requiritur ad *unciam unam* vel *alteram* conficiendi *ſalis*, ſuntque *plantæ* quædam ita conſtitutæ, ut vix ſenſibilem *ſalis fixi* præbeant particulam, utpotè *Helleborus*, item *lignum ſanctum*, ex quo niſi ſingulari artificio *ſal fixum* extrahatur, vix quicquam illud calcinando vel in cineres redigendo elicietur: Adeoque ridendi ſunt illi, qui ſæpenumerò vix ex *dimidia* vel *libra una ſpecierum*, peractâ aquæ deſtillatione aut extractione *ſal* extrahi, illudque *aquis deſtillatis* vel *extractis* jungi præcipiunt: Unde neceſſum eſt, ubi *ſale proprio aquæ deſtillatæ* prudentiſſimè quidem & dextrè acui jubentur, ex majori *plantarum* copia (præſertim ſi ſucculentæ fuerint,) quàm quæ à deſtillatione reſidua eſt, *ſal purum* eliciatur, tandemque *aquæ ſuæ propriæ* in competenti quantitate adunetur, nimirùm ad ℔ *j aquæ* addendo *drach. ij* vel *iij ſalis*: Hunc autem *ſalem*, ſi prius proprio à *planta oleo deſtillato* (*drach. ſs*, vel etiam *drach. j olei deſtillati* ad ℥ *j ſalis*) imprægnare, & in phiala ſpatio aliquot dierum lento cinerum calore circulari & exactè uniri, tandem unita *aquis* jungi volueris, *aquas* efficies, quæ *eſſentias*, uti vocant, *quintæ* nomine

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 566 sur 955

divendi possunt, viribusque integris *plantarum*, ex quibus elicitæ sunt, uberrimè prægnantes.

Tertium quæsitum est, quod licet *Officinarum simplices aquæ destillatæ*, ob copiosam *aquæ fontanæ* affusionem minimè arrideant, & nullius ferè efficaciæ sint, maximè quæ ex frigidioribus *plantis* paratæ, ex *succis* tamen *solis*, si destillandæ essent, tantâ copiâ, in qua nunc à vulgo, imò Medicis ipsis desiderantur, præsertim ex paulò naturâ *aridioribus plantis*, vix ac ne vix quidem sufficienter parari possent, etiamsi Pharmacopœi solis *aquarum destillationibus*, & non aliis rebus operam suam occuparent; accedit quòd hodierno die tàm vili precio *aquæ destillatæ* ex Officinis petantur, ut si accuratè & dextrè, sive ex *succis*, sive, uti sequetur, ex *tota planta*, suo *sale* ritè acuatæ confici deberent, ne *carbones* ad destillationes necessarios, multò minùs *plantas* illo ære comparare sibi possent Pharmacopœi, ne dum ut debitum pro labore ferrent præmium.

His fundamentis nixus, non suspicor ullum fore, qui non plenariam de *aquarum destillationibus* informationem excerpere, & *vegetabilia* huic vel illi intentioni apta sibi seligere possit. Ultimum nunc est, ut *simplicium aquarum* communissimum destillandi modum, qui nobis arridet, parumper indigitemus: Perplacet autem præ cæteris simplicium aquarum destillandarum modis, (si ritè & debitè confici debent, & debito ære persolvantur,) is simplicissimus, qui etiamnum mulierculis familiaris est, & in *cucurbita plana & humili suo capitello munita*, quam super arenam vel sabulum madefactum, sub quo ignis carbonum accensus, collocant, eidemque *herbas* contusas vel consciscas absque *aquæ simplicis* affusione immittunt, peragitur.

Hic modus, licet communissimus, non tamen ridendus vel spernendus est, ob diversas rationes: Etenim quò magis sublimia *aquæ* petere, aut in altum elevari debent, eò minùs de partibus rei destillandæ fixioribus (quibus sanè non exigua vis & efficacia operandi attribuenda,) præsertim *herbarum quarundam frigidiorum*, secum rapiunt. Quem modum, si Pharmacopœi solertiores imitari, vel juxta eundem paulò artificiosius similem destillationem instituere vellent, suaderem ut *plantas*, quas sine additione *aquæ simplicis* destillare intendunt, concisas minutim retortæ vitreæ & humili immitterent, & ex illa in M. B. vel quod melius *segmentis lignorum humidis* locata, subligato annulo plumbeo, qui retortam deprimat, quàm violenter etiam in tali destillatione poterunt, *plantas* ad siccitatem usque destillarent; Qui modus equidem in *plantis succulentis* maximè locum habet. Si autem *herbæ* (de *floribus* aliisque eadem ratio est,) aridiores fuerint, illæ nonnihil vel *vino*, vel *aquâ simplici* priùs humectandæ sunt. Verùm enim verò qui in arte destillatoria probè versati sunt, & gradus ignis dextrè regere sciunt, illi *in retorta vi-*

trea

rea loricata igne aperto moderato, hanc herbarum & plantarum, (sive succulentarum, sive paulò aridiorum,) destillationem facilius minori cum labore, & laudabilius peragere possunt, modò observent, ut furnum habeant, aut sibi exstruant satis altum, ne retorta, cui *herba destillanda* inest, igni proximè adhæreat, sed quantum fieri potest, remota ab igne, in altum collocetur, & supra retortam furnus etiam claudatur, relicto foramine vel spiraculo in medio, ut in destillatione spirituum mineralium aliàs moris est. Atque *hâc simplici destillatione* non solùm partes *sulphureæ*, sed & fixiores (impropriè terrestriores dictæ) ex plantis ascendunt, & *aquas* nobilitant; quas tamen si adhuc efficaciores reddere, aut proprio ipsarum *sale* acuere animus est, ex residuis à destillatione *plantis*, aliisque adjectis, (si hæ non suffecerint) mediante calcinatione *sal* confici, & illis debito & competenti pondere jungi potest. Juxta eundem modum etiam *olea* ex *Aromatibus* nonnullis commodè destillari possunt, nimirum irrigando priùs *Aromata* pauculo *vino*, postea igne paulò intensiori, quem maximè hic ipse destillandi modus ferre poterit sine ambustione tamen rerum destillandarum procedendo: plura quæ supersunt, de *oleis destillandis vegetabilium* monenda, in sequenti *Mantissa*, & sub proprio titulo patebunt.

Hæc sunt quæ paucis de *destillatione vegetabilium* in genere annotare volui, è quibus, quæ ex præcedentium *compositionum* ingredientibus destillationi apta vel inepta, & quibus *aquis destillatis* consultum sit ex residuis paratum *extractum* addere, quæ denique *decoctionibus* vel *essentiis* parandis potiùs quàm destillationibus accommodata sint, clarè satis patebit.

Reliqua jam adhuc sunt *vina medicata* (quæ non nisi analogicè hoc nomine veniunt; sunt enim tantum *succi vegetabilium* cum modico *sacchari* decocti, vel crudè asservati:) quæ qualiter exprimere & sine corruptione asservare oporteat, Pharmacopœis satis superque notum est, idcircò ipsorum præparationem intactam relinquens, hoc saltem moneo, scilicet cùm talia *vina medicata* destillationibus planè non accommodata sint, ea imposterùm destillationi submittenda non esse, uti quidem in hoc Dispensatorio sæpiùs, verùm prorsus inutiliter & perperam factum esse video.

ACETUM DE LITHARGYRO.

℞. Lithargyri subtilissimè triti libram unam,
Aceti fortissimi libras duas.

Stent simul in infus. per tres vel iiij dies, sæpiùs interdiu agitando. Post macerationem residere finito, & clarissimum reservetur pro usu.

In perpoliendâ cute & ulceribus humidis, fœtidis & malignis exsiccandis magnificus ejus usus. Cum oleo Sambuci vel Violarum

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 568 sur 955

commixtum in ſerpigine, herpete & inflammativis doloribus magno cum commodo applicatur.

ACETUM SCILLITICUM.

Scillæ præparatæ laminas inter corticem & cor medias, acu lignea filo conſutas, tanto intervallo neſe contingant, ſiccabis in umbra dies quadraginta: poſtea conciſam cultello ligneo libram unam dies alios quadraginta inſolabilis in aceti boni (videlicet albi antiqui) libris octo, in vaſe vitreato ſtricti orificii benè obturato; poſtmodum colabis & uteris. *Nicolaus* ſumit

Scillæ pane involutæ, & in clibano aſſatæ ſeu coctæ, libram unam ſemis,

Aceti acerrimi libras ſeptem, ac in vaſe vitreato per dies quadraginta inſolat,

Si verò accelerare cogeris, ſepeli vas in calido cinere, vel ſabulo, non repentè, ſed paulatim, horarum aliquot ſpatio intercedente.

CVm aceti hujus vires ſic bellè deſcribat Galenus, ideo ejus textum huic loco inſerendum meritò duximus qui ſic habet. Acetum ſcillinum, quo omnes Imperatores uſi ſunt, ab ipſius Auctore fertur, quicunque hoc utatur, longæ vitæ fore, & ejus extrema integra uſque ad finem permanſura. Et ipſe quidem Samius ſenex hujuſmodi extitit: quantum enim temporis vixerit, haud ignoras, de ipſo in libro traditum eſt, quod cum ſuis conſanguineis hanc facultatem communicavit: cumque hoc medicamento uti incepit, quinquageſimum annum natus erat, & uſque ad centeſimum decimum ſeptimum vitam produxit integer, & nulla unquam adversâ valetudine tentatus. Hæc ſanè medicamenti author diſſeruit, quòd fortaſſe vir Philoſophus erat, mentiri neſcius. Nos verò viri hujus fidei periculum fecimus, ac firmam conſtantemque hujus medicamenti facultatem eſſe teſtamur. Oportet igitur ſumere Scillam montanam libræ unius ponderis, & dura circumcidere, & mollia minutatim concidere, & aceti acerrimi ſextarios octo in vitreum vas mittere, atque obturare, ac per triginta dies in caniculæ caloribus, ut maceretur, permittere: deinde Scillam extractam exprimere. Id genus aceti parum manè ſorbeto.

Tibi autem hæc evenient, ut ne faucium oriſque partes unquam remolleſcant, os ventriculi benè valebit, facilè ſpiritum duces, vox rectè habebit, oculi acutiſſimè cernent, aures in officio manebunt, nulliſque flatuoſus vapor in ventre unquam excitabitur, nullum viſcus ſuſpenſum erit, & benè ſpirans, benè coloratus deges. Ad civilia negotia rectè affectus, non acidum non ſalſum ructabis, ſi aliquid aceti hujus aſſumpſeris: & jejunus ut aſſumas præcipio, ſeptemque poſtea ſtadia deambules, ita enim diſſolvetur. Hoc aceto qui utitur, in victu

quamvis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 569 sur 955

quamvis licentiosus esto: omnia enim cibaria conficiet, & à nullo unquam offensam patietur: neque valdè implebitur, sed in melius proficere videbitur. Nihil supervacui in corpore residebit, non flatus, non bilis, non stercus, non urina, sed omnia facilè excernit atque educit. Alvus lubrica omnino est, totiusque corporis purgatorium medicamentum, etiamsi in ossibus sordes inhæreant. Item Phthisicos ab omnibus deploratos hoc medicamento sanitati restitutos novimus, Morbo Comitiali diuturno efficaciter profuit, ut nisi post longa temporis intervalla non redierit: incipientem verò ac novum perfectè discutit, neque reverti amplius hunc affectum permittit. Ad podagras præterea, & articulorum morbos, jecoris, lienisque duritiem vehementer facit; Et particulares quidem aceti Scillini effectus hi sunt, Communes autem quàm plurimi: quibus nos commoti, salutare hoc medicamentum, sanitatis integritatisque causâ, tibi tradidimus. Galenus.

ACETUM THERIACALE.

℞. Rad. Chelidonii majoris unciam unam semis,
Angelicæ,
Ostrutii,
Gentianæ,
Bistortæ,
Valerianæ,
Pimpinellæ,
Dictamni albi,
Carlinæ,
Zedoariæ ana drachmam unam,
Plantaginis majoris dachm. unam semis,
Fol. Scordii,
Cardui Benedicti,
Dictamni Cretici ana pugillos duos,
Cortic. & sem. Citri ana drachm. unam semis,
Granorum Juniperi drachm. duas,
Nucleor. Nucum Juglandium uncias duas,
Santali citrini drachmam semis.

Infundantur omnia in sufficienti quantitate aceti Rutacei, ac sic simul in vitro probè clauso infusa permaneant.

Morbis venenatis auxiliatur, putredinem humorum arcet, sudores prolicit, pestilentis luis contagia dissipat: præsumptum ab infectione corpus tuetur, ac peste correptos tàm internè exhibitum, quàm forinsecus arteriarum & cordis regioni superimpositum, plurimùm reficit ac recreat.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 570 sur 955

Proſtant apud nos etiam alia Acetorum medicatorum genera ; *Vtpotè*

Acetum calendulatum ex floribus,
Deſtillatum,
Lavendulatum.
Nucum ex nucleis,
Papaveris erratici ex flor.
Roſarum ex flor. rub.
Rubi Idæi ex fructibus,
Rutaceum,
Sambucinum,
Simplex,
Tunicæ ex floribus rubris.

ANIMADVERSIONES

In Aceta omnia, tum Simplicia, tum Compoſita.

DE *Acetis* cùm *ſimplicibus* tùm *compoſitis*, non eſt quod multa inferam, cum ſimplici duntaxat viâ parata ſint, ob id etiam minus erroribus referta, multis autem aliis præſtantiora ſunt. Inter hæc *Acetum Lithargyri* eſt extractio *ſalis Saturni* vel *Plumbi*, quod ipſum cùm per ſe, tum aliis commixtum in plurimis affectibus utiliter uſurpari poteſt.

Acetum ſcilliticum ego maximi facerem, ſi ſecundum mentem & authoritatem Galeni paratum eſſet, nimirùm ſinè præcedenti *aſſatione* vel *coctione ſcillæ*, utpotè quæ non tàm præparatio, quàm deſtructio ejuſdem eſt, quam etiam in *Lohoch de Scilla Galeni* aliquot rationibus improbavi; nunc verò, cum expreſſa Galeni authoritas ſeſe offerat, quod *cruda ſcilla cum aceto extracta* tanto cum emolumento fuerit uſurpata, illam ceu planè inutilem totaliter rejicio, & quidem meritò. Etenim *aſſatione* vel *coctione hâc inutili* nihil aliud efficitur, quàm quod ſubtiliores & penetrantiores *ſcillæ* partes prorſus annihilentur.

Reliqua *Aceta compoſita* & *ſimplicia*, ſimplici infuſione & digeſtione parata laudo, quæ ipſa tamen efficaciora & longè durabiliora evaderent, ſi loco *aceti ſimplicis*, *acetum deſtillatum* ſubſtitueretur, quod cùm majori vi penetrandi & extrahendi pollet, nec tàm citò, uti *aceta ſimplicia*, corrumpitur, ſed ſemper integrum & incorruptum perſiſtit, ita ut labor hic, qui in ejuſdem deſtillatione impenditur, ratione dinturnioris integritatis inſigni lucro recompenſetur.

MEDI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 571 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS XVI.

Complectens

OLEORUM COCTORUM ET EXPRESSORUM SERIEM.

OLEA COCTA.

OLEUM ABROTANI.

℞. Abrotani recentis inciſi & contuſi libram unam.

Pone in vaſe vitreo, & affunde olei veteris clariſſimi libras tres, & macera ad Solem, aut in aliquo loco calido per dies tres; deinde in duplice vaſe coque, & abjecto Abrotano recens injice, atque iterum tribus diebus macera: poſtea ſimili modo coque, & exprime; tertiâ vice recens Abrotanum denuò injice, macera quoque, cola & uſui reſerva.

Adhibetur ad producendos pilos, & eorum defluvio cum Ladano & Vrſi pinguedine glabris locis illinitur.

OLEUM ABSINTHII.

℞. Olei Omphacini libras tres,
Comar. Abſinth. Pontici,
Succi ejuſdem ana uncias quatuor,
Roſar. rubear. unciam ſemis.

Macerentur per triduum ad Solem, aut in loco aliquo calido, deinde in duplici vaſe coquantur ad ſucci conſumptionem: poſtea abjectis prioribus, recentia alia injiciantur, rurſuſque per triduum macerentur, deinde ſimili modo coquantur, & exprimantur, ita etiam tertiâ vice reiterentur.

Calefacit & refrigerata roborat, præſertim ventriculum, cibi aviditatem excitat, obſtructa levat, lumbricos necat, frigidis ventriculi affectibus mirificè conducit, flatuſque ibidem conceptos diſſipat.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 572 sur 955

ETiamſi aleum Olivarum immaturarum, ſive Omphacinum apud nos in Germania non paretur, quia tamen eodem in quibuſdam compoſitionibus ſummoperè indigemus, ex Italia deportari, & in uſum noſtrum eâdem commoditate transferri poſſe exiſtimamus, quâ hactenus oleum Olivarum maturarum ſive commune comparavimus.

OLEUM ANAGALLIDIS.

Oleum Anagallidis paratur ut oleum Abrotani.

PRæſentaneum remedium eſt variis puerorum doloribus; in infimo ventre exſuſcitatis à flatulentis, ſabuloſis, bilioſis & pituitoſis, contentis, ſive enematibus admiſtum injiciatur, ſive exterius applicetur.

OLEUM ANETHINUM.

Oleum Anethinum fit ex floribus & foliis Anethi, ac oleo veteri claro, eodem modo, quo oleum Abrotani.

ANodynum eſt, tumores crudos concoquit, reſolvit & laxat, ſomnum conciliat, rigorem febrilem ſpinæ & partibus nervoſis acceſſionis initio illitum evincit, cephalalgiam mitigat, uteri duritiem emollit, menſtrua provocat, vulvarum caſus ferè omnes componit, acopis familiare, laſſitudines diſcutit, dolores articulorum ſublevat, venarum ſpiracula laxat, calefacit & emollit, nervis gratum, ac convulſionibus amicum.

OLEUM ARANEARUM MINDERERI.

℞. Olei Nymphææ,
Lumbricorum terreſtrium ana uncias ſex,
Hypericonis uncias duas,
Folior. rutæ recentis & inciſæ,
Flor. Sambuci recentium ana manipulum unum ſemis,
Aceti Roſacei,
Calendulæ ana uncias tres,
Aranearum pinguium & magnarum numero quadraginta quinque.

Decoquantur omnia ſimul in vaſe duplici ad humiditatis conſumptionem, atque abſumpto omni aceto, colentur & exprimantur. In hoc colato infunde rurſus
Araneas pingues numero viginti quinque, ac adde
Camphoræ in ſpiritu Roſarum diſſolutæ drachmam ſemis.

Dige-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 573 sur 955

Digerantur per horas duodecim in balneo Mariæ rorido, ad formam balsami essentificati vase probè munito, ac sine colatura postea reponantur ad usum.

Proderit hoc oleum ad inunctionem arteriarum, in febre maligna petechiali, quin & ipsius cordis regioni potest inungi: Siquidem venenum evocat, nec febrilem accendit calorem.

Voluit Auctor supplere eo vices olei Scorpionum Matthioli, quod magno pretio venit, cùm Germania, & quidem benè, careat Scorpionibus.

BALSAMUM VULNERARIUM
Ejusdem,

℞. Terebinthinæ Venetæ unciam unam semis,
Olei Hypericonis unciam unam,
Gummi Elemi seorsim dissoluti quantum ad consistentiam sufficit,
Olei Ceræ destillati scrupulos duos.
Misce.

In vulneribus recentibus, modoque inflictis ac adhuc calentibus, singulare remedium est, maximè telis eo madidis impositum.

OLEUM CHAMÆMELINUM.

Oleum Chamæmelinum sive Chamomillæ fit ex floribus Chamæmeli, & oleo veteri claro. Siccentur flores in umbra viginti quatuor horis: deinde immittantur cum oleo in vas vitreum angusti oris benè obturatum, & per dies aliquot insolentur.

Phlegmones mitigat, moderatè resolvit, fluxiones cohibet vi suâ modicè astringente, ideoque colicis, articularibus, cæterorumque dolorum initiis salubre est, lassitudines juvat, dolores sedat ac lenit, tensa laxat, febres discutit ac dissolvit, præsertim quæ stipatâ cute proveniunt: hypochondriorum tensionibus utile, capitis dolores levat, meatus namque laxat, vapores discutit, & acrimoniam temperat, acopum est & anodynum, ideoque non temerè injicimus initio colici cruciatûs, ut quæ sunt à flatibus distensa relaxentur, ac emolliantur.

OLEUM DE CAPPARIBUS.

℞. Cortic. rad. Cappar. unciam unam,
Tamarisci,
Flor. Tamarisci,
Sem. Agni casti,

Cete-

Ceterach,
Cyperi ana drachmas duas,
Rutæ drachmam unam,
Olei maturi libram unam,
Aceti albi fortis,
Vini albi ana uncias duas.

Trita leviter coquantur in duplici vase usque ad consumptionem vini & aceti.

Lenis tumores duros ac scirrhosos adjuvat, ejusque obstructionibus valdè est familiare.

OLEUM DE CASTOREO JACOBI DE MANLIIS.

℞. Castorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Cassiæ lignea veræ,
Croci,
Opopanacis,
Carpobalsami, aut Cubebarum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Costi ana drachmas duas,
Cyperi,
Schœnanthi,
Piperis Longi,
Nigri,
Sabinæ,
Pyrethri ana drachmas duas semis,
Olei libras tres,
Vini odoriferi libras duas.

Confice sic: Galbanum & Opopanacum in vino seorsum dissolve, deinde reliqua omnia contusa, cum oleo & vino coquito in duplici vase ad consumptionem vini. Postea cola, ac dissolutum & expressum Galbanum cum Opopanaco oleo affunde, & iterum coque sufficienter, ac repone, sæpiùs miscendo in posterum, ut Galbanum & Opopanacum in vasis fundo subsidentia oleo commisceantur.

Valet ad omnes nervorum & cerebri offensas frigidas, tetanum, convulsionem, tremorem, ac paralysin sanat, rigores acerrimos & frigora febrium sedat, spinæ dorsi illitum.

OLEUM

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 575 sur 955

OLEUM CHEYRINUM MESUE.

Oleum Cheyrinum fit ex Leucojis luteis, hoc est, Cheyris citrinis, & oleo veteri claro, ut oleum Chamæmelinum.

Calidum est temperatè, tenuat, lenit, ac digerit, suppositum dolores ex flatibus e materia frigida & pituitosa mitigat, ventris torminibus modicè succurrit; nervorum & junctura rum dolores levat, thoraci, pectori, vesicæ ac renibus confert, menses provocat, uteríque suffocationi medetur, lumbricos interimit, partum facilitat, arthriticis demum ac resolutis auxiliatur.

OLEUM COSTINUM MESUE.

℞. Costi amari uncias duas,
Cassiæ ligneæ veræ unciam unam,
Summitatum Sampsuchi uncias octo,
Vini libras duas,
Olei Sesamini libras tres.

Trita macerentur biduo, deinde coquantur in duplici vase ad vini consumptionem.

Vehementer calefacit, ideoque nervorum ex frigore injurias propellit, paralysi confert, nervos roborando, ventriculum, musculos, tendines, & ligamenta confirmat, & obstructa aperit, spinæ illitum febrilem rigorem mitigat, capillos tenaciùs affigit, ac mucoso humore canitiem accelerante consumpto, eam moratur.

OLEUM E CROCO MESUE.

℞. Croci unciam semis,
Myrrhæ electæ drachmas duas,
Aceti quantum sufficit ad macerandum diebus quinque,
Cardamomi drachmas quatuor semis,
Olei uncias novem.

Crocum & Myrrham diebus quinque macera, die sexto adde Cardamomum, septimo cum oleo coquantur igne lento ad aceti consumptionem.

Nervos ac uterum roborat, eorum dolorem sedat, convulsioni & uteri noxis confert, duritiem dissipat, nec non corpori colorem vividum præstat.

OLEUM CYDONIORUM.

℞. Cydoniorum non excorticatorum,

Succi eorundem ana uncias ſex,
Olei Omphacini libras tres.

Omnia in vas vitreum obturatum immittito,& diebus quindecim inſolato. Deinde horis quatuor coquito in duplici vaſe, colato & exprimito. In expreſſione carnem & ſuccum renovato, rurſum inſolato, coquito & exprimito, id ſic tertiùm iterato.

MElinum Dioſcoridi dicitur, ſtringit & refrigerat, ad ventriculi & jecoris imbecillitates utile, ventrem totum inferiorem ac nervos laxos cogendo roborat, retentricem partium facultatem firmat, ſtomachum in vomitiones effuſum in ſe cogit, ventri defluxionibus infeſtato, lienteriæ, diarrhœæ ac dyſenteriæ medetur, ſpinæ illitum & thoraci, ſudores immodicos & diaphoreticos cohibet.

OLEUM DE ENULA

MESUE.

℞. Radicum Enulæ contuſarum,
Succi ejuſdem,
Olei Seſamini ana libram ſemis,
Vini odoriferi uncias tres.

Coquantur ad vini conſumptionem: colatura ſervetur uſui.

CAlefacit, tenuat, digerit, ob id affectibus nervorum, uteri & veſicæ frigidis prodeſt, febrium quoque rigori, & colo à flatibus dolenti medicatur.

OLEUM EX EUPHORBIO

MESUE.

℞. Euphorbii unciam ſemis,
Olei Cheyrini uncias quinque,
Vini odoriferi tantundem.

Coquantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem.

HEmicranicis, cephalalgicis & lethargicis adhibetur, & naribus ad diſcutiendum vitium immittitur, epiſpaſticis medicaminibus utiliter admiſcetur; præſtantiſſimum enim attrahendo eſt remedium in frigidis noxis, ſiquidem tenuium partium eſt, alopecias, & capillorum defluvia ſanat, in coxariis inveteratis, ac profundis articulorum querelis ex alto evocandis, laudatiſſimum remedium, calidius & ſiccius oleo de Piperibus, ideoque non niſi vehementer frigidis vitiis adhibendum, in aurium tinnitu, ſibilo, & hebetiore ſenſu ex frigiditate contracto, tepidum adhibet. Galenus 2. compoſ. medic. localium.

OLEUM

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 577 sur 955

OLEUM FORMICARUM
Nicolai.

℞. Formicarum uncias duas,
Olei libram ſemis.

Macerentur æſtate ad Solem diebus quadraginta, poſtea excolatum oleum reponatur.

Eo partes generationi dicatas ad venerem concitandam & impregnationem promovendam inungunt.

OLEUM HYPERICI.

℞. Flor. Hyper. ad maturitatem ſeminis ferè accedentium libram unam,
Olei veteris clari libras duas,
Vini odoriferi libram unam.

Macerentur tribus diebus ac noctibus: bulliant deinde in duplici vaſe, obturato orificio vaſis uſque ad conſumptionem vini; poſtea exprimantur, & recentium florum atque vini par pondus addatur; iterum macerentur, coquantur, & exprimantur, tunc etiam tertiò recentes Hyperici flores ac vinum admiſceantur cum
Terebinthinæ claræ libra una,
Croci ſcrupulis quatuor.

Calefacit & ſiccat, eſſentiáque eſt tenuis, unde ad omnes dolores à frigido contractos adhibetur, & anodynum exiſtit, iſchiadicis præterea & varicibus utiliter adhibetur; contra dentium dolorem, podagram, chiragram, articulorumque dolores ſalubre remedium, nervorum puncturis & vulneribus efficax eſt, & illitu ac fotu convulſiones prohibet, ambuſtis cicatrices ducit, & vulnera glutinat.

OLEUM JASMINUM.

Fit ex floribus Jaſmini, & olei veteri claro, ut oleum Cheyrinum.

Frigidis affectibus non obſcurum adfert remedium, unde partibus calefactionem & relaxationem deſiderantibus utiliter exhibetur, Chamamelino aut Cheyrino viribus proximum.

OLEUM IRINUM MESUE.

℞. Rad. Ireos libram unam.
Flor. ejuſdem libras duas,

Mace-

Macerentur in decoctione aliarum radicum Ireos quantum sufficit. Adde

Olei veteris libras duas.

Coquantur in duplici vase, & exprimantur, radicesque novæ cum floribus immittantur. Coquantur denuò & tertiò. Colatum servato, ac obturato.

Vim habet excalefactoriam & emollientem, roborat, tenuat, resolvit potenter, tergit, concoquit, maturat, & alta penetrat, convulsionibus efficax, auritum sonitus tollit, quæ in thorace sunt & pulmone concoquit, asthmaticos juvat, tussim compescit, strumas dissipat, aliosque tumores duros hepatis & splenis, articulorum dolores & duricies emendat: facit ad intestinorum tormina ac ilei cruciatus, naribus illitum destillationibus & ozænis medetur. Datur iis qui Cicutam, Coriandrum, aut Fungorum venenum hauserunt, præsentissimo Alexipharmaco.

OLEUM LIGUSTRINUM MESUE, Sive CYPRINUM.

Oleum Liguſtrinum, quod Arabes de Alcanna vocantur fit ex floribus recentibus Liguſtri florente vite, aut paulò poſt, & oleo veteri clariſſimo ad modum olei Chamomillæ.

A Rabibus de Alcanna dicitur, nobis Liguſtrinum, quòd ex Liguſt. flor. fiat. Calefacit & moderatè aſtringit, emolliendi vim habet, vulvæ ac nervorum affectibus ſubvenit, pleuritic. opiſthotonicis, & anginâ laborantibus ſuccurrit, capillos à canitie vindicat.

OLEUM LILIORUM ALBORUM SIMPLEX.

℞. Flor. Lilior. albor. abjecto quod Croceum eſt, libr. unam,
Olei veteris libras tres.

Macera & inſola per dies octo, flores exemptos benè exprime, atque alios impone, ita tertium fiat, cola & ſerva ad uſum. Nonnulli in tertia infuſione flores relinquunt.

Dicitur & Criminum, Lilinum, ac Suſinum: reſolvit, digerit, concoquit, dolores à frigore, thoracis, ventriculi, coli, uteri, renum, veſicæ, & nervoſarum partium ſedat, lenit, mitigat, convulſionibus prodeſt, colicis item doloribus inunctum aut ſuppoſitum confert, utile eſt uteri cumprimis ac muliebribus malis, ejus præcluſiones & duricies ſolvens; gravidis ad facilem partum auxilio eſt, ulcera capitis manantia, furfures, varos, fervidasque eruptiones ſanat, vibices, cicatricesque celerrimè ad colorem reducit, & omnem inflammationem cum vitellis ovorum inunctum rarefacit.

OLEUM

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 579 sur 955

OLEUM LILIORUM ALBORUM COMPOSITUM MESUE.

℞. Flor. Liliorum alborum uncias novem;
Maſtiches,
Calami Aromatici,
Coſti,
Carpobalſami ana unciam unam,
Caryophyllorum,
Cinamomi ana unciam ſemis,
Croci drachmas tres.

Omnia præter Liliorum folia in aqua ſufficiente viginti quatuor horis macerentur, deinde paululùm coquantur, & additis Liliis oleique veteris libris duabus aliquantulùm bulliant. Tunc omnia injecta in vas vitreum inſola dies quadraginta: pòſt calatum & benè obſtructum reponatur.

OLeum Liliorum alborum compoſitum ab aromatum admixtionem, longè præſtantius ſimplici oleo antecedente, atque ob id frigidis noxis opportunius exiſtit.

OLEUM LILIORUM CONVALLIUM.

Fit ex floribus Liliorum convallium & oleo veteri claro, ut oleum Liliorum ſimplex.

Spaſmaticis, convulſis ac tremulis auxilio eſt, frigidis nervorum noxis ſuccurrit, puerulorum termina mitigat.

OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM SIMPLEX.

℞. Lumbricorum terreſtrium libram ſemis.

Probè laventur in vino, deinde immittantur in olei Roſati Omphacini libras duas, vini uncias duas.

Coquantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem.

ANodynum eſt, cujus fotu nervi recreantur, ut quotidiè in nervorum vulneribus, eorundemque reſolutionibus experimur.

OLEUM LUMBRICORUM COMPOSITUM.

℞. Ol. Lumbricorum (ex lumbricis modò in oleo ſuffocatis, qui in cœmiteriis collecti fuêre) recentioris uncias tres;

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 580 sur 955

Ol. florum Hyperici uncias duas,
Vini optimi uncias quatuor.
Fiat decoctio ad consumptionem vini.
Huic oleo adde
Spir. roriſmar. vel ejus loco ol ſtillat. ejuſdem, ſcrup. unum.
Miſce, ſervetur ad uſum.

Quia oleum lumbricorũ ſimplex quibuſdam non parum ſuſpectum videtur, ideò compoſitum ejuſdem ſubſtituere voluimus, quod ad ſupradicta majoris efficaciæ compertum habemus.

OLEUM MANDRAGORÆ.

℞. Cortic. rad. Mandrag. libram unam.
Contundantur, & coquantur in aqua ſufficienti, & colato decocto adde
Succor. capit. Papaveris nigri uncias tres,
Hyoſcyami albi uncias duas,
Cicutæ teneræ unciam unam,
Olei Violarum libras duas,
Opii,
Styracis Calamitæ ana unciam ſemis.
Succi cum oleo decem diebus ad Solem macerentur, deinde coquantur in duplici vaſe ad ſuccorum conſumptionem, & cola: colato adde Styracem & Opium.

Commendatur ad omnem inflammationem extinguendam, ſomnum conciliandum, capitis dolores ſedandos, phreneticis, febricitantibus, & vigilantibus conveniens, fronti, temporibus, ac naribus illitum.

Quia non habentur apud nos Mandragoræ poma, ergò loco ſucci Mandragoræ pomorum, accipiendi ſunt cortices radicum Mandragoræ.

OLEUM MASTICHINUM
MESUE.

℞. Olei roſati omphacini libram unam,
Maſtiches uncias tres,
Vini odoriferi uncias quatuor.
Coquantur ſecundum artem in duplici vaſe ad vini conſumptionem.

Mediocriter calefacit, aſtringit, & emollit, ventriculi coctricem ac retentricem vim firmat, illitum in lienteria & intem-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 581 sur 955

temperie frigida ſicca ſalubre exiſtit; ad cœliacorum cruciatus utile; tumores duros lenit, cerebrum, nervos, & junctur as roborat, phlegmonis gingivarum, linguæ & totius oris medetur, faciem emaculat, & coloris gratiam illitum commendat.

OLEUM MENTHÆ.

℞. Menthæ domeſticæ criſpæ uncias quatuor,
Olei Omphacini libram unam.
Fit, ut oleum Abrotani.

VEntriculo imbecillo & refrigerato adhibetur, eum namque calefacit, roborat, nauſeam firmat, vomitionem ſiſtit, appetentiam excitat, & concoctionem provocat. Eligenda eſt criſpa & ſativa.

OLEUM MOSCHELINUM
Nicolai Alexandrini.

℞. Olei puri libras ſex,
Vini odoriferi uncias ſex,
Folii, aut Macis
Nardi Indicæ,
Coſti,
Maſtiches ana unciam unam ſemis,
Styracis Calamitæ,
Croci,
Myrrhæ,
Cinamomi,
Caſſiæ ligneæ veræ ana drachmas ſex,
Carpobalſami, ſeu Cubebarum,
Caryophyllorum,
Bdellii ana unciam ſemis,
Moſchi drachmam unam.
Nuc. Moſchat. numero duas.

Folium, Myrrham, Caſſiam, Carpobalſamum & Bdellium tere, ac per biduum in vino & oleo macera: poſtea coque ſupra lentum ignem in duplici vaſe uſque ad conſumptionem vini: deinde cola, & reliqua in tenuiſſimum pulverem redacta, inſperge, præter Moſchum; iterum macera, & coque parumper. Ultimò Moſchum addito, probè omnia miſceto, reponito, ac interdum vas agitato.

Μοσχέλαιον potiùs dicendum à Moſcho, qui ejus compoſitionem ingreditur. Frigidis affectibus eſt præſtantiſſimum, ventriculo præſertim debili, quem roborat, & calefacit; do-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 582 sur 955

lorem lateris illitum ſanat, ſtrangurioſis, colicis, ac nervorum omnibus propè vitiis confert. Pomis odoratis cogendis eſt aptiſſimum, & unguento Arégon, aliisque medicamentis, ut ſpeciebus Lithontribon conficiendis.

OLEUM MYRTILLORUM.

℞. Olei Olivarum libras tres,
Baccarum Myrti libram unam.

Confringantur Myrtilli, & quoniam Myrtus vera apud Germanos non naſcitur, neque habemus ſemper virides Myrtillos, ſed aridos, ut ex Italia afferunrur, ideò neceſſum eſt, ut vino odorato priùs aſpergantur: deinde miſceantur ſimul ac bulliant ſecundum artem. Tandem coletur, & reſervetur oleum.

Μυρσίνον ἔλαιον ſeu Myrtillorum aſtringit, refrigerat, denſat, cerebrum, nervos, & ventriculum adſtrictione roborat, viſcerum phlegmonis utile, gingivis, dentium dolori, dyſentericis, cœliacis, vulvæ exulceratæ, ulceribus vetuſtis vel manantibus, nimio affluxu humentibus cum ſquamâ æris & cerâ medetur, attrita ſanat, furfures, rhagades, condylomata, articulos luxatos, & omnia quæ aſtrictionem deſiderant, hæmoptoicis, & ſanguinis ex pectore rejectioni confert, & ad arcendam phlegmonem in ulcere pulmonis Gal. illinit, capillos retinet, eorumque defluvium ſiſtit, adjecto præſertim Ladano. Gal. 1. de comp. med. ſecundum loc. cap. 2.

OLEUM MYRTINUM.

Oleum Myrtinum fit ex foliis Myrti, ut jam dictum Myrtillorum oleum.

Eaſdem ferè vires obtinet, quas oleum Myrtillorum; aſtringit enim & roborat, ac viſcerum laxitatem corrigit.

OLEUM NARDINUM COMPOSITUM MESUE.

℞. Spicæ Indicæ uncias tres,
Majoranæ uncias duas,
Ligni Aloës,
Enulæ,
Macis,
Calami Aromatici,
Foliorum Lauri,
Cyperi,
Schœnanthi,
Cardamomi ana unciam unam ſemis,

Con-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 583 sur 955

Contundantur omnia grosso modo, deinde affunde illis
Vini,
Aquæ fontanæ ana libram unam,
Olei Sesamini libras quatuor.
Macerentur per noctem, deinde coquantur in duplici vase secundum artem.

OLEUM NARDINUM SIMPLEX Ejusdem.

℞. Olei Sesamini libram unam semis,
Spicæ Nardi Aromaticæ uncias tres,
Vini,
Aquæ ana uncias duas semis.
Incidantur minutim, & coquantur in duplici vase, donec vinum & aqua in vaporem resolvantur: coletur deinde oleum, & colatum reponatur, abjectâ Nardi Spicâ.

Calefacit, tenuat, digerit, modicè astringit, quocirca iis auxiliatur, qui calore & astrictione indigent, ut stomachicis, cœliacis, destillationi ac thoracis vitio obnoxiis, ventriculum firmat, & coctionem procurat, viscerum phlegmonis, jecoris inflammationi, ac pulmonum ulceribus illinitur, cerebri & nervorum frigidos affectus sanat, ac aurium dolores mitigat; tremulis & paralyticis summum est remedium; uteri præfocationes, occlusiones, & tumores suppositum discutit, aut etiam injectum vesicæ dolori, renumque calculis opitulatur.

OLEUM NYMPHÆÆ.

℞. Flor. Nymphææ albæ uncias quatuor,
Olei Omphacini libram unam.
Macera in Sole diebus decem; deinde exprime ac novos flores immitte: tertiò idem facito,

Vires habet violati, refrigerat tamen magis, cephalalgiam ex febrium incendio, indeque enatum delirium Papaverino mixtum mitigat, insomniam abigit, urinæ ardori, intemperaturæ calidæ renum, eorumque ulceri, & vesicæ commodum, illitum aut injectum, gonorrhœam arcet, & tentiginem propellit, genitalibus illitum.

OLEUM PAPAVERINUM.

℞. Capitum Papaveris,
Foliorum Papaveris,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 584 sur 955

Florum ejuſdem ana uncias quatuor,
Olei libras tres.

Inſolato in vaſe vitreo per octiduum, deinde cola, & nova rurſus immitte: idem tertiùm facito. Poſtremùm colatum repone.

INtemperiem calidam ſanat, febrium ardores ac inſomniam mitigat fronti, auribus, naribus & temporibus illitum, ſomnum frigore & humiditate conciliat, nec non febrium ſqualorem præſentem pervigilii cauſam tollit, impinguat, & aſperam arteriam lenit; renum doloribus ex intemperie calida medetur.

OLEUM DE PIPERIBUS

MESUE.

℞. Piperis longi,
Albi,
Nigri ana drachmas tres,
Myrobal. Chebulorum,
Emblicorum,
Indorum ana drachm. quinque,
Radic. Apii,
Fœniculi ana drachmas tres ſemis,
Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniaci ana drachmas duas ſemis,
Turbith drachmas duas,
Zingiberis drachmas tres,
Surculorum Hyſſopi,
Rutæ viridis ana manipulum unum.

Coquantur ſecundum artem in quantitate aquæ ſufficienti ad tertias. Colaturæ adde

Olei amygdalorum dulcium libras duas.

Recoque ad conſumptionem aquæ.

CErebri & nervorum frigidas noxas propellit, quia calefacit, tenuat, tergit, diſcutit, foras educit, obſtructa potenter liberat, calculumque eo nomine diſſipat; ad paralyſin, ſpaſmum, tremorem, epilepſiam, uteri, coli, renum ac veſicæ affectus frigidos, utiliſſimè adhibetur; coxartis, nec non articulorum doloribus medicatur; menſes evocat, & ventriculum imbecillum non temerè firmat.

COudenbergius addit Thymi viridis manipulum unum ad herbarum decoctionem.

OLEUM

OLEUM POPULINUM NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Olei communis libras ſeptem, uncias duas,
Vini libras quatuor,
Gemmarum Populi arboris recentium Veris initio collectarum libras tres.

Gemmæ Populi diutiſſimè terantur, & macerentur in vino & oleo diebus ſeptem; poſt coquantur in duplici vaſe uſque ad conſumptionem vini. Deinde exprimatur oleum & reponatur.

Emollit, tenuium eſt partium & calidum, arthriticis ac podagricis utile.

OLEUM RANARUM.

℞. Ranarum fluviatilium libram ſemis,
Olei Seſamini libram unam ſemis,
Coque in vitro optimè clauſo uſque ad Ranarum diſſolutionem.

Refrigerat, ob id podagram & alias arthritidis ſpecies calidas mitigat, ac incendium febrium ardentium compeſcit, frontis & temporibus illitum ſomnum conciliat.

OLEUM RESOLUTIVUM.

℞. Rad. Cucumeris Aſinini,
Bryoniæ,
Althææ ana libras tres,
Olei communis libras decem.

Inſolentur ſimul integro menſe, coquantur poſt, & exprimantur.

Reſolvit, digerit, mollit, alta penetrat, ac frigidos & contumaces dolores mitigat.

OLEUM ROSATUM VULGARE.

℞. Olei communis libras quatuor,
Roſar. rubear. nondum penitùs apertar. uncias ſedecim.

Macera & inſola per dies octo. Roſas exemptas benè exprime, atque ita fac tertiò, cola & ſerva. Nonnulli in tertia infuſione Roſas relinquunt.

Vim habet repellentem, mitigatoriam, concoquentem, & diſcuſſoriam, inflammationes extinguit, roborat, cogit, denſat, rheumatiſmos ſiſtit, & materierum per corpus fluxum cohibet, dyſen-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 586 sur 955

dyſenterias potu inſigniter juvat, alvum ſolvit, ventriculum æſtuantem reſtinguit, ad uteri inflammationem pollet, capitis & meningum cerebri vulneribus confert, idem calefactum juvat & exiccatum, aut mora in Sole, aut à febribus, aut alia cauſa: humectat enim, mitigat, ac ſomnum inducit; in dolore dentium inter initia utiliter colluitur, ulceribus in capite manantibus, & fervidis eruptionibus illinitur, lumbricos & aſcaridas potum deturbat, podagricis doloribus ac inflammationibus, & hæmorrhoidibus commodè illinitur. Quod completum dicitur, roborat, reſolvit, lenit, & dolorum injurias ſedat.

OLEUM ROSATVM OMPHACINUM.

℞. Olei Omphacini, id eſt, Olivarum immaturarum libram unam,
Roſar. rubear. nondum penitùs apertarum, ſed purgatarum, uncias quatuor.

Tritis roſis, ac oleo impoſitis, fac ut dictum eſt, ter roſas permutando.

OLEUM ROSATUM COMPOSITUM MESUE.

℞. Olei ex Olivis maturis, aquâ fontanâ multoties loti quantum voles: Deinde infunde folia roſarum rubearum apertarum & purgatarum quantum ſatis eſt, in vitreum vas: Obturetur vas, ac per dies ſeptem inſola, & coque tribus horis in vaſe duplici. Expreſſis foliis & abjectis, recentia immitte: inſola iterum, coque in balneo mariæ, & exprime ut priùs. Tertiò, recentia immitte roſarum folia, quibus adde aquæ infuſionis roſarum (eo modo confectæ, ut in ſyrupo roſato dictum eſt,) partem quartam, miſce, inſola dies quadraginta in vaſe vitreato obturato; pòſt excola, exprime, & addito roſarum ſucco, iterum diu inſola.

Alii partem infuſionis ſumunt, & ſucci roſarum partem alteram, ac eo quo ſuprà dictum eſt modo conficiunt.

OLEUM RUTÆ.

Præparatur eodem modo, quo Abrotani oleum præparare docuimus.

Calefacit, tenuat, & digerit, illitum & clyſteribus injectum colicum dolorem ſedat, vitreum phlegma ejiciens, laterum, renum, veſicæ ac uteri dolores à cauſa frigida juvat; nervorum & ſpinæ

& ſpinæ reſolutionem inunctum componit, convulſionibus medetur, & flatus diſſipat.

Proſtat etiam apud nos Linelæon rutaceum, ex foliis rutæ recentis in oleo ſeminis lini expreſſo paratum.

Singulare admodum eſt adverſus lienis ſchirrhos, & duritiem tumores enim emollit, ratione olei lini, eoſdem diſcutit ac digerit ratione rutæ. In Enematis, ubi flatus diſcutiendi, antecedenti præferendum, variis inſuper uſibus in morbis accommodatum extat.

OLEUM SAMBUCINUM.

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci & oleo veteri clariſſimo, quemadmodum oleum Chamomillæ.

Lenit, abſtergit, cutim expurgat, ictero & hepati obſtructo confert, articulorum & nervorum doloribus utile eos namque roborat, epotum aut injectum alvum irritat, ſeroſaque excrementa per inferna educit. Fit quoque ex medio Sambuci cortice ſimiliter macerato oleum, quod ad ambuſta Italis uſui eſt.

OLEUM SAMPSUCHINUM
Id eſt, MAJORANÆ.

℞. Foliorum Sampſuchi manipulos quatuor,
Serpylli manipulos duos,
Foliorum Myrti manipulum unum,
Abrotani,
Siſymbrii, ſeu Menthæ aquaticæ ana manipulum ſemis,
Caſſiæ lignæ veræ uncias duas,
Olei Omphacini libras tres.

Concidito & contundito omnia, ac impone in vitrum, & infunde oleum, ut ſupra ſpecies emineat: tùm obſtructo vaſis orificio, macera ad Solem diebus octo. Poſtea exprime, & expreſſum oleum infunde recentibus ſpeciebus, & hoc etiam tertiò facito.

Σάμψυχινον acopum eſt, & laſſitudinibus utile; frigidis cerebri, & nervorum vitiis prodeſt; ſpinæ in balneo inunctum paralyſin juvat, & ſpaſmum cynicum naribus immiſſum, aut ore detentum, ac ſternutamentum leviter ciet; in opiſthotonicorum & vulſorum cataplaſmata additur; auribus immiſſum tinnitum à flatu diſſipat; ad uteri præcluſiones & converſiones efficax; menſes, ſecundas, ac partus extrahit, uteri ſtrangulatum recreat, & ſcorpionum morſibus medetur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 588 sur 955

OLEUM SCORPIONUM COMPOSITUM MESUE.

℞. Aristolochiæ rotundæ veræ,
Gentianæ,
Cyperi,
Cort. rad. Cappar. ana unciam unam,
Olei Amygdal. amar. libram unam semis.

Macerentur in oleo contusæ radices ad Solem fervidum; deinde coquantur aliquantulum in duplici vase, injectis ad ultimum Scorpionibus numero viginti: postea iterum serenis diebus triginta ad Solem macerentur. Postremò excolatum oleum reponatur.

OLEUM SCORPIONUM MAGNUM MATTHIOLI.

℞. Olei Olivarum vetustissimi libras tres,
Flor. Hyperici virentium ac modicè conquassat. manip. tres.

Insolentur simul in vase vitreo probè obturato recondita per dies decem vel duodecim; dehinc in calente balneo Mariæ macerentur horis viginti quatuor, tùm verò colentur & exprimantur. Hoc facto,

℞. Flor. Hyperici recent.
Chamædryos,
Calaminthæ,
Cardui Benedicti ana manipulum unum.

Flor. & herbæ priùs contusæ oleo admisceantur, macerenturque in balneo per triduum, postea colentur & exprimantur. Post hæc

℞. Flor. Hyperici à caulibus repurgatorum, ac modicè contusorum manipulos tres.

Submergantur in eodem oleo, ac per triduum itidem in balneo macerentur, colentur & exprimantur, eandem infusionem reassumptis semper recentibus floribus ter vel quater reiterando, donec oleum sanguineum colorem acquirat. His peractis,

℞. Granorum viridium Hyperici quod defloruit, in cacumine plantæ natorum, in quibus semen continetur, manipulos tres.

Contundantur, & vino albo meraco perfusa, in prædictum oleum immissa, per octiduum insolentur; postea verò tridui spatio in balneo macerentur, colentur & exprimantur, laborem hunc novis semper reassumptis seminibus ter vel quater sic repetendo, ut oleum obscuri sanguinis colorem referat. Tunc verò

℞. Scordii recentis,

Cala-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 589 sur 955

Calaminthæ,
Centaurii minoris,
Cardui Benedicti,
Verbenacæ,
Dictamni Cretici ana manipulum ſemis.

Tuſa ac in oleo priore demerſa, per biduum in balneo macerentur, colentur & exprimantur ut ſuprà. Poſtea,

℞. Zedoariæ,
Rad. Dictamni albi,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana drachmas tres,
Scordii manipulum unum.

Hæc omnia tuſa ut priùs in balneo affuſo priore oleo per triduum rurſus macerentur, colentur, & exprimantur,

Expreſſo & colato huic infunde denuò
Styracis Calamitæ,
Laſeris, ſeu Benzoini ana drachm. ſex,
Bacc. Juniperi unciam ſemis,
Melanthii drachmas duas,
Caſſiæ ligneæ, vel Cinamomi odoratiſſimi drachm. novem,
Junci odorati, ſeu Schœnanthi,
Cyperi rotundi ana drachmam unam ſemis,
Santali albi unciam ſemis.

Contuſa in oleum immittantur, rurſuſque ut antea per triduum in eodem rorido balneo macerentur, tum colatum ac expreſſum oleum calens ſuperinfundatur trecentis Scorpionibus vivis diebus canicularibus lectis, qui priùs vitreo vaſe concluſi, ac calidis cineribus ſuperimpoſiti in iram exarſerint, & ſudare inceperint. Hi unà cum hoc oleo tridui ſpatio in balneo macerati exprimantur, oleumque abjectis Scorpionibus percoletur.

In hoc rurſum infunde
Rhabarbari ſelectiſſimi,
Myrrhæ,
Aloës hepaticæ ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ drachmas duas,
Croci drachmam unam,
Theriacæ,
Mithridatii ana unciam ſemis.

Tundenda contundantur, ac cum cæteris oleo prædicto immergantur, macerenturque ſic ſimul omnia in balneo calente per triduum, poſtea abſque colatura reponantur in uſum.

Vipera.

Viperarum, aspidum, ac venenatorum animalium morsibus auxilio est. Pulsibus ac extimæ cordis parti ad sinistram mammillam inunctum, repetitâ per ternas horas illinitione, omnibus venenis per os sumptis, si modò ea erodentia non fuerint, efficacissimè succurrit, quin etiam pestiferis morbis sic adhibitum medicatur, nec non ab iisdem præservat.

OLEUM SCORPIONVM SIMPLEX MESUE.

℞. Scorpionum numero triginta,
Olei Amygdal. amar. libras duas.

Macerentur in vase vitreo stricti orificii per dies triginta caniculares, vel aliâs totâ æstate calidissimis diebus, postea colatum ad usus repone.

Vesicæ ac renum calculum dissipat, lumbis, pubi, per inæo in Solii egressu illitum, & in porum urinarium immissum, venenis præcipuè à Scorpio ictis, ac pestilentiæ adeò resistit, ut ejus solo usu quendam cum famulitio à pestilentiæ contagione servatum scribat Manardus, & ex sola inunctione aliquos esse liberatos, qui sævissima venena biberant.

OLEUM STOMACHALE CRATONIS. *Lib. 2. Cons. 113.*

℞. Olei Absinthii libram unam,
Summitatum Absinthii manipulum unum,
Caryophyllorum,
Santali Citrini ana drachmas duas,
Rosarum rubearum,
Macis ana drachmam semis,
Mastiches drachmas duas semis,
Vini odorati libram semis.

Coquantur secundum artem & ponantur in Sole.

Hoc oleum Crato mirificè prædicat in ventriculi doloribus & infirmitatibus, maximè verò frigidis, quod cùm Medicis nostris crebro usu serviat, meritò huic Pharmacopœiæ nostræ inserendum esse censuimus.

OLEUM EX STYRACE.

℞. Styracis uncias tres,
Olei communis libram unam,
Vini uncias sex.

Coquantur in duplici vase ad vini consumptionem.

Cale-

CAlefacit vehementer & emollit, ob id confert dolentibus à frigore renibus, vesicæ, utero, musculis, juncturis, tendinibus, eorumque duritiem insigniter emollit, ad nervorum injurias & vulnera fotu commodum, ob id Chirurgis expetitum, ac ad scabiem efficax, ut scribit Manardus, additâ Ellebori albi octavâ portione.

OLEUM E FLORIBUS VERBASCI.

Fit insolatis in vase vitreo Verbasci floribus, ut oleum è floribus Liliorum alborum.

AD Podagricos & alios dolores præsertim calidos laudatissimum. Commendatur etiam in Hæmorrhoidibus. Vide Evonymum fol. 496.

OLEUM VIOLACEUM.

Oleum Violaceum seu Violarum, fit ex floribus Violarum ac oleo Olivarum, quemadmodum & Rosaceum.

FRigidum ac humidum est, tenuium partium leniens, & modicè aperiens, ad furentes inflammationes idoneum, intemperiem calidam extinguit, phlegmonas omnes sedat, arteriæ asperitatem pulmonis & thoracis lenit, inuncto thorace, unde & tabidis & hecticis præsenti est remedio: phreneticis ac vigilibus fronti & temporibus impositum somnum conciliat, hepati ac præcordiis adhibitum febrium ardentium æstus intolerabiles mitigat, renum ac jecoris immoderatum calorem restringit.

OLEUM VULPINUM

MESUE.

℞. Vulpem integram exemptis interaneis,
Aquæ fontanæ libras tres,
Olei veteris clari libras quatuor,
Salis uncias sex,
Coquantur, & inter coquendum adjice,
Anethi,
Thymi ana libram unam.
Coquantur donec ab ossibus recedat caro, & aqua consumatur, deinde coletur oleum ac reponatur.

POtentissimæ in digerendo & discutiendo facultatis est, quo nomine ad nervosi generis injurias frigidas & articularios affectus præcipuè valet.

Vulpes

VUlpes benè habita & vegeta, non ſtrigoſa, qualis per vindemiam uvis nutrita & impinguata capitur, ætatis mediæ, non juvencula, aut recens nata eſto, quam exenteratam ſemianimem oleo incoquunt.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALORUM AMARORUM.

℞. Amygdalorum amarorum ſiccorum non tamen rancidorum; cortice membranoſo purgatorum, quantum voles.

Contundas minutiſſimè, poſtea in ſartagine aliquantulum torrefacias, tandem prelo exprimas.

PRimo ordine calidum eſt, humido & ſicco temperatum, calefacit, attenuat, incidit & digerit, unde aurium tinnitus ac flatus è craſſa & frigida materia ortos, diſſipat, auditumq; frigore obtuſum reſtaurat, obſtructa expedit, cutis maculas & aſperitates tàm reliquarum partium, quàm faciei (quas Ephelidas & Panos vocant,) exterit, manantia capitis ulcera furfuresque ex vino detergit, nervorum affectus frigidos, duros, & dolentes calore tenuante ac digerente ſanat, amarore lumbricos necat, & frigidis uteri malis prodeſt; vulvarum dolores, ſtrangulatus, converſiones, locorum inflammationes ſuppoſitum ſanat; capitis dolores inſtillatum ſedat, urinæ anguſtiis pubi illitum, calculoſis renum vitiis, ſtranguriosis in fiſtulam urinariam immiſſum medetur, ſuſpiriosis, lienoſis, jecinoroſis & tabidis ſubvenit.

OLEUM AMYGDALORUM DULCIUM.

Fit ut oleum Amygdalorum amarorum.

EO utimur ad gutturis, faucium, bronchiorum, & ſpiritualium partium aſperitatem leniendam, vel per ſe, vel adjecto ſaccharo præſertim Candi Vidato; duritiem omnem ac ſiccitatem articulorum corrigit, cutem erugat, ſcabra & aſpera polit, tenſa emollit, renitentia digerit & complanat, phthiſicis & atrophiâ laborantibus ac conſumptis utile, alimentum enim humidum & lentore mediocri diuturnum præſtat, extenuatum corpus reficit ac impinguat, calore eſt temperatum, humidoque ſecundum ordinem attingit, quo nomine omnem intemperiem ſedat, ac ſemen genitale promovet, uteri, veſicæ, & urinæ ardores mitigat, colicos ac nephriticos cruciatus cum pari portione olei Amygdalorum amarorum mirificè levat, partuum labores torminoſos diſcutit, lenit, tandemque propulſat,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 593 sur 955

sat, inunctionum sola est materia, quæ fœtus laboriosos educunt, nephriticis & lotii acrimoniâ laborantibus per syphonem, injectum tepidum mirè confert, intemperiem omnem moderatâ suâ substantiâ profligans.

OLEUM BALANINUM.

Fit è Balano Myrepsica vel glande unguentaria, quam granum Ben Arabes vocant, teritur, assatur, oleumque exindè exprimitur.

Tergit, expurgat, obstructa liberat, auri injectum tinnitui & surditati confert, strumas, hepatis & lienis scirrhum emollit ac digerit, affectibus frigidis nervorum & junctrurarum, spasmo & arthritidi medetur, alphos, lentigines, varos maculas cicatrices nigras, & reliqua fœda cutis vitia corrigit, alvum potu solvit, sed stomacho adversatur.

OLEUM CARTHAMI.

Fit ex semine Carthami trito, assato, & expresso.

Obstructa liberat, tergitque, ideò morbo regio, ventriculo dolenti, & colo confert, thoracem ac pulmonem expurgat, & clariorem vocem reddit.

OLEUM E GRANIS CITRI.

Grana Citri itidem teruntur, torrentur, & exprimuntur.

Arthritico dolori ac succedenti tumori conducit, calculum vesicæ & renum detrudit. In pestilenti statu Alexiterium optimum, lumbricos enecat potum aut illitum.

OLEUM HYOSCYAMI.

Semina Hyoscyami contunduntur, torrentur & exprimuntur.

Dioscorides ex semine Hyoscyami albi recentis, & siccati, aquâ calida aspersa, tritoque, hoc oleum parare docuit.

In phlegmone & exulceratione partium pudendarum utriusque sexus præ reliquis locum habet.

OLEUM LAURINUM.

℞. Baccar. Lauri electarum, maturarum & contritarum quantum voles.

Eæ in aqua diu coquantur & colentur; cumque infrigidatæ fuerint, illud pingue quod supernatat, colligatur.

Vis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 594 sur 955

Vis ejus calefactoria vehemens, molliens, tenuans, aperiens, discutiens, exsiccans, intemperiem omnem partium frigidam solam, aut cum pituita & flatibus sanat, cerebri, nervorum, articulorum, ventriculi, intestinorum, præsertim coli, hepatis, lienis, renum, & uteri affectibus frigidis medetur, ac dolorem his succedentem abolet, rigori febrili spinæ dorsi illitum, paralysi, nervorum vitiis, algoribus, ischiadicis, capitis doloribus inveteratis ac destillationibus auxiliatur, auribus illinitur, renum morbis frigore contractis succurrit, lassitudines discutit, venarum spiracula aperit, scabie infestatis, & asperâ impetigine laborantibus in balneo inunctum medicatur. Fugiendum tamen in scabie, aut impetigine inflammationem mixante, & calidis ac biliosis naturis, frigidis namque & pituitosis solùm est commodum, vermes & pediculos enecat, capitis furfures, ophiasin, & alopeciam delet, capiti tamen calido non admovendum.

OLEVM SEMINIS LINI.

Lini semina non excorticantur, sed contusa & assata in mola versatili exprimuntur.

Viribus proximum Chamamelino & Anethino, anodynum est, convulsionem curat, articulorum, musculorum, nervorum, ac cervicis durities mitigat, ani affectibus mirificè confert, sedis abscessus, & hæmorrhoidum dolores sedans, ani fissuras, & rimas lenit. Manardus pleuriticis linctu aut potu exhibebat, quod magnoperè probavit, Gesnerus, qui in epistola quadam scribit: Iam quatuor aut quinquies feliciter propinavi, primum bis ante sesquiannum in pleuritide cruda & maligna jam desperatis ferè virgini & mulieri, quarum unaquæque mox magnâ admiratione meâ restitui cœpit. Postea juveni in morbo quodam interiore incognito ferè, nec satis jam memini, etsi annotavi. Quartò in tussi ac dyspnœa ante paucos dies mulieri gutturosæ, quæ keri ad me venit & pro hoc consilio gratias egit. Omnibus paulò post soluta alvus est satis copiosè. Tres aut quatuor uncias unâ vice bibi jubeo. Odoris quidem ejus gravitas plerisque adeò molesta & fastidiosa est, ut secundò sumere nollent, sed nullum periculum, nullum incommodum sequitur, & Medicus necessitatem in gravissimis morbis, non voluptatem sumentium spectare debet. Si ritè pureque paretur, & Medicus domi haberet, confidentius dari posset, etsi Brassavolus non admodum laudat. Ego pro cognitâ felicissimâ, & admirandâ ejus facultate Deo gratias ago. Hactenus Gesnerus.

OLEVM NVCIS INDICÆ.

Nuces Indicæ radulâ attritæ aut concisæ, & diligenter contusæ, aquæ calidæ aliquandiu immerguntur, oleumque exprimitur.

Nervo-

NErvorum dolori confert, thoracem & pulmones lenit, clariorem vocem facit, impinguat, ac genitale semen auget. Hodiè ferè usurpatur ad conceptus procurationem, nec non seminis incrementum.

OLEVM NVCVM JVGLANDIUM.

Conficitur in oleum Amygdalorum amarorum.

FLatus crassos dissipat, tumores dissolvit, nervis punctis cum calce lota utiliter adhibetur, scabiei medetur, & variis vitiis cutaneis.

OLEVM NVCIS MOSCHATÆ.

Paratur ut oleum Nucis Indicæ majoris.

ORi ventriculi inunctum mirè eum roborat, deglutitum calefacit mediocriter, & anhelitum commendat; illitum veneris tentiginem excitat; stomachicis quoque frigidâ & humidâ intemperie laborantibus conducit.

OLEVM SEMINIS PAPAVERIS ALBI.

Præparatur ut oleum seminis Hyoscyami.

UTile est anodynum ad ardorem febrium mitigandum; fronti & temporibus appositum somnum conciliat, & dolores capitis tollit.

OLEVM E GRANIS PÆONIÆ.

Præparatur ut oleum è granis Citri.

USus ejus tàm intra corpus quàm extra, in epilepsia & similibus morbis præclarus existit.

OLEVM NVCLEORVM PERSICORUM.

Præparatur ut oleum Amygdalorum amarorum.

OBstructa aperit, aurium & sedis ab hæmorrhoidibus dolores ac tumores sanat, lumbricos enecat, in renum affectibus injectum & epotum valere, asserit Manardus.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 596 sur 955

OLEA EX PISTACHIIS ET PINEIS.

Exprimuntur ut proximè antecedens.

Hepatis & renum dolores potenter leniunt, impinguant, ſemen augent, ventriculo non ingrata, tuſſim & thoracis dolorem compeſcunt, ac intemperiem emendant.

OLEUM SESAMINUM.

Fit ex ſemine Seſami, eodem modo quo oleum Papaveris.

Olim ex Alexandria Ægypti Venetias, & inde ad nos comportabatur ſincerum, adulteratur oleo Nucum & Papaveris. Hodie apud nos paratur ex Seſamo, clarum eſt & candidum, guſtu in cibis ac dulcedine delicatiſſimum.

Vires habet impinguandi, ſemen genitale augendi, aſperitates & durities leniendi, ſiquidem aſperam arteriam emollit, ac clariorem vocem reddit, aurium dolores ſanat, & ulceribus, quæ ſerpunt; ac malis moris ſunt (cacoethe vocant,) medetur, pectori, & pulmonibus confert, pleuritidi accommodatum, puerorum tuſſim ſedat, cum ſaccharo candi paulatim deglutitum.

OLEVM E VITELLIS OVORVM.

℞. Ova recentia numero centum, coquito donec penitùs indurentur. Poſtea vitellos eorum exime, & comminutos aſſa in ſartagine donec rufeſcant, & pinguedinem quandam remittant: deinde adhuc ferventes pone in ſacculum pilis contextum, & exprime, quodque expreſſum fuerit oleum, repone.

Cutis fœditatem mirè aufert, cicatricibus decorem addit, iis præcipuè, quæ in ambuſtis relictæ ſunt; aurium, dentium, ſedis doloribus, ejuſque reliquis affectibus convenit, pilos auget, impetiginem ſerpiginem, & alia cutis vitia eluit, lentigines & fœdas oris maculas detergendi, ac reſolvendi vi delet; rhagadis utile; fiſſuras manuum, pedum, & ani ſanat; dolores ulcerum, articulorum, omniumque locorum nervoſorum ſedat, ad aurium quoque dolores ac ulcera facit, ambuſtis utile, & in membranis cerebri partes contuſas à ſanis mirum in modum ſeparat.

ANIMADVERSIONES

Vniverſam hanc Claſſem concernentes.

Olea, de quibus in hac Claſſe agitur, in duplici ſunt differentia, quorum alia *cocta ſunt*, *expreſſa* alia. *Cocta olea* & ipſa ex *oleis*

jam

jam expressis, sive *olivarum*, sive alterius cujusdam *fructus* vel *seminis oleosi*, additis quibusdam, quorum virtutibus imbui debent, conficiuntur: Et cùm juxta unum eundemque ferè modum omnia *cocta olea* parari præcipiantur, operæ precium non esse, unicuique sigillatim suas addidisse *animadversiones*, sed in genere de ipsis pauca disseruisse, inque iisdem, commissos errores crassiores leviter saltem attigisse sufficere arbitratus sum: Nihilominùs quoque specialiora nonnulla suggeram, ubi priùs de illorum coctione sive præparatione communi quid sentiendum sit, annotavero.

Quod itaque *coctionem illam vulgarem* attinet, næ illam indiscriminatim in omnibus admittere nequeo: Eò namque tùm ego ipse semper aspiravi, & meritò quivis Medicus in præscribendis medicamentorum generibus in id unicè attentus esse deberet, ut in unoquoque *composito* singulorum ingredientium *vires* & *virtutes integras* conservaret, nec easdem (uti plerumque in nimis artificiosis illis compositionibus fieri assolet,) inutiliter perderet, quod ipsum stante *hâc violentâ coctione*, in quamplurimis hujus *classis compositionibus* haud quaquam aliter fieri potest: Etenim *herbarum balsamicarum* aut *florum*, nec non *aromatum* vis in subtilioribus eorundem partibus consistens, ceu summè volatilis, levi etiam coctura quàm citissimè expirat, auraséque petit, nullâ revocabilis arte: Ut adeò hac ratione permotus simplicem digestionem aut quamlibet insolationem, maximè ubi res, ex. gr. *plantæ*, quæ in iisdem macerantur, sulphureæ sunt tenuiumque partium, quales sunt *Majorana flores Rosarum, Sambuci, Chamomillæ*, &c. cuivis coctioni violentiori meritò præferam. Haud equidem me latet, quod omnia *olea* rancorem facilè contrahant, si humiditate aliquâ heterogeneâ permixta sint, aut saltem fæcibus humidioribus vel aquosis scateant; ast incommodo huic prævenire in facili est, si nempè *olea*, in quibus jam sat sufficienteréque *herbæ* aut *flores* repetitis infusionibus macerati sunt, optimè expressa aut colata per inclinationem à subsidente aquositate, quæ semper fundum petit, præsertim in leni calore separaveris, fæcesque cum pauco *oleo*, quod illis adhuc adhæret, ad omnimodam humiditatis absumptionem coxeris, & colatum hoc pauxillum *olei* tandem superiori per inclinationem separato *oleo* commiscueris. Quòd si autem aliquis minorem virium è *plantis* per maceration nem, quàm per coctionem arguat extractionem, cum eo quoque, si *olea* citò expetantur, non contendam, ast coctionem quasi destillando in *vesica parva cuprea stanno obducta*, aut etiam *cucurbita vitrea* fieri conducibile est, ut ea quæ prodit *fragrans humiditas oleo residuo* reddatur, quod denuò parumper digeratur, & tandem per inclinationem ab aquositate separetur: Qui modus maximè in *oleis compositis*, præsertim quæ *aromata* ingrediuntur, & quorum alioquin partes subtiliores promptè evanescunt, locum habet.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 598 sur 955

His præmiſſis particulares nonnullas *compoſitiones*, ad meliorem dilucidationem præcedentium aggrediemur, initio facto ab *oleo de Caſtoreo Iacobi de Manlius*, cujus plurimorum ingredientium virtutes potiores & ſubtiliores coquendo exhalant, ac propterea non opus eſt, ut *tanta vini quantitas* addatur. *Vinum* enim vel alia humiditas aquea, nunquam *oleis* verè commiſceri poteſt, quin ſemper *olea* ſupernatent, itaque illo, quod *vinum* extraxit & in ſe continet, *oleum* deſtituetur, niſi totaliter *vinum* per evaporationem abſtraxeris, ſed hoc ipſo *vinum* ſubtiliores ſecum rapit ingredientium partes, relictis fæculentioribus. Nec etiam juvat, ut *Galbanum* & *Opopanacum* prius *vino* diſſolvantur, & ſæpiùs cum *oleo* commiſceantur, ſi ſoluta ſemper fundum petant: Nam quòd *oleum* per ſe de prædictis *gummatibus* ſolvere nequit aut ſaltem extrahere, id beneficio *vini* multò minùs efficietur, ſed potiùs impedietur. Idcircò minori quantitate *vini* (*unciis duabus vel tribus circiter*,) additâ, factâque aliquot dierum maceratione, nec non brevi in Alembico coctione hoc oleum longè efficacius parabitur, potiſſimum ſi quæ in coctione per Alembicum prolecta *exigua humiditas oleoſa & ſpirituoſa*, reliduo *oleo* reddatur, quod tandem expreſſum colatumque, poſtquam fæces in leni calore vel digeſtione ſubſederint, per decantationem, juxta modum ſuperiùs edoctum, à ſedimentis liberetur. Juxta quem modum multa alia *olea compoſita*, utpotè *Aranearum Mindereri*, *oleum Coſtinum Meſue*, & reliqua, quibus utplurimùm major quantitas, quàm decet aut par eſt, humiditatis, præpoſterè adjecta eſt, confici poſſunt.

Oleum Iaſminum, quod non tam ad frigidos affectus corrigendos, quàm gratiâ fragrantiſſimi odoris, quem redolet, expetitur, per ſimplices hiaſce infuſiones dextrè parari nequit, ut odorem ſuaviſſimum floribus ſimilem præ ſe ferat, ea propter neceſſum eſt modo alio ſecretiori procedere.. Nimirùm

℞. *Florum Iaſmini odoriferorum recentium q. ſ.*

Quibus cum *Amygdalis dulcibus excorticatis ac nonnihil ſiccatis*, fiat in *cribro ligneo*, vel *incerniculo*, aut aliquo alio vaſe puro ſtratum ſuper ſtratum, ultimò orbiculo ligneo, pondere aliquo paumper ſaltem gravando ſuperimpoſito; poſtero die *flores ab Amygdalis* ſegregentur, noviſque & recentibus *floribus eadem Amygdalæ* ſtratificatæ, aliquo uti antea pondere nonnihil graventur; qui labor quò frequentiùs ſemper cum recentibus receptis *floribus* reiteratur, eò præſtantius ac fragrantius *oleum*, ſimplici ſaltem, & ſine igne, expreſſione ex *amygdalis* elicitur; Simili modo etiam ex aliis plurimis *floribus*, quorum fragrantia aliàs, ſi contundantur, coquantur, vel cum *oleis* infundantur, citò evaneſcit; utpotè *Aurantiorum*, *Citri*, *Roriſmarini*, *Roſarum*, *&c.* Item ex *herbis Majoranâ*,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 599 sur 955

ranâ, Thymo, Melissâ citratâ, & similibus odore fragrantibus *odoratissima olea* confici possunt, quæ, nunc utplurimùm ex Italia, ubi *florum istorum* ingens copia est, transportantur. Durabiliora autem efficiuntur similia *olea*, nec tàm facilè rancorem contrahentia, si loco *Amygdalarum Balanus Myrepsica*, sive *Granum Ben officinarum* accipiatur, aut ad minimum (uti Romæ facere assolent,) *oleum* ejus *gossypio* exceptum cum *floribus* sæpius stratificetur, quod denique fragrantissimo ipsorum odore sufficienter imbutum, è *gossypio* exprimatur. Hic modus ab Italis in secretis habetur, juxta quem suas *quintas essentias* (uti vocant,) parare consueverunt. In *compositione* vel potius præparatione *olei Liliorum alborum compositi Mesue*, maximi quoque & absurdi occurrunt errores, dum nimirum *aromata* non solùm cum *oleo*, sed etiam, antequam *oleo* adjiciantur, coqui præcipiuntur: Ecquid enim cum *oleo* remanebit in residuo: præter craffiores *aromatum* partes, expulsis subtilioribus & fragrantioribus, ceu efficacioribus: Itaque magis consultum erit, ut juxta modum, superiùs in præparatione *olei de Castoreo* annotatum, illud conficiatur, imò præstantius adhuc evaderet, si loco *aromatum*, ipsorum *olea destillata*, (quæ cuncta ferè in Officinis prostant,) eidem jam perfectè parato adderentur: Ex. gr.

℞. *Florum Liliorum alborum recent.* ℥ *ix.*
Quibus in ℔ *ij olei puri* infusis, adde
Costi veri ℥ *j*,
Croci pulverisati & in vino infusi, ℥ *iij.*

Macerentur aliquandiu, &, si lubet, coquantur parùm in cucurbita, postea fiat colatura & expressio: Denique jam parato *oleo*, adde

Ol. stillat. Calami aromat. ℈ *j*,
Cubebarum ℈ *ij*,
Caryophyllor. ℥ *ß*,
Cinnamomi ℈ *ß*,
Mastichis ℥ *ij*, *vel* ℥ *iij.*

Aut, si lubet, loco *olei Mastichini*, etiam ipsa *Mastiche electa oleo* addi, in eoque leni calore sine coctione dissolvi potest, eritque sic ritè confectum *oleum.*

Oleum lumbricorum compositum quod spectat, in cujus præparatione deprehendo, jam coctis & paratis *oleis lumbricorum* & *hyperici* addi *vini* ℥ *iij*, & ad omnimodam ejus consumptionem denuò incoqui; ast mehercle perquàm ineptè: Quid enim *vinum*, quod penitùs in coctione iterùm exhalare debet, *oleis jam perfectè coctis* efficaciæ aut virtutis communicare potest, cùm multò magis ea virtutibus suis hoc modo diminuantur?

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 600 sur 955

Simili errore ſcatet *oleum Maſtichinum Meſue*, cui etiam ſine ratione & æquè præpoſterè *vinum* additum eſt: *Maſtix* enim promptè in *oleo* diſſolvitur, & indiſſolubili nexu illi unitur, ad quam ſolutionem *vinum* necquicquam conferre poteſt, quin illam potiùs impediat; quippe dum iſtud in coctura exhalat, una ſecum rapit partes *Maſtichis* ſubtiliores ſive ſpirituoſiores: Neque *vinum*, dum *olea* cum ipſo coquuntur, illa virtutibus exaltare poteſt, nec etiam ob id iiſdem additur, ſed ex mera (uti video) conſuetudine, & ad imitationem priſcorum, cum quibus ita delirare dulce eſt.

Progredior ulteriùs ad *oleum Moſchelinum*, quod ipſum ſatis commodè juxta modum *olei Liliorum alborum compoſiti*, paulò ante indigitatum, confici poſſet, additis ſcilicet *oleis deſtillatis* ex deputatis *Aromatibus*, quorum vis & efficacia aliàs in coctura exhalat, quod apertè in effœtis ſimilibus *oleis* in officinis videre eſt, quæ tamen jure merito ſuavem & fragrantem ſpirare deberent odorem, tumque etiam virtutibus excellentiora exiſterent.

In compoſitione *olei Nardini* ratione adjectæ tantæ quantitatis *vini* & *aquæ fontanæ* notanda ſedulò, quæ in antecedentibus *oleis* de *Caſtoreo* & *Liliorum compoſito* dicta ſunt, ſecundum quæ etiam hujus *olei* præparatio inſtituatur, & præ omnibus *vini* & *aquæ* quantitas diminuatur.

Devenio ad *oleum Papaverinum*, quod ex *capitibus Papaveris*, *foliis* & *floribus ejuſdem* cum *oleo communi* parari præcipitur, cui tamen meritò *oleum* ex ipſis *ſeminibus Papaveris expreſſum*, præferendum eſſe arbitror.

Oleum de *Piperibus* juxta modum in præparatione *olei* de *Caſtoreo*, cui uſquequaque in *compoſitione* reſpondet, indigitatum parari poteſt.

Oleo Populino non ineptè quantitas illa *vini* detrahi, aut ad minimum ad uncias aliquot diminui poſſet: Etenim *oculi populi* fragrantem redolentes odorem reſinoſi & oleaginoſi ſunt, ac faciliùs *oleo* ſoli, in quo macerantur, vim ſuam communicare poſſunt, quàm ſi *vinum* adjiciatur, utpotè quod non ſolùm unionem *oculorum populi* cum *oleo* prohibet, vel ad minimum remoratur, ſed inſuper etiam in diuturnâ illâ coctione, donec nimirùm *quatuor libræ* ejus exhalent, ſubtiliores & fragrantes *oculorum populorum* partes, unà ſecum rapit in auras.

Inter *olea Roſata*, *oleum Roſatum vulgare*, & *Roſatum Omphacinum*, *compoſito illi Meſues oleo*, nimis artificiosè compoſito ſcilicet, præfero.

Magnum illud *oleum Scorpionum Matthioli* adeò pomposè deſcriptum, longè compendioſiori viâ, paucioribus infuſionibus, nec non breviori tempore parari poſſet; nihil enim obſtat, cur *ſex* vel *novem*, aut *plures herbarum* vel *florum manipulos* ſimùl & ſemel *oleo* immer-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 601 sur 955

immergere non possim; Igitur si juxta modum nostrum universaliter & particulariter, & quidem frequentiùs in hisce *Animadversionibus* indigitatum, nimirùm in cucurbita vitrea, reaffundendo semper, quod in digestionibus aut ebullitionibus prodit, & quatuor vel quinque infusionibus in universum, nil quicquam tamen ingredientibus detrahendo, hoc oleum conficeretur, multò demùm efficacius evaderet.

Tandem nunc sese offert *oleum stomachale Cratonis*, quod sanè si dextrè pararetur, ad externos usus foret efficacissimum; simpliciter autem hoc præscripto modo elaboratum, exiguas minusque valentes in roborando stomacho virtutes obtinebit, ob rationem aliquoties in præcedentibus adductam, nimirùm quod unà cum *vino* præstantiores *Aromatum* & reliquorum ingredientium partes exhalent: Ne autem hoc contingat, & quod penè oblitus eram, cùm *oleum Olivarum* pro extractione *vegetabilium* propter suum lentorem & unctuositatem satis aptum menstruum non sit, propterea præstabit imitari modum sequentem. Utpotè

℞. *Olei Absinthii trinâ infusione & maceratione parati* ℔ j,
Mastichis electæ ʒ j.

Quibus in leni calore solutis & unitis, adde

Ol. stillatit. Absinthii,
Caryophyll.
Ligni Rhodii ana ʒ ß,
Rosarum veri ϑ ß, *vel ejus loco*
Nuc. Moschat.
Macis ana ϑ j, *vel* ϑ ij.

Misce, servetur usui.

In *oleo* ex *Styrace* denique quantitatem nimiam *vini* juxta has *Animadversiones* diminuere, *oleumque* hoc lege artis (videlicet in cucurbita vitrea,) præparare quilibet prudens Pharmacopœus probè noverit.

Quæ reliqua sunt *olea expressa*, cùm simplicia sint, non adeò erroribus scatent; Hæc qualiter exprimere oporteat, etiam vulgo notum est: Caveant autem Pharmacopœi, ne *olea expressa preciosiora* (ex quorum numero est *oleum Nucistæ*,) à mercatoribus coëmant, sed propriâ industriâ ipsimet conficiant sive exprimant, etenim hæc rarò pura, sed utplurimùm adulterata divenduntur.

His *classem hanc* finio, quam quidem prolixiùs & fusiùs extendere potuissem, ast qui in præparationibus & compositionibus medicamentorum aliqualiter versatus est, facilè mentem meam ex præcedentium etiam *classium Animadversionibus* capere, & hisce contentus esse poterit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 602 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS XVII.

Comprehendens

UNGUENTORUM STRUCTURAM.

UNGUENTA *inter externa remediorum genera reponuntur, & ex variis rebus unctuosis*, oleis *scilicet*, pinguedinibus, axungiis, melle, cerâ, resinâ, terebinthinâ, &c. (*quæ corpora veluti* unguentorum *sunt*,) *aliisque quamplurimis cùm* vegetabilius, *tùm* animalibus & mineralibus *prædictis unctuosis prorsus nata commiscendis, diversimodè parantur*; *Horum* hæc Classis *plures continet* compositiones, *quas ordine, quâ poterit fieri brevitate ventilandas, nunc ad manus sumemus.*

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM

COMPOSITUM MAGISTRALE.

℞. Viridis Æris uncias quatuor,
Aluminis,
Salis Ammoniaci ana unciam semis,
Succi Scordii uncias quatuor,
Alliariæ,
Rutæ ana uncias tres,
Aceti Scillitici uncias sex,
Mellis cum decocto Absinthii & Scordii despumati uncias sedecim.

Omnia simul lento igne coquantur ad mediocrem unguenti consistentiam, addendo

Theriacæ electæ,
Mithridatii ana unciam semis,
Camphoræ unciam unam.

Ex probè mixtis fiat unguentum.

Usus

Usus hujus unguenti plurimùm commendabilis est in gangræna, & sphacelo, omnibusque aliis ulceribus valdè putridis & sinuosis; putredini siquidem efficaciter resistit, & carnem mortuam a sana potenter separat, exsiccat ac detergit, vaporesque putridos & venenatos partibus nobilioribus præcipuè infestos, fortiter discutit atque emendat, à Guilielmo Fabricio Chirurgo quondam experientissimo in tractatu de Gangræna & Sphacelo instar singularis experimenti ad prædicta dilaudatum.

ANIMADVERSIONES.

SAtis potens hoc *unguentum* & ferè causticum erit, quodque vix sine additione alterius rei mitigantis affectibus denominatis, nisi ingens demortuæ & corruptæ carnis copia adsit, applicare licebit; videat itaque is qui illud applicaturus est, ne dolores acerbissimos, & exindè consequentia varia & crudelia symptomata excitet: Nobis saltem in præsens incumbit, ut dextram illius addamus præparationem, quæ talis esse potest;

℞. *Mellis cum decocto Absinthii & Scordii* (forsitam melius foret cum decocto vel succo Plantaginis, Millefolii vel Hyperici,) *despumati* ℥ xvj,
Viridis æris subtilissimè triti ℥ iv,
Aceti scillitici ℥ vj.

Mixta invicem in sartagine cuprea satis violenter inter initia coquantur, donec ex colore viridi conversa sint in spadiceum; postea leni igne ad satis crassam, & ultrà ordinariam consistentiam inspissentur: Tum admisce

Aluminis,
Salis Armoniaci ana ℥ ß,
Succi Scordii ℥ iv,
Alliariæ,
Rutæ ana ℥ ij,

Coquantur iterùm lento igne ad justam consistentiam, addendo in fine ubi parùm refrixerit,

Theriacæ electæ,
Mithridatii ana ℥ ß,
Camphoræ verò ℥ j.

Cum *spiritu vini* vel alio ad pultis formam redactæ & quodammodo solutæ prædictis, dum adhuc parùm calent, optimè misceatur, paratumque usui reponatur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 604 sur 955

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM
SIMPLEX MESUE.

℞. Æruginis drachmas quinque,
Mellis drachmas quatuor decim,
Aceti fortis drachmas ſeptem.

Coquantur omnia ſimul, donec fiat unguentum ſpiſſum, & colore purpureum.

Valentiſſimum ad ſaniem ſiccandam, ſordes detergendas, & carnem abſumendam, ulceribus malignis, putrilaginoſis & cuniculoſis convenit.

UNGUENTUM AGRIPPÆ
EX NICOLAO.

℞. Radic. Bryoniæ libras duas,
Cucumeris aſinini libram unam,
Scillæ libram ſemis,
Ireos uncias tres,
Filicis,
Ebuli,
Tribulorum aquaticorum ana unc. duas,
Ceræ albæ uncias quindecim,
Olei albiſſimi libras quatuor.

Radices omnes iſtæ recentes lotæ, inciſæ & contuſæ, macerentur in oleo per dies octo. Deinde coquantur, poſtea exprimantur, & in colato oleo & expreſſo reſolvatur cera, ac fiat unguentum ſecundum artem.

Ad Regem Aprippam Auctorem compoſitionem referunt, ad aquæ ſuffuſiones, partium tumores laxos ſeu ædemata, & nervorum contractiones valet, nephriticis ſuccurrit, ac ventri illitum alvum movet, & ſtranguriam ſedat, ad lienoſos quoque, & ventrem dolentes utile exiſtit.

ANIMADVERSIONES
In Vnguentum Ægyptiacum ſimplex Meſue, & Vnguentum Agrippæ ex Nicolao.

UTraque *hæc unguenta* juxta modum præſcriptum parari poſſunt: Nihilominùs autem in *unguento Aprippæ* hoc obſervari poteſt, ne *oleum cum radicibus denominatis, Tribulisq́ue aquaticis* jam ſat ſufficienterque maceratum ad omnimodam humiditatis exhalationem coquatur, ſed ut nonnihil humiditatis illi remaneat: Ita enim

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 605 sur 955

enim paratum hoc *unguentum*, in operando efficacius fore mihi planè persuadeo, imò asserere ausim, *succos prædictarum radicum*, vel *radices ipsas contusas*, in denominatis affectibus valentiores esse, cuicunque etiam loco (debitè tamen,) applicentur, quàm hoc ipsum ex iisdem paratum *unguentum*, ob *cera* & *olei* additionem, utpotè quæ suo lentore prohibent, quò minùs reliqua ingredientia poros permeare aut penetrare queant: Non equidem ignoro, quòd talia *unguenta*, quæ humiditatem adjunctam habent, si diu asserventur, tractu temporis situm contrahant, igitur necessum est, ut in minori quantitate singulis annis recenter parentur.

UNGUENTUM DE ALABASTRO.

℞. Succi Chamomillæ uncias quatuor,
Rosarum recentium unc. duas,
Rutæ recentis,
Betonicæ ana unciam unam semis,
Rad. Althææ uncias duas,
Olei Rosati Omphacini libram unam semis,
Alabastri puri & pulverisati unc. tres,
Infundantur per noctem, & cum cera alba fiat unguentum.

Describitur hoc unguentum ab Auctore Benedicto Faventino in Empiricis cap. 1. de dolore capitis. Confert autem omni capitis dolori, sive is per essentiam, sive per consensum obortus fuerit, cum & citra febrem, omnique morbi tempore, solo excepto principio.

ANIMADVERSIONES.

PEr simplicem infusionem parare *hoc unguentum* quidem impossibile est; *succi* enim & *olea* licet diu multumque invicem confusa digerantur, nunquam tamen perfectè commisceri possunt, hinc etiam *olea* ex *succis* æquè, ut ex *herbis*, virtutes perfectè elicere nequeunt, quippè semper ab invicem segregantur, fundum petentibus *succis*: Itaque si *unguentum hoc* secundum præscriptum modum parari deberet, necessum esset, ut *succi* enumerati per coctionem totaliter exhalarent, & ne sic quidem *oleum* suis virtutibus multùm imbuerent. Ut igitur efficacius conficiatur *unguentum*, consultum est, ut modo sequenti ejus præparatio instituatur. Nimirùm

℞. *Flor. Chamomillæ Rom. recent.* ℥ v,
Rosarum recent. ℥. iij,
Rutæ hortensis,
Betonicæ ana recent. ℥ ij,
Rad. Althææ recent. ℥ j,

Incisa

Inciſa & contuſa nec non cucurbitæ vitreæ immiſſa, infundantur per aliquot dies in *olei Roſati Omphacini*, vel *olei ſimplicis* (quod melius foret, eò quòd illud jam tum alienis virtutibus ſatis imbutum ſit,) ℔ j ß, fiatque una vel altera lenis ebullitio in M. B. humitate, quæ prodit aſſervatâ; poſtea *oleo adhuc calenti ex herbis expreſſo & colato*, addantur

Alabaſtri puri & ſubtiliſſimè triti ℥ ij.

Iterumque aliquandiu digerantur, ſæpius Alabaſtro (quod fundum petit) commoto vel ſubindè agitato: Adde tandem

Ceræ albæ ℔ ß.

Et ubi refrixerit, aliquandiu agita inſartagine, ſuperioriſque prolectâ particulâ aquoſitatis additâ, fiat *unguentum* in parva quantitate, ut ſingulis annis recenter parari poſſit, ne ſi diutius aſſervetur, ſitum contrahat aut rancidum evadat.

UNGUENTUM ALBVM, Sive de Cerussa Dictum Avicennæ.

℞. Lithargyri albi loti drachm. quatuor,
Ceruſſæ aquâ roſatâ lotæ drachmas viginti,
Ceræ albæ drachmas viginti octo,
Olei Roſacei uncias octo,
Albuminum ovorum numero quatuor.

Ceræ liquatæ in oleo Roſato lento igne injice Ceruſſam & Lithargyrum probè contrita: miſce, ac poſtremò adde albumina ovorum.

Commendatur ad ambuſta, eryſipelata, ſcabiem & cutis vitia à ſalſa pituita, & bile uſta enata, ad prurigines ac puſtularum eruptiones, acrem ſerpiginem, attrita, & intemperiem ulcerum calidam, præſtipueque valet, ubi calor eſt, uſtio & excoriatio.

UNGUENTUM ALBVM CAMPHORATUM.

℞. Olei Roſati unc. decem, vel libr. unam, (ut habet Cordus,)
Ceræ albæ uncias tres,
Ceruſſæ uncias duodecim,
Albuminum ovorum numero ſex,
Camphoræ diſſolutæ cum aqua Roſarum drachmas duas.

Fiat unguentum ſecundum artem.

Ad prædicta valentius eſt propter Camphoram, eryſipelata reprimit, & ambuſtis medetur.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 607 sur 955

ANIMADVERSIONES
In Unguentum album, sive de Cerussa Avicennæ: & Unguentum album Camphoratum.

HÆc duo *unguenta* in frequenti quidem usu sunt, ast nimis effœta; ratio est, quod *Lithargyrum* & *Cerussa*, ceu simplices *Plumbi* calces, quoad refrigerationem in enumeratis affectibus parùm præstare possint, tùm per se inspersa, tùm rebus unctuosis permista: Et enim exigua illa vis refrigerans *cerussæ* in *Sacchar. dulced. Saturni* consistens, & fermentum saltum, quod est in ulceribus, â bile salsa & adustâ enatis aliàs mortificare potens, mediante lotione, quæ tàm studiosè præcipitur, penitùs eluitur. Ne itaque *unguentum hoc* efficaciâ illâ, quam de ipso Authores sibi promittunt, inposterum privetur, perutile fore existimem, ut dictum *Lithargyrum* nec non *Cerussa* priùs cum *aceto destillato*, in sufficienti quantitate affuso, benè coquantur, & ferè ad siccitatem usque iterùm inspissentur, quibus tùm illicò *albumina ovorum conquassata, ac in aquam veluti per se resoluta*, commisceri queunt, atque his demùm aliquandiu invicem agitatis, ultimò *cera in oleo destinato liquata*, addi potest.

Nota; possent equidem *Cerussa* & *Lithargyrum* cum *oleo Rosaceo* & *aceto destill.* simul coqui, cui (scil. *oleo*,) intimè sic adunarentur; ast propter odorem fragrantem, quem *oleum* à *Rosis* solâ maceratione contraxit, quique in coctione penitûs exhalaret, coctionem cum ipso minùs proficuam duxi.

Camphoram quod attinet, quæ *unguento albo camphorato* addi jubetur, illa cum *aqua Rosarum* commodè dissolvi nequit, sed necessum est, ut vel *spiritu aliquo ardenti*, utpotè *rosarum* pro hoc *unguento*, vel *oleo Rosato* ipso, utro scilicet horum libuerit, dissolvatur, & *unguento* nonnihil adhuc calenti sub finem demùm admisceatur.

UNGUENTUM DE ALTHÆA
COMPOSITUM NICOLAI.

℞. Radic. Althææ libras duas,
Sem. Lini,
Fœnugræci ana libram unam,
Scillæ recentis uncias sex,
Olei libras quatuor,
Ceræ libram unam,
Terebinthinæ,
Gummi Hederæ,
Galbani ana uncias duas,
Colophoniæ,
Resinæ ana uncias sex.

Radices

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 608 sur 955

Radices & Lini semina contusa, macerentur tribus diebus in sufficienti quantitate aquæ, deinde coquantur donec crassescat mucilago. Postea

℞. Mucilaginis expressæ libras duas.

Et adde reliqua, facque secundum artem unguentum.

NOnnulli ex Pharmacopœis, ut colorem unguenti magis intendant, illudque oculis gratius efficiant, nonnihil de radicibus Curcumæ adjiciunt; id autem si cera pulchra & citrina fuerit, facere non opus est, nec verò Curcuma medicamenti intentionem assequitur.

ANIMADVERSIONES.

MIra hæc congeries est, & inconcinna *compositio*, quæ vix meretur, ut ad ipsam corrigendam operam nostram occupemus; considera saltem Lector amice & perpende, quod *libræ viscosæ & crassissimæ mucilaginis* ex *quatuor libris radicum Althææ & seminum Lini & Fœnugraci* extrahi possent; & si *tot libræ extractæ viscosæ mucilaginis* ad *libras duas* inspissari, atque huic tandem reliqua ingredientia, inprimis *Scilla*, sine ulteriori coctione admisceri deberent, proh quæ qualisque inde exurgeret *unguenti* consistentia? Ut autem aliquid saltem efficiamus, quod *unguento* quodammodo simile sit (nam de viribus omnium ingredientium, an illæ salvæ remaneant, dubito:) procedamus hunc in modum.

℞. *Mucilag. radicum Althææ,*
Semin. Lini,
Fœnugraci ℔ *ij, junctim*
Scillæ recentis ʒ *vj,*
Olei Olivarum ℔ *iij.*

Percoquantur ad consumptionem humiditatis, coleturque & separetur *oleum* à crassamento *prædictæ mucilaginis* picis instar relicto, cui adde sequentia invicem soluta, & post residentiam per linum & qualum trajecta vel colata, utpotè

Ceræ flavæ ℔ *j,*
Colophoniæ,
Resinæ ana ʒ *v,*
Gummat: Galbani,
Hederæ priùs in
Terebinthinæ ʒ *iv, solutorum ana* ʒ *ij.*

Fiatque *unguentum* justæ consistentiæ: quod si flavum expetatur, priori decoctioni *Curcuma* in s. q. injiciatur.

Nota; quod *Gummi Hederæ* & *Galbanum* in *Terebinthina*, non verò in *aceto* vel *vino* dissolvere præceperim, causa est, quod neque *acetum*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 609 sur 955

acetum, neque *vinum*, neu *aqua*, nevè *oleum Gummi Hederæ* penitùs attingat, ſed ſola *Terebenthina* illud optimè penetret, quantumvis & hæc nonnihil de ipſo indiſſolutum relinquat; igitur præſtat iſtud priùs in pulverem redactum ſolutioni adaptare: *Galbanum* autem ſi purum totaliter in *Terebinthina* liquefit & diſſolvitur, quod tùm faciliori negotio poſtmodùm *oleis* commiſceri poteſt, quàm ſi *vino* vel *aceto* diſſolutum eſſet; propter hanc cauſam etiam *pondus Terebinthinæ ad uncias duas* adauxi; è contra verò de *Colophonio & reſina unciam unam* (de quolibet) detraxi.

UNGUENTUM DE ALTHÆA

SIMPLEX EJUSDEM.

℞. Rad. Althææ libras duas,
Sem. Lini,
Fœnugræci ana libram unam,
Olei libras quatuor,
Ceræ libram unam,
Terebinthinæ uncias duas,
Reſinæ uncias ſex.

Radices & ſemina contuſa macerentur tribus diebus in aquæ libris octo, aut quantum ſufficit: quartâ die coquantur donec remittant craſſam & viſcoſam mucilaginem, eam deinde exprime. Mox

℞. Expreſſæ mucilaginis libras duas:

Coque cum oleo, & cùm deinde aquoſum illud in mucilagine conſumptum fuerit, ceram addito, & ſecundum artem parato.

USU celeberrimum ad emolliendum, calefaciendum, & humectandum pectoris dolorem è frigore contractum abolet, laterumque doloribus feliciſſimè adhibetur; per ſe, aut etiam cum Butyro illitum, viſcerum durities laxat, ac ſtomachi inflationes diſcutit, valet ad nervorum incontinentiam ac duritiem, eoſque præciſos glutinat, vulnera claudit, reſolutis nervis, & perfrictis partibus, in primis tamen veſicæ, ad ignem illitum benefacit, periodicasque febres amolitur, emollit, lenit, concoquit, incidit & digerit.

UNGUENTUM ANODYNUM.

℞. Olei Liliorum alborum uncias ſex,
Anethini,
Chamæmelini ana uncias duas,
Amygdalorum dulcium unciam unam,
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ ana uncias duas,
Ceræ albæ parum,

Dolores

Dolores quacunque corporis parte mitigat, unde nomen quoque contraxit.

ANIMADVERSIONES
In Unguentum Dialthæa, & Unguentum Anodynum.

UNguentum *Dialthææ simplex* juxta modum præcedentem, in unguento *Dialthææ compositio* indigitatum, parare convenit per evaporationem humiditatis, *mucilaginis* scilicet cum *oleo*, addendo ultimo *ceram Terebinthinam*, & *resinam*: Quodque residet crassamentum à *mucilagine* & *resina* indissolubile, colaturâ per linum & qualum separando.

Vnguento Anodynō simpliciter confecto *unc. tres circiter ceræ addi* possunt; Quamobrem autem *cera alba citrin e* semper præferatur, equidem rationem nullam video: Etenim *cera alba* non solùm per diuturnam insolationem flavedine suâ, sed etiam subtilissimis, fragrantioribus & virtuosioribus suis partibus privata est Quippe *Sol vegetabilibus* omnibus à sua radice evulsis, ipsiusque radiis diù expositis multum detrahit, eademque viribus effœta reddit: Itaque si *cera alba* non tantùm ob albedinem vel pulchritudinem, sed etiam ob alias singulares virtutes expetatur, meritò illi *flavam* longè præferendam opinor.

UNGUENTUM APOSTOLORUM
AVICENNÆ.

℞. Terebinthinæ,
Resinæ,
Ceræ albæ,
Ammoniaci ana drachm. quatuordecim,
Aristolochiæ longæ,
Thuris masculi,
Bdellii ana drachmas sex,
Myrrhæ,
Galbani ana drachmas quatuor,
Opopanacis,
Æruginis ana drachmas duas,
Lithargyri drachmas novem,
Olei communis libras tres,
Aceti quantum sufficit ad Ammoniacum, Galbanum, & Opopanacem dissolvenda.

Sic dictum quòd ex duodecim constet simplicibus. Vsu frequens ad vulnera & ulcera difficilia, cuniculosos sinus & fistulas, sordidaque ulcera emendat, purgat, exsiccat, ac detergit, & exesa putrilagine carnem restaurat, duram emollit, & plagas sanat. Vn-

guentum

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 611 sur 955

guentum istud cum Venere antiquorum consentit, quo usi sunt attrahendo, molliendo, glutinando, & contra ferarum morsus.

MOdus parandi talis esto. Bdellium si est molle, Ammoniacum, Opopanacem cum aceto macerabis nocte unâ, postridie calefac, & cola; iterum pende, & ponderi horum legitimo Terebinthinam permisce; Lithargyrum autem in oleo nutries aliquandiu sine igne friatum, oleum æstate ℔ librarum duarum, hyeme trium; postea igni trade, ubi calet ceram immitte, hac liquata igni aufer, liquores paratos misce; ubi refrixit, reliquorum pulverem paulatim adjice. Bdellium siccius (quale nobis adulterinum est,) ut cætera terendum & aspergendum.

ANIMADVERSIONES.

PRæscriptus *hujus unguenti* conficiendi modus, intricatissimus est, nec ullus Pharmacopœus juxta traditam hanc Authoris informationem *unguentum hoc* parabit: ut itaque genuina ejus præparatio suppetat, en subdo sequentem;

℞ *Olei communis* ℔ ij,
Lithargyri subtil. triti ℥ ij,
Aceti fortis ℥ vj.

Coquantur invicem continuò spatulâ agitando ferè, usque ad consumptionem *aceti*, quibus adde

Terebinthinæ,
Resinæ ana ℥ ij,
Ceræ flavæ ℥ vj,

invicem liquata, & per linum transcolata: postea in alia patella dissolvantur in *aceto* ad pultis formam,

Galbani puri,
Pulv. Myrrhæ opt. ana drach. vj,
Opopanacis ℥ ß,
Ammoniaci drach. xiv, sive ℥ j ß, *drach.* ij,

Quibus adhuc calentibus, non tamen ferventibus, alternatim adjice, mox de superiori ruditer commixto & imperfecto *unguento* cochlear unum vel alterum, mox de *pulveribus sequentibus* tantundem, semper in lenissimo calore agitando, donec omnia & singula optimè unita sint;

℞. *Pulv. Aristoloch. longæ,*
Thuris albi,
Bdellii ana drach. vj,
Æruginis subtil. ℥ j ß.

Fiat unguentum justæ consistentiæ.

Nota; *hoc unguentum* longè efficacius redderetur, præsertim in vulneribus nervorum & ossium, si loco *olei simplicis*, *oleum terebinthinæ rubrum* substitueretur: Cæterùm licet *thus* in *terebinthina*, & *Bdellium* in *aqua quacunque* dissolvi possit, nihilominùs ea in forma pulveris subtilissimi adjeci, unicuique tamen liberum erit ea dissoluta addere.

UNGUENTUM AREGON NICOLAI.

℞. Rad. Jari, seu Ari,
Cucumeris asinini ana uncias quatuor semis,
Bryoniæ uncias tres,
Pyrethri unciam unam,
Roris marini,
Majoranæ,
Serpylli,
Rutæ ana uncias quatuor semis,
Fol. Coccognidii uncias novem,
Cucumeris asinini unc. sex,
Lauri,
Salviæ,
Sabinæ ana uncias tres,
Publicariæ majoris, id est, Conyzæ,
Minoris ana uncias quatuor,
Calaminthæ, seu Nepetæ uncias sex,
Mastiches,
Olibani ana drachmas septem,
Euphorbii,
Zingiberis,
Piperis ana unciam unam,
Olei Moschelini unciam semis,
Communis libras quinque,
Laurini,
Adipis ursini ana uncias tres,
Petrolei clari unciam unam,
Butyri uncias quatuor, aut quantum satis est.

Herbæ & radices Majo mense collectæ, in olei & vini s. q. macerentur diebus septem, deinde coquantur & colentur. Colato oleo adjice reliqua, atque in fine adde

Ceræ libram unam, uncias tres. Misce.

UNguentum hoc ab effectu ἀρηγὸν, seu *auxiliare dictum, numeratur inter quatuor unguenta calida, ideoque corporis vitiis frigidis, convulsioni, paralysi, tetano, & nervorum distensioni*

tenſioni conducit; ſpinæ & renum dolores, ac colicos cruciatus ſanat; ad omnem ſtomachi, & ventris dolorem, uterina quoque mulierum mala, quartanas, & morbum comitialem facit, articularios morbos juvat, & rigores febrium ſpinæ illitum diſcutit. Eo frequenter ad ſcabiem ex lue venerea utimur.

MOſchelinum oleum ſi deeſt, Rutaceo aut Laurino utendum potiùs, quàm Balanino.

ANIMADVERSIONES.

CUm *unguenti* hujus præparandi modus ex parte inſufficiens mihi videatur, idcircò pleniorem & dexteriorem ejus præparationem addere conſultum duxi, quæ talis eſſe poteſt;

℞. *Radic. Ari,*
Cucumeris aſinini ana ℥ *iv* ß,
Bryoniæ ℥ *iij*,
Pyreth. ℥ *j*,
Fol. Coccognidii ℥ *ix*,
Cucum. Aſinini ℥ *vj*,
Pulicar. majoris,
Minoris ana ℥ *iv.*

Omnia hæc recentia & contuſa infundantur in
Olei communis ℔ *v*,
Adipis urſini ℥ *iij*,
Butyri recent. ℥ *iij.*

Stent in digeſtione vel macerationè per octiduum; poſtea coctâ ad exhalationem humiditatis exprimantur fortiter & colentur: tum *oleo expreſſo* de novo infundantur vel immergantur.

Herb. recent, & contuſ. roriſmarini,
Majoranæ,
Serpylli,
Rutæ ana ℥ *iv* ß,

Fol contuſ. Lauri,
Salviæ,
Sabinæ ana ℥ *iij*,
Calamint. mont. ℥ *vj.*

Macerentur in calore leni per octiduum, poſtea fiat in Alembico una vel altera ebullitio, reaffusâ, quæ prodit, fragrantis aquoſitatis particulâ, factâque expreſſione & colaturâ, addantur *oleo colato ceræ flavæ* ℔ *j*, ℥ *iij*, quâ leniter liquefactâ, admiſceantur

Olei Moſchelini ℥ ß,
Laurini ℥ *iij*,
Petrolei clari ℥ *j.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 614 sur 955

Et dum adhuc calent, *pulveres sequentes* inspergantur, diû & sint intermissione agitando; utpotè

Pulvis Mastichis,
Olibani ana drach. vij,
Euphorbii,
Zinziberis,
Piperis ana ℥ j. Misce, fiat unguentum.

UNGUENTUM DE ARTHANITA MAJUS MESUE.

℞. Succi Cyclaminis libras tres,
Cucumeris agrestis,
Butyri vaccini ana libram unam,
Olei trini libras duas,
Pulpæ Colocynthidis uncias quatuor,
Polypodii uncias sex,
Euphorbii unciam semis.

Contundenda terantur, & macerentur in succis ac oleis diebus octo in vase vitreo: Postea semel fervefac in duplici vase; cola, & colaturæ adde

Sagapeni drachmas septem semis,
Myrrhæ drachmas tres.

Dissolvantur hæc in aceto, & coquantur in prædictâ colaturâ ad succorum consumptionem: deinde adde

Ceræ uncias quinque,
Fellis Taurini drachmas septem semis.

Fervefac simul donec cera liquescat; tunc insperge paulatim pulverem subsequentem medicamentorum,

Scammonii,
Aloës,
Colocynthidis,
Mezereonis,
Turbith ana drachmas septem semis,
Salis gemmæ drachmas quatuor semis,
Euphorbii,
Piperis longi,
Zingiberis,
Chamæmeli ana drachmas tres.

Misce; fiat unguentum.

Illitum stomacho vomitu purgat, hypogastrio autem inunctum, alvum dejicit, ob id hydropicos mirè juvat, serosum excrementum largè evacuando; vermes quoque enecat & educit. Adhibetur iis, qui purgans medicamentum sumere nequeunt.

ANIM-

ANIMADVERSIONES.

NEque hujus *unguenti* præparatio sufficienter tradita est, quæque meritò modo sequenti institui deberet;

℞. *Succi Cyclaminis* ℔ *iij*,
Fructus & herb. Cucum. agrestis,
Butyri vaccini ana ℔ *j*,
Olei simplicis ℔ *ij*,
Pulpæ Colocynthidis ℥ *iv*,
Polypodii ℥ *vj*.
Euphorbii ℥ ß.

Contundenda terantur & macerentur in *succis* vel *oleis* per octiduum; postea coquantur ferè ad consumptionem humiditatis, fiatque colatura & expressio fortis: in expresso *oleo* liquefac

Ceræ flavæ ℥ *v*.

Tùm

℞. *Gummi Sagapeni* ℥ *j*,
Myrrhæ pulver. drach. iij.

Solvantur in *aceto* ad pultis formam in singulari patella, quibus adhuc calentibus alternatim mox de *oleo prædicto*, in quo *cera* liquefacta est, mox de *pulveribus ultimò inspergendis* (qui ex descriptione superiori peti possunt,) nec non de *fellis taurini drachmis septem*, cochlear unum post alterum injiciatur fiatque ita *unguentum* justæ consistentiæ.

UNGUENTUM AUREUM

MESUE.

℞. Ceræ citrinæ uncias sex,
Olei boni libras duas semis,
Terebinthinæ uncias duas,
Resinæ,
Colophoniæ ana unciam unam semis,
Thuris,
Mastiches ana unciam unam,
Croci drachmam unam.

Confice secundum artem.

AVreum à colore & pretio dicitur. Quibusdam Regis unguentum, vulnera tutò & salubriter glutinat, præsertim in corporibus mollioribus.

MOdus confectionis hic est, ut Oleum & Cera omnium primò liquentur, deinde addatur Terebinthina, tandem pulveres, ac postremò Crocus.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 616 sur 955

UNGUENTUM DE BDELLIO

MESUE.

℞. Bdellii drachmas sex,
Euphorbii,
Sagapeni ana drachmas quatuor,
Castorei drachmas tres,
Ceræ drachmas quindecim,
Olei Leucoii drachmas decem.

Bdellium & Sagapenum dissolvantur in aqua rutæ, cætera cum aqua calida uniantur, & fiat unguentum.

COmmendatur ad paralysin, & spasmum jam confirmatum; valenter namque digerit ac mollit, ut nervorum & articulorum tophos dissipet, eorundem etiam frigidos affectus jubat, ac membrorum resolutionem sanat; ad epilepsiam quoque plurimùm facit.

UNGUENTUM E CALCE.

Calcem vivam singulis diebus semel lavabis, & in fundo residere permittes, atque aquam spongiâ exprimes decem diebus continuis: Deinde aquâ rosaceâ lavabis, & siccari sines.

℞. Hujus Calcis ita præparatæ uncias tres,
Olei rosati libram unam,
Ceræ albæ uncias tres.

Ceram in oleo liquato; huic ab igne exemptæ & jam concrescere incipienti, calcem levissimè tritam admisceto, & reponito.

ALiud ὑπόθεσιν. Calci vivæ superinfunde aquam puram, cui mox detractæ, adde tantundem olei communis, & agita simul, donec fiat unguentum. Ambusta felicissimè inter initia percurat. Aliud ad ambusta ex corticibus medis Sambuci refert Fossius Sect. XI.

ANIMADVERSIONES
In Vnguentum aureum Mesue: de Bdellio, & de Calce viva.

INgrèdientia *Vnguenti aurei* cuncta, præter *Crocum* & *Olibanum*, inter se invicem colliquari possunt, quæ ubi liquata sunt, per linum & qualum colentur, addaturque *Crocus subtilissimè tritus & vino dilutus*, nec non *Olibanum* simili modo subtiliter pulveritatum: Si quâ etiam alicui liberet loco *olei communis oleum terebinth. rubrum* sumere, is longè præstantius ad quævis etiam vulnera, præser-

præsertim capitis, nervorum & ossium, quibus alioquin oleaginosa infesta sunt, efficeret *unguentum*. *Vnguento de Bdellio* nimis exigua quantitas *olei* assignata est, ita ut *emplastrum* citiùs quàm *unguentum* exindè confici posset; paretur itaque juxta hunc modum subsequentem;

℞. *Olei de Castoreo, vel Moschelini, aut Nardini, quodcunque horum libuerit,* ℥ viij,
Ceræ citrinæ ℥ ij.
Quibus artificiosè junge
Bdellii in aqua rutæ ad pultis formam soluti ℥ ß,
Euphorbii pulverisati ℥ ß,
Axung. Castorei, (si haberi possit, sin minus pulveris,) ℥ iß.
Fiat unguentum.

Vnguenta de calce viva juxta modos præscriptos quidem parari possunt, ast propter frequentem totiesque reiteratam lotionem *calcis vivæ*, minùs efficacia efficiuntur; quippe *calx lota* terræ mortuæ instar est, ejus enim acrimonia exsiccans, vel solâ humiditate aëris attractâ infringitur vel destruitur, multò magis aquâ toties affusâ. Plura de *Calce viva* petantur ex *animadversionibus appendicis classis decimæ quartæ*, ubi de *Sale Viperarum* egimus.

UNGUENTVM CITRINUM, Seu Basilicum Nicolai.

℞. Boracis drachmas duas,
Camphoræ drachmam unam,
Corallii albi drachmas quatuor,
Amenti dulcis, id est Gypsi, capillatas venas habentis, unciam unam,
Umbilici marini,
Tragacanthi albissimi,
Amyli,
Crystalli,
Antali,
Dentali,
Thuris albissimi,
Nitri ana drachmas tres,
Marmoris albi, aut alabastri drachmas duas,
Gersæ serpentariæ, id est, Serpentariæ veræ præparatæ unciam unam,
Cerussæ uncias sex,
Axungiæ porcinæ recentis mundæ libram unam semis;
Sevi Caprini præpar. unciam unam semis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 618 sur 955

Adipis Gallinacei præparati unciam unam.

Confice sic:

Axungium porcinam atque adipem gallinaceum liqua simul, & impone tepidis adhuc corticum Citrii mali satis magnam quantitatem, & macerentur per mensem unum: deinde eximito cortices, & sevum caprinum addito: postea addantur reliqua tenuissimè trita. Ultimò verò insperge Camphoram & Boracem seorsim subtilissimè trita.

CItrinum Officinæ vocant, cùm potiùs Citrium dicendum sit, à pomis Citri, vel eorundem succo. Asperæ lævigat, faciei maculas & lentigines exterit, ephelides ac ex insolatu ustiones factas & cicatrices emendat, ruborem oculorum aufert, nec non pustulas in cute, è salsa pituita apparentes, sanat.

PRiora Exemplaria legebant Boracis unciam unam; præstiterit tamen ad Græci exemplaris normam sumere drachmas duas, Gersæ autem seu Cerussæ serpentariæ, quàm Nicolaus ψιμύθιον seu Fucum vocat, pondus ad unciam extendere, cùm cosmeticum sit medicamentum, cutim emaculans, cui intentioni Gersa præcipuè servit. Ejus quoque unciam apponunt Noribergenses & Renodæus. Aliqui præter Citri cortices succum quoque Citri adjiciunt; & sic efficacius medicamentum efficiunt.

ANIMADVERSIONES.

SPecioſa hæc satisque argutè conscripta *compositio*, reverà plurima inutilia continet, cujus utut libenter dexteriorem præparationem addere conarer, non possem tamen, cùm inter ingredientia nulla sit symbolizatio: Ne tamen partibus meis defuisse videar, nihilominùs aliqualem ejus præparandi modum adjungam.

℞. *Axungiæ porcinæ recentis* ℔ j ß,
Adipis Gallinacei ℥ j,
Corticum Citri exteriorum minutissimè conscissorum aut contusor. ℔ j, *vel* ℔ j ß.

Macerentur diù multumque in loco tepido, tandem colentur & exprimantur: *Colatæ odoriferæ axungiæ* addatur

Sevi Caprini ℥ j ß,
Ceruſſæ cum succi Citri ℥ viij *coctæ, iterumque ad siccitatem ferè inspissatæ* ℥ vj,

vel, si lubet, & quod melius est,

Sacchari Saturni, parumper cum *aquæ rosarum aut Citri dissoluti* ℥ ij,
Feculæ Serpentariæ, vel Bryoniæ ℥ j.

Agi-

Agitentur diu multùmque invicem, & iterùm ſuperaddantur,

Corallorum alborum ℥ ß,
Vmbilic. marinorum,
Cryſtalli,
Antali,
Dentali ana præpar. ℥ iij.

Alabaſtri albi præpar. ℥ ij, *in* ℔ j, *ſucci Citri recentis clari*, vel potius *aceti deſtillati* cocta, & denuò ad ſiccitatem per coctionem vel evaporationem redacta;

Item,

Tragacanthæ albiſſimæ cum aqua Roſar. in mucilag. ſpiſſam diſſolutæ,
Amyli,
Nitri,
Thuris albi ana ſubtil. pulveriſ. ℥ iij,
Boracis Venet. alb. tritæ ℥ ij,
Camphoræ in ſpiritu Roſar. vel ipſa
Axungiæ porcinæ ſolutæ drachm. j ß.
Fiat l. a. unguentum.

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

℞. Herb. Malvæ;
Biſmalvæ,
Brancæ Urſinæ,
Parietariæ,
Mercurialis ana manipulos quatuor,
Radic. Althææ,
Liliorum alborum ana uncias quatuor,
Flor. Chamomillæ,
Meliloti ana manipulos tres,
Butyri recentis libras quinque.

Piſtentur ſimul, & ſic ſtent per menſem: poſtea coquantur & exprimantur.

Adhibetur in Enemata, vel per ſe liquatum injicitur; emollit enim, lenit, digerit, dolores levat, ventrem blandè ſubducit, duras feces emollit, ac inteſtina reddit lubrica.

ALII SIC PARARE SOLENT.

℞. Parietariæ,
Malvæ,
Mercurialis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 620 sur 955

Betæ ana manipulos tres,
Fol. Althææ,
Violariæ,
Flor. Chamomillæ,
Meliloti omnium recentium ana manipulum unum
semis.

Coque in sufficienti quantitate, seu libra una semis Butyri recentis non saliti, donec virescat, addendo colaturæ
Olei Amygdalorum dulcium uncias octo.
Misce, fiat unguentum.

UNGUENTUM COMITISSÆ
GUILIELMI DE VARIGNANA.

℞. Cort. med. Glandium,
Castanearum,
Quercus arboris,
Bacc. Myrti,
Caudæ equinæ, seu Equiseti,
Gallarum,
Corticum Fabarum,
Acinorum Uvarum,
Calicum Glandium,
Sorborum immaturorum siccorum,
Mespilorum acerborum siccatorum,
Fol. Capparis,
Pruneoli sylvestris,
Rad. Tormentillæ aut Bistortæ ana unciam unam semis.

Contundantur aliquantulùm, & coquantur in aquæ Plantaginis libris octo, aut quantum sufficit, donec media pars consumpta fuerit. Deinde in colatura laventur sequentia novem vicibus, semper recentem aquam decoctionis affundendo quotiescunque laveris.

℞. Ceræ novæ uncias octo semis,
Olei Myrtillorum,
Mastichini ana libram unam sem.

Postea insperge sequentium rerum tenuissimum pulverem.

℞. Cort. med. Castanearum,
Glandium,
Quercus arboris ana unciam unam,
Gallarum,
Succi Hypocistidis,
Cineris ossium cruris bubuli,
Bacc. Myrti,
Acinorum Uvarum,

Sorbo-

Sorborum ſiccorum ana unciam ſem.
Trochiſcorum de Charabe uncias duas.
Miſce, fiat unguentum bonæ conſiſtentiæ.

UNguentum hoc à Comitiſſa Vandrenſi nomen ſortitum ad menſtrua ſupprimenda, & abortum prohibendum continuatum à Varignana lib. 16. de morbis cur. cap. 4. Fœminei fluxus abundantiam compeſcit, locos muliebres firmat, uterum roborat, ac renes laxatos ſtringit, ſi eo inungantur, hæmorrhoidum ſuperfluum profluvium ſiſtit.

MOdus compoſitionis talis eſto, ut ceræ unciæ octo cum olei Myrtini libris duabus ſemis diſſolvantur, & laventur novies ex aqua Plantaginis, ſemper aliquid de eo quod eſt colatum, affundendo: Poſtea pulveres tenuiſſimè triti ceræ & oleo, cum decocto lotis permiſceantur, & addito oleo Maſtichino non loto q. ſ. fiat unguentum: quo renes & pecten inungi debent ad firmandum uterum, ac menſium abundantium cohibendam.

ANIMADVERSIONES

In Unguentum Clyſmaticum, & Unguentum Comitiſſæ.

UNguentum clyſmatica juxta præſcriptos modos optimè parari poſſunt, diuturnâ nimirùm maceratione, levi coctione, & forti expreſſione.

Vnguentum autem *Comitiſſæ* correctione maximè opus habet, ejuſque præparatio optimè fit modo ſequenti;

℞. *Species omnes pro decoctione, uti compoſitio habet,* has in *aquæ ſimplicis* ℔ *viij* percoque ad dimidias, colentur & exprimantur; *colaturæ* adde

Ceræ novæ ℥ *viij,*

iterumque unâ vel alterâ ebullitione factâ, penitùs refrigeratis omnibus fiat colatura; *Cera relicta* interim aſſervetur; *Decocto* autem *colato* adde

Ol. Myrtillorum ℔ *j* ß,
Communis ℔ *j*, ℥ *ij*.

Coquantur leniter ad conſumptionem *decocti*, ac rurſus coletur *oleum*, in quo diſſolve

Maſtichis electæ ℥ *iv* ß.
Ceramque quæ ſuperiùs cum decocto ebulliit;

tandem inſperſis *pulveribus ordine in compoſitione ſubſequentibus*, fiat. l. a. unguentum.

Nota; præſtaret *ſuccum Hypociſtidis*, qui ultimò unâ cum *pulveribus* adjicitur, non tritum, ſed in particula *decocti primi* ſolutum,

ſub

sub finem addere; Et loco *trochiscorum de Carabe*, melius foret eorundem *species*, in *Trochiscos* nondum redactas substituere; Sic & unà cum *succo Hypocistidis*, *succus Acatiæ*, *Opium*, *Crocus*, &c. (quæ dictos *Trochiscos* ingrediuntur.) non pulverisata, sed in prædicto *decocto* etiam soluta addi possent. Item reliqua alia, quæ dissolutionibus magis, quàm triturationi apta sunt; Pro *duabus autem unciis illis Trochiscorum*, medietatem ipsorum ingredientium, prout *compositio* huic Dispensatorio inserta est, accipere æquum esset.

UNGUENTUM DE CYNOGLOSSO.

℞. Radic. Cynoglossi rubearum libram semis,
Butyri recentis libram unam semis,
Vini rubri uncias quatuor.
Coquantur ad vini consumptionem & colentur.

Valet ad contusa & suggillata, sanguinem concretum tàm intus assumptum, quàm forinsecus illitum dissolvit, pleuritidi auxiliatur, dolores à causa calida etiam podagricos mitigat, & Anodynum est præstantissimum, variis usibus accommodatum.

UNGUENTUM FUSCUM NICOLAI.

℞. Olei libram unam semis.
Ceræ novæ uncias quatuor,
Picis Græcæ,
Nigræ,
Sagapeni ana uncias duas,
Mastiches,
Galbani,
Thuris,
Terebinthinæ ana unciam unam.
Fiat unguentum.

Dicitur & Nigrum. Vulnera repurgat, & inter Sarcotica Chirurgis usurpatum, multa habet, unde emolliat & concoquat, carnem creat, putridamque depascit.

ANIMADVERSIONES
In Unguentum de Cynoglosso, & Fuscum Nicolai.

Unguentum de Cynoglosso paratu facile est; *Unguentum fuscum* verò tali modo confici potest, utpotè

℞. *Olei*

℞. *Olei communis* (*vel quod melius foret, ol. Terebinth. rub.*)
℔ j ß,
in quo dissolve
Mastichis ℥ j,
Ceræ flavæ recentis ℥ iv,
Picis Græcæ,
Nigræ ana ℥ ij,
Terebinthinæ ℥ j.
colentur per linum & qualum; colaturæ s. a. admisceantur
Sagapeni ℥ ij,
Galbani ℥ j,
ambo ad pultis formam in vino dissoluta, &
Thuris subtil. triti ℥ j,
Fiatque unguentum.

Notandum autem, quod *Sagapenum* & *Galbanum* etiam in *Terebinthina* dissolvi possent, similiter *Olibanum* sive *Thus pulverisatum*, nisi *Terebinthinæ* nimis exigua quantitas respectu dictorum *Gummatum*, huic *compositioni* addita esset.

VNGVENTVM AD HÆMORRHOIDAS.

℞. Thuris unciam semis,
Succi prunorum sylvestrium,
Myrrhæ,
Croci ana drachmas tres,
Opii drachmam unam.
Decoquantur in lactis caprini unciis quatuor ad consumptionem tertiæ partis; cui adde
Mucilaginis Psyllii unciam semis,
Olei Rosacei uncias tres,
Vitellum ovi unum.
Misce, fiat unguentum.

Acerbissimos hæmorrhoidarum dolores placat, earundemque inflammationes retundit.

Noribergenses aliud unguentum ad Hæmorrhoidas ex Amylo, Cerussa, Lithargyro, Plumbo usto, Tragacantho, Opio, Camphorâ, Albumine ovi, oleo Rosato & Violato compositum habent. Ejus descriptionem in Antidot. Medico eorundem require fol. 127.

ANIMADVERSIONES.

Præstabit hoc *unguentum* parare modo sequenti.

℞. *Succi*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 624 sur 955

℞. *Succi Acaciæ* ℥ iij,
Opii ℥ j.

Dissolvantur in *lactis caprilli* ℥ iij, colenturque, colatura coquatur ad spissitudinem pulticulæ tenuis, cui junge

Croci pulveris ℥ ij,
Thuris subtil. triti ℥ ß,
Myrrhæ simil. tritæ ℥ ij.

fiatque adhuc una vel altera ebullitio, addendo etiam

Mucilaginis sem. Psylli cum lacte caprino extracti ℥ ß,
Olei Rosati ℥ iij,

& dum adhuc parùm calent,

Vitellum ovi unius admisce.

Ex quibus omnibus invicem benè agitatis, fiat *unguentum Anodynum.*

UNGUENTUM INFRIGIDANS GALENI.

℞. Olei Rosati Omphacini libram unam,
Ceræ albæ uncias tres.

Ceram in oleo liquabis, & sæpiùs aquâ frigidâ lavabis donec albescat: postremùm aquâ Rosaceâ ablues, & pauxillum aceti Rosati adjicies.

UBicunque refrigeratione & humectatione opus est, ejus usus esse poterit, hecticis prodest, nec non venum dolori à causa calida provenienti opem fert.

ANIMADVERSIONES.

IN simplicissima hujus *unguenti* præparatione has animadverto ineptias, nimirùm quod *cera alba* toties adhuc *aquâ frigidâ* lavanda sit, donec albescat; Nonne quæso *cera alba*, cùm per insolationem candida & nitida, redditur, sat sufficienterque lavatur, quid igitur ulteriori lotione opus est? Ast inutilem illam *cera* lotionem non adeò reprehenderem, nisi per frequentem reiteratamque hanc loturam, simùl etiam fragrantia & vires *olei Rosarum* demerentur vel auferrentur; Linquentes igitur hanc ineptam lotionem, illicò postquam *cera* in *oleo Rosato* per solam macerationem juxta *Animadversiones nostras superiores* parato leniter liquata, iterumque frigefacta fuerit, addamus sub continua agitatione *aceti Rosacei* quantum sufficere videbitur, aut quantum continere poterit. Namque si *ceram albam* & *oleum aquâ simplici*, uti jubent, lavaremus, tantum de *aqua simplici unguentum* in se reciperet, quantum capere posset,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 625 sur 955

esset, ut ita de *aceto Rosaceo*, quod ultimò addere jubent, & à quo sanè *unguentum hoc* potiores suas virtutes mutuari deberet, nil quicquam amplius reciperet.

UNGVENTVM JOVIS.

℞. Fol. Hyoscyami,
Verbenæ,
Parietariæ,
Sambuci,
Geranii ana manipulos quatuor,
Violarum,
Papaveris albi,
Cicutæ ana manipulos sex,
Sempervivi manipulos tres,
Liquiritiæ recentis libras tres.

Omnia sumantur recentia, concidantur, & cum sufficienti quantitate Butyri recentis probè simul contusa impastentur, atque sic diebus quindecim simul unita maneant: postea coquantur & exprimantur.

Aliter & facilius sic paratur.

℞. Verbenæ recentis,
Hyoscyami recentis ana manipulos duos,
Butyri recentis uncias octo.

Contundantur simul, atque sic maneant per dies quatuordecim: deinde coquantur ad consumptionem humiditatis, & colentur.

INflammationes, ac calidos quosvis tumores potenter reprimit, scroti præsertim incendiis salutare.

UNGVENTVM DE LIQVIRITIA.

℞. Butyri recentis in aqua Rosarum & Solani aliquoties loti, libram unam,
Liquiritiæ recentis ac succulentæ uncias quatuor.

Pistentur simul in mortario, posteaque frigantur in sartagine, colenturque & exprimantur, laborem hunc ter reassumptâ, semper novâ Liquiritiâ iterando; tandem Butyro huic sic præparato, adde
Pompholygis drachmas duas,
Cerussæ mundissimæ uncias tres,
Albumin. ovi conquassati unciam unam semis,
Camphoræ scrupulos duos.

Fiat secundum artem unguentum.

Inflam-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 626 sur 955

INflammationes partium insolentes, erysipelata, sacros ignes, ac pustulas ab ichoribus sanguinis calidis aut bile natas persanat, nec non manantibus ulceribus doloriscis à salsi seri acrimoniâ profectis eximiè confert, estque id civibus ex suasu Raymundi Mindereri Med. Doctoris & Collegæ nostri quondam humanissimi plusquàm familiare.

VNGVENTVM DE LITHARGYRO.

℞. Lithargyri uncias duas,
Cerussæ unciam semis,
Aceti unciam unam,
Olei Rosati uncias duas semis.

Fiat unguentum in mortario plumbeo optimè agitatum.

PRodest scabiei & cutis vulneribus, pruritum ac desquamata juvat, & siccat sine morsu. Sarcoticum est & epuloticum, difficiliaque ulcera persanat, & cruenta glutinat. Lithargyrum namque vino aut aceto tritum & siccatum, vulneribus medetur quæ ob humiditatem vix cicatrice clauduntur; quosi cloto utaris, rosionis omnino expers siet medicamentum.

ANIMADVERSIONES
In Vnguentum Iovis, de Liquiritia, & de Lithargyro.

UNguentum Iovis tùm primæ tùm secundæ descriptionis, quoad præparationem nullas habet difficultates, modò illud non nimis, uti communiter fieri assolet, coqueris, scilicet ad totalem consumptionem humiditatis *herbarum* & *radicum*; Efficacius enim erit *unguentum*, si de humiditate ingredientium nonnihil cum *Butyro* remanserit.

Vnguentum de Liquiritia quod spectat, & illud ad denominatos affectus præstantius erit, si juxta modum, quem in *unguento albo* edocui, paretur, coquendo nimirùm *Cerussam* aliquandiu cum *aceto destillato unciis novem* circiter, vel etiam *libra integra* ad pultis crassioris formam quæ *Butyro jam præparato* commisceri, ac diu multùmque cum ipso agitari potest: His denique reliqua, utpotè *Pompholyx, albumina ovorum conquassata & in liquorem aquæ instar resoluta*, nec non *Camphora, spiritu* vel *oleo rosarum dissoluta* admisceantur.

Similem parandi modum requirit *unguentum de Lithargyrio*; secùs enim, si juxta modum præscriptum fieret præparatio, malè illa cederet, & nulla exindè *unguenti* emergeret consistentia; necessum igitur, ut *Lithargyrium* & *Cerussa* cum s. q. *aceti* (℥ viij circiter) benè

benè coquantur, & ad pultis formam inſpiſſentur, quibus tum *oleum roſatum* ſine ulteriori coctione jungatur, deinde diu multùmque invicem agitando, probè miſceantur.

Aliud quoddam *unguentum de Lithargyrio* dictum, in nonnullis Officinis nunc proſtat, ad affectus denominatos efficaciſſimum, & præſcripto longè præſtantius, præſertim ſi adhuc pauci pulveres *Maſtichis*, nimirùm *Olibani*, &c. ipſe admiſcerentur, cujus præparatio hæc eſto;

℞. *Olei Saturni* (id eſt, *extractionis ſalis vel ſacchari plumbi cum aceto, ſive ex Lithargyrio, ſive Ceruſſa, vel quod melius, Minio, ad oleitatem veluti ſive ſpiſſitudinem olei Tartari per deliquium, abſtractæ,*) *q. ſ.* Cui adde ſub continua agitatione, *olei roſarum quantum ad unguenti albi conſiſtentiam ſufficere videbitur*, quod ipſa præparatio dictitabit, adjiciendo poſtremò, ſi ita libuerit, ad *libram unam unguenti Pulv. ſubtil. Thuris,*

Maſtichis,

Lapidis Calaminaris præpar. ana ℥ j,

Camphoræ in oleo roſar. ſolutæ ℥ ß.

Fiatque unguentum; cui etiam *Myrrha & Aloë ſubtiliſſimè trita*, vel in *vino ſoluta*, addi poſſunt, pro conditione & conſtitutione affectûs vel ulceris, nec non alia *balſama*, quæ tamen non habeant vim præcipitandi *Saccharum Saturni*, & viceverſa. Hinc adeò monere habeo, ut qui *Saccharum* aut *dictum oleum Saturni*, *decoctis* vel aliis mixturis permiſcere vult, ſtudiosè caveat, ne unum alterum deſtruat; *Saccharum* enim *Saturni* plures *decoctiones* præcipitat, caſque ob id clarificat, non aliter ac ſi aliquot *albumina ovorum* ipſis addita fuiſſent, ſed cum deſtructione virium rerum decoctarum, quia præcipitata ſeparari debent à *decoctis* per colaturam: In illa ipſa etiam ſuperiori *olei Saturni* & *roſarum* commixtione aliqualis accidit præcipitatio *olei Saturni*, propterea albeſcit *unguentum*, non tamen cum deſtructione aut annihilatione *virtutum ſacchari Saturni*; ratio eſt, quod *oleum Roſarum* ſolutioni aut *ſaccharo Saturni* non directè contrarietur.

UNGUENTUM MARTIATON NICOLAI.

℞. Fol. Tamariſci uncias ſex,

Lauri,

Roriſmarini ana uncias octo,

Rutæ uncias ſeptem,

Ebuli,

Sabinæ,

Balſamitæ, ſeu Menthæ aquaticæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 628 sur 955

Salviæ,
Ocymi,
Polii veri,
Calaminthæ,
Artemisiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Brancæ ursinæ,
Aparines,
Herbæ Venti, seu Parietariæ,
Pimpinellæ sanguisorbæ, vel vulgaris,
Agrimoniæ,
Absinthii,
Paralyseos, seu Primulæ veris,
Persicariæ, vel Menthæ Sarracenicæ,
Cymarum Sambuci,
Crassulæ, id est, Telephii, seu Fabariæ, aut Sempervivi minoris,
Millefolii,
Sempervivi majoris,
Chamædryos,
Centaurii,
Centumnerviæ, seu Plantaginis minoris,
Fragulæ, seu Fragariæ,
Tetrahit, vel Orobi, aut Sideritidis,
Quinquefolii ana uncias quatuor,
Radicum Althææ,
Cumini,
Myrrhæ ana uncias tres,
Butyri unciam unam, drachmas duas,
Sem. Fœnugræci unciam unam semis,
Urticæ,
Violarum,
Papaveris albi,
Mentastri, seu Menthæ agrestis,
Crispæ,
Lapathioli, seu acetosæ, vel potiùs Lapathii acuti,
Adianti albi,
Carduncelli, seu Cardui Benedicti,
Matrisylvæ, seu Caprifolii, aut Periclymeni,
Maturellæ, seu Valerianæ,
Herbæ Moschatæ, seu Geranii odorati,
Allelujæ, seu Trifolii acetosi,
Hemionitidis, seu Linguæ Cervinæ,

Cri-

Crispulæ, seu Buphthalmi, aut Cotulæ non fœtidæ,
Camphoratæ, seu Abrotani,
Medullæ cervinæ,
Styracis Calamitæ ana unciam semis,
Adipis Ursini,
Gallinacei,
Mastiches,
Thuris ana unciam unam,
Olei Nardini uncias duas,
Ceræ libras duas.

Herbæ omnes Majo mense colligantur, & incisæ macerentur in vino odorifero per dies septem; octavo deinde die coquantur ferè ad vini consumptionem; adde

Olei communis libras octo.

Coquantur rursum donec consumatur vinum; mox adde ceræ circiter libras duas, & reliqua secundum artem.

Butyrum, medulla, adipes, Styrax, Mastiche, Thus, oleum Nardinum adduntur in fine decoctionis. Reliquæ herbæ infunduntur oleo & vino, simulque decoquuntur, aliàs ambustæ herbæ nigrescerent, si in solo vino decoquerentur.

Usui est ad frigida corporis mala, capitis refrigerationem, thoracis, stomachi, jecoris, lienis, aliosque dolores à frigore natos, convulsioni utile est, nervorum resolutiones & coxarios juvat, tumores ac duricies emollit, lieni indurato præcipuè confert; ad lienosos enim & hydropicos expertam habet commendationem; livorem cutis emendat, nervorum & articulorum tumores frigidos discutit, eorumque dolores sedat. Herbæ recentes incisæ vino odorifero diebus septem infundantur, octavo die addito oleo communi, omnia simul decoquantur ad vini consumptionem (si solo vino decoquerentur herbæ, tùm comburerentur & nigrescerent.) Amotum ab igne colatur atque rursus in lebetem oleum injicitur, cui (postquam lento igne parùm calefactum fuerit,) injice butyrum, medullas, adipes, styracem, mastychen, thus, & oleum nardinum, postremoque omnium ceram, ac omnibus lento igne dissolutis, aufer tandem ab igne, & in vase reconde. Vide Annotationes P. Coudenberg. in unguentum Martiatum parvum Nicolai Alexandrini.

ANIMADVERSIONES.

EX tam confusa ingredientium congerie *hæc compositio* conflata est, ut plures Pharmacopœi, à quo primùm incipiendum, aut ubi ultimò desistendum sit, ambigere necessùm habeant, maximè si illi non accurationes fuerint in *unguento* hoc præparando, quàm Author fuit in ipso præscribendo, & si secundum præscriptam for-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 630 sur 955

mulam præparationem ejus aggrederentur: Enim verò non omnes Pharmacopœi in operationibus pharmaceuticis ita exercitati sunt, ut Authorum similium absurdos errores emendare valeant, uti jam ante in *Animadversionibus super extractum Aloës* fusius monui, sed juxta præscriptam ab Authoribus formulam medicamenta parant, qui quidem ob id culpandi non sunt, sed illi potiùs, qui adeò erroneè eadem conficere præcipiunt vel præscribunt; Cæterùm si quis primam hujus *unguenti* conficiendi formulam accuratè perlustret, ridiculam & absurdam illam reipsâ deprehendet. Altera verò, quæ in *animadversionibus* continetur, nonnihil accuratior, nil minus tamen manca & mutila est, nec nodum tangit; Itaque dictis erroneis præparandi modis aliam, prout in hac farragine ingredientium fieri potuit, magis accuratam præparationem substituam, talem nimirùm,

℞. *Fol. recent. Tamarisci* ℥ vj
Ebuli,
Artemisiæ,
Brancæ ursinæ,
Aparines,
Parietariæ,
Pimpinellæ cum radicibus,
Agrimoniæ,
Primulæ veris,
Persicariæ,
Sempervivi minoris,
Majoris,
Chamædryos,
Plantaginis minoris,
Fragariæ,
Sideritidis,
Quinquefolii ana ℥ iv,
Rad. Althææ ℥ iij,
Sem. Fœnugr. ℥ j ß,
Urticæ,
Violarum,
Papav. albi ana ℥ ß,
Lapathi acuti,
Rut. murar.
Card. benedicti,
Matrisylv.
Valerianæ,
Geranii odorati,
Acetosellæ,

Ein-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 631 sur 955

Linguæ cervin.
Buphthalmi ana ℥ ß.

Plantæ omnes recentes conſciſſæ, & cõtuſæ, *radices* verò & *ſemina vino macerata* infundantur in *libris octo olei communis* & *butyri recentis* ℔ ß, macerenturque per unam vel alteram ſeptimanam, poſtea decoquantur ad conſumptionem humiditatis; Tum colentur, & *herbæ* fortiter exprimantur: Cum *oleo colato* jam de novo infundantur (quia tanta copia eſt *herbarum* & aliorum ingredientium, ut *olei* quantitas aſſignata, illa cuncta unâ vice capere nequeat;) *reliquæ herbæ recentes conſciſſæ & contuſæ*; utpotè

Fol. recent. Roriſmarini,
Lauri ana ℥ viij,
Rutæ ℥ vij,
Sabinæ,
Menthæ aquat.
Salviæ,
Baſilici,
Polii veri,
Calamintheæ,
Enulæ cum radic.
Abſinthii,
Florum Sambuci,
Cymar. Millefolii,
Centaurii ana ℥ iiij,
Summitat. vel ſemin. Cumini ℥ ij,
Menthæ criſpæ,
Abrotani ana ℥ ß.

Macerentur denuò per ſeptimanam unam vel alteram in loco tepido, &, ſi lubet, ebulliant ſemel atque iterùm in cucurbita vel veſica, ut particula, quæ prodit, humiditatis reaffundi poſſit; tùm rurſus fiat colatura & fortis *herbarum* expreſſio, inque *oleo expreſſo* liquefac

Ceræ flavæ ℔ ij,
Maſtichis ℥ j,
Medullæ cervin. ℥ ß,
Adipis urſini,
Gallinacei ana ℥ j,
Olei Nardini ℥ ij.
Ultimò addantur
Myrrhæ pulveriſ. & in terebinth. ſolut. ℥ iij,
Styracis Calaminth. ſimiliter in terebinth. ſolut. ℥ ß,
Thuris pulveriſ. & in terebinth. ſolut. ℥ j,
Fiatque unguentum.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 632 sur 955

Nota, *Terebinthinam*, cujus *uncias ſex* pro diſſolutione *Myrrhæ*, *Storacis* & *Thuris* opus eſt, *unguento* in operationibus ſuis, ſi ad affectus prædictos adhibeatur, nullâ ratione obeſſe, ſed plurimùm prodeſſe poſſe; niſi enim præfata, ſcilicet *Myrrha*, *Thus*, & *Storax* in *Terebinthina* diſſolverentur, ritè & perfectè *unguento* commiſceri non poſſent: Et licet *Myrrha* in *vino* vel *aceto* nonnihil diſſolvi aut dilui queat, non tamen hæc tam genuina ſolutio eſt, quàm ſi in *Terebinthina* ſolvatur vel liqueſiat, utpotè quæ tùm deinceps *oleis* vel *unguentis* facillimè commiſceri poteſt; ſecus evenit, ſi cum *vino* vel *aceto* diluta ſit; Similiter *Storax* & *Olibanum* in nulla re alia commodiùs, quàm in *Terebinthina* liqueſiunt, utpotè quæ de ipſorum natura eſt.

UNGUENTUM AD MEMBRA
EX IGNE COMBUSTA.

℞. Camphoræ unciam unam,
Olei Roſarum uncias tres,
Ceruſſæ albæ uncias ſex,
Pulveris Olibani electi uncias duas,
Albuminis ovorum numero ſeptem.
In plumbeo mortario miſceantur & agitentur optimè.

ALIUD.

℞. Succi cortic. mediani Sambuci uncias quatuor,
Olei Roſati uncias ſex.
Decoquantur ad ſucci ferè conſumptionem; in colatura liqueſcant
Ceræ albæ drachmæ tres.
Poſtea admiſceantur.
Vitellorum ovorum numero tria.
Fiat unguentum.

Evporiſton eſt, & viribus antecedenti affine, ſedat dolorem & ardorem quàm citiſſimè, nullo cicatricum relicto veſtigio.

UNGUENTUM AD MEMBRA
PERUSTA GELU.

℞. Pinguedinis Cati ſylveſtris,
Sevi Cervini,
Olei Laurini,
Ceræ novæ ana unciam ſemis,
Camphoræ ſiccæ drachmam unam.
Diſſolvatur Camphora in vini ſublimati rectificati drachmas duabus.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 633 sur 955

ANIMADVERSIONES

In Vnguentum ad Membra ex Igne combusta, primum & secundum; Item Vnguentum ad membra perusta gelu.

EQuidem primum *unguentum* ad *membra ambusta*, juxta modum & *Animadversiones nostras praecedentes unguenti albi simplicis & Camphorati, vel unguenti de Lithargyrio* parari posset; melioris autem informationis gratiâ dilucidiorem ejus addam praeparationem, nimirùm:

℞. *Camphorae* ℥ j,
quam dissolve in vitro clauso leni calore in
Olei rosar. per solam infus. & macerationem parati ℥ iij,
Postea coque
Cerussae ℥ vj, *in*
Aceti destillati ℔ j, *vel* ℔ j ß,
ad pultis formam, & *oleo rosato camphorato* commisce, diu multùmque invicem agitando; Ultimò adde *albumina ovorum conquassata & in aquam resoluta*, quo facto, adhuc aliquandiu simul agitentur, fiatque unguentum.

Secundum *unguentum ad ambusta* planè nihil valet; quas enim ex *succo corticum medianorum sambuci* virtutes nobis pollicemur, si illas in coctione *olei rosarum* deperdimus; Quocirca opus est, ut aliâ viâ ejusmet praeparationem aggrediamur; scilicet

℞. *Florum Sambuci recent.*
Corticum ejusdem medianor. recent. ana ℥ ij,

Consciss & contusa immergantur in *olei rosati* ℥ viij, macerentur in Alembico per septimanam unam vel alteram; postea factâ unâ vel alterâ ebullitione; humiditatisque prolectæ redditione, colentur, & fortiter exprimantur; in *expresso* liquescant leniter
Cerae flavae & novae ℥ ij,
ac cum ferè refrixerit, admixtis *vitellis ovorum numero iij, vel iiij, & decocti florum & corticum medianorum Sambuci* ad formam *extracti inspissati* ℥ ß, *vel drach.* vj. Fiat unguentum.

Vnguentum ad membra perusta gelu modo praescripto paretur, solâ nimirùm liquefactione *pinguedinis oleorum & cerae*, addendo ultimò *camphorae solutae in spiritu vini drach.* j.

VNGVENTVM MERCVRIALE.

℞. Mercurii vivi mundati,
Axungiæ porcinæ veteris ana libram unam,
Lithargyri argenti,
Cerussæ ana uncias duas,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 634 sur 955

Myrrhæ electæ,
Thuris masculi,
Bdellii,
Ammoniaci ana unciam unam,
Theriacæ Andromachi,
Mithridatii Damocratis ana unciam unam semis,
Unguent. Agrippæ,
Martiati ana uncias duas,
De Althæâ uncias duas sem.
Olei Laurini uncias quatuor,
Axungiæ viperinæ veræ uncias duas,
Resinæ Pini uncias duas semis.

Dissolvantur Gummi in spiritu vini, & cum reliquis juncta, lege artis in unguentum redigantur.

EXtabat in prioribus editionibus unguentum quoddam Mercuriatum cum Theriaca, quo tamen præstantius hoc est, cujus nobis copiam fecit clarissimus Vir D. D. Ioannes Vdalricus Rumlerus, Collega noster humanissimus, qui multo tempore ejus usum in Nosocomio Gallico feliciter est expertus.

Mercurius cum aceto ac sale agitatur, & aliquoties abluitur, ac per corium expressus repurgatur.

ANIMADVERSIONES.

INsigne superbientis & luxuriantis animi specimen est *unguentum*, quod vel rustici, aliptæ, balneatores, agyrtæ, & qui sunt de genere hoc empiricorum, æquè commodè ex tribus quatuorve vel etiam quinque aut sex ingredientibus conficiunt, desideratumque effectum illo ipso prosperè assequuntur, ex *ducentis* conglomeratis ingredientibus & amplius exstruere velle; Ad quid amabo, inconcinna hæc congeries? *Solus* enim *Mercurius* est, qui vim & operationem suam exerere debet, reliqua verò, quæ illi adjecta sunt, quod tantopere vim *Mercurii* infringere, nervosque & membra roborare valeant, difficiliùs probari quàm credi potest. Est autem res cachinno digna, velle, ut *Mercurius* intimè ad partes penetret, & noxiam materiam expellat, roborando verò nervos & membra tantâ commixtâ farragine ejusdem conamini simùl resistere; Esto sanè, membra & nervosum genus nonnihil ab *inunctione Mercuriali* debilitari, attamen nonnè multò consultiùs foret, peractâ inunctione, & veneno expulso demum membra nervosque roborare, & sudore, quod forsitan à *Mercurio* in illis relictum est, excutere. Nec est, ut credamus, adjuncta illa propter lentorem, crassitiem & unctuositatem suam unà cum *Mercurio* ad intima membra penetrare, eumque veluti passibus

passibus æquis insectando malignitatem ipsius infringere posse: Quotidianâ enim experientiâ constat, quàm difficilè nervorum & membrorum affectus paulò graviores solâ externâ similium *unguentorum* & *pinguedinum* inunctione exstirpentur, eò quod ad loca affecta integris viribus pertingere nequeant. Taceo, quòd solus *Mercurius pinguedini Suillæ* permixtus, & corpori inunctus, vel in *aqua* resolutus & illitus similiter ejusdem *suffumigium*, eadem duntaxat & non graviora symptomata producat, quam unguentum istud ex tot ingredientibus conflatum: Suntque hæ simplices *inunctiones*, *suffumigia* & *lotiones*, uti etiam *Emplastra Mercurialia*, inprimis in Gallia frequentissimi usûs, & quò simpliciora sunt, eò majori cum successu & celeriori effectu adhibentur. Secùs evenit in tanta rerum ferè innumerarum congerie, ubi plura sæpè intermixta sunt, quæ obesse magis, quàm prodesse valent, qualiter huic, de quo nobis nunc sermo est, *unguento* non pauca insunt inconvenientia, utpotè *Lithargyrum* & *Cerussa*, quæ in eo nil amplius præstant, quàm quod poros occludant & *Mercurio* resistant, non tamen corrigendo, sed potiùs torpidum ipsum reddendo, ut ad interiora penetrare non possit, sed in membris torpidus hæreat, & difficulter iterum expelli queat. Cæterum *Bdellium* seu *Gummi mucilaginosum*, uti *Gummi Arabicum*, quid illud ampliùs potest, quàm similiter poros occludere? Ast tali modo *Mercurii* vim non infringit, vel malignitatem ejus corrigit, nec etiam membra quicquam roborat, sed solummodò *Mercurii* penetrationem retardat: Pariter etiam *Mel*, quo *Theriaca* & *Mithridatium* planè inutiliter ad prædictum finem huic *unguento* admixta abundant, quantum illud poros occludit vel obstruit, & cutim, nescio quâ visciditate & lentore, imbuit? Plura alia sunt inter hæc ingredientia planè intentioni præfatæ contraria & directè repugnantia. Et si jam ob hæc *Mercurius* vel leviter saltem operetur, vel tam gravia, uti quandoque solet, symptomata non producat, neque etiam ægri ab ejusdem inunctione integrè curati sint; an propterea exclamandum, ipsum tàm egregiè & exactè fuisse correctum, ut consuetas salivationes vel similes, queîs se prodere solet, operationis suæ modos exerere non potuerit, aut si nulla ex illo medela est, ipsum non esse verum luis Venereæ *rhizotomum*? Neutiquam sanè, sed hæc potissima causa est, quod vel nimiùm alienis compedibus satis stultè ligatus & constrictus, vel etiam à Medicis plus nimiò cautis, in debita quantitate aut competenti modo non fuerit adhibitus, atque hinc etiam causa elucescit, cur ægri, qui ex inunctionibus illis Mercurialibus quasi perfectè curati visi sunt, brevi post recidivam iterum passi fuerint. Quod jam ulteriùs *unguenti hujus* præparandi modum concernit, nec ille sua difficultate caret; neque enim omnia *Gummata spiritu vini* ad eorum placitum dissolvi possunt, utpote *Bdellium*;

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 636 sur 955

Neque etiam ea *Gummata*, quæ dissolutioni apta, si in *spiritu vini* dissolvantur, *unguento* propter nimiam *spiritus*, in quo dissoluta sunt, quantitatem permisceri possunt, nisi prius potior pars *spiritus* ad residuam ferè usque abstrahatur. Proindè suaderem, ut missâ hâc pomposâ & ineptâ compositione, aliâ aliquâ, tot ac tàm multifariis ingredientibus non usque adeò luxuriante, contenti essemus: Cui sic voluntas erit, ille imitari poterit modum sequentem,

℞. *Mercurii vivi* ℥ viij,
Pinguedinis Suillæ recent. non salitæ ℥ viij,
Olei Lauri ℥ j,
Ligni Guajaci destill. ℥ j ß,
Styracis Calamitæ ℥ j, solvendæ in
Terebinthinæ ℥ j ß, M.

Fiat unguentum Mercuriale secundum artem.

Nota; quod longè præstantius adhuc conficiatur *unguentum Mercuriale*, si *Mercurius* in *aquæ fortis* ʃ q solvatur, & cum *pinguedine Suillæ* postea ad *aquæ fortis* totalem ferè exhalationem coquatur in vase vitreato vel vitro ipso; Cui *unguento durusculo* tandem pauca aliqua appropriata, cùm pro inunctione, tùm pro aliis externis ex lue Venerea obortis ulceribus, cristis, condylomatibus, & consimilibus sanandis admisceri possunt, majori sanè cum effectu, ac si *Mercurius* simpliciter pinguedini commixtus esset: Et juxta hunc modum ex omnibus *metallis*, nec non quibusdam *mineralibus*, convenientibus suis menstruis dissolutis, *olea* & *unguenta* iisdem imprægnata & cocta, uti supra, ad varios humani corporis affectus parari possunt; sed de his alibi.

VNGVENTVM NERVINVM.

℞. Herb. Salviæ,
Ivæ Arthriticæ,
Majoranæ,
Rorismarini,
Menthæ,
Rutæ,
Lavendulæ,
Hyperici,
Paralyseos cum flore,
Flor. Chamomillæ,
Meliloti,
Summit. Anethi ana manipulum semis,
Baccar. Lauri,
Juniperi ana unciam unam,

Rad.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 637 sur 955

Rad. Pyrethri drachmas duas,
Maſtiches unciam ſemis,
Benzoini drachmas ſex,
Terebinthinæ uncias quatuor,
Ol. Lumbricorum,
Vulpini,
Anethini,
Hyperici ana uncias tres,
Terebinthinæ unciam unam,
Axungiæ humanæ,
Cati ſylveſtris,
Canis ana unciam ſemis,
Vini optimi libram unam.

Infundantur per noctem, manè fiat decoctio ad conſumptionem vini, addendo in fine

Ceræ unciam unam,
Spiritus vini uncias duas.
Coque ſecundum artem.

NErvinum meritò dicitur, *frigidos enim nervorum morbos tollit, ac doloribus eorundem opitulatur.*

ANIMADVERSIONES.

ABſurdiſſimus hujus *unguenti* præſcriptus conficiendi modis, ex ſubſequenti noſtra præparatione facilè eluceſcet; nimirùm

℞. *Herb. recent. Salviæ,*
Ivæ Arthetica,
Majoranæ,
Roriſmarini,
Menthæ,
Rutæ,
Paralyſ. cum ſtore.
Flor. rec. Lavendulæ,
Hyperici,
Chamomillæ,
Meliloti,
Summitat. Anethi ana rec. M. j.
Baccar. Lauri,
Iuniperi ana ℥ j,
Rad. Pyrethri drachm. ij,

Inciſa & contuſa immergantur in

Oleor. Lumbricorum,
Vulpini,
Anethini,

Oleor.

Oleor. Hyperici ana ℥ iij,
Terebinthinæ ℥ j,
Axungiæ humanæ,
Cati ſylveſtris,
Canis ana ℥ ß.

Macerentur ſine affuſione *vini* (ne illud dum evaporat, ſubtiliores omnium ferè ingredientium partes ſecum rapiat;) per ſeptimanam unam vel alteram, poſtea in cucurbita ſemel atque iterùm ebulliant, exiguâ, quæ prodit, humiditate *herbis* & *oleis* reaffusâ, tùm fortiter exprimantur & colentur; *in expreſſo* ac *colato* diſſolve

Maſtichis opt. ℥ ß,
Terebinthinæ ℥ iij,
Ceræ ℥ ij,
Benzoini in unciis duabus ſpiritus vini rectif. diſſol. ℥ vj.

Sicque ſine ulteriori coctione, utpotè quam enumerata *Balſamica* ingredientia propter *ſpiritus* ipſorum in coctione promptè exhalantes non ferunt, conficiatur *unguentum*, nervoſis partibùs quam maximè accommodatum.

UNGUENTUM NICOTIANÆ,
Seu ex PETO, vel TABACO.

℞. Fol. Nicotianæ libras duas,
Pinguedinis Porci recentis diligenter lotæ libram unam.

Herba per noctem in vino rubro maceretur, manè igne lento cum pinguedine prædictâ bulliat ad vini conſumptionem, poſtea coletur & exprimatur. Huic expreſſo adde

Succi Nicotianæ depurati libram ſemis,
Reſinæ Abietis uncias quatuor.

Coquantur ad ſucci conſumptionem, quibus circa finem adde

Rad. Ariſtol. rotundæ ſubtiliſſimè pulveriſatæ uncias duas,
Ceræ novæ quantum ſatis eſt.
Fiat unguentum.

DEſcribitur hoc unguentum à Laurentio Iouberto in ſua Pharmacopœia, cui miram in ſcrophis diſſipandis vim ineſſe ait. Celebratur autem potiſſimum in ulceribus, & vulneribus tàm recentibus, quàm antiquis per ſanandis. Aduſta quoque juvat, & Morphœam delet, tineam capitis exterit, & cutem à ſcabie mundificat.

QUi Ceratum maluerit, pondus ceræ augeat cui verò exiccandi & conſolidandi mens fuerit, Mumiæ & Succini ana drachmas tres adjiciat.

UN-

UNGUENTUM NIHILI AD OCULOS.

℞. Tutiæ præparatæ unciam unam,
Corall. rub. præparat.
Matris Perlarum ana unciam semis,
Nihili albi unciam unam,
Camphoræ drachmam unam,
Pinguedinis Porci sine sale in vino lotæ libram unam.
Fiat unguentum.

Calidas oculorum fluxiones demulcet ac sistit, eorundem rubedinem, & inflammationem aufert, nec non dolores inde natos tranquillat.

UNGUENTUM ALIUD AD OCULOS.

℞. Butyri recentis uncias quatuor,
Ceræ albissimæ unciam unam.
Liqua, & lava sæpiùs aquâ Rosaceâ, & prunorum, & adde
Tutiæ præparatæ unciam semis,
Camphoræ scrupulos duos.
Fiat unguentum.

Easdem vires obtinet, quas unguentum Nihili, paulò tamen inferiores.

UNGUENTUM PECTORALE.

℞. Olei Amygdalorum dulcium uncias quatuor,
Chamæmelini,
Violati ana uncias tres,
Butyri recentis uncias sex,
Adipis Gallinæ,
Anatis ana uncias duas,
Iridis drachmas duas,
Croci drachmam semis,
Ceræ albæ uncias tres.

Ceram & adipes in oleis liquato, deinde sæpiùs lavato aquâ Capillorum Veneris, aut aquâ Hordei. His probè lotis, adde Iridem & Crocum in tenuissimum pulverem redacta.

Laterum ac pectoris dolores mitigat, tussim, sedat, maturat, excreationem & expectoratum juvat, humores crassos digerit & attenuat.

ANIM-

ANIMADVERSIONES

In Vnguentum Nicotianæ. seu ex Peto vel Tabaco: Item Vnguentum Nihili ad oculos, & aliud Vnguentum ad oculos: Item Pectorale.

NOn video, quam ob rem in *unguentum Nicotianæ vinum* additum sit, quo *Nicotiana*, quæ per se succulenta satis, macerari debeat, cum & *succi* ejus ℔ ß, *vices vini*, si humiditate opus foret, (quippè qui æquè uti *vinum* exhalare debet,) supplere posset. Secundò, *resina Abietis* ineptè cum *exungia* coqui præcipitur, cùm in coctura non solùm in bullas semper elevetur & intumescat, verùm etiam *spiritus ejus oleosus*, qui naturam *spiritûs Terebinthinæ* æmulatur, citissimè evaporet; Igitur ut compendiosè, & absque virium specierum ingredientium deperditione *unguentum* hoc paretur, omittatur *vinum*, addito ejus loco *succo Nicotianæ*, coquaturque cum *pinguedine* & *Nicotiana recenti contusâ* ad humiditatis exhalationem; *Pinguedini colatæ* & *expressæ* jungatur *resina* & *cera citrina* ℥ ij, quibus priùs adhuc semel per linum & qualum colatis admisce *Aristolochiam rotundam subtilissimè pulverisatam*, fiatque *unguentum*.

Reliqua ad oculos *unguenta* nil difficultatis habent quoad præparationem, modò *Camphora* priùs in *pinguedine* benè soluta (cavendo tamen, ne in dissolutione exhalet,) illis commisceatur. Similiter *unguentum pectorale* nullâ singulari Animadversione indiget, nisi quod lotio illa *ceræ*, *oleorum* & *adipum* frivola & inepta sit, uti jam tum in unguento infrigidante Galeni innui; Proindè ne potiores vires *oleorum* & *adipum* eluamus, lotionem hanc ceu superfluam & perperam relinquamus.

UNGUENTUM PEDICVLORVM.

℞. Sem. Staphisagriæ uncias duas,
Ellebori albi unciam unam,
Salis drachmas duas,
Argenti vivi uncias duas,
Aceti vini drachmas duas,
Axungiæ porcinæ libram unam,
Olei Laurini uncias novem,
Saponis Veneti libram semis.

Fiat unguentum secundum artem.

ALIIS HOC MAGIS EST FAMILIARE.

℞. Olei Laurini libram unam,

Argenti

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 641 sur 955

Argenti vivi uncias quatuor,
Staphisagriæ,
Ellebori albi ana uncias decem,
Olei Spicæ unciam unam,
Axungiæ porcinæ libras sex.

Argentum vivum extinguatur cum aceto, deinde agitetur cum oleo Laurino, donec splendorem amittat, postea jungatur secundum artem cum reliquis.

ANIMADVERSIONES

In Vnguentum Pediculorum primum & secundum.

NEque levidensia hæc *Vnguenta* quicquam faciunt ad rhombum, etenim similibus insectis, quibus hoc *unguentum* dicatum est, aut dandum aliquid, quod avidè amplectantur vel devorent, uti vermibus intestinorum sive lumbricis *lac* & *mel*; aut tale quid, à cujus odore vel sapore adverso fugiant, uti *Aloë, semen Cinæ, oleum Spicæ, &c.* Sic quoque vermibus capitis vel pediculis *pinguedo porcina* in deliciis est, cui si *Mercurius* commixtus fuerit, item *semen Staphidisagriæ*, *Hyoscyami* aut quoddam aliud venenum dulce vel insipidum aut inodorum, facilè miscellam illam devorant, mortemque sibi consciscunt. Si verò alia, quæ aversantur, utpotè *sapo Venetus*, *acetum*, *sal*, & similia prædictis commisceantur, tunc illa nec attingunt (taceo quod hæc sint illorum propria Alexipharmaca:) nec eorum odor tam validus est, ut ipsos propellat, aut fugere faciat; Idcircò, quod unc vel altero ingredientium præstamus, reliquis inconvenienter admixtis prohibemus, atque ita minùs efficacia reddimus plurima *unguenta* hisce aliisvé usibus destinata. Insuper *unguenta* acribus similibus permixta si capitibus phthiriasi vel tineâ infestis inungantur, pruritum summum, nec non dolorem ingentem, item majora ulcera ut excitent, necessum est, cum non exiguo nocumento & incommodo, scilicet propter admixtum *acetum*, *sal*, *saponem*, item *Helleborum*; Nec valent ista ad sanandam scabiem capitis vel tineam, quâ utplurimùm caput in simili animalculorum profluentia laborat; Solus autem *Mercurius pinguedine aliqua permixtus*, vel ad modum in superiori *unguento Mercuriato* indigitatum cum *aqua forti* dissolutus, & cum *pinguedine* coctus, atque ulcusculis inunctus, illa egregiè consolidat, & unâ operâ pediculos enecat. Et quidem hoc modo *dissoluti & pinguedini commixti Mercurii uncia una* plus præstat, quàm *libra integra Mercurii crudi, ruditer saltem cum pinguedine subacti?* Quin imò *Mercurius sublimatus ad ℈ ij. in aquæ vel decocti, aut infusionis alicujus convenientis ℔ j*, dissolutus, si caput eo humectetur, omnes brevissimè pediculos abigit, crustasque capitis abscedere facit; Quin imò longè satius

satiùs esset *hâc aquâ Mercuriale* caput inungere, quàm tot *oleis, pinguedinibus*, & quæ hisce affinia sunt, quippe quæ scabiem, furfures, tineas pediculos, &c. potiùs augent quàm abigunt. Hisce observatis cuivis in facili erit, sibi formulas *unguentorum ad pediculos* cùm pro capite, tùm vestimentis efformare, nec opus est, ut diutiùs illis immoremur.

UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS NICOLAI, Vulgo NIHILI dictum.

℞. Olei Rosacei,
Ceræ albæ ana uncias sex,
Succi fructus Uvæ Lupinæ uncias quatuor,
Cerussæ uncias duas,
Plumbi usti & loti,
Pompholygis,
Thuris puri ana unciam unam.
Confice secundum artem.

Prodest ulceribus calidis, ac iis quos acres & salsi humores infestant, refrigerat enim, siccat & consolidat, nec non absque ullius acrimoniæ sensu cicatricem ducit.

ANIMADVERSIONES.

Cerussa & Plumbum ustum cum *succo Uvæ Lupinæ*, additis insuper *aliquot unciis aceti destillati* coqui, postea ad pultis formam inspissari, tandem reliquis secundum artem commisceri possunt.

UNGUENTUM POMATUM.

℞. Styracis Calamitæ,
Benzoi electi ana drachmas decem,
Cinamomi electi,
Caryophyllorum ana drachmas sex,
Radic. Ireos Florentinæ unciam unam,
Nucis Moschatæ drachmas tres,
Macis drachmam unam,
Flor. Lavendulæ,
Spicæ ana pugillos duos,
Pomorum Arantiorum recentium,
Citri recentium ana numero duo,
Odoriferorum numero viginti quatuor,
Aquæ Rosarum optimæ uncias octodecim,
Vini albi optimi uncias quatuor.

Unguen-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 643 sur 955

Unguenti rosati albi libras tres,
Sevi castrati libram unam,
Ceræ albæ uncias quatuor.
Fiat lege artis unguentum.

Ad oris fissuras, & ad cuti decorem conciliandum, utiliter adhibetur.

POMATA, Sive SEVUM CONFECTUM, Ex AMATO LUSITANO.

℞. Adipis Cervini, vel illius, qui ab Hœdi renibus separatur, libras duas,
Pinguedinis suillæ recentis libram semis.

Pinguedinis à membranis purgatas, albo vino abluito; deinde lineo panno exprimito, ut vinum à pinguedinibus separetur. Eas postea in olla vitreata aquâ rosaceâ semiplenâ infundito, ut aqua superemineat, & pinguedines cooperiat; quibus demum addes

Pulveris Caryophyllorum unciam semis,
Nucis Moschatæ drachmas duas,
Spicæ Indicæ grana quatuor,
Pom. Camus. mundat. & incis. num. octo.

Postea optimè coopertâ ollâ, lenibus prunis totum admoveto, & bacillo agitato, fervereque permittito, ut aquositas penè tota consumatur. Tandem remotâ ab igne ollâ, quod residuum est, per linteum novum rarum in vas fictile aquâ rosaceâ respersum percolato, fæces tamen relinquendo: Colatum denuò in alteram infundatur ollam vitreatam, cui adde

Olei Amygdalorum dulcium uncias sex,
Ceræ albæ uncias quatuor.

Ad ignem omnia liquefacta iterum colato, & in vasculum vitreatum rosaceâ aquâ inspersum cadere sinito. Demum omnia illa aquâ rosacea abluta, in vase vitreo optimè cooperto servato, & tùm candidissimum Sevum habebis, quod interdùm Minio coloratur. Potest iisdem addi

Coralliorum rubrorum drachma una semis.

ANIMADVERSIONES

In Vnguentum Pomatum primum & secundum:

DE priori hujus *unguenti compositione*, cujus artificiosa præparatio Pharmacopœis relinquitur, sciendum, quòd illa non nisi mutandis mutatis dextrè parari queat; Præprimis autem tanta quantitas humiditatis, *aquarum* scilicet & *vini* (quæ necessariò exhalare debet, si *unguenti* debitam consistentiam expetas,) abroganda est:

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 644 sur 955

Etenim licet in diplomate & vaſe clauſo fiat coctio, nihilominùs tamen fragrantiſſima, & ſpirituoſa ſpecierum ingredientium eſſentia evaporat, quam arctè etiam vas operiatur. Vide ſuper hac re, ſi vis, *Animadverſiones noſtras in Syrupum de Cinamomo*, cui hæ *compoſitiones* fere ad amuſſim reſpondent: Paretur itaque *primum unguentum* in modum ſequentem; videlicet

℞. *Sevi caſtrati* ℔ j.
Pinguedinis ſuillæ ℔ ij.
Pomorum odoriferor. numero xxiv.
Radicum Ireos conſciſſar. ℥ j.
Roſarum recent. conſciſſ ℔ j.

Coquantur invicem ad humiditatis exhalationem, tùm colentur & exprimantur; In *pinguedine expreſſa* liquefiant

Ceræ albæ ℥ iij;

Quibus jam refrigeratis, adde

Styracis Calamit.
Benzoës in ſ. q. ſpiritus roſarum fortiſſ. & rectificatiſſ. ſolutarum ana ℥ x,
Oleor. ſtillat. Cinamomi ℈ j,
Caryophyllorum drach. ß,
Nuc Moſchat. drach. ß,
Lavendulæ,
Cortic. Aurant. recent.
Citri recent. ana ℈ j,
Ligni Rhodii drach. ß,
Ol. expreſſ. Nuc. Moſchat. drach. ij.

Miſce, fiat *unguentum* fragrantiſſimum, quod demùm aliquandiu agitandum eſt, ut albeſcat.

Poſſent equidem *Aromata* & reliqua ingredientia, loco *oleorum* eorundem *deſtillatorum*, ſecundâ vice, poſtquam nimirùm prima infuſio decocta eſt, cum *axungia* & *ſevo* infundi, macerari, & in alembico, additâ ſaltem particulâ *aquæ roſarum*, coqui, demùm redditâ exiguâ in coctura exſtillante humiditate exprimi & colari: Verùm hæc ipſa colorem, quem album deſiderant in hoc *unguento*, immutarent, nec tam eximiam fragrantiam ſpiraret, atque ſuperius illud cum *oleis* & *ſpiritu roſarum* paratum præſtantiſſimum *unguentum*, cui, ſi lubido eſt, *Moſchus*, *Ambra*, vel *Zibethum*, jungi poſſunt.

Altera *Pomata compoſitio*, ejuſque præparandi ratio prorſus ridicula eſt, quam ſcientes volentes miſſam facimus, cùm præcedens abundè cuivis ſufficere queat, juxta quam aliæ multifariæ compoſitiones efformari poſſunt.

UN-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 645 sur 955

UNGUENTUM POPVLEON NICOLAI.

℞. Oculorum Populi arboris recentium libram unam ſemis,
Axungiæ porcinæ præparatæ libras duas.

Oculi Populi contundantur, & macerentur in axungia, donec ſequentes herbæ per æſtatem colligi queant. Deinde

℞. Cymarum rubi tenerrimarum,
Fol. Papaveris agreſtis,
Mandragoræ,
Hyoſcyami,
Herb. Solani,
Vermicularis, id eſt, Sempervivi minoris,
Lactucæ,
Sempervivi majoris,
Bardanæ,
Violariæ,
Umbilici Veneris ana unc. tres.

Herbæ contundantur, & miſcantur oculis Populi & Axungiæ, ac dimittantur per dies decem: deinde coquantur ſupra lentum ignem in vini odorati ſufficienti quantitate, donec vinum conſumatur. Poſtea colentur & exprimantur, expreſſumque unguentum reponatur.

Febrium ardoribus cum roſaceo aut violaceo convenit, ſomnum conciliat, fronti, temporibus, aut manuum, ac pedum pulſibus illitum.

Quidam, ut vireſcat magis, ac refrigerandi facultate ſit efficacius, coctioni addunt Solani triti manipulos duos.

In defectu rad. Mandragoræ ſubſtitui poſſunt radices Hyoſcyami; & folia ejus pondere æquali. Pro Umbilico verò Veneris herba Paris aſſumenda.

UNGUENTUM POTABILE.

℞. Butyri recentis ſine ſale libram unam ſemis,
Rad. Rubeæ tinctorum,
Tormentillæ,
Caſtorei,
Spermatis Ceti ana unciam ſemis.

Bulliant ſimul in vini odorati ſufficienti quantitate ad vini conſumptionem, ac fiat unguentum ſecundum artem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 646 sur 955

Præcipitatos juvat, eorumque qui ex alto ceciderunt, vulnera interna glutinat, sanguinem concretum dissolvit, & concussis auxilio est: magni usus apud Classiarios seu Oceani Septentrionalis nautas.

ANIMADVERSIONES
In Unguentum Populeon, & Unguentum Potabile.

USitatissima hæc sunt *unguenta*, in quorum præparatione Pharmacopœi plurimùm solliciti sunt, ut eà pulchrè nativis suis coloribus conficiant, nempè *Populeon viride*, *potabile* verò rubrum. *Populeon* quod concernit, in ejus præparatione *vinum* omitti potest: *Herbæ* enim, quæ illud ingrediuntur, omnes si recentes, satis succulente sunt, idcircò potius obesse quàm prodesse *vinum* videtur, præsertim ob *oculos Populi fragrantes*, quorum odor in tam longa lentaque coctione unà cum *vino* expirat. *Axungiæ* assignata quantitas etiam manca est respectu *herbarum*, idcircò illa augenda erit.

Quantum ad *unguentum potabile*, huic optimâ ratione *vinum* additur, quia *radices* ipsum ingredientes siccæ sunt: *Spermæ Ceti* peractâ decoctione reliquo jungatur. Conveniet autem *radicum Rubiæ tinctorum* quantitatem augere, atque etiam *Alkannæ radices* addere; secus enim *unguentum* colore rubro haud sufficienter imbueretur.

UNGUENTUM EX RHAMNO
ET FRANGULA D. R. MINDERERI.

℞. Rad. Scrophulariæ recentium uncias duas,
Enulæ,
Lapathii acuti,
Chelidoniæ majoris,
Cort. median. Frangulæ,
Rhamni omnium recent. ana ℥ j,
Butyri recentis unc. sedecim.
Pistentur simul fortiter, posteaque coquito, additis
Aceti rutacei unciis quatuor.
Coque ad aceti consumptionem, postea cola, & fortiter exprime; deinde adde
Terebinthinæ Venetæ drachmas sex,
Styracis liquidæ drachmas tres,
Vitellor. ovorum numero quatuor,
Salis nitri drachmam unam semis,
Sulphuris vivi drachmam unam,
Aceti scillitici drachmas sex.

Miscea-

Miſceatur omnium primò Terebinthina cum Styrace & Vitellis ovorum ; poſtea additis reliquis omnia ſimul redigantur in unguentum agitatione ſecundum artem factâ paratum.

AD cutis vitia ex ſcabie uſus erit, tutius longè omnibus Mercuriatis, dicíque verè poteſt unguentum ad ſcabiem compoſitum.

ANIMADVERSIONES.

IN hoc *Vnguento* quantitas *ſulphuris vivi* meritò augeri poſſet; *Vitella ovorum* in fine demùm jam ferè refrigerato *unguento* addendi ſunt: *Acetum ſcilliticum* ne nimium rodat, & dolorem inferat, unà cum reliquis ingredientibus decoctioni committere conſultum eſt.

UNGUENTUM RESUMPTIVUM FERNELII.

℞. Sem. Lini,
Althææ,
Fœnugræci,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana drachmas duas.

Macerentur & bulliant in libra ſemis aquæ roſarum, eliciatur mucilago, in qua diſſolve

Adipis Suilli,
Gallinæ,
Anſeris,
Anatis ana uncias duas,
Oeſypi humidæ unciam ſemis,
Ol. Violarum,
Chamomillæ,
Amygdal. dulcium ana uncias duas,
Medullæ Vituli,
Butyri recentis,
Ceræ albæ ana libram ſemis.
Coquantur in unguentum.

ADhibetur commodè aſthmaticis, hecticis, tabidis, pleuriticis, ac è longo morbo emergentibus, quibus nuda cutis oſſa veſtit; eos enim qui languorum diuturnitate emarcuerunt, quadrantenus reſtituit, impinguat, ac corporis totius ſqualorem aufert.

ANIMADVERSIONES.

MUlta quidem de hac inutili *compoſitione* cùm ratione ingredientium, tùm rationè præparationis, nec non adſcripti ridiculi

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 648 sur 955

culi encomii dicenda essent, verùm brevitatis causâ ea omitto, cùm unusquisque ejus levitatem facilè agnoscet; qui tamen illud confi-cere velit, observet nostras quamplurimas *Animadversiones* antecedentes.

UNGUENTUM ROSATUM

MESUE.

℞. Axungiæ Porcinæ libram unam.
Lavetur novies aquâ calente, & toties frigidâ; deinde adde
Rosarum rubearum recentium libram unam.

Probè terantur, & marcescant simul diebus septem, postea coquantur cum facilitate, & rursus cum tantundem rosarum rubearum terantur, ac dimittantur per alios dies septem marcescere. Idem reiteretur tertiò: Quartò autem præter rosas affunde

Succi rosarum rubrarum uncias sex,
Olei amygdalorum dulcium unc. tres.

Coquantur lento igne ad succorum consumptionem.

USu frequentissimum ad phlegmonas, ignem sacrum, ulcera serpentia, & cephalalgiam calidam, ventriculi & jecoris intemperiem calidam mitigat, renum ardoribus ac hæmorrhoidum inflammationi salubre, & cordi robur addit.

QUidam parum Opii in aqua rosarum colliquati, inter decoquendum injiciunt, sed id unguenti candorem destruit.

In ipsius compositione sufficiunt olei amygdalorum dulcium uncia tres.

Plurimi succi rosarum loco, ut magis albescat unguentum, in quo vulgus candorem probat, aquam rosarum odoratissimam accipiunt.

ANIMADVERSIONES.

VIs refrigerandi odor & fragrantia (quæ maximam partem in præscripta præparatione pereunt,) in hoc *unguento* conservari, nec non eidem candor (quem vulgus in illo probat,) conciliari potest, si juxta modum sequentem præparatio instituatur: Nimirùm,

℞. *Axungiæ porcinæ recentis albiss.* ℔ j.
Rosarum contus. recent. & odorif. tantundem.

Macerentur commixta invicem horis 24, postea leniter coquantur ad consumptionem humiditatis, quibus expressis, de novo *pinguedini* vel *axungiæ* dictæ. adde

Rosarum recent. contus. ℔ j.

Macerentur aliquot dierum spatio, factâque unicâ ebullitione in cucur-

cucurbita, & servatâ, quæ prodit, humiditate denuò *rosæ* exprimantur (non opus est tertia infusione, nec *succo rosarum*;) *refrigeratâ pinguedine rosatâ*, benè multumque agitetur, addatur etiam nonnihil de *spiritu rosarum ardenti*, in quo particula *olei rosarum* vel *ligni Rhodii* soluta sit; Quo facto, demum ad usum reponatur sine additione *olei amygdalorum*; eo enim addito, nimis fluidum aut liquidum redderetur *unguentum*, odor etiam non parum exindè diminueretur.

Est & alius modus secretior conficiendi similia *unguenta odorata*, præsertim ex illis *floribus*, qui odorem diu servare nequeunt, quem ex parte in *Animadversionibus olei Iasmini* indigitavi, & perficitur hac ratione: Videlicet ex *pinguedine porcinâ albissima nunquam lotâ vel humectatâ*, (humiditas enim prohibet ulteriorem extractionem vel attractionem partium subtiliorem fragrantissimarum ex adjiciendis *floribus odoriferis*;) cui in patella plana tenuitur, sive ad digiti minoris crassitiem extensæ *flores* superficietenus inspergantur, sed nullatenus immergantur, patellâ mox operculo reclusâ; Elapso uno vel altero die *flores* mutandi, exemptis nimirùm abjectisque prioribus recentes inspergendi sunt, cavendo, ne à rore vel pluvia humectati sint: singulis duabus vel tribus inspersionibus peractis, *pinguedo* agitari, tenuitur de novo extendi, *aliisque recentibus floribus* aspergi potest: Hæc operatio tamdiu continuanda est, quousque fragrantissimam acquisiveris *pinguedinem* vel *unguentum*; Cui, si libet, alteriùs *olea nonnulla destillata & appropriata* adjungi possunt; Verùm hæc *unguenta* tali ratione parata, per se adeò grati odoris sunt, ut nulla re aliâ ampliùs indigeant.

Nota: Trahantur huc *Animadversiones olei Iasmini*, juxta quarum ductum, ex similibus oleis odoriferis, additâ *cerâ albâ* egregia *unguenta odorifera* confici possunt.

UNGUENTUM RUBEUM, Sive Di Minio Camphoratum.

℞. Olei rosati libram unam semis,
Lithargyri uncias duas,
Minii uncias tres,
Cerussæ unciam unam semis,
Tutiæ præparatæ,
Camphoræ ana drachmas tres,
Ceræ albæ uncias duas.

Liquatam ceram, cum oleo, lento igne, misce in mortario plumbeo, cum reliquis rebus tenuissimè tritis.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 650 sur 955

Refrigerat & siccat potentissimè, ideoque ignibus sacris felicissimè adhibetur; cancros sanat, & exedentia ulcera, quæ humorum acrimoniâ serpunt eam namque sua frigiditate obtundit. Ejusdem facultatis cum unguento deplumbo, cujus descriptionem vide apud Fœsium XI. de Unguentis sectione.

UNGUENTUM AD SCABIEM.

℞. Styracis liquidæ unciam unam,
Terebinthinæ lotæ,
Butyri loti ana uncias duas,
Succi Limonum unciam unam semis,
Cerussæ lotæ unciam unam,
Salis uncias duas.
Misce, fiat unguentum.

Confert ad scabiem & pruritum, cujus fervorem temperat, vitiosum humorem cuti impactum extergit, mitigat & emendat.

UNGUENTUM AD TINEAM.

℞. Olei Rosati,
Juniperi ex ligno ana drach. sex,
Sulphuris vivi,
Stercoris Columbini,
Floris Æris ana unciam semis,
Ceræ quantum sufficit.
Fiat unguentum.

ANIMADVERSIONES

In Unguentum rubeum, sive de Minio camphoratum; & Unguentum ad scabiem & tineam.

Unguentum rubeum juxta *Animadversiones Unguenti albi camphorati* parari potest, coquendo nimirum prius in s. q. *aceti destillati Lithargyrum, Minium* & *Cerussam* ad pultis formam, antequam *oleo* commisceantur; *Camphora* verò prius in *oleo* soluta, sub finem demum addatur.

Unguentum ad scabiem quoque simili modo confici potest, coquendo *Cerussam* cum *succo Limonum: Salem* autem ego non adderem, cùm utplurimùm *scabies* a salso humore producatur, igitur contrariis curanda est, extinguendo scilicet *salsum fermentum*. Suaderem igitur, ut loco *salis* exiguam portiunculam ex. gr. ℈ j *Mercurii sublimati* in *aquarosarum* vel *plantaginis dissoluti*, huic *unguento* adderent, vel etiam *sulphur subtiliter tritum* aut *pulverisatum*,

tum, quod ſummoperè exſiccat, & fermenta etiam ſine dolore extinguit; *Sal* verò pruritum non ſolùm adauget ſed etiamſi non præſens èſt, ipſum excitare valet, & conſequenter majorem quoque cauſabit affluxionem.

In *unguento ad tineam flores æris* in pondere excedere mihi videntur, cùm maximè corroſivi ſint, idcirco horum ratione quantitas *oleorum* nonnihil adaugenda erit; utpotè,

℞. *Olei roſati*
Iunipertini ex ligno, vel quod meliùs eſſet,
Terebinthinæ rubri ana ℥ *iij,*
Sulphuris vivi,
Stercoris Columbini,
Florum æris ana ℥ ß,
Ceræ flavæ ℥ *ij.*
Fiat ſ. a. unguentum.

UNGUENTUM DE SUCCIS ARANTII.

℞. Olei roſati completi uncias ſex,
Omphacini uncias tres,
Succor. Plantaginis,
Solani hortenſis,
Centaurii minoris,
Lapathi acuti ana unciam unam ſemis.
Bulliant ſimul ad ſuccorum conſumptionem, poſtea adde
Ceræ albæ ſeorſim liquatæ quantum ſatis.
Inſpergendo paulatim
Lithargyri triti drachm. uuam ſemis,
Plumbi uſti drachmas tres,
Pompholygis drachmas duas,
Hordei uſti pugill. unum ſemis,
Boli Armenæ Oriental.
Camphoræ ana drachmam unam.
His omnibus ſimul mixtis, ultimo loco inde
Ung. Populei unciam nnam,
Infrigidantis Gal. unciam ſemis.
Miſce, fiat unguentum juſtæ conſiſtentiæ.

Ulceribus fœdis ac malignis mirificè opitulatur, mundificat enim, ſiccat, abſtergit, coquit, & conſolidat, fluxiones acres in iiſdem temperat, inflammationes reprimit, ac ſinus cicatrice tegit.

Hæc deſcriptio ab auctoris nonnihil eſt diverſa; utpotè quam Clariſſimus Vir. Dn. Tiberius Phialettus Medicus & Chirurgus

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 652 sur 955

gus Patavinus nonnihil immutavit, à Nob. itidem & Clariſſ. Viro D. D. Joh. Udalrico Rumlero in hujus operis ornamentum allata.

UNGUENTUM DE TUTIA NICOLAI.

℞. Olei Roſati,
Ceræ albæ ana unciam unam ſemis,
Succi Solani drachmas duas,
Ceruſſæ lotæ unciam ſemis,
Plumbi uſti & loti,
Tutiæ præparatæ ana drachmas duas,
Thuris drachmam unam.

Ceram liqua cum oleo lento igne, & in pilam plumbeam injice, additis quæ terenda ſunt in tenuiſſimum pulverem redactis, move continuò & paulatim ſuccum ſupradictum inſtillato, perpetuò movendo ſex horis continuis.

Differt ab unguento Diapompholygos in eo, quod hoc Cadmiam fornacum Botrytin dictam recipiat, noſtris Tutiam appellatam, alterum verò Pompholyga, id eſt, Nil album dictum. Ejuſdem penè facultatis ad exiccanda eryſipelata, vulnera ſordida, & ſananda tibiarum ulcera, cavaque explenda, ac cicatricem ducendam. In putridis & cancroſis, ubi fervor aliquis eſt, ſummâ fiduciâ uſurpari debet, quod nulli veterum compoſitioni cedat.

ANIMADVERSIONES
In Unguentum de ſuccis Arantii, & de Tutia Nicolai.

QUamvis huic *unguento* de *ſuccis Arantii* corrigendo laborem & operam impendere vellem, nil tamen efficerem, ſervatis ſingulis ingredientibus, quod ad denominatos affectus utile foret. Cumque ad eoſdem affectus longè efficaciora nobis ſuppetant *unguenta*, idcircò hanc *inutilem compoſitionem* lubens tranſgredior.

Unguentum de *Tutia* juxta modum *unguentorum de Ceruſſa*, &c. parari poteſt, coquendo prius *Ceruſſam* & *Plumbum calcinatum* cum *aceto*: Cæterùm *olei* quantitas reſpectu *ceræ* pauca nimis eſt; accipiantur igitur ℥ *iij*, *olei* & ℥ *j*. *ceræ flavæ*.

UNGUENTUM AD VERMES.

℞. Succi Abſinthii,
Abrotani,
Centaurii minoris,
Perſicariæ,

Succi

Succi Folior. Perſicæ arb.
Lupini,
Rad. Ebuli ana drachm. unam,
Porri uncias duas,
Naſturtii aquatici libram unam,
Balauſtiorum drachmam unam,
Olei Abſinthii libram unam ſemis,
Ceræ quantum ſufficit.
Fiat unguentum.

Umbilico ſuperpoſitum ac ventri inunctum, vermes enecat & expellit.

UNGUENTUM VIOLATUM.

Fit ut Roſatum, ſed ex Violis nigris.

Calidis pectoris noxis prodeſt, refrigerat & humectat.

ANIMADVERSIONES
In Unguentum ad Vermes, & Violatum.

ANceps hæreo, an prægrandem illum, quoad pondus *ſuccorum*, in *unguento* ad *vermes* commiſſum errorem culpæ typographi, an verò voluntati & beneplacito autographi adſcribere debeam; Nulla enim *Succi Naſturtii* (cujus vis & efficacia in ſpiritu volatili facile avolante vel effugiente conſiſtit,) reſpectu reliquorum eſt proportio; *Illius enim libra integra* poſita eſt, *cæterorum verò ſuccorum* (qui tamen directius ad ſcopum propoſitum collimant,) *ſingulorum* duntaxat ℥ j, quæ eſt nonageſima ſexta pars reſpectu integræ unius libræ. Utut ſit, *oleum Abſinthii* jam ſufficienter imprægnatum eſt ab *Abſinthio*, & licet *tres libræ ſucci Naſturtii* adderentur, & cum dicto *oleo* ad humiditatis conſumptionem coquerentur, parùm tamen exindè juvaminis ſperandum eſſet: Nam tanta quantitas *ſucci*, multò minùs *herbæ* cum *unguento* abſque ulteriori decoctione & abſtractione permanere nequit; quod autem à *ſucco* peractâ coctione remanet, cum *oleis* non permiſcetur, eſtque materia craſſa, nullo artificio *oleis* permiſcibilis. Quocircà neceſſum eſt, ut alium aliquem dexteriorem hujus *unguenti* conficiendi modum ad manus ſumamus, qualis eſt ſequens:

℞. *Olei Abſinthii* ℔ j ß,
Ceræ flavæ ℥ v,

Quibus invicem liquatis & refrigeratis, adde

Succor. inſpiſſ. ad formam extracti
Abſinthii,

Abro-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 654 sur 955

Succor. inſpiſſ. Abrotani,
Centaurii,
Folior. Perſicæ arb.
Lupini,
Decocti inſpiſſ. rad. Ebuli, ana ℥ j ß,
Succi Naſturtii inſpiſſati ℥ ij,
Pulpæ Porri ℥ ij,
Pulv. Balauſt. ℥ ij,

Miſce exactè diu invicem agitando, fiatque *unguentum.*

Nota; quod ex ſuperioribus *herbis*, ſi tempore hyberno hoc *unguentum* expeteretur; *decoctum fortè* parari poſſet, quod ipſum ad formam *extracti inſpiſſatum*, tandem loco *ſuccorum concretorum unguento* commiſceri aptum erit; Sed meo judicio illis omiſſis alia magis appropriata huic addi poſſent.

Ratione *unguenti Violati* conſolantur *Animadverſiones ſuper unguentum Roſarum*, licet hoc *unguentum* non ſit in uſu.

UNGUENTUM AD VERRUCAS,
Seu CARUNCULAS, In MEATU URINARIO NATAS.

℞. Mercurii præcipitati drachmas duas,
Unguenti de ceruſſa unciam ſemis.

Addatur his pro magnitudine affectus aliquid olei Vitrioli aut aquæ fortis, immittendo de his paùm ſuprà candelam ceream in canalem. Poteſt autem loco unguenti de ceruſſa à principio ſumi unguentum Anodynum in æqua cum præcipitato portione.

UTebatur hoc unguento feliciter Alphonſus Ferrius Neapolitanus in extirpandis carunculis ſeu verrucis in pene natis, urinæ non rarò ſuppreſſionem cauſantibus: Id quoque commodiſſimè quondam uſurpabat Ioannes Thanmullerus Lithotomus ac Chirurgus p..m. inſignis, qui multis annis in urbe noſtra praxin ſuam exercuit. Id nobis Clariſſimus Vir D. D. Vdalricus Rumlerus Collega noſter honorandus, promptè communicavit.

CANDULÆ SIC FIUNT.

℞. Ceræ albæ libram unam,
Terebinthinæ Venetæ unciam unam.

Liqueſcat cera, poſtea addatur Terebinthina, & in his liquatis intingantur Elychnia, fiantque candelæ juſtam craſſitiem habentes.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 655 sur 955

ANIMADVERSIONES.

FAcilis quidem hujus *unguenti* præparatio est, ast caveat sibi, qui illud adhibiturus est, ne intolerabilem ægrotanti concitet dolorem, præsertim si *oleum Vitrioli* aut *aquam fortem* illi jungere velit. Quæcunque enim acida, mitissima etiam, in meatum urinarium injecta, atrocem excitare valent dolorem, inflammationem, exulcerationem & affluctionem humorum. Felix igitur ille, qui mitioribus medicamentis absque tanto cruciatu grave malum istud abigere aut superare potest, quod tamen non adeò difficile est, si paulò penitiùs rerum naturas perscrutemur.

UNGUENTUM VIRIDE REGINÆ.

℞. Fol. Lauri,
Rorismarini,
Salviæ,
Majoranæ,
Rutæ,
Millefolii,
Anagallidis aquaticæ,
Nigellæ cum floribus & seminibus ana manipulos duos,
Urticæ majoris,
Minoris,
Hyssopi,
Prunellæ,
Artemisiæ ana manipulum unum,
Agrimoniæ,
Centinodii,
Plantaginis minoris,
Rad. Cichorii,
Bellidis,
Consolidæ mediæ,
Sarracenicæ,
Vincæ pervincæ,
Lavendulæ,
Absinthii,
Rosarum rubearum,
Albarum ana manipulos tres.

Herbæ & radices mundatæ incidantur, contundanturque cum Butyri recentis libris sex, coquantur simul lento igne rudiculâ continuò agitando: postea colentur & exprimantur, ita ut expressa pinguedo fluat in aquam frigidam; ubi refrixit, aquæ demptam rursus parùm

parùm coque, & adde ceræ albæ seorsim liquefactæ libram semis, olei Olivarum libras duas, quæ continuò simul agitabis, ac ubi ferè refrigerata fuerint, insperge

Olibani & Mastiches subtilissimè pulverisatorum ana uncias quatuor.

Redigantur in unguentum.

Datur intra corpus ruptis, convulsis, ac ex alto prolapsis, ubi grumosi sanguinis suspicio subest: suggillata curat, dolores partium lenit, estque ad varios usus accommodatum.

ANIMADVERSIONES.

COronidis loco adjectum *unguentum reginæ dictum*, non minimis absurditatibus refertum est; Namque in coctione diuturna *herbarum odoriferarum* & *balsumicarum* virtutes exhalant, quæque non exhalant, ineptissimâ illâ præcipitatione *unguenti* post peractam coctionem in *aquam frigidam* eluuntur; Et ne nimis efficax evadat *unguentum*, etiam *oleum*, quod æquè aptum ad *herbarum* vires eliciendas, quàm *Butyrum*, simpliciter additur, nec uti *Butyrum* earundem *herbarum* viribus imbuitur: *Mastix* etiam, quæ in *oleis* facilè & promptè liquefit, *pulverisata* non minùs perperam additur. Sed ne prolixior sim, aliam & magis dextram præparationem adjungam, utpotè;

℞. *Anagallidis*,
Nigellæ cum floribus ana ℥ iiij,
Vrticæ majoris,
Minoris,
Prunellæ,
Artemisiæ ana ℥ ij,
Agrimoniæ,
Centinodii,
Plantaginis minoris,
Radic. Cichorii,
Bellidis,
Consolidæ mediæ,
Sarracenicæ,
Vincæ pervincæ,
Absinthii,
Rosarum ana ℥ ij.

Omnia recentia consciſſa & contusa infundantur in

Butyri recent. non saliti ℔ vj,
Olei olivarum ℔ ij.

Macerenturque per septimanam unam vel alteram, postea coquantur

quantur ad humiditatis exhalationem, fiatque colatura cum expressione fortissima: Expresso & colato de novo immisce

Fol. recent. Lauri, vel
Baccar. Lauri,
Rorismarini,
Salviæ,
Majoranæ,
Rutæ,
Summitat. Millefolii,
Hyssopi,
Lavendulæ ana ℥ iiij,
Absinthii,
Rosarum rubearum ana ℥ ij.

Macerentur rursus per septimanam unam vel alteram, factâque ebullitione unciâ in cucurbita, reiteretur colatura cum expressione fortissima, addendo exiguum illud humiditatis, quod forte in ebullitione illa unica ultimò prodiit. *Colato unguento*, adde in eoque dissolve

Mastichis electæ ℥ iij.
Ceræ citrinæ & novæ ℔ ß.

Agitentur optimè, tùm demum adjice

Olibani subtilissimè triti ℥ iij.

Et omnibus probè mixtis fiat unguentum.

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS XVIII.

Continens

EMPLASTRA.

EMPLASTRA & Cerata, *quæ duobus hisce sequentibus* classibus *continentur, non nisi consistentiâ inter se differunt*; Emplastra *paulò solidiora sunt, molliora nonnihil* Cerata; *Sumtque medicamenta externa, vulneribus,*

ribus, ulceribus, rupturis, debilitatis, refrigeratis & inflammatis membris, &c. accommodata; Liquabilia uti cera, resina, pix, &c. *ob id solida in frigore, liquida in calore paulo fortiori. Componuntur ex omni genere* mineralium, vegetabilium, & animalium, *pro intentione Medici & diversitate affectuum. Specierum ipsa ingredientium utpotè* ceræ, resinæ, Terebinthinæ, Gummatum, oleorum pulverum &c. *proportio & exacta quantitas universaliter determinari nequit; Non equidem me latet, quod communiter ad* ℥ j oleorum, (*præsertim in Ceratis*) ℥ iij ceræ, resinæ ℥ j pulverum ℥ j, ℥ j ß, & ℥ ij *destinentur, ajo hæ vanæ sunt assertiones; Quam diversam enim producat coctio* oleorum *cum nonnullis pulveribus, inprimis* mineralibus *consistentiam, palam est: Ex solo enim* oleo *& quocunque* metallo, *plurimisque* mineralibus *quibusdam solutis, nonnullis autem indissolutis* unguentum, Ceratum, (*quoad consistentiam*) & Emplastrum *fieri potest; Variant itidem pondus exquisitum* Terebinthina, resina, Gummata, &c. *quæ modo liquidiora, modo solidiora & crassa deprehenduntur; Omnium denique maximè discrepant* pulveres, *quorum alii aridiores sunt, alii oleaginosi; nonnulli graves, uti* metallorum & mineralium, *quidem è contra leviores, uti* animalium & vegetabilium, *qui proinde* Emplastris *commixti, eandem duritiem & consistentiam non producent; Quin etiam anni tempora, nec non plurimæ* mucilagines viscosæ Emplastris *additæ pondus ingredientium reliquorum non parùm variant; Cum itaque universaliter rerum ingredientium proportio determinari nequeat, necessum est, ut qui similes* compositiones *construere velit, rerum medicarum immaniter variantium exactam habeat notitiam; Dictas autem rerum varietatis, diversæ* Emplastrorum & Ceratorum compositiones & præparationes, *sequentes manifestabunt.*

EMPLASTRUM ALBUM
COCTUM.

℞. Olei libras duas,
Cerussiæ libram unam semis,
Ceræ albæ uncias quatuor.

Coquantur secundum artem, & fiat Emplastrum.

Dicitur & Emplastrum de Cerussa, & sola coctione ab unguento albo differt, ut & unguentum Triapharmacum & Tetrapharmacum coctura modo in Emplastra transeunt. Intertriginibus quacunque ex causa succurrit, ac leves cutis exulcerationes sanat.

EMPLAST. D. D. ULMENSIUM.

℞. Cerussæ subtilissimè tritæ,

Ceræ

Ceræ Citrinæ,
Olei Olivarum ana partes æquales.

Immittatur primò Ceruſſa in cacabum æneum, addendo lentè oleum, quæ bulliant ſimul lentoigne ſuper prunas, perpetuò agitando cochleari ferreo ſatis longo ob ſtrepitum ceruſſæ, uſque dum deſideant: quo facto etiam indatur ſucceſſivè cera minutiſſimè conciſa, cum cautela effervescentiæ, donec probe liquata ſit; omnia deinde coquantur pari ignis gradu lege artis, uſque dum nigricantem aliquantum colorem acquirant juſtæ conſiſtentiæ.

Eſt iuſdem cum priore facultatis exiſtit, & ſolâ ferè coctura ab eodem differt.

ANIMADVERSIONES
In Emplaſt. album coctum; & Emplaſt. D.D. Ulmenſium.

PRimum hoc *Emplaſtrum* paratu difficile eſt, præſertim ſi pondus præſcriptum rerum, ex quibus componitur, ſtrictè obſervari debeat; Convenit enim alias, ut *Ceruſſa olei pondus* ſuperet, vel ad minimùm adæquet, eò quod *Ceruſſa* ut res graviſſima, *oleum* verò reſpectu illius leve admodum, adeoque quoad pondus prorsùs improportionatum; Quam ob rem nonnulli *pondus ceruſſæ* adaugent, & ℔ j, vel *plùs ejuſdem, uni libræ olei* jungunt: Rectius autem meo judicio rem inſtituunt, qui de *aceto* deſtillato quantitatem addunt, pro meliori nimirum *Ceruſſæ* diſſolutione; Solent etiam nonnulli, ut candorem *Emplaſtri* conſervent, ac diuturnam & lentiſſimam (quæ pro albedine *Emplaſtri* acquirenda neceſſaria eſt,) coctionem abbrevient facilitentque, *ſalis communis* tantillum adjicere, experientiâ edocti, quod *ſal commune* aciditate ſuâ *metalla* & *mineralia* quædam corrodat & quaſi diſſolvat, quos Pharmacopœorum conatus improbare nequeo, cùm additione dictarum rerum *Emplaſtrum* hoc viribus potiùs adaugeatur, non verò diminuatur; Idcircò qualem quis amplectatur modum, non aberrabit, licet *acetum* præ *ſale* nobis magis arrideat.

Alterum *D. D. Vlmenſium Emplaſtrum* paratu facilius exiſtit, propterea quod candor in eo non expetatur, hinc quo violentiori igne (competenti tamen nec nimis exceſſivo,) coquatur, eo pulchriori imbuetur colore; *Cera* ante debitam *Emplaſtri* (mollioris tamen) acquiſitam conſiſtentiam non addatur, ſed tùm demùm, ubi *ceruſſa* in *oleo* per coctionem diſſoluta, competentem duritiem nacta fuerit. Quæ admonitio etiam priori *Emplaſtro* inſerviet, utut hæc peritioribus Pharmacopœis jam ante nota ſit.

Quod ſi quis hæc *Emplaſtra* in virtute adaugere voluerit, ipſis pro libitu addere poterit *Maſtichen* & *Thus* ſubtiliſſimè trita, nec

non *Camphoram*, quæ tamen priùs in particula *olei* dissoluta, jam perfectis & parùm adhuc calentibus *Emplastris* sub finem commiscenda est.

Nota, quod loco *olei*, *axungia porcina* non ineptè quandoque substitui possit.

EMPLASTRUM APOSTOLICON
NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Lithargyri uncias sex,
Ceræ citrinæ,
Colophoniæ ana uncias duas,
Propoleos,
Visci quercini glutinis ana unciam unam,
Ammoniacæ guttæ,
Lapidis Calaminaris,
Thuris ana drachmas sex,
Mastiches,
Mumiæ ana unciam unam semis,
Terebinthinæ,
Galbani,
Bdellii,
Myrrhæ,
Æris usti,
Sarcocollæ,
Squamæ æris,
Dictamni Cretici,
Aristolochiæ,
Viridis æris ana unciam unam,
Olei veteris quantum sufficit.

Epispasticum potiùs dicendum erat, nam calamos, surculos & spicula corpori altùm infixa & omnia venenata extrahit; ad strumas recentes, frigidos ac diuturnos abscessus, viscerum tumores, praecisos, & punctos nervos perutile; ad recentia quoque vulnera, phygetla, carcinomata, & cervicis ex frigida causa dolores facit, strumas aperit, abscessus rumpit, purgat & glutinat, ac cicatrices extenuat; splenis duritiem emendat; articulorum ac genuum ex influxu dolores sedat; ad mammarum collectiones, erysipelata & fistulas injectum efficax, impositum etiam morsibus venenatis, aut rabidorum animalium medetur. Vsurpatur insuper ad vetusta & diuturna ulcera; putredines, sinus, hæmorrhoidas, sedis vitia, condylomata, rimas ani, carbunculos, impetigines, intestinorum ramices, pudendorum depascentia ulcera, cum rosaceo injectum, cum quo etiam muliebribus malis pesso suppositum confert.

Pro-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 661 sur 955

PRopolis est Cera odorata, quâ Apes alvcariorum foramina ad hyemis austeritatem arcendam obturant, Germanis **Meth-wachs.**

Visc-quercini nomine hoc loco intelligitur Gluten illud lentum è baccis Visci quercini, quo aves capiuntur, extractum, nostris **Vogelleim.**

Squama æris sumenda hîc est non illa crassa, vulgò **Kupfferschlag** dicta, sed rufa ac tenuis, quam vulgus **Kesselbraun** vocat.

ANIMADVERSIONES.

CUm duntaxat ingredientia hujus *Emplastri* posita sint, nullâ factâ mentione præparationis, proinde necessum est, ut dextrum ejus præparandi modum subnectamus, qui talis esse potest,

℞. *Olei veteris* ℥ viij,
Lithargyri ℥ vj,

Coquantur invicem ad dissolutionem *Lithargyrii*, molliorisque *Emplastri* consistentiam, in quibus dissolve

Ceræ citrin odor. ℥ iij,
Colophoniæ ℥ ij,
Terebinthinæ ℥ j ß,

Quæ interim calide asserva; Jam seorsim dissolve in

Aceti fortis s. q.
Pulv. Gummi Ammoniaci ℥ vj,
Myrrhæ,
Sarcocollæ,
Galbani puri ana ℥ j, ad formam pulticulæ;

Cui paulatim in leni calore adde mox particulam de superiori commixto *Emplastro* cocto, mox drachmam unam vel alteram de *pulveribus subsequentibus*, mox etiam de *Visci quercini* ℥ j. in *olei circiter* ℥ j soluti & colati, nec non *Bdellii* in *aquâ Plantaginis* quodammodo ad crassioris *mucilaginis* consistentiam soluti ℥ j, donec omnia sic alternatim commixta & injecta sint: Tùm demum aliquandiu in diplomate commixta & liquata omnia agita, sic enim exacta fiat rerum commixtio & unio. *Pulveres* hi sunt;

℞. *Lapid. Calaminaris*,
Thuris ana ℥ vj,
Mastichis,
Mumiæ ana ℥ j ß,
Æris usti,
Squamæ æris, vel loco istorum duorum Croci Veneris; vel Vitrioli Veneris calcinati,
Dictamni Cretici,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 662 sur 955

Aristolochiæ,
Viridis æris ana ℥ j.
Fiat omnium pulvis subtilissimus.

Nota; ubi de *diplomate* loquor, subintelligo *patellam*, cui res vel *Emplastri massa* inest, esse nonnihil immergendam in *aquam calidam* & aliquatenus ferventem; hoc modo enim exacta fit mixtio rerum diversarum, ex quarum miscella *Emplastrum* confici debet, neque *Gummata* grumescunt, aut in unum coëunt.

EMPLASTRUM DE BACCIS LAURI.

℞. Thuris,
Mastiches,
Myrrhæ ana unciam unam,
Baccarum Lauri uncias duas,
Cyperi,
Costi ana unciam unam,
Olei Laurini,
Terebinthinæ Venetæ,
Ceræ citrinæ ana unciam semis,
Mellis despumati quantum sufficit.
Fiat Emplastrum.

Ventriculi, intestinorum, jecoris, renum, vesicæ, uteri, & partium aliarum dolorem à flatibus, aut frigida intemperie ortum sanat. Si verò stercus capræ, aut vaccæ siccum pondere omnium adjicias, ad hydropem, ascitem, ac tympanitem fit mirabile, sed tum augendum est mellis pondus.

EMPLASTRUM BASILICON MAJUS MESUE.

℞. Ceræ albæ,
Resinæ Pineæ,
Sevi Vaccini,
Picis Græcæ,
Nigræ,
Terebinthinæ,
Thuris,
Myrrhæ ana unciam unam,
Olei communis quantum sufficit.
Fiat Emplastrum.

Ulceribus recentibus remedio est, eaque probè glutinat.

EM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 663 sur 955

EMPLASTRUM BASILICON
Minus Mesue.

℞. Ceræ flavæ,
Resinæ Pineæ,
Picis Græcæ ana libram unam,
Olei communis quantum sufficit.
Fiat Emplastrum.

Ulcera phlegmones expertia partium maximè nervosarum tergit ac carne implet.

Alii Terebinthinam addunt; alii verò Terebinthinam picis loco ponunt.

EMPLASTRUM DE LAPIDE
Calaminari.

℞. Lapidis Calaminaris,
Tutiæ præparatæ ana uncias duas,
Terebinthinæ unciam unam semis,
Ceræ citrinæ,
Resinæ ana unciam unam,
Lithargyri unciam semis,
Olibani,
Mastiches,
Tragacanthi ana drachmam unam,
Olei rosati,
Myrtini ana uncias duas.
Fiat Emplastrum.

Ulcera manantia desiccat, & cicatrice claudit, atque idem ferè præstat, quod Gryseum.

ANIMADVERSIONES
In Emplastrum de Baccis Lauri, Basilicon majus & minus Mesue; & Emplastrum de Lapide Calaminari.

Emplastra hæc paratu facillima sunt, & primò quidem *Emplastrum de Baccis Lauri*, in quo *Thus*, *Mastiche*, *Myrrha*, *Baccæ Lauri*, *Cyperus*, *Costus*, subtilissimè pulverisata vel trita cum *melle calido s. q.* ad Emplastri formam impastari debent, quibus demùm adjungenda sunt *oleum laurinum*, *terebinthina*, & *cera citrina* invicem liquata.

Emplastrum Basilicum majus Mesue, nullo ferè indiget *oleo*, cùm & sine ipso *species ingredientes*, pondere præscripto liquatæ & commixtæ,

mixtæ, *Emplastri mollioris consistentiam* constituant; Necessum igitur foret, ut *ceræ* quantitas nonnihil augeretur (præstantior autem erit *cera flava odorata balsamicâ suâ virtute adhuc pollens*, quam alba, omni virtute dictâ (poliatâ:) neque nonnihil de *oleo*, maximè verò de *oleo terebinthinæ rubro*, ceu *oleo communi* longè efficaciore adde posset, quod ipsum *Emplastrum hoc* non parum nobilitaret.

Quod etiam in *Emplastro Basilico minori* observari deberet, cui ℥ *viij* circiter *olei terebinthinæ* addi possent. Quæ duo *Emplastra* ita parata, certè multas alias speciosas *Emplastrorum compositiones* antecellerent.

Emplastrum de lapide calaminari, si juxta modum præscriptum paretur, durioris *unguenti* non vero *Emplastri* consistentiam acquiret; Idcircò vel *ceræ* quantitas notabiliter augenda, vel (quod consultiùs esse duco) adhuc *unciæ duæ* circiter *Lithargyrii* addendæ sunt, quibus cum *oleis* ad suam dissolutionem coctis, postmodum reliqua secundum artem immisceantur: Utpotè

℞. *Ol Rosati*,
Myrtini ana ℥ *ij*,
Lithargyrii ℥ *iv*,

Coque ad dissolutionem *Lithargyrii* & mollioris *Emplastri* consistentiam, in quo liquefac

Terebinthinæ ℥ *j* ß,
Ceræ citrin.
Resin. ana ℥ *j*.
Demùm adde
Pulv. subt. lapidis Calamint.
Tutiæ præpar. ana ℥ *ij*,
Olibani,
Mastichis ana drach. ij,
Tragacanthi in aquæ rosarum parumper dissoluti, drach. j.
Fiat lege artis Emplastrum.

EMPLASTRUM CATAGMATICUM Seu ad FRACTURAS OSSIUM D. D. RENODÆI.

℞. Rad. Symphyti majoris,
Althææ,
Visci quercini ana uncias duas,
Plantaginis,
Chamæpityos,
Hypericonis ana manipulum unum.

Fiat

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 665 sur 955

Fiat decoctio in æquis partibus vini nigri, & aquæ fabrorum ad medias. Colaturæ adde

Mucilaginis seminis Cydoniorum cum decocto Aristolochiæ rotundæ extractæ,
Olei Mastichini,
Rosarum ana uncias quatuor,
Ceræ virginis libram unam,
Lithargyri auri uncias duas,
Terebinthinæ uncias tres,
Balaustiorum,
Rosarum,
Myrtillorum,
Acaciæ ana unciam semis,
Mumiæ,
Granorum Androsæmi, vel sem. Hyperici,
Colophoniæ.
Mastiches,
Succini ana drachmas sex,
Picis navalis unciam unam semis,
Boli Armenæ,
Farinæ volatilis,
Thuris ana unciam unam semis,
Sanguinis Draconis uncias duas.

Fiat lege artis Emplastrum.

Emplastrum hoc catagmaticum vires habet insignes ad fracturas ossium sanandas: Eorum enim coalitum juvat & accelerat; callum, quo simul agglutinantur, auget, calorem partis nativum fovet, & humorum fluxiones sistit. Vnde non immeritò Pharmacopœiæ huic nostræ inserendum esse censuimus.

ANIMADVERSIONES.

QUisquis secundum præscriptam formulam *Emplastri* hujus præparationem aggredietur, næ is non *emplastri*, neu *unguenti*, sed nescio cujus medicamenti mirabilem acquiret consistentiam, cùm illa principio & fine careat, omnique ordine ac debitâ componendi ratione. Et cùm ob id suspicer, non paucos esse Pharmacopœos, qui propter dictam *compositionis hujus* inconcinnitatem *Emplastrum* hoc dextrè conficere nesciant, ideò commendo modum sequentem dexteriorem & faciliorem; utpote

℞. *Olei rosarum* ℥ iiij,
Lithargyrii auri ℥ iij.

Coquantur ad *Emplastri consistentiam*, cui remoto ab igne statim injice, in eoque liquefac

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 666 sur 955

Ceræ virgineæ ℔ j,
Terebinthinæ unc. ij,
Picis navalis ℥ j ß,
Colophoniæ drach. vj,
Olei maſtichini ℥ ij,

Miſta & liquata invicem interim aſſerventur. Jam

℞. *Radic. Symphyti majoris*,
Althææ,
Viſci quercini ligni ana ℥ ij,
Plantaginis,
Chamæpityos,
Hypericonis ana M j.

Fiat addito *vino rubro* & *aquâ fabrorum*, decoctum mucilaginoſum ad ℔ j ß, cui inſuper adde

Mucilag. ſem. Cydoniorum cum decocto Ariſtoloch. rotundæ extractæ unc. ij,
Pulv. Balauſtiorum,
Roſarum,
Myrtillorum ana unc. ß,
Mumiæ,
Sem. Hyperici ana drach. vj,
Boli Armenæ,
Farinæ volatilis ana unc j ß,
Sanguinis Draconis pulv. unc. ij,
Succi Acaciæ in decocto Ariſtol. etiam ſoluti unc. ß.

Coquantur invicem ad *conſiſtentiam cataplaſmatis ſpiſſioris* igne lento, continuóque agitando, ne *ſpecies* fundo vaſis vel patellæ adhæreant & comburantur; Huic *cataplaſmati* adde *ſuperius mixtum emplaſtrum*, nec non

Pulv. Maſtichis,
Thuris ana unc. j ß,
Succini præpar. drach. vj.

Factáque adhuc unâ vel alterâ ebullitione & continuâ agitatione, quoad omnia optimè inter ſe invicem colliquata fuerint, fiatque juſtæ conſiſtentiæ *Emplaſtrum*.

Nota in hac *compoſitione*, dum in ipſa præſcribitur *Viſcum quercinum*, heîc ſubintelligendum eſſe *ipſum lignum Viſci quercini* dictum, non verò *Viſcum* ſive *gluten* ex eo enaſcens, quod avium capturæ inſervit; ſi tamen aliquis *gluten* illud loco *ligni quercini Viſci*, huic *compoſitioni* ſubſtituere vellet, is ipſum in particula *olei* diſſolutum, iterumque colatum *Emplaſtro* ſub finem demum admiſcere poſſet.

EM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 667 sur 955

EMPLASTRUM CERONEUM
Nicolai.

℞. Picis navalis benè colatæ,
Ceræ ana uncias duas, drachmas tres,
Sagapeni uncias duas,
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci ana unciam unam, drachm. tres,
Aloës,
Thuris,
Myrrhæ ana unciam unam,
Opopanacis,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Maſtiches,
Aluminis,
Fœnugræci ana drachmas ſex,
Confitæ, ſeu fæcis Styracis liquidæ,
Bdellii ana drachmas tres,
Lithargyri drachmam unam ſemiſ;

Confice ſic:

Sagapenum, Galbanum, Opopanacum, Ammoniacum Gummi aliquantulum tuſa cum vino temperentur, deinde ad mediæ partis vini conſumptionem bulliant, & vaſe ſtanneo poſito ſuper ignem cùm inceperit bullire, pix navalis benè colata addatur, ac cum ſpatula benè agitetur donec liquefiat. Liquefactâ pice addatur cera, & ea liquefactâ ponatur Colophonia, tum Styrax cum piſtillo calido trita fruſtatim imponatur. Poſtea Maſtiche & Olibanum, deinde Myrrha cum Bdellio, & intervallo facto ponatur Terebinthina, ac conſequenter Alumen & Lithargyrum, ad ultimum Fœnugræcum. Et cùm decoctum fuerit, fundatur ſuper aquam frigidam, & ab ea extractum manibus exprimatur, donec tota aqua inde exeat: deinde pulvis Aloës ſuper marmor inunctum oleo Laurino malaxetur. Poſtremùm Croco pulveriſato, ac inunctis manibus cum eodem oleo Laurino Magdaleones formentur.

Valet ad dolorem ſcapularum, & thoracis à frigore ortum ducentem, lienis duritiem emollit, aquam intercutem à frigida jecoris intemperie natam ſanat, ac uteri vitiis ex cauſa eadem procreatis prodeſt lumborum, pudendorum, veſicæ ac renum frigus vi ſuâ calefaciente diſſipat, oſſium fracturis & luxationibus commodat, repellit, concoquit, mollit, carnesque procreat.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 668 sur 955

ANIMADVERSIONES.

PRæparatio hujus *Emplaſtri* optimè quidem incepta, aſt peſſimè & perquam ſtupidè finita eſt; Neceſſum igitur, ut concinniorem etiam ipſis addamus præparationem. Nimirùm

℞. *Ceræ flavæ odorif.*
Picis navalis vel nigræ ana ℥ ij ß,
Colophoniæ,
Terebinth in qua Styr. Calam. ℥ j *diſſolutæ ſit ana* ℥ ij.

Liquefiant invicem igne lento, & liquefacta ad ulteriorem commixtionem aſſerventur. Jam ex *ſequentibus ſpeciebus* fiat pulvis ſubtiliſſimus; nempe,

Aloës epat.
Thuris,
Myrrhæ ana ℥ j,
Maſtichis,
Fœnugr. ana drach. vj,
Bdellii drach iij,
Lithargyrii ℥ j ß.

Miſcerantur; poſtea

℞. *Gummi Sagapeni* ℥ ij,
Ammoniaci ℥ j ß,
Opopanacis,
Galbani ana drach. vj.

Solvantur pulveriſata priùs in *tantillo vini* ad pultis formam; quibus adhuc calentibus immiſce guttatim, mox cochlear unum de *ſuperiori adhuc calente emplaſtro*, mox *drachmam unam vel alteram de pulveribus prædictis*, nec non *de in vino ſigillatim dilutis & infuſis*, ſcilicet

Pulv. Croci ℥ j ß,
Aluminis drach. vj,

donec ita alternatim omnia injecta & commixta ſint; Tùm agitentur adhuc diû multumque in diplomate vel balnei calore invicem liquefacta, & tandem ubi refrigerari incipit *Emplaſtrum*, immiſceantur etiam *Styracis liquidæ drach. iij*; fiatque *Emplaſtrum*.

Nota: quod *Aloë*, *Bdellium*, *Myrrhæ*, *Maſtiche*, &c. diſſoluta priùs, *Emplaſtro* addi poſſent; aſt ne nimiùm præparandi rationem intricemus, eandemque difficilem reddamus, acquieſcamus in præfato modo. Etenim ſi ſaltem *Emplaſtrum* in diplomate, id eſt, in patella quæ aquæ ferventi ultrà medietatem immerſa ſit, benè liquetur, ac diû multumque agitetur, cuncta ſeſe invicem amice amplectuntur; ac quaſi diſſolvuntur, dùm unumquodque arripit quod ſibi familiare eſt, & eidem adunatur; *Aloë* nimirùm & *Bdellium* humidi-

miditatem quâ *Gummata* ſoluta, item quâ *Crocus* & *Alumen* diluta ſunt amplectuntur, *Maſtix* verò, & ex parte etiam *Myrrha Terebinthinam*, &c.

EMPLASTRUM CITRINUM VULGARE.

℞. Reſinæ libram unam,
Ceræ Citrinæ libram ſemis,
Sevi Cervini uncias quatuor,
Terebinthinæ uncias duas.
Fiat Emplaſtrum.

Vulneribus recentibus medetur, ac ea cicatrice claudit. Quod ſi id ulceribus repurgandis magis idoneum reddere volueris, in ſingulas libras Emplaſtri, adjecto æruginis mundatæ drachmas duas atque ſic Emplaſtrum viride effeceris, id quod communi uſu à plebeis expetitur.

DIACHYLON SIMPLEX, Sive ALBUM MESUE.

℞. Mucilag. Fœnugræci,
Seminis Lini,
Rad. Althææ ana libram unam,
Olei veteris clari libras tres,
Lithargyri libram unam ſemis.

Lithargyrum tenuiſſimè teratur, & cum oleo ſubigatur: poſtea igne lento coquatur ſpatulâ ſemper agitando, donec probè permixta ſint. Ab igne depoſita, paulatim frigeſcant, poſtea mucilagines affundantur, permiſceantur, & decoquantur ad juſtam craſſitiem.

Ad partium quarumcunque duritiem reſolvendas & digerendas efficax, ſcirrhos hepatis lienis, ventriculi, viſcerumque collectiones, & furunculi reliquias diſſipat ac emollit, ſtrumas quoque & inveteratos abſceſſus diſſolvit, recentia vulnera ab inflammatione vindicat, diviſa glutinat, & quæ inflammantur curat; ſuperficialia ulcera glutinat, ſolutum Raſaceo vel Myrtino, liquatum Chamamelino nervorum phlegmonen prohibet, podagricis quovis tempore opitulatur, ad diuturnas ac recentes uteri phlegmonas optimè peſſario inditum admovetur, inflammatione correpta ulcera & muſculos vulneratos citra alterius cataplaſmatis opem, aut ſpongias, aut irrigationes curat.

Quidam addunt pulveris Ireos unciam unam in libras ſingulas.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 670 sur 955

ANIMADVERSIONES
In Emplastrum Citrinum, & Diachylon simplex.

DE *Emplastro citrino* non est ut multùm simus soliciti, cùm paratu sit facillimum.

Diachylon simplex autem parem diligentiam efflagitat, quam *album coctum*, cùm candor aut aliqualis saltem albedo in eo valdoperè probetur: Propterea *Animadversiones nostræ* super idem ipsum conscriptæ unà huc trahantur, secundum quas *Emplastri* hujus præparatio commodè institui poterit; Solent etiam nonnulli Pharmacopœi, *mucilagines prædictas* cum *lixivio* extrahere, sic optimè cedit operatio, modò lenis quoque fiat coctura & continua agitatio; Pro *oleo* aliqui *axungiam porcinam* recentem substituunt.

DIACHYLON COMPOSITUM, Seu
EMPLAST. DE MUCILAGINIBUS dictum.

℞. Mucilagin. rad. Althææ,
Sem. Lini,
Mediani corticis Ulmi,
Fœnugræci ana uncias quatuor semis,
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethi ana unciam unam semis,
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni ana unciam semis,
Ceræ novæ uncias viginti,
Croci drachmas duas,
Terebinthinæ uncias duas.

Gummi dissolvantur in vino optimo, & conficiantur secundum artem.

DIcitur & Emplastrum de mucilaginibus, maximarum in emolliendo est virium, phlegmonas sanat, & saniem ruptorum apostthematum abstergit.

NOta, in defectu mediani corticis Ulmi Fœnugræci pondus duplicari posse.

ANIMADVERSIONES.

NEcessùm est, ut in præparatione hujus *Emplastri*, *mucilagines dictæ*, scilicet

Radicum Althææ,

Semin.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 671 sur 955

Semin. Lini,
Fœnugræci, &
Medianor. cortic. Vlmi ana ℥ iiij ß, cum
Oleor. Chamomillæ,
Lilior. alborum, &
Anethi ana unc. j ß,
coquantur ad totalem humiditatis consumptionem; *oleum coctum* postea coletur, vel à crassamento à mucilaginibus relicto separetur, in quo liquefiant

Ceræ novæ odoratæ unc. xx,
Gummata verò, scilicet
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni ana unc. ß.

jam trita (si fieri potest) tempore hyberno in *Terebinthina unc. ij,* soluta paulatim etiam admisceantur; *Croci* demùm *subtiliter triti & vino diluti drach. ij,* ultimò adjiciantur.

Nota; quod *Gummata* etiam *aceto* & *vino* dilui, & diluta, *Emplastro* commisceri possent, prout alibi & quidem sæpiùs factum; Ast melius erit in hoc *Emplastro Terebinthinâ Gummata* dissolvere, cùm optimè etiam in ea solvantur, utplurimùm ratione consistentiæ, utpotè quæ paulò mollior alioquin evaderet, quàm pro Emplastro exigeretur.

DIACHYLON MAGNUM

Mesue.

℞. Lithargyri libram unam,
Olei Chamæmelini,
Irini,
Anethini ana uncias octo,
Mucilaginis sem. Lini,
Fœnugræci,
Althææ,
Ficuum pinguium,
Uvarum passarum,
Succi Ireos,
Scillæ,
Ichthyocollæ,
Oesypi ana drachmas duodecim,
Terebinthinæ uncias tres,
Resinæ Pini,
Ceræ flavæ ana uncias duas.
Fiat secundum artem Emplastrum.

Inflam-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 672 sur 955

INflammata & dura ſedando, emolliendo, ac digerendo magis eſt efficax ſequenti, ideoque magnum dicitur. Vigonis ad omnia iſta efficacius.

ANIMADVERSIONES.

EQuidem multò conſultiùs eſſet, hanc & ſimiles *compoſitiones* ex Diſpenſatoriis elidere, quàm corrigere; nihilominus tamen non parcam operæ meæ in dextera ejus præparatione inveſtiganda & proponenda, quomodocunque etiam ingredientia concordent: Itaque

℞. *Mucilag. extracta ex anatica portione*
Seminis Lini,
Fœnugraci,
Radicum Althææ,
Vvaram paſſarum,
Ficuum pinguium ℥ vij ß.
Mucilag extracta ex ℥ j ß. *Ichthyocollæ* ℔ ß,
Succi Scillæ ℥ j ß,
Oleor. Chamomillæ,
Irini,
Anethini ana ℥ viij,
Lithargyrii ſubtil. triti ℔ j ß,

Coquantur igne lento, rudiculâ continuò agitando ad conſumptionem humiditatis, diſſolutionem *Lithargyrii*, & *Emplaſtri conſiſtentiam*; Cui adde invicem liquatarum & colatarum

Ceræ flavæ,
Reſinæ Pini ana ℥ ij,
Terebinthinæ ℥ iij
Oeſypi ℥ j ß.

Ultimò inſperge *pulv. radicum Ireos* ℥ j ß, fiatque *Emplaſtrum.*

Nota: ſi albedo in hoc Emplaſtro expetatur, conſulantur *Animadverſiones Emplaſtri albi cocti & Diachyli ſimplicis.*

DIACHYLON PARVUM

MESUE.

℞. Lithargyri uncias ſex,
Olei veteris clari libram unam,
Mucilaginis ſeminis Hyoſcyami unciam unam ſemis,
Pſylli uncias quatuor,
Seminis Lini,
Rad. Althææ ana uncias duas.
Fiat ut primum.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 673 sur 955

Eo utuntur in duris inflammationibus ac tumoribus calidis; eos namque digerit & maturat, nec non ad intemperiem calidam efficacissimum est, quod per se Psyllium & Hyoscyamus praestant, siccat verò & digerit, quoad catera simplicia.

DIACHYLON CUM GUMMIS VIGONIS.

℞. Radic. Althææ libram semis,
Sem. Lini,
Fœnugræci ana unciam unam,
Malvæ,
Althææ,
Cydoniorum ana unciam semis,
Psyllii drachmas duas,
Cum aqua fontana fiat mucilago,
Flor. Violarum manipulum unum,
Rad. Ireos uncias duas,
Olei Chamæmelini,
Anethini,
Liliorum,
Lini,
Irini ana uncias tres,
Amygdalor. dulcium drachm. decem,
Pinguedinis Gallinæ,
Anatis,
Anseris ana uncias tres,
Oesypi humidæ,
Succi Glycyrrhizæ ana drachm. decem,
Terebinthinæ unciam unam semis,
Sevi Vitulini libram semis,
Lithargyri auri drachmas decem.

Bulliant omnia simul baculo agitando, usque ad consumptionem mucilaginis; Deinde cum cera alba quantum sufficit, fiat Ceratum molle, addendo

Sagapeni,
Opopanacis,
Bdelli mollis,
Galbani ana drachmas tres,
Ammoniaci drachmas quinque.

Dissolutis in aceto, fiat Emplastrum secundum artem.

Magnarum in emolliendo est virium, concoquit, maturat, digerit ac resolvit.

ANIM-

ANIMADVERSIONES

In Diachylon parvum Mesue: & cum Gummis Vigonis.

IN *Diachylo parvo* pondus *Lithargyrii ad unc. j, vel alteram* augeri debet, quoad cætera verò juxta *Animadversiones, præcedentes Diachyli simplicis* confici poterit.

Diachylon cum Gummis Vigonis difficultates nonnullas implicat; nam si ad *unc. xxvj ß oleorum*, ℔ ß *sevi Vitulini*, nec non *Terebinthinæ unc. j ß*, tandem *ceræ* quantitas sufficiens, ad *Emplastra* aliàs à Medicis determinata, addi deberet, ejus vix *novem libræ* sufficerent; Ast hæc quantitas *ceræ* nimium excederet proportionem ingredientium reliquorum: Igitur *Lithargyrii* quantitas respectu aliorum ultrà modum diminuta est, quæ proinde necessariò adaugenda erit, si *Emplastrum* ex enumeratis ingredientibus componi debet. Pro *succo Glycyrrhizæ nigro, fortissimum radicis Glycyrrhizæ decoctam* substitui potest, ne *succus* ille *Emplastrum* nigro colore imbuat; Instituatur igitur ejus præparatio tali modo;

℞. *Radicum Althææ* ℔ ß,
Sem. Lini,
Fænugræci ana ℥ j,
Malvæ,
Althææ,
Cydoniorum ana ℥ ß,
Psyllii ℥ ij.

Extrahatur ex ipsis cum *aqua fontana* vel *lixivio* mucilago ad ℔ ij. cui adde *decocti fortissimi ex radicibus Glycyrrhizæ* ℔ ß, *& flor. Violarum M j parati* ℔ j. *Decocto huic & mucilagini*, admisceantur

Lithargyrii auri subt. triti ℔ j ß,
Oleor. Chamomillæ,
Anethi,
Liliorum,
Lini,
Irini ana unc. iij.
Amygdal. dulcium ℥ x,
Pinguedinis Gallinæ,
Anatis,
Anseris ana unc. iij.

Coquantur lento igne semper agitando ad consumptionem humiditatis & consistentiam *Emplastri* duram, in quo ulteriùs liquefiant

Sevi vitulini unc. vj,
Terebinth. unc. j ß,
Oesypi humidæ ℥ x.

Jam

Jam demùm in aceto diſſolvantur (pulveriſata priùs, ne nimiùm ipſa coquere neceſſum ſit.)

Gummi Sagapeni,
Opopanacis,
Galbani ana drachm. iij, ad formam pultis, quæ *Emplaſtro* ſuperiùs confecto & ſemirefrigerato, ſenſim commiſceatur, ut &

Bdellii in craſſam mucilaginem cum aqua ſoluti drach. iij,
Pulv. radic. Ireos ℥ *ij*.

Ex quibus demùm optimè commixtis, fiat *Emplaſtrum* juſtæ conſiſtentiæ.

EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS MONTAGNANÆ.

℞. Maſtiches,
Menthæ,
Spodii,
Corallii rubri,
Albi ana drachmam unam,
Cruſtæ panis toſtæ & maceratæ in aceto per horam mediam uncias duas,
Olei de Maſtiche,
Cydoniorum,
Terebinthinæ,
Ceræ ana unciam unam,
Farinæ hordei quantum ſufficit.
Fiat Emplaſtrum.

Confert ad vomitum puerorum, ac iis qui cibum retinere nequeunt, prodeſt.

ANIMADVERSIONES.

PRæterquam quod vitium typographicum huic *compoſitioni* ſubeſſe ſuſpicer, quod conſtructio falſa indicat; inſuper etiam nonnulla fruſtrà addita eſſe omninò exiſtimo, ex. gr. *Corallia alba, rubra & Spodium*; utpotè quæ externè applicata, præſertim *Spodium*, tanquam res mortuæ, ventriculum haud roborabunt, quorum loco itaque alia efficaciora ſubſtitui poſſunt: Nimirùm

℞. *Pulv. Maſtichis*,
Myrrhæ,
Menthæ,
Nuc. Moſchat. ana unc. ß,
Caryophyllorum drach. iij,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 676 sur 955

Pulv. Rosarum rubr. ℥ j,
Crustæ panis costæ, & in aceto rosarum ad cataplasmatis consistentiam coctæ ℥ iij,
Terebint. clare, in qua Styr. Calam. ℥ ß, *dissoluta sit* ℥ ij,
Olei Mastichis ℥ j, *vel q. s.*
Ceræ flavæ & novæ j,
M. fiat Emplastrum.

Nota, quod loco *olei Mastichis Balsamus Indicus* substitui possit, qui insigniter ventriculum roborat.

ALIUD STOMACHICUM EMPLASTRUM SINE PANE.

℞. *Terebinthinæ claræ* ℥ iij,
In quibus dissolve leni calore,
Gummi Tacamahacæ, vel Animæ aut Elemi ℥ j ß,
Resin. Styracis Calam. vel ipsius Styracis gumm. ℥ vj.
Pulv. Mastichis,
Myrrhæ,
Olibani ana ℥ j,
Nuc. Moschat.
Caryophyll. ana ℥ vj.

Quibus ultimò quasi refrigerato *Emplastro* addatur
Balsami Indici Peruviani ℥ ß.

Plures aliæ addi possent formulæ *Emplastrorum stomachalium & Cataplasmatum*, etiam sine unctuosis & pinguibus, quilibet autem ex hisce denominatis speciebus pro constitutione ægrotantis & affectus consimilia ipsemet efformare, subiúque eligere poterit, quæ maximè ex usu esse putabit. Ex *Masticbe* enim *pulverisata*, *Tacamahaca*, *Rosis siccis*, *Nuce moschatæ*, *pane*, & *aquâ vitæ* optima sine *saccharo* conficitur *Cataplasma*, ad intemperiem stomachi frigidam, atque indè contractam ejus imbecillitatem corrigendam efficacissimum, quod tamen sæpiùs recenti *aquâ vitæ* humectandum & irrigandum est.

EMPLASTRUM DE FULIGINE.

℞. Theriacæ Andromachi,
Mithridatii ana unciam semis,
Fermenti,
Terebinthinæ ana uncias duas,
Mellis rosati simplicis unciam unam semis,
Butyri recentis uncias duas,

Salis

Salis communis unciam unam,
Fuliginis camini unciam unam semis;
Saponis Veneti uncias quatuor;
Croci drachmas tres,
Vitellorum ovorum numero quatuor.
Fiat lege artis Emplastrum.

Magnarum virium & multæ experientiæ fuit hoc Emplastrum in grassantibus tribus posterioribus infectionibus pestilentialibus Augustanis; eo enim, Lotmiatri nostri ordinarii ad maturandos bubones ac anthraces, extrahendum venenum, atque mitigandos ex inflammationibus subortos dolores, felicissimè utebantur.

ANIMADVERSIONES.

Licet *Emplastri* hujus præparatio non adeò difficilis sit, novi tamen non paucos, qui illud dextrè conficere ignorant, quocircà in illorum gratiam dilucidiorem & faciliorem ejus præparandi modum heîc apponam. Si enim hoc *Emplastrum* rectè conficiatur, nullus dubito, quin extracto prius vehementiori veneno vel *vivis animalibus*, vel *exsiccatis bufonibus*, aut consimilibus, denique abscessibus applicatum, eosdem maturare, rumpere & dolorem lenire pote sit. Itaque

℞. *Terebinthinæ* ℥ ij,
Saponis Veneti subt. confciss. ℥ iiij,

Liquefiant invicem super igne lento, quibus statim adde

Fuliginis camini splend. subt. triti ℥ j ß.

Agitentur aliquandiu superadditis

Theriac. Androm.
Mithridatii ana ℥ ß.

Tùm separatim & frigidè commisceantur

Vitellorum ovorum numero iiij,
Butyri recentis ℥ ij.

His optimè invicem subactis & agitatis, adjungantur etiam

Fermenti ℥ ij,
Croci triti ℈ iij,
Salis communis ℥ j.

Pistentur & agitentur optimè iterùm, donec omnia probè unita sint; demùm

Mellis rosati drach. vj addantur;

Quæ sic benè mixta, *superiori mixturæ* adhuc parùm *calenti* aut tepenti, diligenti agitatione admisceantur; atque ita fiat lege artis *Emplastrum.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 678 sur 955

EMPLASTRUM GRISEUM DE LAPIDE CALAMINARI.

℞. Lapidis Calaminaris præparati unciam unam,
Lithargyri uncias duas,
Ceruſſæ untiam ſemis,
Tutiæ drachmam unam,
Terebinthinæ unciam unam ſemis,
Ceræ albæ uncias tres,
Sevi cervini uncias quatuor,
Thuris electi drachmas quinque,
Maſtiches drachmas tres,
Myrrhæ drachmas duas,
Camphoræ drachmam unam ſemis.
Confice ſecundum artem.

Ulcera explet, ſiccat, & cicatrice claudit.

ANIMADVERSIONES.

Emplaſtrum hoc nulla ratione artificioſiùs, quàm ſimplici miſturâ perfici poteſt; Liquentur ergò & miſceantur primò *Terebinthina*, *Cera*, & *Sevum cervinum*; quibus liquatis, ſtatim injiciantur *pulveres Thuris*, *Maſtichis*, & *Myrrhæ*; his benè agitatis & veluti ſolutis, addantur *reliqui pulveres*, utpotè *lapid. Calaminaris*, *Lithargyri*, *Ceruſſæ*, *Tutiæ* Ultimò dum adhuc *Emplaſtrum* parùm calet, adjiciatur *Camphora* in *ſpiritu vini* tantillo ſolùta, fiatque *Emplaſtrum*.

EMPLASTRUM AD HYDROPEM.

℞. Stercoris Columbini aceto macerati libram unam,
Sulphuris vivi unciam unam,
Nitri unciam ſemis,
Pulv. rad. Enulæ,
Baccarum Lauri,
Anethi,
Florum Chamomillæ ana drach. ſex,
Sem. Naſturtii drach. duas.
Decoquantur omnia in vino ad piſſitudinem, Adde
Mellis,
Sevi cervini ana libram ſemis,
Terebinthinæ uncias quatuor ſemis,
Succi Ebuli uncias duas,
Iridis unciam unam,

Farinæ

Farinæ Fabarum unciam unam ſemis.
Fiat Emplaſtrum.

EO quondam crebrò uſi ſunt celeberrimi Medici Patavini, Ioannes Baptiſta Montanus, & Alotſius Bellacattus, tanquam experto ac valdè probato ad hydropem remedio.

ANIMADVERSIONES.

HUjus *Emplaſtri* genuina præparatio fit modo ſequenti,
℞. *Pulv. ſtercoris Columbini aceto macerati* ℔ j,
Sulphuris vivi unc. j,
Radic. Enulæ drach. vj,
Farinæ Fabarum unc. j ß,
Nitri unc ß.

Decoquantur *in vini ſ. q. & ſucci Ebuli unc.* ij, ad conſiſtentiam *Cataplaſmatis* ſatis craſſam, cui adde

Mellis craſſiſſimi,
Sevi cervini ana ℔ ß,
Terebinth. ℥ iij ß,
Pulv. Ireos ℥ j,
Baccarum Lauri,
Anethi,
Flor. Chamomillæ ana ℥ vj,

factâque adhuc unâ vel alterâ ebullitione, fiat *Emplaſtrum*, vel potiùs *Cataplaſma.*

EMPLASTRUM ISCHIADICUM.

℞. Gummi Galbani,
Sagapeni,
Caſtorei ana unciam ſemis,
Euphorbii drachmam unam,
Scillæ drachmas tres,
Sem. Lini,
Cepparum,
Erucæ ana drachmas duas,
Fermenti acris,
Olei Lini ana quantum ſatis.

Incorporatis & benè invicem mixtis, adde
Stercoris Columbini drachmas tres.
Miſce, fiat Emplaſtrum.

COmmendatur illius virtus ad humores à cerebro & partibus ſuperioribus ad coxam deſtillantes, exſiccandos, vel attractos è profundioribus iſtis locis diſcutiendos, atque protuberantes dolores iſchiadicos placandos & auferendos.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 680 sur 955

ANIMADVERSIONES.

PRæstat hoc *Emplastrum* hunc in modum conficere; Nimirùm

℞. *Gummi Galbani,*
Sagapeni ana ℥ ß,

Solvantur in *aceti unc. iij* circiter, & si impura sint, colentur & exprimantur; quibus statim calentibus adhuc & liquidis (sine coctione) addantur

Pulv castorei vel pingued. ejus ℥ ß,
Euphorbii ℥ j,
Sem. Lini,
Ceparum,
Erucæ ana drach. ij,
Stercoris columbini drach. iij,
Fermenti acris ℥ ij,
Pulpæ scillæ recentis non assatæ drach. iij.

Impastentur optimè supra ignem; Et si sufficientem *cataplasmatis* mollioris consistentiam non habuerint, fiat insuper unica saltem vel altera ebullitio addendo demum *olei Lini* (vel quod melius est & aptius etiam *olei Saponis cum spiritu vini facti vel destillati*) parùm, ℥ j circiter, fiatque *Cataplasma.*

EMPLASTRUM MAGNETICUM ANGELI SALÆ.

℞. Gummi Sagapeni,
Ammoniaci,
Galbani ana uncias tres,
Terebinthinæ Laric.
Ceræ ana uncias quatuor semis,
Magnetis arsenicalis uncias tres,
Terræ vitrioli lotæ unciam unam,
Olei succini uncias duas.

Gummata illa tria dissolve in unciis viginti aceti scillitici: postea solutionem illam per pannum lineum colatam exprime, quam deinde tamdiu bullire cures, donec acetum fuerit consumptum, excipe pauxillum spatulâ, & infrigida, dum videas ita induruisse, uti cum Gummi essent: serva in loco calido, donec in residuo incorporaveris, quo facto, accipe ceram & terebinthinam, fac ut lento igne in se coëant: remotum à calore aliquantulum agitato, donec ad spissitudinem unguenti reducatur: deinde adde gummata jam ante soluta, & uti dictum colata, postea adjunge Magnetem arsenicalem subtiliter pulverisatum, terram vitrioli, & oleum succini: postremò pastillos

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 681 sur 955

los forma, & corio aut vesicæ oleo scorpionum inunctæ involve.

Præparatio Arsenicalis Magnetis hæc est:

℞. Antimonii crudi,
Sulphuris flavi,
Arsenici crystallini ana uncias duas.

Pulverisentur omnia subtiliter, & in vase vitreo in arenam calentem imponantur, & tamdiu in illa relinquantur, donec materia illa omnis colliquescat studiosè à fumo sibi cavendo, id quod inde cognoveris, si materia ferreo stylo tacta illi adhæserit, & terebinthinæ instar duci possit.

Terra Vitrioli sic fit:

℞. Vitrioli Ungarici quantum volueris; sublimetur secundum artem cum æquali portione salis Armoniaci, donec auferantur ejus tria principia, Sal, Sulphur, & Mercurius, & remanebit quædam terra aliquoties aquâ dulci eluenda.

Emplastrum hoc anthracibus pestilentialibus dextrè applicatum, eos illico maturat, rumpit, & venenum ad se rapit; certissimum præsidium, ne venenum retrò intra corpus secedat, & longè aliis Emplastris huic usui destinatis, meritò anteferendum, Vide Mindererum de Chalcantho cap. 7.

ANIMADVERSIONES.

Duo potissimùm in hoc *Emplastro* occurrunt, quæ ingentem redolent absurditatem; *Primò* quidem diuturna illa *gummatum* coctio cum *aceto scillitico*, usque ad recuperatam pristinam eorundem duritiem, in qua violentâ & longâ coctione subtiliores & penetrantiores *gummatum* partes maximè exhalant; *Secundo*, *terræ vitrioli* præparatio & edulcoratio meherclè satis inepta & non intellecta; etenim quod ad præparationem attinet, nullatenus tàm facili negotio tria illa (ficta aliquando) Chymicorum principia, additione *salis armoniaci* & sublimatione à *vitriolo* separantur; Neque sublimatio illa cum *sale armoniaco* succederet, nisi *vitriolum* prius ad rubedinem optimè calcinatum fuerit. Et posito sublimaretur *sal armoniacum* cum *vitriolo non calcinato*, reverà tamen non *terra* lotioni apta, sed *vitriolum solubile* post sublimationem in residuo manere: Sed esto etiam, quòd *terra vitrioli* sublimatione remaneret, attamen illa nullo modo ad hunc destinatum usum edulcorari deberet, utpotè quâ edulcoratione illi demitur omnis vis magnetica (adstrictoria & attractoria) relictâ *terrâ mortuâ*; Idcircò longè satiùs erit *Emplastrum hoc* tali modo parare; videlicet

℞. *Pulv. Gummi Sagapeni,*
Ammoniaci,
Galbani ana ℥ iij,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 682 sur 955

(Tempore enim hyberno *Gummata* illa pulverisari & teri possunt; siqua autem *Galbanum*, quod præ cæteris magis molle, se teri non pateretur, illud priùs in *Terebinthina* huic compositioni deputata solvendum & postea colandum erit,) liquefiant, quantum possibile, leni calore in

Terebinthinæ ℥ vj,

Quibus etiam adde

Ceræ flavæ tantundem,

ac postquam invicem liquefacta sunt, adjunge illis

Olei Succini ℥ ij,

His optimè unitis adjiciantur

Magnetis Arsenicalis ℥ iij,

Terræ Vitrioli à sublimatione salis Armoniaci cum Vitriole calcinato relictæ & nullo modo lotæ vel edulcoratæ, ℥ j,

Pulpæ Scillæ vel etiam Ceparum nostratium ℥ ij.

Fiatque Emplastrum.

EMPLASTRUM DE MELILOTO

MESUE.

℞. Meliloti uncias sex,
Flor. Chamæmeli,
Fœnugræci,
Baccar. Lauri,
Rad. Althææ,
Absinthii ana drachmas tres,
Seminis Apii,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Cassiæ ligneæ,
Ammeos ana drachmam unam semis,
Majoranæ drachmas tres,
Ammoniaci drachmas decem,
Styracis Calamitæ,
Bdellii ana drachmas quinque,
Terebinthinæ unciam unam semis,
Ficuum pinguium numero duodecim,
Sevi Hircini,
Resinæ ana uncias duas semis,
Ceræ uncias sex,
Olei Sampsuchini,
Nardini ana uncias tres.

Aquæ

Aquæ decoctionis Meliloti, Fœnugræci, & Chamæmeli ana quantum ſufficit ad infundendum: coquantur ad medias, deinde incolaturam immiſſit triturandis ſubtiliſſimè pulveriſatis rurſum coquantur, additis oleis, Terebinthina, & ſimilibus, gummisque in aceto diſſolutis. Poſtremò addantur radices & ficus ſimul coctæ, ac benè contuſæ. Miſce, fiat Emplaſtrum.

Malacticum celebre ad inveteratas durities jecoris, lienis, ventriculi, viſcerum, & reliquarum partium emolliendas, hypochondriorum tenſionem laxandam, flatus reſolvendos, ac dolorem à frigido ſedandum. Eo utimur in materia craſſa & frigida, & in inguinum bubonibus ad incidendum, emolliendum, attenuandum, diſcutiendum, & calefatiendum.

ANIMADVERSIONES.

OMnes propemodùm Pharmacopœi, poſtpoſito inſufficienti hoc præſcripto præparandi modo, *Emplaſtrum* hoc ſimpliciter conficiunt, liquando ſcilicet quæ liquari poſſunt; liquefactus demùm & permixtis reliqua in pulverem redacta, *Ammoniacum* verò in *aceto* ſolutum, *Ficusque* in pulpam converſas admiſcent, & quidem benè, nam coquendo omnia, multùm de rerum aromaticalium & odoriferarum fragrantiâ & penetrante ſubtili eſſentiâ deperditur; Hæc tamen ipſorum præparandi ratione non obſtante, ego adhuc aliam non minus elegantem & proficuam ſubjungam, ſcilicet

℞. *Pulv. ſeminis Fœnugraci,*
Radic. Althææ,
Baccarum Lauri,
Florum Chamomillæ ana drach. iij,
Ireos,
Semin. Ammeos ana drach. j ß.
Meliloti viridiſſimi ℥ *ij,*
Abſinthii viridiſſ. drach. ij,
Pulpæ Ficuum ℥ *ij.*

Coquantur in ſ. q. *decocti priùs facti* ex *Meliloto*, *floribus Chamomillæ*, *Abſinthio* & *Spica Indica*, ad conſiſtentiam *Cataplaſmatis durioris*, lento igne, continuò & ſtudiosè agitando, ne fundo vaſis vel patellæ adhærendo *ſpecies* comburantur; Huic *Cataplaſmati* adde

Styracis Calamitæ drach. v, ſolutæ in
Terebinthinæ ℥ *j ß*, *& colatæ*, item
Ammon. pulver. in aceto ad pultis formam ſoluti drach. x.

Sequentia autem invicem liquata & colata, nimirùm

Sevi Hircini,
Reſinæ ana ℥ *ij ß*,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 684 sur 955

Ceræ ℥ vj,
Olei Sampſuchini,
Nardini ana ℥ iij,

Ultimò etiam inſpergantur pulveres ſequentes;

Pulv. herb. Meliloti viridiſſ. ℥ v,
Flor. Chamomillæ,
Abſinthii ana ℥ iij,
Semin. Apii,
Cardamomi,
Cyperi,
Cinamomi opt. ana ℥ ß,
Majoranæ viridiſſ. ℥ iij.

Miſce, exactè aliquandiu agitando, fiat *Emplaſtrum* priori efficacius.

EMPLASTRUM DE MINIO VIGONIS.

℞. Olei Roſati libram unam ſemis,
Myrtini,
Unguenti Populeonis ana uncias quatuor,
Pinguedinis Gallinæ uncias duas,
Porcinæ uncias ſeptem,
Sevi caſtrati,
Vaccini ana libram ſemis,
Lithargyri auri,
Argenti ana unc. tres ſemis,
Ceruſſæ uncias quatuor,
Minii uncias tres,
Terebinthinæ uncias decem,
Ceræ quantum ſufficit.

Fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Vlnera & ulcera antiqua & maligna potenter curat.

ALIUD NICOLAI MASSÆ.

℞. Minii libras duas,
Olei Roſacei uncias viginti,
Picis navalis uncias quatuor.

Bulliant omnia ſimul, donec per cocturam redigantur ad formam Cerati: deinde adde

Terebinthinæ uncias duas.

Miſce; poſtea ſic calidum projice in ſitulam aquæ frigidæ, & dimitte

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 685 sur 955

mitte refrigerari, postmodum manibus ducatur ad optimam permistionem.

Commendatur ad vulnera pectoris penetrantia, & ad ulcera quàm plurima antiqua, ac difficilis consolidationis. Massæ parte 2. fol. 96.

ANIMADVERSIONES

In Emplastrum de Minio primum & secundum.

BOnitas hujus *Emplastri* communiter à vulgo ex colore rubro judicatur; ast qui ex hisce ingredientibus, iis non mutatis, *Emplastrum* debitam habens consistentiam & colorem competentem parabit, istum sanè magnifecerim; quod si volupe fuerit, paretur tali modo:

℞. *Olei Rosati* ℔ j ß,
Myrtini,
Unguenti Populei ana ℥ iiij,
Pingued. Gallinæ ℥ ij,
Porcinæ ℥ vij,
Lithargyrii auri.
Argenti ana ℥ viij,
Ceruſſæ ℔ j,

Coquantur igne lento, addito semper de *aceto fortissimo s. q.* ne nigrescat, ad consistentiam *Emplastri durioris*, cui adde

Sevi Castrati,
Vaccini ana ℔ ß,
Terebinthinæ ℥ vj,
Ceræ ℥ x,
Minii cribrati ℥ iiij, *vel* vj.
Fiat Emplastrum.

Nota; quod impossibile sit ob inconcinnam rerum commixtionem cunctorum hujus compositionis ingredientium vires sartas tectas servare, utpotè *olei rosarum* & *unguenti Populei*, quorum qualiscunque etiam fragrantia in præparatione præfata ut pereat necessum est.

Alterum Nicolai Massæ parari potest.

℞. *Minii cribrati*,
Olei Rosacei ana ℥ xx.

Coquantur additâ *aceti fortis destill. s. q.* ad Emplastri consistentiam (lento igne ne nigrescat, spatulâ continuò agitando,) cui adde iterùm

Minii cribrati subt. ℥ iiij, *vel* v,
Picis ℥ iiij.
Terebinth. ℥ ij. Fiat Emplastrum;

EMPLA-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 686 sur 955

EMPLASTRUM NERVINUM VIGONIS.

℞. Olei Chamomillæ,
Roſarum ana uncias duas,
Maſtichini,
Terebinthinæ,
Lini ana unciam unam ſemis,
Terebinthinæ claræ uncias quatuor,
Sevi Vituli caſtrati,
Hircini ana uncias duas ſemis,
Herbarum Roriſmarini,
Betonicæ,
Caudæ equinæ,
Centaurii ana manipulum unum,
Vermium terreſtrium lotorum & purgatorum in vino uncias tres,
Coque ſimul in vino
Radic. Rubiæ tinctorum drachmas decem,
Hypericonis fol. & ſem. ejus ana manipulum unum,
Maſtiches pulveriſatæ,
Gummi Elemi ana drachmas decem,
Picis navalis,
Reſinæ ana unciam unam ſemis,
Sagapeni,
Galbani,
Ammoniaci ana drachmas tres.

Diſſolutis Gummi in aceto cum cyatho uno vini odoriferi aliquantulum contundantur, poſtea decoquantur & exprimantur: cui expreſſioni addantur

Lithargyri auri,
Argenti ana unciæ duæ ſem.
Minii unciæ duæ.

Iterum bulliant in primis lento igne, baculo agitando, ignem deinde vigorando; bulliant donec acquirat colorem ſubnigrum. Quo facto, cum cera nova ſufficiente, fiat Emplaſtrum in bona forma.

E *Mollit, digerit, reſolvit, nervoſarum partium malis cumprimis utile.*

MOdus compoſitionis eſt, ut herbæ, radices Rudiæ, & vermes terreſtres coquantur in ſufficienti quantitate vini odoriferi & oleorum ad vini conſumptionem. Expreſſo adjiciantur Terebinth. Sevum, Maſtiche per ſe trita, & Gummi diluta aceto: tùm coquantur

tur ad justam consistentiam, addendo ceram sufficientem, & sub finem decoctionis addenda Lithargyrum & Minium.

ANIMADVERSIONES.

EX tam dissonanti rerum congerie *Emplastrum hoc* constructum est, ut satis mirari nequeam; Secundus item ille in *Animadversionibus* superadditus præparandi modus, priori inepto multò ineptior est, & si omnes hujus *Emplastri*, tàm quoad compositionem, quàm præparationem ejusdem commissos errores enumerare lubido esset, integra pagina mihi non sufficeret; Nec etiam possibile est, ut omnes ipsius errores servatis singulis ingredientibus corrigi & emendari possint; nam ubi unum horum conservabimus, alterum ibimus perditum; Nihilominus tamen dexteriorem ejus, quantùm poterimus, moliemur præparationem; Utpotè

℞. *Herbar. Rorismarini,*
Betonicæ,
Centaurii ana M j,
Vermium terrestrium mundat. ℥ *iij,*
Radic. Rubiæ Tinct. ℥ *x,*
Folior. Hyperici,
Seminis ejusdem ana M j.

Coquantur in *vini & aceti ana* ℔ *j* ß, ad medietatis exhalationem; postea colentur & exprimantur, colaturâ asservatâ. Jam

℞. *Oleor. Chamomillæ,*
Rosarum ana unc. ij ß,
Lini,
Olivarum (pro Mastichino)
Terebinthinæ rubræ ana unc. j sem.
Lithargyrii auri,
Argenti ana unc. iij,
Minii unc. ij

Coquantur lento igne semper affundendo de *superiori decocto*, relictis tamen *hujus decocti unciis duabus vel tribus* pro dissolutione *Gummatum)* ad justam *Emplastri* consistentiam; Cui addantur sequentia liquata invicem ac per linum transcolata, scilicet

Sevi Vituli,
Hircini ana unc ij sem.
Picis navalis,
Resinæ ana unc. j sem.
Ceræ flavæ unc. iij.

His mixtis dissolvantur in

Tert-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 688 sur 955

Terebinthinæ unciis quatuor,
Pulv. Gummi Elemi ℥ x,
Mastichis ℥ j, drach. vj,

& priori Emplastro etiam addantur: Tandem in superiori asservato *decocto acido* dissolve

Pulv. Gummi Sagapeni,
Ammoniaci,
Galbani ana drach. iij.

ad formam pultis & sensim semi refrigerato *Emplastro* admisce, prout sæpius edocui.

Nota; quod, *Emplastrum hoc* vel nigrum, vel gryseum mediante coctione fieri possit, vel etiam rubrum, ultimò admixto *Minio*. *Oleum simplex* sive *Olivarum* substitui pro *Mastichino*, è contra verò sub finem pondus *Mastichis* debitè auxi, quo ipso quæ in *oleo* superiùs defuit, *Mastichen* restitui, nam *oleum Mastichinum* huic coctioni non dextrè aut prudenter adderetur.

EMPLASTRUM NIGRUM.

℞. Colophoniæ,
Resinæ,
Picis navalis,
Ceræ albæ,
Vitrioli Romani,
Cerussæ,
Olibani,
Myrrhæ ana uncias octo,
Mastiches unciam unam,
Olei ovorum uncias duas,
de Spica unciam unam,
Juniperi ex granis uncias tres,
Rosarum uncias septem,
Mumiæ uncias duas,
Terræ Sigillatæ,
Sanguinis Draconis ana unciam unam,
Vitrioli albi,
Coralli rubri ana uncias duas,
Axungiæ Ardeæ unciam unam,
Thymalli uncias tres,
Lapidis Magnetis præparati uncias duas,
Lumbricorum præparatorum,
Camphoræ ana unciam unam,
Fiat Emplastrum secundum artem.

PErquàm *efficax ad recentia vulnera & punctura.*

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 689 sur 955

ANIMADVERSIONES.

SI dextra fieri debet *Emplastri* hujus præparatio, necessum est ut ingredientia, quæ adeò confusè conglomerata sunt, priùs in ordinem redigantur, ideoque paretur modo sequenti;

℞. *Olei Rosarum* ℥ vij,
Axungiæ Ardeæ ℥ j,
Thymalli sive Asciæ piscis ℥ iij,
Cerussæ cribratæ ℥ viij,
Vitrioli albi,
Romani in aqua simpl. solutor. ana ℥ iv.

Coquantur simul igne paulò fortiori ad dissolutionem *Cerussæ*, & nigredinem, *Emplastrique consistentiam*, cui admisce sequentia simul liquefacta, & per qualum vel linum colata scilicet

Colophoniæ,
Resinæ,
Picis navalis,
Ceræ flavæ ana ℥ viij,

His unitis adjunge etiam

Mastichis in unciis duabus
Olei ovorum solutæ, ℥ j,

Nec non sequentes pulveres

Olibani sive Thuris,
Myrrhæ ana ℥ viij.
Mumiæ ℥ ij si lubet
Terræ sigillatæ,
Sanguinis Draconis ana unc. j,
Coralliorum rubr.
Lapidis Magnetis præp. ana unc. ij,
Lumbricorum præpar. unc. j.

Agitentur aliquandiu in calore, donec benè invicem unita & liquefacta sint, quibus demùm jam frigescere incipientibus adde

Olei Spicæ unc j,
Olei Iuniperi ex granis unc. iij, in quibus
Camphoræ unc. j, in vase clauso, leni calore soluta sit, fiatque Emplastrum.

EMPLASTRUM OPODELTOCH
D. D. MINDERERI.

℞. Ceræ novæ mundissimæ libram unam,

Terebin-

Terebinthinæ Venetæ claræ libram ſemis,
Gummi Elemi uncias tres,
Olei Hyperici,
Myrtini ana unciam unam ſemis.

Liquefiant ſimul omnia, & poſtquàm diffluxerint, adde eis ſequentia, nempe

Gummi Ammoniaci mundi,
Galbani,
Opopanacis ana drachm. tres,
Colophoniæ drachmas ſex,
Mumiæ ſelectæ,
Succini albi pellucidi ana drachmas duas,
Olibani albi,
Maſtiches purificatæ,
Sanguinis Draconis,
Sarcocollæ à recrementis purgatæ ana drachmam unam ſemis,
Aloës Epaticæ drachmam ſemis,
Myrrhæ drachmam unam.

Diſſolvantur gummi in aceto, junganturque ſimul commodè ac ſecundum artem, agitando ſingula, ac ubi fermè refrixerint, paulatim ac ſtudiosè injice

Lapidis Magnetis præparati drachmas ſex,
Croci Martis ex arte ſine corroſivo concinnati,
Tutiæ præparatæ ana unciam unam,
Lapidis Calaminaris præparati uncias quinque,
Lithargyri auri unciam unam,
Colcotharis indulcati, ſeu terræ Vitrioli mortuæ ac dulcificatæ uncias duas.

Rediganturlege artis in Emplaſtrum, quod frigefactum dureſcat. Qui mollius habere id optaverit, Terebinthinæ, ac oleorum ſupradictorum quantitatem nonnihil adaugeat; Alioquin rectè ſic ſubſiſtit.

Notandum quoque, poſſe Emplaſtro huic adjici

Succum Alchimillæ,
Symphyti,
Veronicæ,
Pyrolæ,
Saniculæ,
Conſolidæ mediæ, vel Sarracenicæ,
Telephii,
Nicotianæ,
Numulariæ, aut
Fol. quercus.

Empla-

EMplastrum hoc magnæ efficaciæ est ad vulnera recentia, ea enim protinùs persanat, spicula, tela, cuspides, dummodò ossibus fixæ non hæreant, itemque crines, paleas, ac resegmina, aut quæ vulneri inciderint, extrahit, symptomata vulneribus infensa ac periculosa, si citò applicetur, antevertit ac præcavet; tumores, affluxusque humorum, qui casæ ac offensæ parti incumbere solent, reprimit; ac dissolutam unitatem citò conjungit, consolidat, ac cicatrice claudit.

ANIMADVERSIONES.

TAnta extant hinc indè apud Authores plurimos hujus *Emplastri* encomia, ut plerique quo universali omnium vulnerum & ulcerum consolidativo id habeant, proindè æquum est, ut sedula & exquisita ejus fiat præparatio, & quidem in modum sequentem:

℞. *Terebinth.* ℥ *vij.*

In quibus dissolvantur vel liquefiant

Pulv. Gummi Ammoniaci,
Opopanacis,
Galbani puri vel granorum, (ut non necessum sit ea à fæcibus suis per colaturam purgare, aut cum aceto multum coquere, cùm ipsorum partes subtiliores coctura evanescant) *ana* ℥ ß,
Pulv. Myrrhæ ℥ *ij*,
Thuris ℥ ß,

Quibus solutis aut liquefactis, adjungantur

Olei Terebinthinæ rubri ℥ *ij*, in quo oleo
Gummi Elemi ℥ *ij*,
Mastiches elect. & pulv. nec non
Tacamahacæ ana ℥ ß,

patiter soluta aut liquefacta prius sint. Item

Colophoniæ liquat. ℥ j ß, cum
Ceræ flavæ & novæ ℔ j,
Aloës Epat. cum succo Pyrolæ in formam pultis solut. ℥ j ß,

Tandem etiam pulveres sequentes, utpotè

Succini albi pellucidi præpar. ℥ ß,
Sanguinis Draconis,
Sarcocollæ ana ℥ *ij*,
Lapidis magnet. cum succo Nicot. & fol. quercûs præp. ℥ i,
Croci Martis solâ reverberatione *facti & non edulcorati,*
Tutiæ in succo Symphyti vel Alchimillæ semel extinctæ & cum iis ipsis levigatæ ana ℥ j,
Lapidis Calaminaris priùs candefacti, ac in succis Pyrolæ ac Symphyti extincti, & cum iisdem præparati ℥ v,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 692 sur 955

Sacchari Saturni cum ſucci Pyrolæ & conſolidæ ana unc. iij, ſoluti & ad pultis vel olei formam iterùm inſpiſſ. unc. j. Colcothari in deſtillatione ſpiritûs vitrioli relicti non edulcorati, ſed poſtquam extremâ ignis reverberii violentiâ totaliter omnis humiditas & ſpiritus expulſi ſunt, aſtris vernali tempore per ſeptimanam unam vel alteram expoſiti, à Sole verò interdiu remoti ℥ ij.

Et ſi lubet, addantur etiam ultimò

Succor. inſpiſſat. Alchimillæ,
Symphyti radic.
Pyrolæ,
Saniculæ,
Millefolii,
Folior. Quercûs,
Conſolidæ Sarracen. ana ℥ ß.

Fiatque *Emplaſtrum nobile* diû multumque in diplomate calore leni agitando, ut ſpecies omnes eò meliùs invicem uniantur.

Notandum, quod aliqui pro meliori præparatione *Magnetis* præcipiant eundem vel *oleo* vel *eſſentiâ Martis* ſaturatè imprægnari, putantes *Magnetem* hac ratione in operationibus ſuis & actionibus in diſtans, uti vocant, plurimum fortificari, adeoque ad cuſpides ac ſpicula extrahenda multò potentiorem & longè efficaciorem reddi: Aſt hi meo quidem judicio inſigniter falluntur, & contrarium potiùs ſuæ intentioni moliuntur. Etenim in aprico eſt, *Magnetem* non ſecùs ac aliæ ſubſtantia finitæ, non habere infinitam ferrum attrahendi potentiam, ſed pro ratione magnitudinis & bonitatis ſuæ à natura ſibi conceſſæ, ſcilicet quantum illa permittit, ſolummodò attrahere, & ſi ultrà modum vel ordinarium pondus ipſi de *Ferro* adjiciatur, nihil quicquam ampliùs trahere, imò inſuper etiam debilitari; Idem etiam contingit in præparatione aut confortatione *Magnetis*, modo prædicto cum *oleo* vel *eſſentiâ Martis* peragendâ; namque ubi *ille* ſemel ſat ſufficienterque *Ferri eſſentiâ* imbutus fuerit, ulteriùs nil quicquam ampliùs ad ſe allicere vel attrahere, neu ſpicula vel cuſpides è vulneribus extrahere poterit. Cæterùm etiam palàm eſt, & plurimorum experimentis conſtat, *Magnetem* trahere *ferrum* ab unâ, repellere verò à parte altera, vel ſaltem ab illa parte non trahere, ſed potiùs, ſuam cuicunque *ferro* communicatam virtutem attractivam ab altera parte ad ſe denuò revocare. Jam ſi tritus fuerit *Magnes*, aut in alcohol redactus, ecquis atomorum iſtarum, rebus pinguibus ac reſinoſis intermixtarum, inveſtigabit & diſcernet latera ſeptentrionalia aut meridionalia, eaque debito modo ad extrahenda ſpicula corpori vel vulneri accommodabit? Conſulatur hac de re *ſubtiliſſimus Athanaſius Kircherus in Opere de arte Magnetica libro tertio de*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 693 sur 955

de Magnetismo Medicinalium pag. 688. & sequentibus, ubi tractat de Cultrivoris Bohemo & Prutenico, eorundemque curatione per Emplastrum ex Magnete factum. Ex his patet, quàm malè sæpenumerò res conjungamus, quàm stupidè & stultè ipsas non raro præparemus; Quanta non inest vis & efficacia trahendi *ferrum magneti integro*, cujus vena septentrionalis laminâ ferreâ comprehensa est! ast is idem *magnes* jam tritus, quàm invalidus ille, quamque exiguâ aut penè nullâ pollet *ferrum* alliciendi virtute! An non de aliis *lapidibus & gemmis preciosis*, *succino* item, aliisque simili vi magneticâ dotatis idem fiat, perpendet & judicet Lector benevolus, cùm vis unita semper fortior sit dispersâ. Ex prædictis jam in facili est colligere, quales quantasque virtutes ego ex tam multifariis, tot contrariis, tamque ineptè sæpenumerò corrasis ingredientibus fabrefactis *compositionibus* (quarum in hoc Dispensatorio cornu copiæ est) virtutes adscribere possim, maneo nihilominùs, in formulis usitatis, quas tamen nec impensè laudo, nec nimiùm vitupero, quin potiùs ansam præbeo ulteriùs inquirendi.

Notare etiam circa hanc præparationem conducibile erit, quòd *edulcoratio terræ vitrioli* similiter rationi non usque quaque consentanea sit: Nam si probè sufficienterque *vitriolum* calcinatum, omnique aquositate & spiritu privatum sit, necquicquam ampliùs corrosivum est, nec salsedine abundat, nisi ex aëre, si fortè ad aliquod tempus repositum fuerit, de novo eam attraxerit, quæ tamen salsedo tantum abest ut *vitrioli*, quin longè alias & peregrinas redoleat virtutes: Itaque si huic *Emplastro*, adstringendi saltem gratiâ *terra vitrioli* addatur, eam neque edulcorare neque astris imprægnare consultum esset; Eadem de *Croco Martis* ratio est; Nam ubi adstringere volupe fuerit, humectantia stipticis admiscenda non sunt, & viceversâ. Hinc etiam manifestum evadit, quàm difficilis & ardua res sit, ex tàm multifariis, sibique invicem repugnantibus speciebus utiles efformare *compositiones*.

OXYCROCEUM COMMUNE

Ex Nicolao.

℞. Ceræ,
Picis,
Colophoniæ,
Croci ana libram unam,
Terebinthinæ,
Galbani,
Ammoniaci,
Myrrhæ,
Olibani,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 694 sur 955

Maſtiches ana uncias quatuor,
Aceti phialam unam.

Galbanum & Ammoniacum in aceti ſufficienti quantitate diſſolvantur, & rurſus ad lentorem coquantur, donec acetum in vaporem evanuerit; tunc addantur liquefactis ſimul Cera, Pix, Colophonia & Terebinthina: Poſtquàm omnia ſunt commixta, inſpergito etiam Myrrham, Olibanum & Maſtichen ſubtiliſſimè trita; poſtremùm verò etiam Crocum, per ſe in tenuiſſimum pulverem redactum: ac fiat ſecundum artem Emplaſtrum.

AD contuſa, oſſium fracturas, nervorum dolores, & abſceſſuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum, Emplaſticum quoque & gignendo callo habile.

ANIMADVERSIONES.

IN hoc *Emplaſtro Croci* quantitas nimia eſt, neque etiam convenit, ut *pulveres*, qualeſcunque etiam illi ſint, in *Emplaſtris* unà cum *cera* aut *reſinis* æquale pondus habeant; nec tam vili precio venditur *Crocus*, ut eum adeo largiter citrà neceſſitatem profundamus, neu, quod magis eſt, tanta *Croci* quantitas *Emplaſtro* huic imprimi poteſt; Ideoque ejus pondus diminuendum & taliter *Emplaſtrum* conficiendum erit; nimirùm

℞. *Picis.*
Ceræ flavæ,
Colophon. ana ℔ j,
Terebinth. ℥ v,

Junctim liquata, & per linum colata, calida aſſerventur, hinc

Pulv. Croci ℥ ij,

in *vino* infundantur, dilutæ ad formam pulticulæ, quâ interim etiam aſſervatâ, diſſolve in *ſ. q. aceti*,

Gum. Ammoniaci triti,
Galbani electi ana ℥ iiij,

ad formam pultis, quibus paulatim & alternatim adde mox de ſuperioribus liquatis portiunculam, mox etiam drachmam unam vel alteram ad *pulveribus ſubſequentibus*, utpotè

Myrrhæ,
Thuris,
Maſtichis ana ℥ iiij,

nec non de *Croco ſuperius infuſo* aliquantillum, donec omnia ſic alternatim immiſſa & commixta ſint; poſtea benè liquata, probè agitentur, non tamen ſupra ardentem flammam, (prout ſæpiùs monui) ſed in diplomate, id eſt, in M. B. collocando nimirùm vel immergendo ultra medietatem patellam, in qua primò *Gummata*, poſtea totum

totum compositum commixtum fuerit, in aquam calidam & ferè ferventem, taliter enim omnia optimè unientur, & in massam minimè friabilem aut grumosam, sed optimè ductilem coibunt; & postquam cuncta junctim sic unita & liquata sunt (non cocta, quod observandum,) ipsa sub continua agitatione refrigerari sinas, efformesque magdaleones.

Nota; quod *Gummata* quædam, utpotè *Galbanum*, *Opopanacum*, *Ammoniacum*, longè melius solvantur aut liquentur in *Terebinthina* quàm in *aceto*; nam quæ fit cum *aceto*, præsertim in calore liquatio, propria *horum gummatum* solutio non est; propterea etiam non consultum est, ea cum *aceto* multùm coquere, sed tantum de *aceto* solummodò addere convenit, ut ex illis maximè pulverisatis (quod tempore hyberno commodè fieri potest,) pulticula efficiatur, ne sub coctione diuturnâ partes ipsorum magis subtiles & penetrantes evanescant, vel etiam, si libet, in *Terebinthina* solvantur; quod autem in hoc *Emplastro* & multis aliis fieri nequit, ob *Terebinthinæ* paucitatem & *Gummatum* copiam.

OXYCROCEUM VIGONIS.

℞. Olei Myrtini,
Rosarum,
Omphacini ana libram unam semis,
Succi radicum Althææ libras duas,
Rad. & folior. Fraxini,
Consolidæ minoris,
Folior. Myrti ana manipulum unum.

Omnia prius aliquantulùm contusa, bulliant in vino nigro, quantum sufficit ad consumptionem medietatis, cum
Myrrhæ,
Thuris ana unciâ semis.

Deinde fortiter colentur, cujus colaturæ addantur
Sevi Hircini libra semis,
Terebinthinæ unciæ duæ,
Mastiches uncia una.

Iterum cum prædictis oleis bulliant ad consumptionem decoctionis. Postmodum colentur, addendo
Lithargyri auri,
Argenti ana uncias tres,
Boli Armenæ,
Terræ sigillatæ ana uncias duas,
Minii drachmas decem.

Coquantur lento igne, & cum cera nova sufficiente semper baculo agitando; Fiat Emplastrum.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 696 sur 955

Perperàm hoc Emplastrum à Vigone dicitur Oxycroceum, cùm aceto & croco careat; nomen tamen immutare noluimus, quia ejusdem usus diuturnior jam invaluit, de quo tamen benevolum Lectorem monere placuit.

ANIMADVERSIONES.

Mirabilis structuræ *compositio* hæc est, ab Authore penitùs non intellecta, ex qua non nisi mutatis ingredientibus *Emplastri* debita consistentia confici potest; Posset itaque hæc *compositio* meritò omitti, & cum aliis consimilibus eradicari, cùm longè meliores abundantur prostent; Nihilominùs si forsitan ab aliquo expetatur, addam ejus præparationem talem:

℞. *Succi radicum Althææ* ℔ ij,
Radic. & foliorum Fraxini,
Consolid. minor.
Folior. Myrti ana recent. M j,
Oleor. Rosarum,
Myrti,
Omphacini ana ℔ j ß.

Coquantur ad consumptionem humiditatis, fiatque colatura cum expressione forti; *oleo expresso* adde

Lithargyrii auri,
Argenti ana ℔ j

Coquantur ad dissolutionem *Lithargyrii* & consistentiam *Emplastri*; cui adde

Sevi Hircini ℔ ß,
Ceræ flavæ ℥ iij,
Terebinth. ℥ ij, in qua
Mastichis ℥ j liquata sit,
Pulv. Myrrhæ,
Thuris ana ℥ ß,
Boli Armenæ,
Terræ sigillatæ ana ℥ ij,
Minii ℥ ß.

Fiat Emplastrum.

Nota; si ex enumeratis *radicibus* radulâ tritis, per se succus exprimi nequeat, imprægnetur rasura aliquâ quantitate *aquæ*, vel substituatur earum *radicum mucilago*.

EMPLASTRUM DIAPHOENICON CALIDUM MESUE.

℞. Ceræ uncias duas,

Olei

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 697 sur 955

Olei rosati,
Nardini ana uncias quatuor.
Simul liquentur, deinde
℞. Dactylorum siccorum numero quadraginta,
Panis bis cocti drachmas octo.
Macerentur in vino odorato biduum; postea
℞ Carnis Cydoniorum in vino coctæ unciam unam.
Contundantur & permisceantur superioribus; & adde subsequentia in mortario benè contusa;
℞. Masticbes,
Thuris,
Absinthii Romani ana drachmas duas semis,
Ligni Aloës,
Macis,
Myrrhæ,
Aloës lotæ,
Spicæ Nardi,
Acaciæ,
Galliæ Moschatæ,
Trochiscorum Ramich,
Calami Aromatici ana drachmam unam,
Ladani drachmas duas.
Misce, fiat Emplastrum.

Ventriculum & hepar firmat, ob id lienteriam & dysenteriam hepaticam juvat. Id verò quod frigidum dicitur, ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa suscipiat, roborat, coctionem adjuvat, ob hæc vomitum, choleram morbum, lienteriam ac fluxum hepaticum, prout & sequens, coërcet.

EMPLASTRUM DIAPHOENICON FRIGIDUM EJUSDEM.

℞. Dactylorum maturitati proximorum, in vino austero coctorum uncias quinque,
Panis bis cocti unciam unam,
Carnis Cydon. in vino austero coctæ unciam unam semis,
Styracis Calamitæ,
Masticbes,
Ladani,
Florum Acaciarum,
Rosarum rubearum,
Santali citrini,
Trochiscorum Ramich,
Myrrhæ,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 698 sur 955

Ligni Aloës ana drachmas quatuor,
Ceræ uncias quatuor,
Olei roſacei uncias quindecim,
Vini auſteri quantum ſufficit.
Fiat Emplaſtrum.

ANIMADVERSIONES

In Emplaſtrum Diaphœnicum calidum & frigidum.

PArùm admodum inter ſe differunt hæc duo *Emplaſtra*, quoad caloris vel frigoris temperaturam, ambo enim ex rebus calidis & adſtringentibus confecta ſunt; Igitur prioris conficiendi modum heîc apponam, ex quo alterius præparatio facilè eluceſcet:

℞. *Pulp. Dactyl. cum aceto vel vino cydoniato confect.* ℥ vj.
Panis biscocti triti ℥ j,
Pulp. Cydoniorum ℥ j ß,
Aloës in vino cydon. ſolut. ℥ ij,
Succi Acaciæ concreti, in ſucco vel vino Cydon. ſoluti ℥ ß,
Abſinthii pulveriſati ℥ iij,
Succi Cydon. vel Granat. aut etiam aceti parùm, vel q. ſ.

Coquantur igne lento ad conſiſtentiam *cataplaſmatis durioris*, continuò & ſine intermiſſione ſpatulâ agitando, ne *ſpecies* fundo patellæ adhærentes, comburantur, & Empyreuma contrahant; Huic *Cataplaſmati* adde

Olei roſarum,
Nardini ana uncias tres,
Ceræ flavæ unc. v,
Pulv. Maſtichis,
Thuris,
Myrrhæ ana ℥ ß,
Ligni aloës,
Macis,
Spic. Nardi,
Gall. Moſchat.
Calami aromatici,
Trochiſcorum Ramich ana ℥ j,
Ladani ℥ iij, *vel* ℥ ß.

Fiat ex omnibus benè mixtis *Emplaſtrum ſtomachale.*

Nota; loco *Gall. Moſchatæ*, *Ambræ in oleo Nuciſt. ſolut.* ℈ j, *Moſchi in vino ſoluti gr. vj, & ligni aloës* ℥ ß; Loco autem *Trochiſcor. Ramich*, ſi recentes non proſtarent, centeſima & ſexageſima circiter pars totius compoſitionis, aut quod clariùs, pro qualibet *uncia una ingredientium horum trochiſcorum gran. iij*, & pro qualibet *drachma una tertia quaſi pars unius grani*, ſubſtitui poſſunt.

EM-

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO VIGONIS.

℞. Olei Chamomillæ,
Anethini,
de Spica,
Liliorum alborum ana uncias duas,
De Croco unciam unam,
Pingued. Vituli libram ſemis,
Euphorbii drachmas quinque,
Thuris drachmas decem,
Olei Laurini unciam unam ſemis,
Axungiæ Viperinæ uncias duas ſemis,
Ranarum viventium numero ſex,
Lumbricorum lotorum in vino uncias tres ſemis,
Succi rad. Ebuli,
Enulæ ana uncias duas,
Schœnanthi,
Stœchadis,
Matricariæ ana manipulum unum,
Vini odoriferi libram unam.

Bulliant omnia ſimul ad conſumptionem vini, colaturæ adde
Lithargyri libram unam,
Terebinthinæ claræ uncias duas,
Ceræ flavæ uncias ſex,
Styracis liquidæ unciam unam ſemis.

Poſthæc ab igne depone, & ubi refrixerit, adde
Argenti vivi ſalivâ hominis jejuni extincti uncias quatuor,
Miſce diu piſtillo, & fac Emplaſtrum.

Hoc Emplaſtrum debet etiam parari ſine Mercurio.

Valet egregiè in diſſipandis doloribus artuum, homoplatarum, coxendicumque à lue venerea inveterata obortis, partibus robur conciliat, virulentiam luis ſub madoris ſpecie extrahit, & implacabiles dolores conſopit. Quod ſine Mercurio paratur, doloribus ex frigida cauſa obortis confert.

ANIMADVERSIONES.

UT propemodùm ad unam omnes *Emplaſtrorum compoſitiones* ſatis inconcinnè & abſurdè conſcriptæ ſunt, ita nec, quam in præſens ventilamus, *Emplaſtri* formulâ ſuâ abſurditate caret; quam quis illicò deprehendit, ſi modò *Argenti vivi extinctionem cum ſaliva jejuni hominis* perpendere non gravatur; Quis, rogo, aſſervabit *hujus ſpurcitiei libram unam* vel *alteram*, quâ pro diſſolvendâ aſ-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 700 sur 955

ſignatâ quantitate *Argenti vivi* opus eſſet, & quis tantam copiam aquoſitatis *Emplaſtro* huic commiſcere poterit, ſervatâ juſtâ *Emplaſtri* conſiſtentiâ, & viribus *Mercurii* integris? Itaque nugis his poſtliminio poſitis, tranſeamus ad aliam hujus *Emplaſtri* præparationem, præſcriptâ multò meliorem & longè efficaciorem ſcilicet

℞. *Argenti vivi* ℥ iiij,
Solvatur *in ſ. q. aquæ fortis*, cui adde
Axungiæ Viperinæ vel Serpentum ℥ iij,
Olei Liliorum alborum ℥ ij.

Coquantur leniter in vitro capaciori & amplioris orificii ad *aquæ fortis* exhalationem, donec nimirùm ejus guttula una vel altera in ignem projecta ſtrepitum ampliùs non edat, eritque maſſa, ubi refrixerit, duriuſcula, citò tamen & in leni calore liquabilis, quæ interim calida aſſervetur. Poſtea

℞. *Ranarum viventium numero x*,
Lumbricorum abſque lotione purgat. unc. iij ß,
Schænanthi,
Stœchadis,
Matricariæ, *ana* M j,
Croci drach ij,
Succi radicum Ebuli,
Enulæ ana ℥ ij,
Aceti vini fortis ℔ ij ß.

Coquantur ad dimidias, colaturâ per expreſſionem factâ pariter aſſervatâ; Tùm demùm

℞. *Olei Chamomillæ*,
Anethini,
De Spica cocti ana ℥ ij ß,
Laurini ℥ j ß,
Pingued. vel Sevi Vitulini ℔ ß,
Lithargyrii triti ℔ j.

Coquantur lento igne (addendo ſemper aliquid de *ſuperiori decocto* cum *aceto* facto, uſque dum totum *decoctum* additum ſit,) ad conſiſtentiam *Emplaſtri* durioris gryſei in colore, cui ab igne remoto adde

Terebinthinæ claræ ℥ ij,
Ceræ flavæ ℥ vj,
Et his liquatis etiam
Pulv. Euphorbii ℥ v,
Thuris ℥ x; nec non
Argentum vivum ſuperius ſolutum, & cum axungia Serpentum & oleo Liliorum alborum coctum.

Agito-

Agitentur benè in calore leni, admiſcendo ſub finem; ubi jam omnia ſemi refrigerata fuerint,

Styracis liquidæ ℥ j ß.

Fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE RHABARBARO JOANNIS MANARDI.

℞. Rhabarbari electi unciam ſemis,
Aloës hepaticæ unciam unam,
Lixivii fortis libram unam,
Saponis Veneti libram ſemis,
Ceræ uncias duas.
Decoquantur ad duritiem juſtam.

Commendatur ad duros tumores, & tophos præſertim in morbo Gallico.

EMPLASTRUM SANTALINUM, Olim INCOGNITUM dictum.

℞. Ceræ novæ uncias quatuor,
Reſinæ uncias quinque ſemis,
Santali rubri,
Vini ſublimati ana unciam unam ſemis,
Croci drachmas duas,
Olibani,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Aluminis ana drachmam unam ſemis,
Fiat Emplaſtrum.

Obſtructiones hepatis reſerat, & indurationes ejus emollit, infarctos humores peccantes reſolvit, ſanguinem mundificat, & concoctionem hepatis, ſive ſanguificationem promovet.

ANIMADVERSIONES In Emplaſtrum de Rhabarbaro, item in Emplaſtrum Santalium vel incognitum.

HÆc *Emplaſtra* paratu ſunt facilia, idcircò ſingularibus Animadverſionibus tantoperè non indigent, quæ autem ex ingredientibus priùs, quæque poſteriùs commiſcenda aut coquenda ſint, ex præcedentibus noſtris *Animadverſionibus pluribus* abundè conſtabit; progrediamur itaque ulteriùs.

EMPLA-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 702 sur 955

EMPLASTRUM SPLENETICUM
HIERONYMI FABRICII
AB AQUAPENDENTI.

℞. Gummi Ammoniaci in aceto dissoluti unciam unam,
Succi Tabaci unciam semis,
Ebuli,
Resinæ Pini,
Terebinthinæ ana drachmas duas,
Olei de Capparibus unciam semis,
Ceræ drachmam unam semis.
Misce, fiat Emplastrum.

HUjus Emplastri virtus tota est in resolvendo succo melancholico, splenem occupante, priusquàm in scirrhum abeat, vel si diuturnitate temporis jam scirrhus exserat, in eodem emolliendo & resolvendo.

ANIMADVERSIONES.

SIt hujus *Emplastri* nonnihil aucta præparatio talis; Nimirùm,

℞. *Resinæ Pini,*
Terebinth. ana ℥ ij,
Olei de Capparibus ℥ ß,
Ceræ flavæ ℥ j.

Liquefiant junctim & colentur, quippe *resina* partibus faculentis & crassioribus referta est, quæ fundum petunt, nec resolubiles sunt; Jam dissolvatur

Gummi Ammoniaci ℥ j ß, *in s. q. vini austeri, in quo Tabacum infumatum maceratum sit,*

ad formam pultis, & guttatim sensimque immisceantur superiora invicem liquefacta & colata; Item

Decocti Tabaci infumati cum vino facti, & ad formam extracti inspissati ℥ ß,
Succorum Ebuli, &
Verbenæ recent. inspiss. ana ℥ ij.

Misceantur omnia benè aliquandiu agitando, fiatque *Emplastrum Spleneticum.*

EMPLASTRUM STICTICUM
CROLLII I.

℞. Minii,
Calaminaris ana libram semis,

Lithar-

Lithargyri auri,
Argenti ana uncias tres,
Olei Lini,
Olivarum ana libram unam sem.
Laurini libram semis,
Ceræ,
Colophoniæ ana libram unam,
Vernicis,
Terebinthinæ ana libram semis,
Opopanacis,
Galbani,
Serapini,
Ammoniaci,
Bdellii ana uncias tres,
Succini citrini,
Olibani,
Myrrhæ Alexandrinæ,
Aloës Epaticæ,
Aristolochiæ longæ,
Rotundæ ana unciam unam,
Mumiæ transmarinæ,
Magnetis,
Hæmatitis ana unciam unam semis,
Corallorum alborum.
Rubeorum,
Matris Perlarum,
Sanguinis Draconis,
Terræ medicatæ Strigensis,
Vitrioli albi ana unciam unam,
Flor. Antimonii,
Croci Martis ana drachmas duas,
Camphoræ unciam unam.
Modus parandi talis esto:

Gummata quinque in aceto macerata & cocta exprimantur per linteum crassum, bis repetendo coctúram: postea super lentum calorem in munda sartagine usque ad consistentiam mediocrem inspissentur. Oleum Lini & Olivarum imponatur alteri sartagini, & addatur Lithargyrum auri & argenti; coquantur agitando, donec oleum coloretur, hinc addatur Calaminaris, & paulo post Minium, omnia illa agitando coquantur simul ad sufficientiam, cujus indicium erit, si supra unguem guttæ concrescat, & condensetur, neque ampliùs diffluat. Tandem etiam addatur circa finem Vernix, oleum Laurinum, Cera, Colophonia: omnibus benè invicem mistis & liquefactis, & ab igne sepositis, postea da operam, ut sartago

cum

cum Gummatibus paulatim calefiat, & succeſſivè affunde liquorem è ſecunda ſartagine Gummatibus diligentiſſimè agitatione incorporando, ſupra lentiſſimum calorem, cavendo ne bulliat, alioquin Gummata in grumos coëunt, & oleo difficulter miſcentur, poſtmodum agitando addantur pulveres, & diligenter per horam omnia commoveantur: Ultimò Camphora reſoluta in oleo Juniperino addatur; Si fortè nimis durum eſſet, jungatur adhuc aliquid ceræ & Colophoniæ. Tum demum ab igne deponitur, ac manibus (oleo Chamæmelino, Roſarum, Juniperino, Lumbricorum, Hypericonis ana quantum ſatis mixto,) perunctis, pinſere ac inſtar malagmatis ſubigere convenit. Servetur ad uſum, efformatis inde priùs magdaleonibus alutæ includendis.

Vires hujus Emplaſtri perinſignes ſunt. Vulnera ſiquidem recentia & ictus celeriter conſolidat, ſymptomata & fluxiones ſupervenire ſolitas præcavet, ferrum, lignum, plumbum, aliaque profundiùs membris infixa ſine dolore extrahit, antiqua etiam ulcera ſiccat, & mundificat, carnem bonam producit & cicatrice claudit. Plura qui deſiderat, videat Oſwald. Crollium in Baſilica.

EMPLASTRUM TETRAPHARMACON GALENI.

℞. Picis nigræ,
Reſinæ,
Ceræ,
Adipis Vaccini ana uncias duas.
Miſce.

Dicitur Meſue Baſilicon minus, & à Galeni compoſitione non differt, niſi quod oleum pro adipe Vaccino Meſue ſubſtituit, Solemne ad pus movendum, inflammationem leniendam, molliendum, tergendum, & glutinandum, ob id recentibus capitis & nervoſarum partium vulneribus ac ulceribus eſt aptiſſimum.

EMPLASTRUM TRIAPHARMACON MESUE.

℞. Lithargyri,
Aceti fortis,
Olei communis ana uncias tres.

Lithargyrum leviſſimè tritum, moveatur continuò ad ignem, paulatim affuſis oleo viciſſim & aceto.

Dicitur & Emplaſtrum de Lithargyro nutrito Meſue. Siccat potentiſſimè, ulcera difficilia percurat, fiſtulas, quæ nondum callum

callum contraxerint, jungit, eoque parotidas criticas, quæ jam fistulas traherent, in pueris, adolescentibus, ac mulieribus Galenus percuravit.

ALiud Emplastrum Triapharmacon Dioscoridis ex oleo cera & ærugine ulcus carne implet. Vide Marantham fol. 240.

ANIMADVERSIONES
In Emplastrum Stictícum Crollii, Tetrapharmacon Galeni, & Triapharmacon Mesue.

CIrca præparationem *Emplastri Stictici Crollii* hæc inprimis observanda sunt *Primò* ut *Lithargyrium* in pondere ad aliquot uncias augeatur, vel præscriptum ejus pondus duplicetur; *Secundò* ne *Bdellium* cum reliquis *Gummatibus* in *aceto* solvi tentetur, est enim *Gummi mucilaginosum*, & in *aqua* resolubile; *Tertio. Vitriolum album* dissolutum addatur, & cum *oleis* & *Lithargyrio*, nec non *Minio*, ad *Emplastri consistentiam* coquatur; Reliqua autem, quæ circa hanc præparationem notanda sunt, ratione *lapistis Calaminaris* & *Magnetis*, item alia nonnulla ex antecedentibus nostris *Animadversionibus* præsertim *Emplastri Opodeltoch* clarè patebunt.

Emplastrum Tetrapharmaçon Galeni nullam habet difficultatem, modò hoc observetur, ut, postquam liquata sunt ejus ingredientia, per linum colentur.

Emplastrum Triapharmacum spadiceo colore commendabile est, proindè solâ coctione paulò violentiori eò reduci debet.

EMPLASTRUM AD TOPHOS.

℞. Picis navalis,
Colophoniæ ana uncias tres,
Mucilaginis radicum Althææ uncias duas semis,
Galbani,
Masticbes,
Myrrhæ,
Thuris,
Ammoniaci ana unciam unam semis,
Propoleos,
Visci quercini,
Aristolochiæ rotundæ;
Æris usti,
Ceræ citrinæ,
Terebinthinæ ana uncias tres.
Fiat secundum artem Emplastrum.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 706 sur 955

IN tumoribus & nodis Gallicis felici successu usurpatur, quod quia nostris Medicis usu consuetum est, merito operi huic inserendum erat.

ANIMADVERSIONES.

GEnuinam hujus *Emplastri* præparationem talem esse oportet:

℞. *Picis navalis,*
Colophoniæ ana ℥ iij,
Ceræ citrinæ & novæ odorif. ℥ vj,
Terebinthinæ ℥ iij,

Liquefacta invicem aliquantum calidè asserventur; Jam in alia patella dissolve

Pulv. Gummi Ammoniaci, &
Galbani ana ℥ j ß,

in *aceto* ad formam pultis non multùm coquendo, & dum adhuc calent, alternatim de *superioribus liquefactis rebus* guttatim instilla portiunculam, mox etiam de *subsequentibus pulveribus* cochlear unum vel dimidium inspergе. Utpotè

Mastichis,
Myrrhæ,
Thuris ana ℥ j ß,
Aristoloch. rotundæ,
Æris usti ana ℥ iij,

Mox etiam de *Visci quercini, in particula olei Hyperici solati, & per pannum linteum colati* ℥ iij, similiter de *mucilagine radicum Althææ* aliquid addatur, donec omnia commixta sint: quæ aliquandiu adhuc in diplomate liquata agitari possunt, ut *species* eò melius uniantur, prout in præcedentibus sæpius monui.

EMPLASTRUM FILII ZACHARIÆ SECUNDUM MESUE.

℞. Ceræ flavæ,
Medullæ cruris Vaccæ,
Adipis Anatis,
Gallinæ,
Mucilaginis seminis Lini ana libram unam,
Olei Lini quantum satis est.
Fiat Emplastrum.
Si autem valentius facere volueris, adde
Mucilaginis Althææ,
Fœnugræci ana partes æquales,

Olei

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 707 sur 955

Olei Leucoii (pro oleo Lini) quantum satis.
Adhuc valentius reddetur, si addatur
Mucilaginis Oesypi,
Ichthyocollæ ana quantum sufficit.

Junctvrarum tophos ac nodos duros emollit, dissolvit, & crassa lentaque pulmonis ac thoracis excrementa ad ejectionem per sputum magis habilia reddit.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Cantharidum drachmas duas,
Terebinthinæ drachmam unam,
Olibani,
Myrrhæ,
Mastiches,
Camphoræ ana grana quindecim,
Olei rosarum drachmam unam,
Ceræ drachmas tres.
Fiat Emplastrum.

Hoc insigne præsidiorum genus varias corpori humano utilitates præstat; humores enim, qui à capite ad oculos, dentes, & genas descendunt, potenter revellit; in bubonibus & carbonibus pestilentialibus venenum à corde ad exteriora revocat. In morbis diuturnis nullis remediis cedentibus potissimùm sibi locum vendicat.

ANIMADVERSIONES
In Emplastrum filii Zachariæ seu Mesue, & Vesicatorium.

QUisquis hoc *Emplastrum* vel simpliciter, vel istud valentius reddendo, cum *mucilaginibus Fœnugræci, Oesypi, Ichthyocollâ*, &c. ad normam præscriptam conficere voluerit, nunquam ferè *Emplastri consistentiam* adipiscetur, licet satis diù multumque, imò vel ad combustionem usque *species* huic compositioni deputatas percoxerit; nihil enim adest, quod rebus illis liquidiusculis consistentiam aut soliditatem aliquam, ne dum *Emplastri* debitam duritiem, largiri possit: Ast quàm multa ad enumeratos affectus valentia *Emplastra* jam ante correximus, quæ hoc *Filii Zachariæ* longè superant; Poterimus itaque nugis hisce commodè carere, utpotè quæ non merentur ut spongiam ipsis admoveamus.

Emplastrum Vesicatorium simpliciter parari potest, liquefaciendo invicem *Terebinthinam, Ceram*, & *Oleum rosarum*, postea reliqua immiscendo; *Camphora* autem in *oleo* priùs soluta, ultimò addenda est.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 708 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ CLASSIS XIX.

Continens

CERATORUM PARANDI MODUM.

EXigua est inter Emplastra *&* Cerata *differentia, itaque quæ superiùs in genere de* Emplastris *præfati sumus, etiam huic* Classi de Ceratis, *non iniquè accommodari possunt.*

CERATUM DE AMMONIACO D. D. PETRI FORESTI.

℞. Ammoniaci dissoluti in aceto unciam semis,
Unguenti Dialthææ,
Emplastri de Meliloto ana drachmas duas,
Furfurum frumenti optimè cribrati unciam semis,
Pulv. rad. Bryoniæ siccæ,
Iridis Illyricæ ana drachmas duas,
Pingued. Anatis,
Anseris,
Gallinæ ana drachmam unam semis,
Bdellii,
Galbani ana scrupulos duos, grana sex,
Olei Irini drachmas sex,
Mucilaginis sem. Fœnugræci,
Lini ana unciam unam semis,
Ceræ uncias duas,
Terebinthinæ,
Resinæ Pini ana drachmas sex.
Fiat secundum artem Ceratum.

Malacticum & plurimi usus ac emolumenti est hoc Ceratum in omnibus affectibus externis, digestionem & concoctionem requi-

quirentibus; inflammationes ſedat, indurata emollit, ulcera deterget, vulnera conſolidat, & callum obducit.

ANIMADVERSIONES.

CErатum hoc inordinatè nimis & confusè conſcriptum eſt, convenienter autem modo ſequenti parari poterit:

℞. *Olei Irini* ℥ vj,
Vnguenti Dialth. ℥ ij,
Pingued. Anatis,
Anſeris.
Gallinæ ana ℥ j ß,
Mucilag. ſem. Lini,
Fœnugræci ana ℥ j ß.

Coquantur ad humiditatis exhalationem, quibus adde, ut colliqueſcant,

Cereæ flavæ odorif. ℥ ij,
Reſinæ Pini drach. vj,

liquatis & ab igne remotis poſtea adjunge

Terebinthinæ ℥ j in qua
Ammoniaci pulveriſati ℥ ß, &
Galbani puri ℥ j ſoluta vel liquefacta ſint:

Item

Emplaſtri de Meliloto drach. ij.
Furfurum frumenti cribrati ℥ ß,
Pulv. radic. Bryoniæ,
Iridis Illyricæ ana drach. ij,
Bdellii in aq. Plantag ſolut. drach. j.

Fiat Ceratum.

CERATUM EX BETONICA.

℞. Terebinthinæ,
Reſinæ pini,
Ceræ flavæ ana uncias duas,
Betonicæ pulveriſatæ unciam ſemis,
Maſtiches,
Thuris ana drachmas duas,
Mumiæ drachmam unam ſemis.
Miſce, fiat Malagma.

AD exiccandos varios humores cerebri, cephalæam, cephalalgiam, aliosque capitis præter naturam affectiones generantes conducit; catarrhos ad partes inferiores defluentes manifeſtè ſiſtit.

ANIMADVERSIONES.

CEratum hoc paratu quidem facillimum est; nihilominùs ut eò melius conficiatur, non nocebit imitari modum sequentem:

℞. *Terebinth. claræ* ℥ ij,
In qua leni calore solvantur vel liquefiant
Mastichis electæ ℥ ij.
Item
Pulv. Thuris & Mumiæ ana ℥ ij,
quæ ambo licet non totaliter, pro majori tamen parte in Terebinthina dissolvuntur, propterea pulverisata addi debent: Quibus unitis & leniter liquatis, addantur
Resinæ Pini, &
Ceræ flavæ ana ℥ ij,
seorsim liquatæ & per linum colatæ, ac ultimò demùm
Pulveris Betonicæ ℥ ß.
Fiat Ceratum capitale.

Nota; de *Mumia vera*, qualis olim in defunctorum Regum & Heroum Ægyptiorum sepulchris tantum inveniebatur, quod illa hisce temporibus ad nos non transvehatur: In tanta enim existimatione apud Ægyptios sunt Regum ipsorum, Principum, eorumque agnatorum cadaverum reliquiæ, easque tam reverenter habent, ut non nisi in maxima egestate aut extrema necessitate, tanquam pretiosissimum suum diadema pro magno ære aliis oppignerent. Quæ autem ad nos hodiernâ die transportantur cadavera nigricantia linteis involuta, sæpenumero fædissimâ morte defuncta, nil minùs sunt quàm vera *Mumia Ægyptiorum*, quæ ipsa etiam tantum abest, ut utiliter intra corpus humanum assumi, quin magè plurimùm obesse possint; de qua re vide prolixius disserentem, *Clariss. Ioannem Danielem Horstium in sua Pharmacopœia Galeno Chymica parte* 1. *l.* 8. *c.* 2.

CERATUM CAPITALE.

℞. Sandaracæ,
Thuris,
Mastiches,
Ligni Aloës,
Santali rubri,
Rosarum rubearum ana drachmam unam.

CVm *Ladano, Cera, & Resina ana quantum sufficit, fiat Ceratum, ad capitis fluxiones sistendas.*

CERA-

CERATUM CERINE
Ctesiphontis.

℞. Ceræ citrinæ,
Terebinthinæ,
Olei antiqui,
Salis nitri ana libram semis.
Aquæ communis uncias octo.

Dissolvatur Nitrum in aqua mortario imposita ad perfectam colaturam: postea ponatur ad ignem, semper agitando cum baculo ad perfectam coctionem. Fiant massæ in bona forma, cæteris quæ liquari debent injectis.

Vel hac ratione paratur.

Quæ liquari possunt, liquefacimus, & cùm dissoluta fuerint, Nitrum ex aqua levigatum adjicimus, paulatim id moventes, & assiduè, caventesque ne effervescat.

Exiccat mirificè humores omnium corporis partium, & præsertim scroti. Describitur à Gal. ε' κῦ χίν 404.

ANIMADVERSIONES
In Ceratum capitale, & Ceratum Cerine Ctesiphontis.

Cerati capitalis præparatio fiat tali modo:

℞. *Cera flavæ odorif.* ℥ j,
Terebinth claræ drach. vj in qua
Ladani opt. ℥ ß, liquata sit.

Quibus liquefactis, immisceantur pulveres sequentes, nempè

Sandaracæ,
Thuris,
Mastichis,
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Rosarum rubrarum ana drach. j.

Fiat *Ceratum*, aliquandiu in calore leni agitandum, ut eò melius uniantur.

Ceratum Cerine solâ coctione lentâ ad consistentiam perduci debet; igitur *sal nitrum* prius solvatur, & postea cum *cera*, *terebinthina* & *oleo*, leniter in vase amplo percoquatur.

CERATUM DIACHALCITEOS
Galeni, Seu Diapalmæ.

℞. Axungiæ porci veteris à membranis per liquationem & colationem purgatæ libras duas,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 712 sur 955

Olei veteris,
Lithargyri triti & creti ana libras tres,
Chalcitidis ustæ uncias quatuor.

Coquantur igne, & moveantur rudiculâ ex ramo Palmæ recentissimo confecta, ac cum probè excoctum erit, adde

Teneriorum Palmæ ramorum minutim incisorum, & in nodulo ligatorum manipulos quatuor.

Coquantur ad Cerati crassitiem.

VEre polychrestον est hoc Emplastrum; valet ad ulcera dysepulotica, articulorum morbis, bubonibus, ambustis, pernionibus, ossium fracturis, contusionibus, omnibus denique affectibus, quos rheumaticos vocant, prodest; sanat omnes contusiones & plagas, œdemata resiccat Galen. Fontanellis ligandis unicè destinatum est remedium, quas minimè sordescere aut excrescere permittit.

IN defectu ramorum Palmæ sumatur rudicula ex recenti ligno quercûs.

ANIMADVERSIONES.

RArus in locis Europæis *Palma* proventus est, & non nisi in hortis quorundam Magnatum culta visitur, proindè non ubivis locorum hoc *Ceratum* dextrè, & quidem cum *Palmæ ramusculis* confici poterit, prout etiam sæpissimè vidi, solam rudiculam ex *Palmæ ramo* confectam, pro agitatione in ejusdem præparatione sive coctione adhibitam fuisse, atque taliter confectum hoc *Ceratum* in Germaniam aliasque Regiones, utpotè in quibus illud adeò benè & artificiosè scilicet, parari non posse arbitrati sunt, ab exteris fuisse translatum. Ut autem in locis illis, ubi *Palmæ rami* tenuiores haberi queunt, dextrè parari possit commendo modum sequentem:

℞. *Teneriorum Palmæ ramorum recentium minutim incisorum M iij, (vel in defectu recentium aridi rami sumi possunt, & in vino humectari, parumque coqui.)*
Axungiæ porci veteris purg. ℔ *ij*,
Olei veteris (sive non admodum recentis) ℔ *iij.*

Coquantur ad humiditatis exhalationem, tùm fiat colatura cum expressione forti; *colato* adde

Lithargyrii subtilissimi triti ℔ *iij ß*
Chalcitidis ustæ, vel quod melius est, Vitrioli albi, (quia Chalcitis nihil aliud est quàm Vitriolum.) in aquæ simplicis vel decocto ramorum Palmæ soluti ℥ *iij, vel v.*

Coquantur igne lento ad consistentiam *Emplastri* vel *Cerati*, rudiculâ ex *Palmæ ramo recenti* semper inter coquendum agitando, fiatque *Emplastrum* vergens ad albedinem.

Nota,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 713 sur 955

Nota, quod in Germania & aliis locis, ubi *Palmæ* haberi nequeunt, satis commodè rudicula pro agitando *Emplastro*, ex *viridi ramo quercino* confici, & loco *teneriorum Palmæ ramorum folia tenera quercina recentissima* substitui possunt. Videatur etiam vera ejus præparatio in *Dispensatorio subsequenti novo.*

DIADICTAMNUM, Seu SACRUM GALENI.

℞. Olei veteris libras duas semis,
Lythargyri libram unam, unciam semis,
Æruginis unciam unam,
Squamæ æris drachmas sex,
Colophoniæ uncias sex, drachmas duas,
Pollinis Thuris unciam unam semis,
Ammoniaci uncias duas,
Æris usti unciam unam,
Diphrygis,
Gentianæ ana drachmas sex,
Propoleos,
Aloës ana unciam unam,
Galbani unciam unam semis,
Aristolochiæ rotundæ,
Dictamni Cretensis ana unciam unam, drachmas duas,
Ceræ drachmas viginti quinque.
Confice in hoc modum:

Lithargyrum cum oleo mixtum coques tantisper, dum probè coierint, continenter agitando, & additis æruginæ & squamâ æris, ferveant aliquantulùm, Exime igni, & dum adhuc bulliunt, immitte resinam & ammoniacum in aceto dissoluta, ac eò usque commove, donec deferbuerint, tum ceram & æs ustum immitte. Rursus coquantur igne, & cùm non inficient, manus exime, & adde reliqua tenuissimè trita, probè moveto, ac confice Magdaleones.

PRodest ad vulnera recentia, nervorum præcisiones, vetera ulcera, quæ cicatricem non facilè admittunt; abscessus, strumas, furunculos, durities, tela aculeos & ossa ex capite educit: nec non ad cujuslibet virulentæ bestiæ ictus efficax existit.

ANIMADVERSIONES.

MOdus annexus hujus *Cerati* conficiendi, erroneus est: proindè saniorem alium subnecto: Videlicet,

℞. *Olei veteris* ℔ ij ß,
Lithargyrii ℔ j ß.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 714 sur 955

Coquantur ad consistentiam *Emplastri* vel *Cerati mollioris*, paucis duntaxat ebullitionibus, in quo liquefiant

Colophon. ℥ vj.
Ceræ citrin. odorat. ℥ iij.

Remota ab igne interim asserventur; Tùm in alia patella cum *aceti* ſ q. solvantur

Gummi Ammoniaci ℥ ij,
Galbani ℥ j ß;

ad formam pultis, non multum nec diu coquendam, quibus adhuc calentibus, sensim admisceatur *Emplastrum superius decoctum*, & alternatim etiam *pulveres subsequentes*, prout sæpiùs in præcedentium *Emplastrorum Animadversionibus* edocui. Ut autem cuncta eò meliùs uniantur, in diplomate invicem benè liquata aliquandiu agitentur. *Pulveres* hi sunt,

℞. *Æruginis* ℥ j,
Squamæ æris, aut æris usti, vel
Croci Veneris ℥ ij ß,
Thuris ℥ j ß,
Gentianæ ℥ vj,
Aloës ℥ j,
Aristoloch rotundæ,
Dictamni Cretici ana ℥ j, ℥ ß.
Misce, fiat pulvis.

Nota, quod squama æris nihil diversum sit ab ære usto, quia dum tunditur æs prius candefactum, squamulæ abscedunt, ceu æs combustum. Pariter etiam Diphryges nihil aliud est, quàm æs ustum; nimirùm, quod ab ære abscedit calcinatum aut ustum, cùm in aquam frigidam æs liquatum effunditur, in ea relinquitur: Quid igitur opus est, entia citrà necessitatem multiplicare? Quod autem Galenus ea confuderit, mirùm non est, cùm ipsius tempore similia metallica non ita distinctè, uti hodiernâ die, innotuerint.

CERATUM DE GRATIA DEI
NICOLAI.

℞. Terebinthinæ libram semis,
Resinæ libram unam,
Ceræ albæ uncias quatuor,
Mastiches unciam unam,
Verbenæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ ana manipulum unum.

Her-

Herbæ piſtentur, & in vino albo odorato bulliant uſque ad conſumptionem tertiæ partis; colentur, deinde herbæ abjiciantur, ac Cera, Reſina, & Maſtiche cum colaturæ ponantur, ac bulliant iterum agitando donec incorporentur: tunc deponantur ab igne, & addatur Terebinthina, ac totum agitetur benè cum ſpatula, & fiat Ceratum.

Sordida repurgat, inflammata lenit, durata emollit, vulnera conſolidat, nervorum inciſiones glutinat, & furunculos mitigat, præſertim ſi ex vino rubro conficiatur.

ANIMADVERSIONES.

ESto hujus *Cerati* præparatio talis:

℞. *Ceræ flavæ,*
Reſin. ana ℥ x.

Liquefiant & colentur; quibus adde

Terebinth. ℥ iij, in qua
Maſtichis ℥ j ſoluta & liquata ſit; Item
Extracti Verbenæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ cum radicibus ana ℥ ß.

Fiat Ceratum.

ISIS EX GALENO:

℞. Ceræ albæ drachmas quinquaginta,
Squamæ æris,
Æruginis,
Ariſtolochiæ,
Thuris,
Salis Armoniaci,
Ammoniacæ guttæ,
Æris uſti ana drachmas quatuor,
Aluminis uſti drachmas tres,
Myrrhæ,
Aloës,
Galbani ana drachmas ſex,
Olei veteris uncias quinque.

Coquantur, deinde ſubigantur manibus aceto forti lotis, & fiant Magdaleones, quos in aceto repones diebus decem.

Uſurpatur ad fœda ulcera & fiſtuloſos ſinus, carnem putridam abſumit, ac fœdam ulcerum antiquorum, & quæ mali moris, ſaniem exſiccat & abſtergit.

Alii addunt radicis Dracontii drachmas quatuor.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 716 sur 955

ANIMADVERSIONES.

PAretur hoc *Ceratum* juxta modum ſequentem:

℞. *Olei veteris* ℥ v,
Æris uſti ℥ j.
Æruginis,
Salis Armoniaci ana ℥ ß,
Aluminis uſti drach iij,
Aceti vini fortis ℥ vj.

Coquantur lento igne, ridiculâ ſemper agitando, addendo etiam in fine, antequam humiditas totaliter evaporarit,

Cera citrinæ ℥ vij.

Continuatâ coctione ad omnimodam humiditatis abſumptionem, & *Cerati mollioris conſiſtentiam* perducatur, quod calidè aſſervabis. Interim in alia patella diſſolve in *ſ. q. aceti*,

Ammoniaci pulveriſati ℥ ß,
Galbani puri drach. vj,

ad formam pultis, admiſcendo alternatim, & per vices *ſuperius coctum Ceratum*, & ſubſequentes *pulveres*, juxtâ modum ſuperiùs inculcatum; utpotè

Ariſtolochiæ,
Thuris ana ℥ ß,
Myrrhæ,
Aloës ana drach. vj.

Miſce, fiat pulvis, & ex omnibus ſ. a. commixtis Ceratum.

CERATUM MATRICALE, Vel De Galbano.

℞. Galbani præparati unciam unam ſemis,
Aſæ fœtidæ unciam ſemis,
Myrrhæ rubeæ drachmas duas,
Bdellii mollis drachmam unam,
Gummi animæ drachmas tres,
Tacamahacæ drachmas quinque,
Matricariæ pulveriſatæ,
Artemiſiæ ana drachmam ſemis,
Seminis Dauci ſcrupulum unum.

Gummi diſſolvantur in aceto, & fiat Ceratum.

UTerum frigidum calefacit, ejus flatulentiam diſſipat, eum elocatum reponit, ac in propriâ ſede coercet, doloresque ejus frigidos placat

ANIM-

ANIMADVERSIONES.

NEceſſum eſt, ut huic *compoſitioni* aliquid addatur; quo cum *ſpecies* in conſiſtentiam *Cerati* coire queant; Nam non cuncta hanc *compoſitionem* ingredientia *Gummata* in *aceto* ſe diſſolvi patiuntur, utpotè *Gummi Animæ, Tacamahacæ, Bdellii, Aſæ fœtidæ*, quæ nullo modo in eo ſolvuntur, ſed potiùs in *Terebinthina* & *oleis: Galbanum* verò & *Myrrha* aliquantum equidem in *aceto* liquefiunt, ſed uti ſæpiùs dixi, non vera & genuina hæc eſt ſolutio. Proindè qui vult, poterit tali modo præparationem *hujus Cerati* inſtituere, nimirum

℞. *Galbani in aceto q. ſ. ad pultis formam ſoluti* ℥ j ß.
cui adde
Terebinth. claræ ℥ ij. in qua
Pulv. Gum. Tacamahacæ ℥ v,
Animæ ℥ iij, &
Aſæ fœtidæ ℥ ß,
diſſoluta & liquefacta fiat; ac alternatim etiam de pulveribus ſequentibus, (utpotè
Pulv. Myrrhæ ℥ ß,
Matricariæ,
Artemiſiæ ana ℥ ij,
Sem. Dauci ℥ j ß ut &
Bdellii in aqua Matricar ſoluti ℥ j.)
portiuncula adjiciatur, fiatque Ceratum.

CERATUM OESYPI MESUE.

℞. Ceræ flavæ uncias tres,
Olei Chamæmelini,
Irini ana uncias ſex,
Maſtiches unciam unam,
Spicæ Nardi drachmas duas ſemis,
Croci drachmam unam ſemis,
Terebinthinæ unciam unam,
Reſinæ unciam ſemis,
Oeſypi uncias decem.

E *Mollit, lenit, concoquit, & maturat, duros tumores ac tophos membrorum digerit, crudoſique abſceſſus maturat. Philagrii ad prædicta omnia efficacius.*

CERATUM OESYPI PHILAGRII.

℞. Croci drachmas quinque,
Bdellii,

Maſti-

Maſtiches,
Ammoniaci,
Aloës,
Styracis liquidæ ana drachmas ſeptem,
Ceræ flavæ libram unam,
Terebinthinæ unciam unam ſemis,
Medullæ cruris Vaccæ,
Adipis Anſeris ana drachm. quindecim,
Oeſypi humidæ libram unam ſemis,
Olei Nardini quantum ſatis.

Bdellium, Ammoniacum & Aloë diſſolvantur in aquâ, in quâ Fœnugræcum & Chamomilla ſint macerata, poſtea aliis commiſceantur. Poſt Philagrium addiderunt nonnulli.

Succi Scillæ uncias tres,
Sevi Vitulini drachmas quindecim,
Thuris unciam unam,
Ceræ uncias novem,

ANIMADVERSIONES

In Ceratum Oeſypi Meſue & Philagrii.

QUod *Cerata hæc de Oeſypo nuncupata* attinet, vix illa merentur, ut ipſorum correctioni vel tantillum operæ demus, utpotè quorum primum nullo modo ad conſiſtentiam juſtam *Cerati* cogi poteſt, niſi diu ac fortiter coquatur & quaſi comburatur: In qua coctura vehementi tùm ſpirituoſæ & oleaginoſæ ingredientium partes, quibus tamen maxima vis penetrandi, concoquendi, digerendi, &c. ineſt, penitus exhalat.

Alterum verò Oeſypi Ceratum qui parare voluerit, obſervet ſedulò modos plurimos in *antecedentibus noſtris Animadverſionibus* edoctos, & vel ſolâ ac ſimplici mixturâ illud efficiat, liquefaciendo *Ammoniacum* in *Terebinthina*, *Maſtichen* verò in *oleo Nardino*, cujus tamen *olei* non nimium addendum erit, ne admodum molle efficiatur *Ceratum*.

Nota; quæ de *Oeſypo* dicenda eſſent, ex propria ejus præparatione & annexis *Animadverſionibus* petantur.

CERATUM DIAPIPEREOS GALENI.

℞. Lithargyri argenti,
Ceruſſæ ana libram unam,
Olei communis libras duas,
Ceræ uncias ſex,
Terebinthinæ uncias tres,

Thuris

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 719 sur 955

Thuris unciam unam ſemis,
Aluminis drachmas ſex,
Piperis drachmas tres.

Fit in hunc modum;

Lithargyrum leviſſimè tritum coquatur ad Solem in oleo, quæ tantiſper movenda, donec craſſitiem habeat, nec manus inquinet. Deinde adduntur Cera & Terebinthina: his liquatis injice pulverem tenuiſſimum Thuris, Aluminis, & Piperis, poſtremò Ceruſſam tenuiſſimè pulveriſatam, ſemper movendo: Confice Ceratum ad juſtram craſſitiem.

Senum ulcera curat, & eorum qui mollem habent cuticulam, juvat.
Omne ulcus curat, & non facilè cicatricem admittit.

Animadversiones.

EX enumeratis ingredientibus *Ceratum* hoc vel *album* vel *nigrum* vel etiam *gryſei coloris*, prout libuerit, confici poterit, pro diverſitate coctura & regimine ignis. Obſerventur itaque in ipſius præparatione antecedentes noſtræ ſimilium *Emplaſtrorum Animadverſiones*, & juxta illas artficiosè conficiatur.

CERATUM EX PELLE ARIETINA

Arnoldi De Villa Nova.

℞. Lithargyri,
Lapid. Hæmatitis,
Sanguinis Draconis,
Boli Armenæ,
Opii,
Maſtiches,
Ammoniaci,
Mumiæ,
Galbani,
Thuris,
Coſti,
Lumbricorum ana drachmam ſemis,
Picis nigræ,
Colophoniæ,
Ceræ albæ ana uncias duas,
Rad. conſolidæ majoris,
Minoris ana drachm. tres,
Roſarum rubearum,
Myrrhæ,
Aloës ana grana decem & octo,

Succi

Succi Hypociſtidis,
Gallarum immaturarum,
Balauſtiorum,
Ariſtolochiæ rotundæ ana drachm. ſex,
Viſci quercini drachmas duas,
Terebinthinæ uncias duas,
Sanguinis hominis rufi uncias novem.
Confice ſic;

Pellem Arietinam integram cum omnibus pilis coques in aqua, donec ferè omnino diſſoluta ſit, in lentorem quendam, quem colabis. Hujus colaturæ ſume libram unam, immitte in vas novum, in quod viſcum liquabis lento igne, rudiculâ ſemper agitando; injice deinde lumbricos, poſtea Ceram, Terebinthinam & Maſtichen: his liquatis adde Gummi aceto diſſoluta, & coque ad Cerati Craſſitiem. Poſtremò injice, quæ terenda ſunt probè trita, probéque miſce, & confice Magdaleones.

AD membrorum luxationes adhibetur, præcipuè verò hernioſis prodeſt.

ANIMADVERSIONES.

MAgna ſæpenumerò apud Pharmacopœos, major verò apud Chirurgiæ candidatos, quibus *hæc compoſitio* nonnunquam pro magiſterio vel examine aſſignatur, de ingenti hujus *Cerati* parandi difficultate querela eſt; quod ipſum tamen, ſi modo *ſpecies* ordinatim & non ita confusè ponantur, & ſtupidus ac abſurdus ille præſcriptus conficiendi modus deleatur, paratu facillimum eſt, uti ex ſubnexa noſtra legitima præparatione, quâ vires omnes ingredientium integræ conſervantur, quorundam etiam adaugentur, diſpaleſcet. Nimirùm

℞. *Radic. Ariſtolochiæ rotundæ,*
Flor. Balauſtii,
Gallarum immaturarum ana drach. vj.
Radic. Conſolid. majoris ℥ j,
Minoris ℥ ß,
Roſarum rubr. exſiccat. drach. ij,
Sacchari Saturni, ſive ſalis Lithargyrii,
Sanguinis Draconis,
Bolı Armenæ,
Lapidis Hæmatit.
Lumbricorum exſiccat,
Opii Thebaici ana drach. j.
Succi Hypociſtidis drach. vj,
Aloës Epaticæ drach. j,
} *ſoluta hæc tria in decocto Tormentillæ & Perſoliatæ.*

San-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 721 sur 955

Sanguinis hominis recenter è vena extracti, & non ſiccati, ℥ *ix.*

Mucilaginis expelle Arietina per coctionem diuturnam cum aqu. extractæ ℔ *j.*

Coquantur, prius trita quæ terenda ſunt in *pulverem ſubtilem*, lento igne ſpatulâ continuò agitando (ne ſpecies fundo patellæ adhæreant, comburantur & empyreuma contrahant, ad *Cataplaſmatis ſolidioris* vel *durioris conſiſtentiam*: Cui ab igne remoto adde invicem liquata & per linum colata,

Picis nigræ,
Colophoniæ,
Ceræ flavæ odorif. ana ℥ *ij,*
Item
Pulv. Maſtichis,
Gummi Ammoniaci,
Thuris,
Aſphalti,
Myrrhæ,
Galbani electi ana drach. j,
cuncta hæc in
Terebinthinæ claræ ℥ *ij*, liquatorum & diſſolutorum,
nec non
Viſci quercini in particula ol. Hypericonis ſoluti & per pannum lint. colati drach. ij.

Fiatque juſtæ conſiſtentiæ Ceratum.

Nota; ſi quis velit huic *Cerato ſanguinem prius ſiccatum* admiſcere, per me quidem licebit, ſi verò mei arbitrii hæc res foret, *ſanguinem recentem è vena proſilientem* ſiccato ſubſtituerem, prout etiam in compoſitione præſenti facere præcepi.

CERATUM PRO HERNIOSIS D. D. NORIBERGENSIUM.

℞. Pulv. Maſtiches,
Mumiæ,
Thuris,
Electri, ſive Succini,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Aloës optimæ,
Balauſtiorum,
Roſarum ana unciam ſemis,
Sanguinis Draconis,
Boli Armenæ,

Lapi-

Lapidis Hæmatitis ana drachmas ſex,
Olei roſarum uncias tres,
Myrtini,
Maſtichini ana unciam unam,
Cum cera & reſina quantum ſufficit;
Fiat Ceratum.

ANIMADVERSIONES.

QUi *Aloën* pro *Cerati* hujus dextra præparatione in *decocto aliquo adſtringente & vulnerario* diſſolvere, & *Tragacanthum* ac *Gummi Arabicum* cum eodem *decocto* in mucilaginem craſſam convertere voluerit, illi liberum eſto. Cæterùm *ceræ* ℥ *vj* circiter, & *picis* ℥ *j*, vel *altera* ſufficient pro debita hujus *Cerati* conſiſtentia acquirenda; Quoad reliqua ipſum paratu facillimum eſt.

CERATUM SANTALINUM
MESUE.

℞. Roſarum rubearum unciam unam ſemis,
Santali rubri drachmas decem,
Albi,
Citrini ana drachmas ſex,
Boli Armenæ drachmas ſeptem,
Spodii drachmas quatuor,
Camphoræ drachmas duas,
Ceræ albæ uncias ſex,
Olei roſati libram unam.
Confice ſecundum artem.

PHlegmonas & *calidas intemperies ventriculi & hepatis, atque aliarum partium emendat.*

ANIMADVERSIONES.

NEceſſum eſt in hujus *Cerati* confectione, ut pondera *ceræ* & *olei roſati* invertantur, ſi debita *Cerati* conſiſtentia exoptetur: Accipiatur autem *Ceræ flavæ* ℔ *j*, *olei verò roſarum* duntaxat *libra dimidia*. Pro *Spodio*, *Ebur ipſum tritum* ſubſtitui poſſet; *Camphoram autem* in *oleo* diſſolvere, & ultimò demùm, ubi quaſi refrixerint, admiſcere præſtabit; In reliquis nulla eſt difficultas.

CERATUM SPARADRAPPUM
VIGONIS.

℞. Hordei,
Myrtillorum,

Olei

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 723 sur 955

Olei roſati ana uncias duas,
Unguenti Populei uncias duas ſemis.
Pingued. Vituli,
Vaccæ ana libram ſemis,
Axungiæ porci uncias quinque,
Fol. Plantaginis,
Solatri,
Matriſylvæ ana manip. duos,
Vini Granatorum uncias octo.

Omnia ſimul piſtentur & conquaſſentur, ac per diem naturalem permaneant: deinde bulliant ad conſumptionem vini. Poſtremùm colentur; colaturæ adde ſequentia;

Lithargyri auri,
Argenti ana uncias tres,
Minii drachmas decem,
Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ ana drachmas ſex.

Bulliant iterum, ac baculo agitentur, & cum cera alb. ℥ quantum ſufficit, fiat Sparadrappum, addendo in fine coctura

Camphoræ drachmas duas,
Terebinthinæ uncias tres ſemis.
Miſce.

Fluxiones quâcunque corporis parte irruentes intercipit, & ad locum affectum devolvi vetat.

ANIMADVERSIONES.

Hoc Ceratum commodiſſimè paratur modo ſequenti;

℞. *Hordei,*
Myrtillorum ana ℥ ij,
Fol. Plantaginis,
Solatri,
Matriſylv. ana M ij,

Inciſa & contuſa infundantur in

Axung. porcin. ℥ v,
Pingued. vel ſevi Vitulini,
Vaccini ana ℔ ß,
Vini Granat. vel aceti fortis ℔ j.

Stent in digeſtione loco calido per diem unum vel alterum, poſtea parùm coquantur, non tamen ad omnimodam humiditatis abſumptionem, fiatque colatura cum expreſſione forti. Colato & expreſſo addantur

Lithargyrii auri,
Argenti ana ℥ vij.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 724 sur 955

Coquantur lento igne continuò agitando ad consistentiam *Emplastri durioris*, coloris ex cineritio albicantis, cui immiscentur

Ceræ citrin. ℥ iÿ,
Olei rosarum ℥ j ß,
Vngu. Populei ℥ ÿ,
Minii cribrati ℥ x, *vel* ℥ j ß,
Boli Armenæ, &
Terræ sigillatæ ana ℥ j.

Agitentur benè & satis diu in calore; ultimò tandem ubi parùm refrixerint, *Camphoræ* ℥ ÿ, in *olei rosarum* ℥ ß solutæ addantur, & fiat *Ceratum*.

CERATUM STOMACHALE
GALENI.

℞. Rosarum rubearum,
Mastiches ana drachmas viginti,
Fol. Absinthii drachmas quindecim,
Spicæ Nardi drachmas decem,
Ceræ mundæ uncias quatuor,
Olei rosacei libram unam semis.

Ceram & oleum aliquoties ex aquâ rosarum lavabis, & excolatâ omni aquâ, rursus ad lentum ignem dissolves. Deinde alia omnia in subtilissimum pulverem trita inspergantur.

VEntriculum infirmum unâ cum hepate roborat, ac horum dolorem à frigida causa lenit, vomitiones compescit, & concoctioni opitulatur.

ANIMADVERSIONES.

LOtionem illam ineptam *ceræ & olei rosacei*, utpotè quâ saltem efficacia & fragrantia ipsorum eluitur, jam ante in superioribus *unguentis rosarum*, *Pomatæ*, & *Reginæ* reprobavimus, quam etiamnum hîc omittere omninò utile esse censemus. Cæterùm solâ ac simplici ingredientium commixtione *hoc Ceratum* parari consuevit; notandum tamen, quod *olei* quantitas vel diminuenda, vel *ceræ* adaugenda sit, si *cerati debitam consistentiam* exoptas: Ast longè meliora *Emplastra stomachalia* in præcedenti *classe* à nobis annotata & commendata sunt, ad quæ benevolus Lector urgente necessitate recurrere poterit.

MEDI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 725 sur 955

MEDICAMENTORUM PHARMACOPOEIÆ AUGUSTANÆ

CLASSIS XX.

Continens

PRÆPARATIONES QUORUNDAM SIMPLICIUM, quorum in hoc Opere mentio facta est.

COntinet hæc Classis *quorundam* Simplicium, *partim ex regno* vegetabili, *partim ex* animali & minerali *deprompторum præparationes*, *quas potius* destructiones *ipsorum pro maxima parte dixeris*; *quæ quantoperè sedulâ revisione & seriâ correctione indigeant*, *ex speciali ac singulari* uniuscujusque præparatione *patebit*.

ADIPUM PRÆPARATIO.

Adeps quivis excisus à membranis, exemptis venulis ac fibris toties lavetur, donec purus evaserit. Mercurialis calidâ aquâ lavari vult, verùm pinguedines frigidâ lotæ solidiores fiunt, & magis candidæ, ut experientia monstrat in parando unguento rosato Mesue. Dioscorides Adipem colliquatum colat, ac reponit.

ANIMADVERSIONES.

HÆc ipsa *Adipum præparatio* vel inepta *lotio* nullius prorsùs utilitatis est, tùm quòd *pinguedinibus* per crebras illas *ablutiones* multum de viribus detrahatur, tùm etiam quod ipsis à *lotione* illa *humiditas aliqua* impacta maneat, quæ postea in causa est, ut eò citius rancescant, situm contrahant, ac tractu temporis etiam ingentem concipiant putorem, & consequenter ad plurima, præsertim *unguenta odorifera*, ex. gr. *Rosarum* & *Pomat.* &c. inhabiles reddantur. Insuper etiam superflua est *adipum*, *pinguedinem*, & *sevorum lotura*, quippè enumerata impura non sunt, si purè & nitide ex *animalibus* excipiantur, neque etiam pravâ aut noxiâ aliquâ qualitate infecta, sed suis solummodò nativis virtutibus imbuta sunt, quas

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 726 sur 955

adeò incogitanter eluere, nefas esset. Præstabit itaque cum *Dioscoride* simpliciter *adipem liquatum* colare, colatumque statim recondere, & quantum possibile, etiam ab aëre humido præservare.

ÆRIS USTIO.

Æris bracteæ in fictile immittantur, interposito inter singulas lamellas salis communis, aut sulphuris pulvere, atque sic stratum super stratum paretur, quod igne uratur ad sufficientiam: cinis relictum aquâ calidâ sæpiùs affusâ dulcoretur, qui rubicans evadit à sale vel nitro; niger autem, si per sulphur præparetur.

ANIMADVERSIONES.

INsigniter discrepant *ustiones Æris*, peractæ cum *sale* vel *nitro*, ab his quæ cum *sulphure* fiunt: Etenim *laminæ Æris*, si prius purgatæ per *urinam* (in qua candefactæ extingui debent) postmodùm cum æquali vel duplo pondere *sulphuris triti* stratificatæ urantur, ad omnimodam deflagrationem *sulphuris*, verè calcinantur & fragiles evadunt, ut in pulverem totaliter tundi possint; qui *pulvis Æris*, si ulteriùs sæpiusque cum *sulphure trito* (unciam unam vel alteram *sulphuris* sumendo pro *libra una pulveris Æris*,) commixtus ridiculâ ferreâ continuò agitando, ad conflagrationem *sulphuris* calcinetur, tandem in *crocum* rubicundum forti calcinatione redigi, vel affusione *aquæ* & iteratâ extractione in *vitriolum Veneris caruleum* elaborari potest: Quod ipsum *vitriolum* solâ calcinatione vehementiori & expulsione *spiritus* (*sulphuris* potiùs quàm proprii,) iterùm in *Crocum Veneris rubicundi vel spadicei coloris*, commutatur. Qui *Crocis* sive ex *vitriolo*, sive per simplicem calcinationem factus sit, stupidissimè à quibusdam Chymicis *aquâ* edulcorari præcipitur: nam sive is *vi adstringente*, sive etiam *aperiente* polleat, illa tota per edulcorationem tollitur, quippe utraque vis, in *sale metallico vitriolato*, in aqua resolubili consistit, adeoque etiam eâ affusâ, & hoc soluto *croco* omnis, quæ ipsi inest, efficacia detrahitur, & *mortua terra*, nisi de novo elaboretur, ex eo efficitur. *Vstio* autem *Æris*, quæ addito *sale* vel *nitro* fit, saltem aliqualis, non verò totalis ejus calcinatio est, propterea quod duntaxat superficies laminarum nonnihil calcinentur, quæ si *aquâ* abluantur, & à *sale* liberentur, *Æs ustum* fundum petit instar *Croci*, in exigua autem quantitate: Et tali modo *calcinatum Æs*, veterum Chymicorum fuit *Crocus Veneris*, qui tamen mehercle, etiamsi magno labore partus, inefficax est, nec ullis manifestis siccandi vel adstringendi qualitatibus donatus, sed tanquam *calx metalli*, non nisi in *fortibus aquis* resolubilis, præsertim externè adhibitus, parùm præstare potest: Itaque ultimæ huic præparationi *Æris* superiorem, quæ fit cum *sulphure*,

phure, longè præferendam, edulcorationem verò intermittendam esse censeo.

AGARICI PRÆPARATIO.

Nihil aliud est apud nos, quàm Agaricus trochiscatus, cujus descriptio habetur superiùs fol. 351.

ANIMADVERSIONES.

AGaricus beneficio *infusi Zinziberis* cum *vino* facti, in *Trochiscos* redactus, licet tantoperè correctus non sit, aut in virtutibus suis exaltatus, nihilominus à plurimis partibus heterogeneis, lignosis, saxosis, aliisque impuritatibus, dum radulâ comminuitur, liberatur; accedit etiam hoc utilitatis, quòd efformatus in *Trochiscos*, leviori negotio postea subtiliter teri & commodiùs ægrotantibus propinari possit; Nam crudus veluti plumosus ac summè levis est, nauseam facilè assumenti procreans: Itaque sufficiat hac vice præfata præparatio: Prostant etiam alia ex ipso parata medicamenta, scilicet *extractum*, *resina*, & similia, ut, qui *trochiscato Agarico* non est contentus, ad illa confugere possit. Cuicunque etiam placuerit, nonnulla convenientiora alia in ipsius trochiscatione addere, ipsi liberum erit.

ALOES LOTA, Vel LOTIO.

℞. Aloës Succotr. quantum volueris; superfunde aquæ pluvialis destillatæ, quantum satis; stent per diem & noctem in balneo tepido, sæpius movendo, donec Aloës soluta separetur à fæcibus, colatura clara inspissetur Sole vel loco calido ad justam crassitiem; servetur usui.

Solemus etiam parare cum succo rosarum, ut videre est in descriptione pilularum de Aloë lota superiùs, folio 196.

ANIMADVERSIONES.

ALoë *succotrina* si pura est, nec heterogeneis rebus permixta, similiter *Aloë epatica*, hâc impropriâ & inutili lotione opus non habet; Si verò sordibus, puta stramine, lapillis, segmentis lignorum & similibus permixta sit, eam dissolvere & colare necessum est, quod autem commodiùs *spiritu vini*, utpotè qui simul etiam resinosas partes ejusdem solvit, quàm *aquâ*, quæ has intactas relinquit, perficitu. *Insuccatam autem aloën quamcunque*, sive illa *infusione violarum* sive *rosarum* aut aliâ fiat, in suo precio relinquo & magnifacio.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 728 sur 955

ALUMINIS USTIO.

℞. Aluminis quantum volueris: ponatur in fictile novum, & tamdiu uratur, donec totum Alumen efferbuerit, nec ulteriùs ſpumam emittat; refrigeratum ſervetur ad uſum.

ANACARDIORUM PRÆPARATIO,

Anacardia teruntur, maceranturque in aceto acerrimo diebus ſeptem, deinde coquuntur lento igne, colanturque; remanentia ſiccatur, atque ea eſt ſubſtantia Anacardiorum præparata.

ANIMADVERSIONES
In uſtionem Aluminis & Anacardiorum præparationem.

MIſsâ *uſtione Aluminis* (quæ quidem in Alembico terreo vitreato fieri poſſet, ut *ſpiritus ejus* qui præſcripto modo perit, aſſervaretur,) ceu rei levioris precii, *præparationem Anacardiorum*, correctione ſummoperè indigentem aggredior, quæ, ſi ſecundum literam intelligi debet, ineptiſſima eſt, & ab Authore ipſo, qui hanc poſteritati commendavit, penitus non intellecta: Ac quamvis conceſſerim, *Anacardia ſicca*, ſi tantâ exurenti qualitate, qualiter quidem vulgò, aſt falsò putatur, prædita eſſent *aceto* præparari poſſe, tamen id alio magis rationabili modo fieri oporteret, ſcilicet ipſa in mediocri *aceti* quantitate macerando, & ubi probè illud imbiberint, unà cum *aceto* per evaporationem lentè exſiccando: Vel etiam cum *aceto extractum* ex ipſis parando, idque in uſum trahendo: Aſt *trita Anacardia* cum *aceto* coquere, *acetum*, cui omnis vis & efficacia *Anacardiorum* ineſt, per colaturam ab ipſis ſeparare, ac remanentiam viribus exutam, pro ſubſtantia *Anacardiorum* præparata venditare id ſanè ſummæ ſtupiditatis & dementiæ præbet indicium: Proindè qui *Anacardia* inpoſterum dextrè præparare ſatagit, ille dictum noſtrum amplectatur modum, & linquat haſce nugas, rerumque deſtructiones.

ARI RADICUM PRÆPARATIO.

Radices Ari optimè mundatæ teſſellatimque inciſæ, macerentur in vino albo ſpacio viginti quatuor horarum; poſtea effundatur vinum per inclinationem, & ita repetatur, ſecundâ & tertiâ vice ſemper affundendo novum vinum: tunc exiccentur radices, ſerventurque ad uſum.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 729 sur 955

ANIMADVERSIONES.

QUamvis *radices Ari* (recentes) vim & saporem exurentem habeant, non tamen existimo tàm frequenti affusione *vini*, & toties reiteratâ effusione sive separatione ejusdem opus esse, utpotè quo ipso nil efficitur ampliùs, quàm quod tota vis & efficacia è *radicibus* extracta, eluatur: Proindè præstabit ad modum superiùs in *præparatione Anacardiorum* indigitatum *vinum* ipsis affusum non effundere, sed unà cum *radicibus* per evaporationem exsiccare. Mihi tamen si daretur optio, missâ hac assignatâ præparatione, ipsas *radices Ari simpliciter exsiccatas* traherem in usum, cùm acrimonia illarum in ipsa exsiccatione iis adimatur.

ASELLORUM PRÆPARATIO.

℞. Asellorum quantum volueris; infundantur in vino albo per noctem, exsiccentur, & pulverisentur, macerenturque postea in vino Malvatico per diem & noctem, resiccentur super prunas: Irerum pulverisentur, & in vino Malvatico infundantur, & sic tertiâ vice; ultimò resiccentur super prunas, pulverisentur tenuissimè, & serventur.

AVELLANARUM PRÆPARATIO.

Avellanæ ablato cortice extimo duro, in vase aliquo stanneo furfuribus additis spatulâ supra ignem tamdiu agitantur, donec calore omnis ipsarum humiditas interna sit absumpta, deinde pellicula, quâ teguntur, ipsis detrahitur: cavendum autem ne deurantur. Adhibentur ad Diasenæ Nicolai.

ANIMADVERSIONES

In præparationem Asellorum & Avellanarum.

IN præparatione *Asellorum* hoc unciam notare velim, ne *vinum* vel simile, quod ipsis pro maceratione aut correctione affunditur, effundatur, & abjiciatur, sed lento calore unà cum illis usque ad omnimodam siccitatem inspissetur; Neque enim venenositas ulla ab *Asellis* pertimescenda est, quin potiùs cavendum, ne in dosi ac utendi modo error committatur.

Avellanarum præparationem ceu nugacem & ridiculam, lubens prætereo, quippe quæ talis est, quâ cuncta *Dispensatoria* & ipsa quoque *Diasena Nicolai*, utpotè quæ à pauculis illis granis *Avellanarum*, quarum aliàs à multis non exigua quantitas absque tam exacta decorticatione comeditur, nullas eximias mutuabitur virtutes, commodè carere possit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 730 sur 955

BOLI ARMENÆ PRÆPARATIO.

Separentur ſordes omnes & arenulæ aquâ roſaceâ, ut ter vel amplius perfuſa ſiccataque, tandem pura evadat. Alii pro roſacea acetum adhibent: quidam peſtilenti tempore vino primùm abluunt, poſtea roſaceâ, vel ſimili aliquâ accommodatâ aquâ. Sunt etiam qui compoſitam adhibeant, de quibus videndi libelli de Peſte conſcripti.

ANIMADVERSIONES.

OMnem *terram* (pinguem præſertim,) *aſtris* imprægnatam, *ſaleque centrali* imbutam eſſe, nemiuem eſſe credo, qui eat inficias, atque hoc ablato, omni etiam virtute *terra* ſpoliatur: Quid autem aliud *hac præparatione*, quæ per frequentes ablutiones fit cum *aqua, vino, & aceto*, efficitur amplius, quàm quod potiores *terræ* virtutes, dicto in *ſale* (quod in quovis liquore reſolubile eſt,) fundatæ eluantur. Itaque cum quælibet *Bolus* ſatis pura inveniatur, ac ferè nullis vel paucis lapillis commixta, (qui tamen facili negotio ab iis, ſi qui ſint manuum operâ ſeparari poſſunt;) reliquamus hanc ineptam *præparationem*, cùm longè conſultiùs ſit & laudabilius rerum virtutes augere, quàm manifeſtè eaſdem, uti hîc fit, deſtruere. Et ſi alicui volupe eſſet, *Bolos* vel *terras medicinales* majoribus virtutibus imprægnare, is illas *rore majali*, vel *aquâ pluviali*, *ingenti tonitru & fulgure delapsâ* frequenter imbuere ne gravetur, quo facto illas aëri & aſtris exponat, ac ſponte vel leniter exſiccare ſinat; à radiis verò Solaribus interdiu ſtudiosè præſerver, vel etiam, ſi libet ipſaſmet *decoctis quibuſdam, eſſentiis*, aliisque rebus, morbis & infirmitatibus, quibus deſtinatæ ſunt, appropriatis vel accommodatis, imbuat; utpotè *decocto viperarum*, *decocto cornu cervi crudi*, *decocto quarundam radicum*, vel aliorum *vegetabilium*, *Scordii* nimirùm & ſimilium, *oleis deſtillatis*, *ſalibus viperinis*, &c. Unicum exemplum ſubjungam:

℞. *Boli Armenæ cum aqua pluviali ac rore majali aliquoties imprægnatæ, iterumque leniter exſiccatæ* ℔ j,
Quam imbue
Decocto decem vel duodecim Viperarum aut Serpentum Germanicorum mundat:
Item,
Decocto libræ unius cornu cervi recentis; nec non
Decocto radicum Angelicæ,
Biſtortæ,
Herb. Scordii ana unc. ij.

Exſic-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 731 sur 955

Exsiccetur iterùm in calore leni, relictâ *Bolo efficacissimâ*; Cui insuper, si lubido erit, *olea destillata* imprimi possunt, *Angelicæ, Citri, Myrrhæ, Rutæ, &c.* Perpende nunc Lector benevole, quantum hæc præparatio discrepet à vulgari illa præscripta corruptiva potiùs, quàm perfectiva præparatione, quæ ob id meritò delenda est, ne posteris innotescat, quod in rebus tam levidensibus adeò crassos commiserimus errores.

CANTHARIDUM PRÆPARATIO.

Fictile patuli oris terreum Cantharidibus fermè plenum, rarissimo linteolo obductum, inversum alteri vasculo, in quo acerrimum ferveat acetum, imminens suspendatur tamdiu, donec aceti ferventis vapore Cantharides omnes enecatæ fuerint, quæ in fictili sicco chartâ pergamenâ benè clauso, exiccentur, ne aër ipsas contingat, & sic ad annos sex durant.

ANIMADVERSIONES.

INtactam relinquerem hanc *Cantharidum præparationem*, nisi aërem quovis vapore, sive *aceti*, sive alterius humiditatis multò subtiliorem & consequenter etiam penetrantiorem esse constaret; Itaque ubi *acetum* sive ab eo relicta humiditas per chartam pergamenam exhalare potest, & debet, si *Cantharides* siccare volueris, ibi multò magis aërem penetrare posse opinor: Adeoque has nugas ex præscripto tractare penes Pharmacopœi arbitrium esto, nos ludicra illa non curamus.

CAUTERII POTENTIALIS, Seu Lapidis Septici Præparatio.

℞. Cineris clavellati,
Calcis vivæ anæ partes æquales.

Macerentur per dies aliquot in aquâ communi; postea colentur, & clarum coquatur, ut artis est.

CERUSSÆ LOTIO, Vel ABLUTIO.

℞. Cerussæ quantum volueris; pulverisetur, & in aquæ rosarum sufficienti quantitate dissolvatur; sine residere per noctem; postea separetur aqua per inclinationem, & materia residua exiccetur, reponaturque ad usum.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 732 sur 955

ANIMADVERSIONES
In Cauterium potentiale, & Ceruſſæ lotionem.

STudiosè caveat, qui *Cauterium illud*, & ſimilia alia, quæ *Calcem vivam* recipiunt, præparaturus eſt, ne in *vaſis æneis* vel *ferreis* ea tractet; Etenim *calx viva metallis* vel potius *Sulphuri* ipſorum ſummè infeſta eſt, quod allicit ſolvit & ex parte deſtruit.

Nobile Cauterium aliàs præbet *cinis Fraxini* per ſimplicem combuſtionem *ligni & corticum* recenter paratus, quod licet Chirurgi præſtantiores quàm maximè in ſecretis habeant, hîc tamen boni publici causâ revelata volui.

Ablutionem Ceruſſæ quod concernit, eam æquè ineptam eſſe, ac *Boli Armenæ*, vel ſimilium rerum *lotionem*, planè tibi perſuadeas velim; quid enim impuritatis continet *Ceruſſa*, quæ ablutione indigeret? Eſt enim per ſe *calx metalli puriſſima* ex *Plumbo* confecta, nec præter tantillum *ſalis proprii* aliud quicquam *lotione* ab ea auferri poteſt, quod tamen *ſal* ſive *ſaccharum Saturni Ceruſſæ eſſentia* eſt, illam itaque tàm ſtudiosè abluere, quàm ſtupiditatis & dementiæ plena res ſit, nemo non apertè videt.

CHALCITIDIS PRÆPARATIO.

Habetur ſuperiùs in diſpenſatione Theriacæ, fol. 228.

CHALYBIS PRÆPARATIO
EX ACETO.

℞. Limaturæ Chalybis quantum volueris, affundatur aceti vini acerrimi tantum, ut tota madeat in eo, ſtent in loco calido tamdiu, donec acetum ad ſiccitatem abſumptum, poſtea pulveriſetur & ſic ſepties reiterentur: Poſtremùm molatur ſupra Porphyritem & ſervetur uſui.

CHALYBS CUM SULPHURE.

℞. Limaturæ Chalybis quantum volueris, & fac cum pulvere Sulphuris citrini ſtratum ſuper ſtratum, calcinetur. Hanc calcinationem ſemper addito novo Sulphure toties repete, donec Chalybs liqueſcat. Tunc extinguatur in vino albo generoſo, deinde in tigillo ad ignem fortem ſinatur per unam atque alteram horam, ut optimè exiccetur, & Sulphur evaneſcat & conſumatur, tandem in Porphyrite lævigetur pro uſu.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 733 sur 955

ANIMADVERSIONES
In præparationem Chalybis cum Aceto & Sulphure.

Præparationes Chalybis sive cum *aceto*, sive cum *Sulphure* fiant, omnes eò tendunt, ut *Ferri* solutio fiat, quod alias *metallum* est quovis liquore acido solutu facile; Hinc si *acetum* illi sæpiùs affundatur, tandem solvitur, ita ut in pulverem tundi, & demùm super *Porphyrite* totaliter in pollinem teri vel moli queat, ut adeò necessum non sit (prout quidem Chymici non pauci præcipiunt, quando de *Croco Martis aperiente* agunt:) *limaturam Chalybis vel Ferrum non solutum à soluto & in pulverem conversо Chalybe* per ablutionem separare; nimirum hâc ablutione *Mars* totaliter suo *sale vitriolato dulci proprio*, atque etiam illo, quod ad *aceto* cum eo remansit, spoliatur. Neque autem septenâ saltem humectatione vel madefactione reiteratâque exsiccatione, sed pluribus opus erit, prout plùs minusvè *limaturæ* fuerit, aut *acetum forte* extiterit, antequam *Chalybs* totaliter in pollinem, ferruginem vel rubiginem convertatur, sive *Crocum Martialem aperitivum*; Cujus tamen satis tædiosi & diuturni laboris compendium fieri poterit, & unicâ die id effici, quod alias priori modo trium vel quatuor pluriumvè septimanarum spacio, perfici vix potest; Scilicet coquendo *limaturam Martis* in olla vel patella ferrea cum *ſ. q. aceti acerrimi destillati*, donec illam in fundo vasis tactu leviusculam & quasi solutam deprehendamus, tum demùm exsiccata parumper adhuc calcinari, usuique asservari potest. Et hæc quoad *præparationem Chalybis* cum *aceto* peragendam, quam ob *sal aceti* resolutivum, quod in exsiccatione residuum manet, & arctè cum *Chalybe* combinatur, spernere nolo; quantumvis etiam leviori negotio *Vitriolum* aut *sal dulce Chalybis efficacissimum*, mediantibus *aquis fortioribus* vel *spiritibus*, & ope etiam ipsius *Sulphuris crudi*, uti sequetur, parari posset.

Quantum ad præscriptam *præparationem Chalybis* sive *limaturam* ejus cum *Sulphure* perficiendam, illa re non benè intellectâ heîc annotata est, ideò non usque quaque nobes arridet, eidemque *calcinationem Chalybis non limati sed integri & candefacti* per *Magdaleones Sulphuris* peractam, longè præferimus utpotè in qua statim *Chalybs candens Sulphuri* admotus liquescit, & guttulatim in *aquam suppositam* decidit, qui postea ulterius, tritus priùs & cum novo *Sulphure* etiam pulverisato commixtus, sæpiùs calcinari potest, quousque *affusæ aquæ calidæ Vitriolum* suum linquat, quod tum pro maxima sui parte, ubi *aqua* exhalârit in fundo vasis concrescit, & in Crystallos abit, (vide hac de re prolixiùs *Crollium* loco de *Vitriolo Martis & Veneris:*) Sin minùs verò *Vitriolum Chalybis* (quod tamen, licet non philosophicè, *resolutum metallum* est,) expetatur,

tertiâ

tertiâ vel quartâ calcinatione peractâ, *calcinatum Ferrum* in Porphyrite lævigandum, usuique tandem asservandum est.

COLCOTHARIS INDULCATI PRÆPARATIO.

Colcothar ad rubedinem calcinatum, vel caput mortuum spiritûs Vitrioli abluitur aquâ communi toties, donec omnis salsedo, & acrimonia prorsus absumpta, deinde exiccetur ad usum.

ANIMADVERSIONES.

TEtigi hanc *præparationem* vel *edulcorationem Colcotharis*, ni fallor, in *Animadversionibus super Emplastrum Opodeltoch*, quas Lector benevolus si vult, consulere potest. De eodem *Colcothare* hîc annotare libet, quod illud, si optimè calcinatum & omninò à *spiritibus* liberatum fuerit, penitùs non sit corrosivum, neque (quod sæpè expertus sum) statim à destillatione *sal* ex eodem affusâ aquâ elici queat, sed tùm priùs, ubi aliquandiu aëri expositum fuerit; tunc enim *sal* præbet quandoque candidum, quandoque purpureum, aspectu pulcherrimum, quod aliquando in copia acquisivi, & penes me asservo, quandoque etiam *nitrosum*: Qualem autem hoc *sal* redoleat prosapiam & an *Colcothari* sive *Vitriolo calcinato* ortûs sui debeat primordia, an verò simpliciter *ab astris* aut *aëre* trahat originem, scire non adeò in proclivi est, licet ego medio modo de hoc dubio sentiam. Cùm itaque uti superiùs dixi, *Colcothar Vitrioli*, mox à destillatione omni vi corrodente destituatur, nec *salis ullius corrosivi* particeps sit, sed solam vim stipticam & attractivam, sive magneticam obtineat, (licet deinceps, ubi aliquandiu *astris* & *aëri* expositum fuerit, ab attracto *sale* ex aëre vel exhalationibus in eo contentis, aperitivam virtutem nanciscatur:) quid, quæso, opus est edulcoratione? Utpotè quâ vis utraque tollitur, adstrictoria quidem & attractoria imbibitione aquæ, aperitiva verò resolutione & ablatione *salis*, per frequentem lotionem, ut ità *terra mortua* relinquatur, nisi ultrò & de novo eam elaborare animus sit. Vellem autem, ut qui nunquam forsan *tale Colcothar* viderit, cùm utplurimùm *capita mortua* (uti vocitant) *Vitrioli* & aliorum, peractâ destillatione *spirituum*, adeò corrosiva sint, ut degustata linguam & palatum offendant, experimentum hujus rei aliquando faceret, ita enim certò experiretur, me falsum non esse, nihilque scripsisse à veritate alienum; Et hæc sufficiant de dulcoratione *Colcotharis*,

COLOCYNTH. PRÆPARATIO.

Nobis nulla alia est, quàm Trochiscorum Alhandali compositio, quæ suprà vivenda est, fol. 353.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 735 sur 955

ANIMADVERSIONES

C *Olocynthis* quâm violentum sit catharticum, nemo ex Medicis expertis est, qui ignoret, ut etiam quævis *Medicamenta cathartica* ex *Antimonio* & *Mercurio* facta superet, igitur correctione non immeritò indigeret, cum familiarissimum sit ingrediens plurium *pilularum*, aliarumque *compositionum purgantium*: Mirari autem subit, quod nemo Medicorum hactenus, quibus illa in frequenti usu fuit, genuinam aliquam ejusdem præparationem vel correctionem meditatus sit: Etenim quæ in *confectione Trochiscorum Alhandal Colocynthidis fit præparatio*, vera ejus correctio nullo modo vocitari potest. Existimarem ego (licet tàm vehementi Medicinâ facilè carere, & animalibus brutis relinquere possemus, cùm alia longè mitiora eaque tutissima purgantia, imò ex *Antimonio* ipso, cujus quidem naturam ex mille vix unus Medicus explorârit, affatim nobis suppetant:) succis acidis, & coctione ejus correctionem aliqualem moliri, non inconsultum fore.

COMPOSITI SPERNIOLÆ

Præparatio.

℞. Spermatis Ranarum triduo ante Novilunium collecti mense Martio quantum sufficit; destilletur per se in balneo, cum aqua destillata imbibe sequentem pulverem vigesies aut trigesies repetendo, semper tamen eundem sponte priùs exiccando:

℞. Myrrhæ selectæ,
Thuris ana uncias duas,
Croci unciam semis,
Camphoræ drachmas tres.

Terantur singula in pulverem, & misceantur.

Servetur ad usum.

ANIMADVERSIONES.

A *Quam Spermatis Ranarum destillatam* parvipendo, ipsum autem *sperma*, quod facilè resolvitur in aquam, quæ addito *Alumine* per annum integrum aut diutiùs incorruptè, sine ejusdem destillatione asservari potest, magni æstimo! Ponatur igitur ipsum *sperma* in saccum, & quæ defluit *aqua*, *Alumine* condiatur asserveturque; Ità quoque species hæ pro *Sperniola Crollii*, si ipso *Spermate Ranarum* taliter resoluto sæpius irrigarentur, non sine magno emolumento in effervescentia sanguinis, hæmorrhagia, erysipelate, &c. adhiberi possent: *Camphoram* autem ultimò addere oportebit, ne illa in tot reiteratis exsiccationibus omnimodè exhalet, cum

cum maximè volatilis & ſpirituoſa ſit, ſpontè etiam in frigore evaporans.

CORIANDRORUM PRÆPARATIO.

Coriandri ſemina tribus diebus aceto macerantur, deinde ſiccantur, & reponuntur.

ANIMADVERSIONES.

LIcet Dioſcorides, & cum ipſo plures alii Botanici, *Coriandrum* inter *venena* connumerent, inſignem tamen quandoque eſſe differentiam inter plantas recentes & aridas, nemo negare poterit, quippe quod manifeſtiſſimè in *radicibus Ari*, aliisque ſimili acredine præditis videre eſt, quæ dum virides ſunt & vegetæ, tantâ acrimoniâ linguam fuerint, ut ipſam quandoque incendant, fauceſque inflamment, quæ tamen ubi paulò aridiores factæ ſunt, multùm de intenſa ſua acrimonia remittunt & longè mitiores fiunt. Similem in modum *Coriandri ſemen*, ubi exſiccatum eſt, vix ullam habere pravam vel venenatam qualitatem, quotidiana experientia abundè teſtatur, cum ubique etiamnum locorum ad cibos aromatizandos, panemque condiendum, adhibeatur; Accedit, quod Authores etiam de plantarum aliarumque rerum facultatibus ſæpenumerò perperam judicium ferant, v. gr. de *Lactuca*, cujus *ſuccī unciam unam* vel *alteram* vehementer lædere, narcoſin inducere, imò mortem inferre aſſerunt, cùm tamen indies plurimi multò plus *Lactuca* ſine ulla noxa comedant; Itaque cùm neutiquam nunc temporis deprehendatur *Coriandrum* venenatum eſſe, ſuperfluum erit, affuſo *aceto* illud ad uſum præparare, & inefficax reddere: Quia exſiccando *Coriandrum aceto imbutum*, exhalat tota ejus vis carminativa & balſamica unà cum *aceto*, & remanet *Coriandrum* inodorum, atque adeò potioribus ſuis virtutibus ſpoliatum.

CORNU CERVI PRÆPARATIO.

Cornu Cervi vaſi figulino imponitur, deinde in fornace ad albedinem uſtum, & poſtea pulveriſatum in lapide Porphyrite minutiſſimè aquâ Roſaceâ vel Graminis teritur, & in placentulas formatur. Ita Excellentiſſimus Medicorum D. D. Petrus Holtzhemius in Diſpenſatorio Colonienſium parare docuit.

ANIMADVERSIONES.

EDoctam hanc rudem *cornu cervini uſtionem*, non tàm præparationem quàm deſtructionem ejuſdem omni jure meritoque appello,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 737 sur 955

pello, ipsamque ceu inutilem penitùs rejicio, quippè, quâ illud omni suâ virtute medicinali propriâ omninò castratur, & in terram mortuam insipidam ac effœtam redigitur, prout hoc ipsum de simili materia in *Animadversionibus nostris super appendicem classis decimæ quartæ*, ubi de *salibus Theriacalibus* egimus, abundanter & clarè satis demonstravimus, quas adeat Lector benevolus. Hoc postquam plures saniores Medici in praxi quotidiana animadverterunt, aliam adinvenêre præparationem, quam sine *violenta ustione* perficiunt, & *calcinationem philosophicam* nuncupant, de qua quid sentiam paulò pòst sub proprio titulo in sequenti Mantissa aperiam: Interim suadeo, ut qui *cornu Cervino* uti velit, aliudque præter vulgari modo ustum in promptu non sit, crudum & raspatum potius adhibeat, aut illud (ustum scilicet,) Gelatinâ sive *decocto cornu recentis* sæpius imprægnatum, & viribus quasi propriis, sive humiditatæ radicali optimè rursus insuccatum, usurpet. Cæterum qualia medicamenta ulteriùs ex *Cervino cornu* utiliter confici possint, sub titulo prædicti *cornu Cervi Philosophici*, in sequenti *Mantissa* edocebo.

CRANII HOMINIS PRÆPARATIO.

℞. Rasuram Cranii humani suspensi, vel decollati, ab omni immunditie & pinguedine liberati quantum volueris, contunde, & in mortario sufficienti quantitate aquæ Liliorum convallium irroretur, ut fiat pasta, exiccetur, postea pulverisetur, & cum sufficienti quantitate aquæ florum Tiliæ iterum in massam reducatur; Idque tertiâ vice ex aqua florum Pæoniæ repetatur. Quarta vice verò ex aqua Cerasorum nigrorum impastetur. Tandem servetur pulvis subtilissimus pro usu.

CUPEROSÆ PRÆPARATIO.

Cuperosa est species Vitrioli, albi coloris, transparens veluti Crystallus, si recens est, vetusta opaca, sed alba frangibilis, sicut Vitriolum, dissolvitur aquâ Rosaceâ, & colatur per pannum, deinde exsiccatur ad Solem ter vel quater.

DENTIUM APRORUM PRÆPARATIO.

℞. Dentium Aprorum pulverisatorum quantum volueris, impastentur sufficienti quantitate aquarum,

Cardui Mariæ,
Taraxaconis,

Papa-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 738 sur 955

Papaveris erratici,
Scabiosæ,

toties, donec post exiccationem in tenuissimum pollinem reduci possint, tunc servetur ad usum.

EBORIS, Seu ANTISPODII

PRÆPARATIO.

℞. Eboris selecti in tenues lamellas seu frustula dissecti libram unam: id fictili crudo noudum cremato indatur, vasculi portione aliquâ in summitate apertâ relictâ, ne Ebur inter urendum nigrescat: Postea coquatur una cum reliquis fictilibus in fornace figuli ad perfectionem, abhinc exemptum teratur, ac aquâ Rosaceâ abluatur, rursum siccetur, & iterum abluatur, idque tertiâ vice fiat, lævigetur in marmore, & fiant Trochisci.

ANIMADVERSIONES

In præparationem Cranii hominis, Cuperosæ præparationem, dentium Aprorum, item Eboris sive Antispodii.

Præparatio cranii hominis laudem meretur, propterea quod sine calcinatione aut ullâ virium destructione, sed potiùs exaltatione ipsarum peragatur; Similiter etiam *Dentium Aprorum*; Circa quas præparationes id saltém monitum volo & consultum duco, ut loco *aquarum destillatarum*, quibus impastari cùm *cranium* tùm *dentes* præcipiuntur, *decocta rerum* vel *herbarum*, *florum* aut *fructuum* accipiantur, utpotè pro *cranio humano*, *decoctum radicum florum & seminum Paoniæ*, debito tempore collectorum; item *Visci quercini*; pro *dentibus Apri* verò *decoctum Cardui Mariæ*, nec non *seminis ejusdem emulsio*.

Cuperosam quod concernit, cùm illa nihil aliud sit, quam *Vitriolum album vomitivum*, idcircò ejus confectio cum præparatione dicti *Vitrioli*, jam vulgò notâ coincidit; Videantur de hoc tyrocinia Chymicorum.

Eboris autem præscriptæ præparationi eadem accommodari possunt, quæ in *antecedentibus Animadversionibus* de ineptissima *cornu Cervini ustione* dicta sunt.

ELATERII PRÆPARATIO.

Succus fructûs Cucumeris sylvestris maturi digeritur in balneo Mariæ, usque dum clarefit, separatur à fæcibus & inspissatur ad formam massæ, ut pastilli ex ea efformari possint, servatur in vase vitreo, vel vitreato.

ESULÆ

Esulæ radicum corticum Præparatio.

Esula præparatur tribus diebus, eam in acerrimo aceto infundendo, rursusque exiccando.

Euphorbii Præparatio.

Euphorbium subtilissimè pulverisatum in lapide cum sufficienti quantitate olei Amygdalorum dulcium instar Collyrii fricatur & teritur, massâ postmodum illa pomo citrio vel cydonio excavato inditur, pastâque panis obvolvitur, atque sic in clibano coquitur. Euphorbium deinde sic præparatum, vase vitreo benè obturato reconditur.

Ellebori albi et nigri Præparatio.

Radices Ellebori albi & nigri, demptâ ligneâ medullâ, triduo in vino cydoniorum macerantur loco tepido & calente, postea exiccantur ac reponuntur.

Alioquin radices sic maceratæ, pomo demùm cydonio infiguntur, quod pastâ panis obvolutum, in clibano coquitur ad sufficientiam; radices postmodum exemptæ, siccantur, & in usum asservantur.

Animadversiones

In præparationem Elaterii, Esulæ radicum, & Euphorbii; Item rad. Ellebori nigri & albi.

Elaterium, quod *succus est inspissatus ex Cucumeris Asinini fructu*, nullâ aliâ indiget correctione.

Cortices radicum Esulæ qui dextrè præparare intendit, is *acetum* quo cum *cortices* infusi sunt, non separet vel effundat, sed unà cum ipsis exsiccari sinat.

Euphorbii commendata præparatio nil minùs quàm correctiva est, cum quousque *Euphorbii* substantia integra & intacta manet, etiam ejus mordacitas firmiter persistat. *Oleum* autem *Amygdalorum dulcium* planè fucatam & palliativam præbet correctionem, & nil amplius præstat, quàm quod lentore suo quadantenùs prohibeat, ne *Euphorbium* vires suas, donec dicto *oleo* spolietur, exerere possit; Neque etiam per assationem in clibano illi quicquam adimitur, *Pomi* enim *humiditas* & *Olei unctuositas* prohibent, ne *Resina*

illa *Euphorbii* jam ſpiſſa à calore ignis moderato tàm promptè lædatur.

Quod tandem *Hellebori præparationem* concernit, nec illam tantoperè neceſſariam eſſe autumo, poterit tamen, qui *Helleborum* corrigere voluerit, ex ipſo *Extractum* conficere, ſeparando craſſum à ſubtili, purumque ab impuro; Et ſi nihilominùs aliquis præſcriptam præparationem neceſſariam reputaret, is *ſuccum cydoniorum*, prout ſæpiùs monui, unà cum *radicibus*, per evaporationem exſiccet, & neutiquam effundat; Cæterùm ademptio illa *medullæ lignea radicum*, ex nimiùm curioſi cujuſdam cerebello profecta eſt, qui *radices Hellebori* nunquam forſitan viderit aut nôrit, multò minus tractaverit, ideoque tanquam inutilem & impoſſibilem eam improbamus, uti quoque ulteriorem illam *radicum obvolutarum in clibano coctionem*, ceu æquè ineptam & ridiculam.

HIRUNDINUM USTIO.

Pulli Hirundinum ita jugulentur, ut ſanguis ſuper alas defluat; hi modico trito ſale aſpergantur, ac in novo fictili vitreato probè obturato urantur, cinis reſervetur.

Eodem ferè modo, ſed ſine addito ſale uruntur Erinacei, torrentur Ranæ, Millepedes, Bufones ad Xenechta expetiti, ac alia animalia.

ANIMADVERSIONES.

IN *Animadverſionibus noſtris ſuper appendicem Claſſis decimæ quartæ*, ubi de *ſalibus theriacalibus* & *viperinis* tractatum fuit, luculenter cùm experimentis, tùm rationibus demonſtravimus, quod cuncta *animalia* ex meris volatilibus conſtent, & combuſta nihil præter inutilem terram mortuam poſt ſe relinquant; Quod ſi ita ſe res habet, uti reverà non aliter eſt, quid ex *calcinatis hirundinum pullis*, licet ità crudeliter jugulatis, ut ſanguis ſuper alas defluxerit, ſaleque aſperſis; Item ex *Erinaceis*, *Ranis* & *Millepedibus*, nec non *Bufonibus* ſimiliter combuſtis & incineratis, præſertim ſi ad *Xenechta* expetuntur, aliud ſperandum eſt? Uſu nunc crebriori comprobatum eſt, cujus rei etiam ego experimentum feci, *Bufones* ipſos, *exſiccatos* ſaltem in aëre & tritos, innoxiè in graviſſimis quibuſdam morbis intra corpus ſumi poſſe; Externè etiam eorundem corpora exſiccata, iterumque in *vino* macerata aut pulveriſata, & cataplaſmatis loco Bubonibus peſtilentialibus quanto cum emolumento applicentur, dici vix poteſt: Si jam *Bufo*, qui etiam pro venenatiſſimo animali, dum vivit, habetur, prout etiam eſt, crudus & exſiccatus ſaltem, homini cùm internè, tùm externè tantoperè prodeſſe, & abſque

absque periculo adhiberi potest, multò minùs à *pullis Hirundinum* solummodò exsiccatis, item *Erinaceis*, *Ranis*, *Millepedibus* pertimescendum aut abstinendum erit, & neutiquam priùs, si quid illis præstare volupe fuerit, comburenda, totaliter destruenda, omnique virtute privanda sunt. Propterea suasor sum, ut *pulli Hirundinum deplumati & exenterati*, *Erinacei* verò *pellibus detractis & exemptis interaneis*, in cucurbita vitrea in modum *Viperarum*, dum pro pulvere præparantur, leni balnei calore exsiccentur, & tandem pulverisentur. Ast *Bufones*, & *Ranas* in aprico exsiccare consultum erit, observando tamen, ne nimium *Soli* exponantur. *Millepedum* præparatio jam superiùs tradita est, ubi de *Asellis* actum fuit.

JECORIS LUPI PRÆPARATIO.

Jecur Lupi vino odorato lotum exiccetur in furno, postea Absinthio circumdatum reponatur.

Aliqui & rectè id ante exiccationem pulvere Santalorum, maximè verò citrini conspergunt.

INTESTINI LUPI PRÆPARATIO.

Intestinum Lupi secundum longitudinem sectum, ac vino, in quo Ruta & Fœniculum cocta fuerint, elotum, ac in frustra dissectum exiccetur, & Rutâ obvolutum servetur.

ANIMADVERSIONES
In præparationem jecoris, & intestini Lupi.

SImiliter, uti in præcedentibus *Animadversionibus cum Hirundinibus* factum est, etiam cum *jecore Lupi* & *intestinis ejusdem* procedatur, lavanda ipsa priùs *vino spirituoso Myrrhato*, sive in quo *Myrrhæ* portio dissoluta sit, & postmodum immissa cucurbitæ vitreæ optimè in M. B. exsiccando; Vel, si libet etiam, *Myrrha* conspergere illa & aliquatenus condire, non absre erit, ita enim incorrupta in longum tempus conservari possunt.

LACCÆ LOTIO, Vel PRÆPARATIO.

Lacca trita aqua fontanâ, cui Aristolochia & Schœnanthos ad æquas partes incocta fuerint, lavetur, pistillo semper agitando quoad clarescat: quod resedit, coletur & siccetur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 742 sur 955

LAPIDIS LAZVLI PRÆPARATIO.

Lapis Lazuli minutiſſimè tritus, toties aquâ abluitur, fricatur, & agitatur, donec aqua nullum ampliùs vel colorem vel ſaporem induerit.

LAPIDIS MAGNETIS PRÆPARATIO.

℞. Succi Ariſtolochiæ rotundæ,
Sabinæ ana uncias quatuor,
Serpentariæ uncias duas,
Spiritûs vini libram unam.

Circulentur priùs viginti quatuor horarum ſpatio, tum deſtillentur. Hujus aquæ cape libram unam, Magnetis electi in pulverem redacti uncias quatuor.

Circulentur ſimul, & aqua à fæcibus deſtilletur, idque ter reiterabis. Atque hoc pacto Magnetis præparationem aſſequêre.

LEPORIS USTIO.

Fit, ut Hirundinum uſtio proximè antecedens.

LUMBRICORUM PRÆPARATIO.

Lumbrici cum vino toties lavantur, donec omnem impuritatem depoſuerint, deinde ſiccantur.

MANDIBULARUM LUCII PISCIS PRÆPARATIO.

Paratur, ut antegreſſa dentium Aprorum.

MEZEREI PRÆPARATIO.

Folia Mezerei macerentur horis viginti quatuor in aceto acerrimo, poſtea in umbra ſiccentur, ac aſſerventur.

MYRRHÆ PRÆPARATIO.

Myrrha in vino ad ignem balneo Mariæ diſſoluta, adhuc calens per linteum tranſcolanda eſt.

ANIM-

ANIMADVERSIONES

In Laccæ lotionem, Lapidis Lazuli, & Magnetis præparationem, Leporis ustionem, Lumbricorum, Mandibularum Lucii piscis, Mezerei & Myrrhæ præparationem.

Lacca subtiliter trita, difficulter lavari potest, quin ipsa unà & quidem melior ejus particula eluatur, itaque crassiusculè saltem terenda erit, ut stipites & ligna duntaxat, quibus plerumque referta est, aquæ innatantia ablui, & ab ea separari queant.

Lotio autem præscripta lapidis Lazuli, inepta & ridicula est, ac planè inconsiderata, sive enim illud quod eluitur, sive quod à lotione in fundo remanet, inspicio, utrumque vel purus pulvis *lapidis Lazuli* erit, si purus ille; vel lapillis & saxis permixtum, si is saxosus fuerit. Porrò sive purus, sive saxosus sit *lapis Lazuli*, nullo planè sapore imbuet aquam, qui signo esse posset perfectæ lotionis. Ut autem constet; quo pacto *lapis Lazuli* præparari debeat, & qua ratione quasi in Magisterium redigi possit, colore pulcherrimo cæruleo conspicuum, pictoribus *ultramarinum* dictum, subjungere libet modum insignem, qui à plurimis in secretis habetur: Nempe, teratur *lapis Lazuli caruleus* & optimæ notæ supra porphyriten, (& non alium aliquem lapidem,) subtilissimè quantum fieri poterit, cum *oleo Lini*, vel etiam aquâ simplici, qui iterum ita *oleo* permixtus reponatur: Postea fiat *Emplastri massa* talis;

℞. *Ceræ citrinæ*,
Picis Græc. vel Colophon.
Resin. Pini ana ℔ j,
Olei Lini ℥ iij,
Terebinth. ℥ iij,

Liquefiant supra ignem & colentur: quibus adde

Mastichis electæ ℥ iv.

Fiat Massa.

Hujus *massæ* accipe partes circiter tres vel quatuor, lapidis superiùs subtilissimè cum *oleo Lini* lævigati partem unam; misceantur in patella, & commixta septimanam unam vel alteram relinquantur veluti in digestione; postea *aquâ calidâ*, vel si hâc succedere nolit, ferventi malaxando & agitando spatulâ massam, eluatur *pulvis lapidis Lazuli subtilissimus* instar *Magisterii*, qui pulcherrimo cæruleo colore imbuet aquam (quam colare oportet in patinam) & postquam *lapis Lazuli* resederit, aqua decantanda, & pulvis subtilissimus impalpabilis ac pulcherrimus exsiccandus est.

Nota autem, quod qui primò eluitur *lapis* vel *pulvis*, pulchrior sit in colore & subtilitate secundo, & hic tertio ac sic consequenter,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 744 sur 955

ideò ſeparatim ſinguli aſſervandi erunt. Priorem illum pulverem, *Ultramarinum* dictum, pictores Veneti, qui illum parare ſoliti ſunt, & à quibus hunc modum addidici, non ſine expenſis, magno olim vendidêre precio; nunc autem poſtquam ejus præparatio pluribus innotuit, minori precio venit.

Magnetis præparationem quod concernit, æquè inſipida illa eſt, ac antecedens *lapidis Lazuli lotio*, cùm ex parte ipſiuſmet *Magnetis*, tùm etiam ratione additæ *aquæ diſtillatæ*, quâ præparari & circulari debet; Et quidem de *Magnete* in pulverem redacto quid ſentiam, jam antea in *Animadverſionibus ſuper Emplaſtrum Opodeltoch Mindereri* conſtabit. Quid autem *aqua illa deſtillata* pulveri *Magnetis* conferre poſſit, ego ſanè vix capio; Etenim *aquæ ſpirituoſæ* ſemel deſtillatæ, nunquam in ſecunda aut tertia cohobatione, rei, cuicunque etiam jungantur, ſpirituoſitatem aut vires relinquent aut impertient, quin æquè ut in priori deſtillatione avolabunt, ut adeò hanc *præparationem* ex parte *Magnetis* omni jure deſtructivam, ex parte autem additæ *aquæ*, ſuperfluam ac inutilem appellare poſſim.

Nec *Leporis uſtio* majorem laudem promeretur, quàm reliquorum *animalium combuſtio*, quâ de re conſulantur *Animadverſiones præcedentes ſuper cornu Cervi uſtum.*

Lumbrici ſimilem in modum, uti *jecur Lupi*, *vino* ſcilicet *myrrhato ſpirituoſo* parari, & in M. B. exſiccari poſſunt.

Mandibula Lucii piſcis optimè ad modum noſtrum in *dentium Aprorum præparatione* poſitum præparantur.

A *foliis Mezerei acetum*, in quo macerata fuêre, nullatenus ſeparare aut decantare, ſed unà cum ipſis lentè exſiccare conſultum erit.

Myrrham tandem quod attinet, ejus vera & genuina non eſt, quæ fit cum *vino* ſolutio, cùm totaliter in eo non ſolvatur, ſed potiùs in *ſpiritu vini*; Quod verò quandoque in *vino* diluatur, fit ob id, quia poſtquam cum *vino* ad ſpiſſitudinem cocta eſt, liquida aliquatenus maneat, atque hac ratione cum reliquis ſpeciebus intimiùs permiſceri queat; hoc autem, ſi cum *ſpiritu vini* ſolveretur ob nimiam ejus copiam, quæ pro ſolutione *Myrrhæ* vera neceſſaria eſt, fieri nequit, ideò præſtat hanc *Myrrhæ præparationem* intermittere, nec priùs inſtituere quàm exigatur.

OESYPI COLLECTIO.

Lanæ ſuccidæ, hoc eſt, nondum purgatæ, quæ ex collo, feminibus & femoribus Ovium defatigatarum fuerit detonſa, affundatur aqua fervens pluries, & lavetur diligenter, quouſque omnem ſuam pinguedinem in aquam depoſuerit. Poſtea expreſſa lana ſeponatur, & aqua illa pinguis & ſordida ex vaſculo aliquo diutiſſimè ex alto fun-

fundatur & refundatur, donec ſpumoſa fiat, ac tum ſpuma finatur ſubſidere, & colligatur aquæ innatans pinguedo; iterumque aqua refundatur, donec ſpumet, ac ſubſidens pinguedo auferatur, quod tamdiu fiat, donec non ampliùs appareat ſpuma, & nulla concreſcat ſupra aquam pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum ſpuma in aqua pura manu ſubigendo lavare, ſordesque immixtas ſæpius aquam renovando auferre debemus, donec pura effluat, & pinguedo admota linguæ non mordeat, deinde reponatur in fictili denſo, frigido loco.

OEſypum hoc veterum corrupto nomine vocatur *Hyſſopus humida*, quod ut rectè præparatum habeant Pharmacopœi, operam dare debent.

ANIMADVERSIONES.

SI intimiùs hanc *Oeſypi collectionem* ſive *præparationem* perveſtigo, ſatis mirari nequeo, quod tam fœtidi ſordidique animalium ſudores tantoperè ad Medicinam expetantur, quaſi vel non ſexcenta alia ſuppeterent medicamina, ex. gr. *pinguedines*, *adipes*, & ſimilia, ad eoſdem quibus *æſypus*, inſervire poſſet affectus, æquè efficacia & experimentata, leviori etiam precio, minori multò labore & in majori copia ubique obvia. Ingenuè fateor, me lubentiùs *unciam unam hujus æſypi* pro aureo coëmere velle, quàm ut ipſemet eam colligerem; Etenim quanta grex ovium, quam ignem labor, quanti ſumptus ad hanc ſpurcitiem corradendam exigantur, & quam ingratum & inſalubrem fœtorem in ejuſdem præparatione perpeti neceſſum ſit, is ſolus novit, qui eam collegit ac præparavit: Exiſtimem igitur, inutilia hæc excrementa, tantâ ubertate nunc exiſtente aliorum medicamentorum cùm Galenicorum, tùm Chymicorum, è Pharmacopoliis demùm citra neceſſitatem exulare poſſe; Quinimò rationabilius eſſe autumo, ſi qua parti alicui dolenti, aut tumori duro *lana* applicanda eſt, illam à ſpurcitie iſtâ prius eluere & probè mundare, quàm ita fœtidam ac ſudore, aut neſcio quâ immunditie conſpurcatam, corpori adhibere.

OLEI LOTIO, Seu LAVANDI Modus.

In phiala magna vitrea, quæ vulgo vocatur boccia, collum habente longum, unum brachium, & continente libras ſex vel octo liquoris, infundantur duæ partes aquæ ferventis, & una olei, deinde agitentur omnia diligentiſſimè, donec optimè miſceatur oleum cum aqua, & tota illa materia candida fiat. Liquor albus factus tollatur è phiala, & ponatur in catino ſub Sole, ibique detineatur, uſque dum

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 746 sur 955

separetur oleum ab aqua; quod ubi separatum fuerit, colligatua magno cochleari, & asservetur.

MErcurialis de Compos. Medicament. libro tertio, capite vigesimo sexto.

PELLICULARUM VENTRICULORUM GALLINARUM PRÆPARATIO.

Laventur vino albo, postea exiccentur & reponantur pro usu.

PILORUM LEPORIS USTIO.

Fiat, ut ustio Hirundinum.

PILARUM MARINARUM TORREFACTIO.

Eodem modo fit, quo Serici crudi torrefactio subsequens.

PLUMBI USTIO ET LOTIO.

Plumbum cum Sulphure (ut in Æris ustione suprà monuimus.) strato uno super aliud stratum uritur, post ustionem sæpiùs abluitur & reficcatur.

Commodiùs ab aliis plumbum cum sale calcinatur; liquato enim plumbo, sensim sal communis inspergitur, & spatula continuò agitatur, donec plumbum in pulverem abeat, qui beneficio aquæ simplicis à sale liberatus, colorem cineritium acquirit.

ANIMADVERSIONES

In Olei lotionem; Pellicularum Gallinarum præparationem; Pilorum Leporis ustionem; Pilarum marinarum torrefactionem; Plumbi ustionem & lotionem.

DE *Olei* (*Olivarum* puto, de quo hic loquuntur,) *lotione* hoc sentio, quod cùm illorum ad cibos condiendos usurpetur, non opus foret illud ad usus externos, præsertim si gutturi inferiori injiciendum, priùs tàm studiosè lavare; relinquo itaque ineptam hanc *lotionem*, ulteriori examine penitus indignam ac infantilem, & progredior ad

Præparationem pellicularum ventriculorum Gallinarum, quæ uti *intestinum* vel *jecur Lupinum*, modo superiùs indigitato, præparari possunt.

Pilos

Pilos Leporis uſtos, hæmorrhagias ſive *ſanguinem* erumpentem ſiſtere creditur, cui itaque alia medicamenta ſanguinem ſiſtentia non ſuppetunt, in tanta alias ubertate eorum, illi per me licet *pilos dictos* comburere, atque in carbones ſubtiles vel cineres aridos redigere, parùm autem in hiſce à rebus aliis, ab animantibus deſumptis, & incineratis vel combuſtis, diverſum inveniet.

Pilæ marinæ niſi totaliter in carbones vertantur, in pulverum redigi nequeunt; Similiter ſe res habet cum *Serico crudo*, cujus igitur in medicina ſingularis uſus eſſe, aut quales quamque eximiæ virtutes ab ipſis taliter præparatis proficiſci queant, quilibet qui recti judicii compos eſt, facilè judicare, poteſt. *Pilas marinas* quidem contra ſcrophulas & ſtrumas non ſolum ob eximiam vim exiccandi, quâ pollent, ſed etiam à tota ſubſtantia & occultâ proprietate prodeſſe, Authores ſibi perſuadent, & vulgo etiam ita receptum eſt, cui quoque non tantoperè repugno, præſertim cùm *ſalinæ* ſint ſubſtantiæ, à *ſalſedine maris* obortæ, quæ *ſalſedo* in *combuſtione* non perit: *Sericum autem crudum*, quod tàm variis *compoſitionibus* & *ſpeciebus cordialibus* ubique commiſcetur, cur illud adeò torqueri, ſummâque Vulcani violentiâ tractari debeat, quidque ita combuſtum efficere, aut in cordis affectibus propulſandis ſingulariter præſtare poſſit, certò non ſatis adhuc videre, neu conjecturare poſſum; Cui voluntas erit ſuperiores noſtras *animadverſiones ſuper confectionem Alkermes* evolvere, is ibidem inveniet rationibus abundè demonſtratum, *Sericum crudum* etiam per ſe planè inutile & inefficax eſſe medicamentum, multò itaque inutilius erit, ſi combuſtum & in carbones converſum ſit.

Plumbi uſtionem dexteriorum à figulis addiſcere oportebit, qui nullâ peregrinâ additione *liquefactum Plumbum* rudiculâ ferreâ tam diu hinc inde commovent, agitantque collocatum ſuper ignem lentum, donec totaliter in *calcem* converſum ſit, ulteriori ablutione non indigentem; Quæ ipſa *figulorum calcinatio* meo quidem judicio, *præſcriptæ* & *cum ſale perficiendæ uſtioni* meritò præferenda eſt, eò quod & ſine additione fiat, nec *edulcoratione* aut *ablutione*, utpotè, quæ nec ad hanc *Plumbi*, neque ad alias *metallorum calces* præparandas, quicquam prodeſt, ampliùs opus habeant.

PULMONUM VULPIUM

PRÆPARATIO.

Pulmo Vulpis recens, extractâ aſperâ arteriâ vino perquàm odoro, cui Hyſſopus & Scabioſa incocta fuerit, diligenter lavatur, lotus ſiccatur, ſiccatus Abſinthio, Marrubio, ac Hyſſopo involutus reponitur.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 748 sur 955

SANGUINIS HIRCI PRÆPARATIO.

Hircum mediocris ætatis domi per menſem alito, qui Pimpinellâ, Apio, Petroſelino, Leviſtico, Ericâ, Malvâ, & ſimilibus herbis diureticis nutriatur, hunc æſtatis principio Sole Cancrum ingrediente mactato, & ſanguinem, qui ex arteriis ejus defluxerit, vaſe mundo excipito, & abjectis partibus ichoroſis concreſcere ſinito, ac in grumos in furno reſiccato.

SCAMMONII PRÆPARATIO.

℞. Scammonii electi & lacteſcentis libras quatuor,
Succi Cydoniorum libras duas, & uncias duas,
Cort. Myrobalanorum citrinorum,
Maſtiches electæ ana uncias duas.

Myrobalani contuſi infundantur ſucco Cydoniorum loco calido, donec humorem imbibant: tum addatur Scammonium per ſe tritum in mortario, inuncto oleo Amygdalorum dulcium, fiant Trochiſci ut artis eſt. Scammonium ſic præparatum, Diagrydium vocatur.

SCORIÆ FERRI PRÆPARATIO.

Limatura ferri in aquam limpidiſſimam projecta manibus fricetur, & abluatur toties, donec ſorditiem depoſuerit, huic deinde in vitream patinam inditæ affunde modicum aceti, ut id non emineat, ſed ſolùm limatura ex eo humectetur: hanc ſic diebus triginta macera, tandem tere & repone.

SCORPIONUM USTIO.

Idem proceſſus eſt, qui fuit in uſtione Hirundinum.

SCILLÆ PRÆPARATIO.

℞. Scillam recentem, hanc rejectis aridioribus tunicis extimis paſtâ panis involve, eamque in clibano ad panis ſufficientiam coque; exemptam cultro ligneo ſolido, aut ex oſſe parato in laminas diſſeca, quas filo trajice, ita ut una alteram non attingat, & loco ſicco appenſas exſicca.

SERI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 749 sur 955

SERICI CRUDI TORREFACTIO.

Folliculi Serici exemptis vermibus inciſi, in furno tepido ollæ novæ impoſiti ſiccantur, dum poſſint in mortario per trituram in pulverem redigi.

SPONGIARUM USTIO, Vel Combustio.

Fit ut Hirundinum.

SULPHURIS VIVI PRÆPARATIO.

℞. Pulveris Sulphuris vivi quantum volueris, ſuperfunde vini albi, quantum ſatis, ſtent ita per diem & noctem, ſæpiùs movendo, deinde ſeparetur vinum per inclinationem, & ſic repetatur ſecundâ, & tertiâ vice. Tandem exiccetur & ſervetur uſui.

TEREBINTHINÆ COCTIO, Vel Coquendæ modus.

Terebinthinæ libra una coquitur in libris viginti quatuor aquæ, donec odorem amittat, & inſpiſſetur, adeò ut refrigerata digitis in pulverem teri queat, ac vitri modo diſſiliat.

TUTIÆ CALCINATIO, ET Præparatio.

Tutia Arabum ſeu Græcorum Cadmia, Botryites Dioſcorid. aliquoties vel ad minimum ter in crucibulo candefiat, deinde ſingulis vicibus aquâ Roſarum extinguatur, tunc demum trita lævigetur in marmore. Alii ſic præparatam linteo includunt, & in vaſe aquâ clarâ pleno hinc inde agitant, ut tenuior ac melior ejus pars in aquam effluat, craſſiore in linteolo relictâ. Inde cum reſiderit, aquam auferunt, ac ſupra Porphyritem ex aqua Roſacea molunt, tandemque in paſtillos cogunt.

VESICARUM APRORUM PRÆPARATIO,

Veſicæ à pinguedine & membranulis optimè mundatæ, incidantur in minutiſſimas fruſtulas, macerentur in vino rubro per viginti quatuor

quatuor horas, postea abjecto vino, exsiccentur vesicæ, & servetur pulvis ad usum.

VITRI USTIO, Vel COMBUSTIO ET PRÆPARATIO.

Accipe frustrum Vitri clari subtiliter pulverisati ac cribrati, quod in ollula ferrea tamdiu ponatur super prunas, ut ferrum candescat, deinde extinguatur in acervo facto ex cinere stipitum fabarum. Quo facto iterum pulverisetur, & rursum ignitum in priore acervo extinguatur, idque toties repetatur, donec optimè in cinerem sit redactum.

Id apparet, quando non ampliùs resplendet, & inter digitos attritum non sit asperum, inque os sumptum dentibus non sonitum edat. Hic cinis vitri in marmore Porphyritico subtilissimè pulverisetur, & intra corpus ita utiliter usurpari potest.

ATque hunc modum comburendi Florentiæ & alibi observant. Avicenna alium tradit, quem Fallopius in libello de Metallis improbat.

UNGULÆ ALCIS PRÆPARATIO.

Idem parandi modus est, cum Cranii humani præparatione.

Reliqua præparata sola ferè lævigatione ac triturâ perficiuntur: ut sunt.

Blattæ Byzantiæ cum aqua rosarum,
Corallii albi cum aqua rosar.
Rubei cum aqua rosar.
Lapid Ætitis cum aqua Tormentillæ,
Calaminaris cum aqua rosar.
Carneoli vel Sardæ cum aqua rosarum,
Chrysolithi cum aqua rosar.
Crystalli cum aqua Buglossi,
Granati Or. cum aqua rosar.
Hæmatitis cum aqua Bursæ pastoris,
Hyacynthi cum aqua rosar.
Judaici cum aqua Saxifragiæ,
Lyncis cum aqua Malvæ,
Nephritici cum aqua Petroselini,
Rubini cum aqua rosar.
Saphyri cum aqua rosar.
Smaragdi cum aquæ rosar.
Topazii cum aqua rosar.
Margaritarum Orientalium cum aqua rosar.

Matris

Matris Perlarum cum aqua roſar.
Oculorum Cancri cum aqua Fragor.
Ovorum putaminum uſtorum cum aqua Linariæ,
Succini albi cum aqua Betonicæ.

Sunt & alia quædam, eaque complura, quæ cuivis pro cujuſlibet libitu ac voluntate & præparantur, & præparata proſtant, utpote Argilla fornacum, exuvia Colubri, rubrica fabrilis lævigata, ſanguis Taxi ſeu Melis, cruor Agni, cinis Rubetæ, & his ſimilia.

HOrum aliqua uſtionem requirunt, ut metallica, nonnulla toſturam exigunt, ut mineralia pleraque, alia nutritionem poſtulant, ut Sarcocolla, Gypſum, ac Alcohol Nihili. His ſola trituratio ſufficit, illis infuſio noxam adimit, eaque medicamentorum compoſitionibus idonea reddit. Pleraque verò repurgatione indigent, ac ſitûs depoſitione meliorantur. Nec deſunt, quibus depuratio per quietem ſeu reſidentiam facta vim addat.

ANIMADVERSIONES

In præparationem pulmonum Vulpium, & reliquas omnes, quæ adhuc ſuperſunt hujus Claſſis præparationes.

VUlpium *pulmones* in modum *hepatis Lupi* præparare & exſiccare convenit, quos & aliis *decoctionibus* vel *extractis, pulmonibus* & pectori appropriatis, utpotè *decoctis Pulmonariæ, Veronicæ, &c. Eſſentiâ Croci, Myrrhæ,* & ſimilibus imbuere, & quaſi condire non inconſultum erit.

Hirci ſanguis præparatus à nonnullis, præſertim ab acutiſſimo Helmontio valdoperè in pleuritide commendatur, quam is ſine venæ ſectione curare aſſerit, paulò tamen aliter ejus præparationem inſtituit, uti ex ſequentibus ipſius verbis formalibus videre eſt: *Hircum,* inquit, *ſuſſendo cornibus & crura poſteriora ad cornua reflecto, teſtes abſcindo, & recepto inde cruore exanguem dimitto pro lanione: Hic cruor ſiccatus eſt inſtar vitri difficillimæ triturationis, atque longiſſimè ab hircino ſanguine Officinarum differens; Aſſumptus drachmæ pondere confeſtim ſopit & curat pleuritidem abſque ſectione venæ, nec te deſeret unquam.* Hæc ille.

Scammonii præparatio præſcripta vera & exquiſita dici non poteſt, cùm additamenta ſtomachum duntaxat roborare, non verò *Scammonii* vim & violentiam directè infringere queant; convenit itaque paulò artificioſiùs correctionem ejus inſtituere, ſeparando nimirum purum ab impuro, cùm illud multis inutilibus ſcateat recrementis: Plura de hac in *ſequenti Mantiſſa.*

Sectio

Scoriæ Ferri præparatio jam paulo antè ſub *præparatione Chalybis* indigitata eſt: *Chalybs* enim & *Ferrum* parùm admodum differunt, cum *Chalybs* nil aliud ſit, quam *Ferrum puriſſimum* & *optimum*.

De *uſtione Scorpionum Animadverſiones ſuperiores de combuſtione aliorum animalium* conſuli poſſunt.

Scillæ ſiniſtram præparationem, partim in *Animadverſionibus* ſuper *Lohoch* de *Scilla*, partim etiam in *confectione aceti ſcillitici*, cùm Authoritate ipſius Galeni, tùm rationibus evidentiſſimis convictam, ceu inutilem & ineptam rejicimus, quæ loca Lector benevolus revolvere poterit.

De uſu planè inutili *Serici crudi*, ejuſque ineptâ *torrefactione*, in *Animadverſionibus confectionis Alkermes*, & paulò antecedentibus *Pilarum marinarum*, ſufficienter diſſeruimus.

Sulphuris vivi præparationem quod attinet, illa quandoque neceſſaria non eſt, cùm *Sulphur dictum* nonnunquam tam purum ſit, & inveniatur, ut nullâ lotione indigeat, idipſum tamen, ſi impurum fuerit, qui vel *vino* vel *ſpiritu vini*, vel etiam *aceto* lavare voluerit, non tantoperè aberrabit: Solent etiam nonnulli *ſpiritum vini* vel *acetum deſtillatum* ab eo aliquoties abſtrahere.

Terebinthinæ coctio mera eſt abſtractio ipſius *ſpiritus*, vel *olei ſpirituoſi*, quod patet ex *Terebinthinæ deſtillatione*, hæc enim ſi in veſica cuprea cum aqua, & non per ſe in cucurbitâ (quod meliùs) fiat, peractâ deſtillatione, tota *Terebinthina* cocta remanet in reſiduo, ſaltem *ſpiritu ſuo* & *oleo penetrantiori* orbata.

Tutiæ calcinatio prior, poſteriori ſatis tædioſæ meritò præferenda eſt.

Veſicas aprorum non aliter quàm *jecur Lupi*, aut *aliorum animalium partes* in B. M. exſicare commodè poſſumus, ut in pulverem facilè tundi & teri queant.

Vitri levidenſem ac planè inutilem uſtionem & præparationem ceu ineptiſſimam, omni jure explodimus, cùm tantas involvat abſurditates; ut ſi quis accuratiori examini & judicio eam ſubjicere vellet, animumque haberet reprehendendi pronum, materiam ſanè ſuppeditaret ſufficientiſſimam, vel hanc aut aliam ſimilem ex præmiſſis *præparationibus* nugaciſſimis, omni vulgo notiſſimâ & ruſticanâ Philoſophiâ carentibus, in volumen extendendi, & infinita abſurda hinc deducendi, quæ indigna eſſent Philoſopho naturali. Videant ergò, quàm turpiter ſe dent tales Philoſophi putatitii & ſermocinales, qui verâ Philoſophiâ deſtituuntur, & in quantos ruant errores, ut non ſolùm illis, qui penitius naturam ejuſque penetralia ſcru-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 753 sur 955

ſcrutantur, ſed & ruſticis ipſis, imò lippis & tonſoribus, nec non vetulis & anis ſe deridendos propinent.

Vellem clarius conſtaret & ſeſe explicuiſſent, cur tantoperè hoc medicamentum deſideretur, aut ob quas eximias virtutes in officinis proſtare debeat? Certò ſi quis peculiarem *vim Lithonthripticam* in eo ſibi imaginatur, is toto errat cœlo, nec ſi quæ aliquando exhibitione ejus eſt adverſa (quod tamen ſine periculo aut detrimento ægroti, licet illud protinus non ſenſerit, exhiberi minimè potuit,) à vitro emanavit, ſed potiùs è *ſaleſtipitum Fabarum*, in quo talem vim ſabulum & arenam pellendi ineſſe probè novi; aſt ejus parandi ratio alio modo quærenda, non iſto, quo medicamentum nullius virtutis, ſed maximi detrimenti evadit: Verùm de hiſce nugis ſatis, tranſeamus ad alia.

Vngulæ Alcis parandi modus, ſi juxta *Animadverſiones noſtras in præparationem cranii humani factas*, inſtituatur, minimè deſtructorius eſt, quin inſuper vires *ungulæ Alcis* intendat, & efficiat, quò facilius ejus raſura tandem in pulverem teri, & ægrotis commodè propinari poſſit.

Reliquorum tamen præparatorum, quæ ſolâ triturâ & lævigatione concinnantur, nonnulla haud difficulter ſic læviganda admitto, præſertim quæ molliora & friabilia ſunt, nec *vitri* aut *Adamantis duritiem* æmulantur; è quorum numero ſunt *Blattæ Byzantiæ*, *Corallia alba & rubra*, *lapides Calaminaris*, *Carneoli*, *Hæmatites*, *Iudaicus Margaritæ Orientales*, *Mater Perlarum*, *oculi Cancri*, *Succinum album* & his ſimilia, maximè ſi lævigatio inſtituatur ſupra lapidem duriſſimum quantum fieri poteſt, de quo medicamento nihil accedat, aut quam minimùm communicetur, qualis *lapis Porphyrites* eſt, qui à pleriſque ad hoc negotium expeti ſolet. Sunt enim res modo denominatæ facillimæ ſolutionis, & ab Archeo noſtro innatoque calore, ſi meliora nobis ex iis parata & in eſſentias redacta medicamenta non proſtent, utcunque devinci & actuari poſſunt. *Aquæ* verò, quibus affuſis res prædictæ ſtudiosè præparari jubentur, nequicquam de virtutibus ſuis iis impertiri poſſunt, ob rationes ſæpiùs, & paulò ante in *præparatione Magnetis* indulcatas. *Cæteri verò duriores lapides & Gemmæ*, qui quandam *vitri & Adamantis* ſimilitudinem habent, difficillimæ ſunt trituræ & lævigationis, multumque laboris & temporis requirunt, antequam uſui idonei reddantur, in qua diuturna præparatione, aſperitate & duritie ſuâ, accedentæ præparantis niſu & compreſſione, profundè ſatis ſubjectum lapidem aggrediuntur ejusque partes multas, præſertim ſi marmor aut alius paulò molliuſculus lapis fuerit, abradunt: Quod Pharmacopœi probè advertunt, & cum fœnore, cùm poſt peractam præparationem, ſuos lapides duplo aut triplo, quoad pondus, auctos eſſe deprehen-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 754 sur 955

prehendunt. Quare igitur prædictorum hanc rudem præparationem ſimpliciter admittere nequeam, tùm ex modo dictis, tùm ex iis, quæ in *Animadverſionibus claſſis undecimæ*, nec non ſuper *Emplaſtrum Opodeltoch*, ubi de *præparatione Magnetis* actum fuit, allata ſunt, ubi opinionem meam rationibus & experientia fultam, breviter aperui abundè patet, quo Lectorem ablego.

Cæterùm *lapis Ætites*, periapti inſtar, corporis prægnantis aut parturientis alligatus, ſupra renes, ſi fœtum diutius in utero materno continere, abortumque prohibere debeat, infra renes autem & cruribus, ſi partum promovendi animus ſit, multa præſtat: Tritus verò vel in ſubtiliſſimum pulverem, additâ licet *Tormentillæ aquâ*, lævigando redactus, non eſt quod nobis de virtutibus dictis quicquam promittamus, niſi fortè vim adſtrictivam, illi, taliter præparato, ſi intra corpus ſumatur, attribuamus: idem judicium eſto de plurimis aliis *lapidibus preciosis*; vis enim unita fortior diſpersâ.

Quæ reſtant tandem *ſimplicia*, in ultima *hujus claſſis additâ Animadverſione* denominata, qualiter illa paranda ſunt, ſi *præparationem* aut ſui melioris *rationem* exigant, illa haud difficulter ex antecedentibus noſtris *Animadverſionibus* peti poſſunt:

Et ſic huic *ultimæ claſſi* plurimis inutilibus & deſtructivis *præparationibus* rerum refertæ, colophonem imponimus.

MANTIS-

MANTISSA HERMETICA.

PRÆFATIO.

CVm Mantissa hæc *de Medicamentis Chymicè præparatis agat, incumberet nobis, antequam examen ipsorum aggrediremur, de præstantia eorundem & eximiis virtutibus quæis præ aliis medicamentis, more Galenico, id est, rudi elaboratis, eminent, nonnulla in medium proferre; Verùm ut scriptionis operam compendi faciamus, cùm plures, tùm antiquiores, tùm recentiores Medici abundè hac de re. satisque celebriter locuti sint, silentio ea transilio, neque etiam his opus esse arbitror suspensâ hederâ; Solummodò* de difficultate artis Chymicæ *hic in vestibulo* hujus Mantissæ *paucis agere decrevi, cùm nonnulli sint, qui adeò facilem ipsam esse autument, ut vel sex mensium spatio, & alii (quod maximè miror) intra decursum sex septemvé septimanarum, quantum Medico de* Chymia *necessarium sit, integrè addiscì posse audacter asserere non vereantur. Ast Lector benevole, si* Animadversiones nostras super antecedentem Pharmacopœiam Galenicam, *nunc demùm (sit gratia Superis,) ad umbilicum perductam, pensiculatè pervolveris, & seriò tecum ruminaveris, reipsâ deprehendes* artem Pharmaceuticam, *utpotè arduam, licet* Chymiâ *inferiorem, non immatura judicia aut rusticos exposcere labores: ita* Chymiam *esse artem uti nobilissimam, & Medico scitu summè necessariam, sic difficillimam, & includere universam Philosophiam practicam: Vt igitur illi, qui ipsam exactè callere, ejusque penetralia pervestigare velit, non septimana una aut altera, non menses aliquot, nec annus integer, imò nec omnes suæ vitæ dies sufficient. Neque enim quilibet, qui perdius & pernox carbones manu versat, fornaces artificiosè exstruere novit, aut aquas destillare addidicit, illicò veri* Chymici, *& ab* Hermete *nobile nomen habere meretur; neutiquam sanè, sed is duntaxat, qui arcem hujus artis penitius pervasit, & jugiter ac indefessis laboribus in arcanis & multifariis ejus operationibus, sæ solertem dedit. Tantis mehercle* Chymia *sive* Spagyria *difficultatibus referta est, ut pauci admodum inter tot millia hominum,*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 756 sur 955

quorum alii nobilitate ejus, alii autem cupidine lucri allecti, à tot annis in illa indesinenter periculum fecêre, culmen ipsius attigerint; Nimirùm deludimur hinc inde, tot tamque variis plurium Chymicorum scriptis, mendis & mendaciis plenis, eorundem (uti vocant,) processibus ferè infinitis, nec tamen priùs nos deceptos esse persentimus, quàm ubi oleum (quod dicitur,) & operam perdidimus; id est, ubi vanis nostris laboribus, nullâ ratione ducti, sed magnâ duntaxat quorundam authoritate suffulti, rem, quam pro manibus habuimus, pertractatam totaliter destruxerimus; quam tamen, si rectam rationem ducem secuti essemus, aut si, quid in re quaque reconditum, quidve illi familiare vel adversum esset, satis nobis innotesceret facilè servare potuissemus. Et si tantum tria illa Regna, *circà quæ Chymia ut plurimùm occupata est, (omissis elementis & eorum contentis,) acinter hæc maximè* minerale *paululum percurramus, quanti, DEUS bone! non impenduntur labores, quanti sumptus, ad famosum illud* Aurum potabile *acquirendum? quot modis* Aurum *calcinatur, solvitur, extrahitur, coquitur, digeritur, & nescio quam diversimodè exagitatur; ubi autem cunctis hisce laboribus impensis tandem exactè* Aurum nostrum putabile *ad examen revocamus, quid quæso aliud impetravimus, quam* Aurum solutum, *vel in formam liquoris aut pulveris, exiguo temporis momento & levissima operâ ad pristinam suam formam crudam & metallicam reducibile, quale, & vel majoribus adhuc virtutibus præditum, unius diei decursu commodè perficere potuissemus, & longè minori labore, & paucioribus expensis.* Mineralia *itidem, postquam illa satis diu sub tortura detinemus, curiosis & argutis nostris laboribus pejora sæpenumero efficimus, quàm extitêre cruda: Exemplo sit* Antimonium, *cujus, dum crudum est,* integra libra in aqua simplici *cocta & pota, nullam prorsus molestiam vel vomitum procreat; è contrà verò, si in* Flores, Crocum, Mercurium vitæ, *aut* Vitrum *conversum fuerit, quantò cum stupore & violentia operatur? quàm dira sæpenumerò & atrocia excitat symptòmata? & sic de innumeris penè aliis. Neque in* Regno animali & vegetabili *aliter se res habet, dum enim ex ipsis modo* Salia, Tincturas, Aquas destillatas, Magisteria, *& similia parare satagimus, quoties alienis menstruis permixta, naturam sive virtutes earum nativas invertimus? Quoties ipsorum plurima artificiosis nostris calcinationibus, radicali humiditate expulsâ, totaliter destruimus, relictâ cadaverosâ terrâ? Proh quantos, præter enumeratos, ubi ex diversis* Salibus, Spiritibus mineralibus, Essentiis, Oleis destillatis, *& similibus invicem maritatis artificiosas mixturas construere nobis præsumimus, non rarò committimus errores? Et hæc omnia sub prætextu artificii* Spagyrici: *Cujus rei causa reverâ nulla alia est, quàm quod vel naturam ignoremus, ipsamque in operationibus suis non imitemur quæ simplicissima est, & propterea simpliciter vult tractari: vel etiam,*

quòd

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 757 sur 955

quòd universale illud solvens *nos lateat, quo omnia corpora naturaliâ in suum primigenium esse, servatâ seminum potestate, solvuntur: Hoc dum destituimur, arduum & difficillimum est conjecturare, quid unaquæque res pati possit, quidque ferre recuset: Itaque quicunque inter viros Chymicos, & genuinos Hermetis filios nomen suum profiteri amat, necessum habet, ut minutissima quæque pervestiget, & ad singula curioso oculo attentus sit, si quid boni efficere, nec in cassum laborare velit. Hanc* Chymiæ *summam difficultatem ubi intimiùs considerò, vix ac ne vix quidem animum meum eò disponere possum, ut hanc* Mantissam, *licet communissima saltem & officinalia, ubivis etiam in* Tyrociniis Chymicis *obvia contineat, corrigendam ad manus sumam: Novi enim, quam vera* Chymia *recondita literatura, acuti judiciis & in multifariis laboribus Hermeticis exercitatum virum & Philosophum requirat; Nihilominùs cùm à quamplurimis solicitatus & quasi impulsus fuerim, ne & huic parti laborem meum derogarem, inter quos potissimus fuit Excellentissimus & Experientissimus Dn.* Henricus Custerus *Med. D. Celeberrimus, qui in his meis* Animadversionibus *elimandis, ingenuè mihi adstitit, & ne commodum, quod forsitan ex* compositionum Chymicarum, *quæ hæc* Mantissa *complectitur, accuratâ ventilatione & emendatione, in plures* Chymiæ *amantes redundare posset, in me claudi paterer, quantum experientiâ & improbis laboribus comprobavi, neminem celabo. Pauca insuper duntaxat (non enim aliter in præsens fert mei instituti ratio,) adjiciam, eaque selectiora & experta. Plura qui desiderat, consulat Clarissimum* Schroderum, *& Solertissimum* Glauberum; *Ast nec illos inconsideratè & illotis manibus adeat, suadeo, sed rectâ rationis & judicii lance trutinet omnia, & expendat probè, quid Naturæ possibile sit, quidque ferre recuset: In quem finem* Animadversiones subsequentes *adjungam, quæ veluti Censores sint earum, quarum in hac* Mantissâ *fit mentio præparationum, & ad altiora manuductores.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 758 sur 955

SPIRITUS SIMPLICES.

SPIRITUS ABSINTHII.

℞. Abſinthii vulgaris quantum placet ; ſuperinfunde ſpiritûs vini tantundem , ut digiti unius latitudine ſupernatet ; macerentur per octiduum, deinde per balneum Mariæ,ſpiritus lege artis evocetur.

Hoc etiam modo parantur
Spiritus Cardui Benedicti,
Chamomillæ Romanæ,
Liliorum convallium,
Meliſſæ,
Veronicæ.

SPIRITUS ANISI.

℞. Seminis Aniſi benè contuſi libram ſemis,
Spiritus vini ſimplicis menſuram unam.
Macerentur per octiduum , & per balneum Mariæ ſpiritus eliciatur.

Ita etiam fiunt
Spiritus Carui,
Ceraſorum fœniculatus,
Fœniculi.

SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM,

℞. Ceraſorum nigrorum quantum vis ; contundantur , & ponantur in vaſe ligneo , in eoque maneant uſque ad fermentationem ; deinde per veſicam deſtillentur, & exibit ſpiritus.

Hac ratione deſtillantur
Spiritus Cydoniorum,
Ebuli ex baccis,
Fragorum,
Juniperi ex baccis.
Sambuci ex baccis.

OMnes & ſinguli modè dicti Spiritus , ſimplicium ſive vegetabilium virtutes & qualitates in ſe continent, ex quibus deſtillati fuére.

SPI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 759 sur 955

SPIRITUS ROSARUM.

℞. Rosarum fragrantium tempore sicco collectarum quantum libet: contundantur, & in vase vitreo vel ligneo compressæ, reponantur in cellam: deinde cum sale vel pauculo fermenti, fiat stratum super stratum: destillentur per vesicam; destillata aqua novis rosis fermentatis affundatur & destilletur, donec perfectum Spiritum habueris.

Proprietate suâ specificâ cor recreat; in omnibus ejus infirmitatibus singulare robur conciliat, odore & fragrantiâ vires reficit. Extrà etiam ad virium debilitatem arteriis applicatur.

SPIRITUS SALIS.

℞. Salis communis quantum lubet; solve & coagula: solutum, cum terræ figulinæ siccæ pondere æquali commisce, pastillos forma, exsiccatos retortæ, inde, destilla usque dum nihil ampliùs egrediatur spirituum.

Omni putredini resistit, hepatis & lienis obstructionibus prodest: renes & vesicam expurgat; hydropicis imprimis singulare remedium præbet.

SPIRITUS SALIS NITRI.

℞. Salis Petræ sive Nitri libram unam,
Boli communis, vel terræ figulinæ libras tres.

Destillentur per retortam igne reverberii spatio duodecim horarum, & habebis Spiritum rubicundum.

Pro contemperando æstu febrili, restinguendâ siti, prohibendâ anginâ, & mitigandâ colicâ, commodissimè usurpatur.

SPIRITUS SULPHURIS.

Ponatur sub campana vitrea vas aliquod terreum cum sulphure, quod accendatur: ita verò vas subjectum ad campanam applicetur, ne fumi egredientes flammam suffocent, sed ut liberè ascendentes, in liquores coagulentur, qui in scutellam appositam destillentur.

Easdem ferè qualitates cum Spiritu Vitrioli obtinet, proinde iisdem etiam affectibus curandis conducit.

SPIRITUS TARTARI.

℞. Tartari albi puri libras quinque: Pone in retortam vitream,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 760 sur 955

eiq́ue in ignem cinerum vel potiùs arenæ collocatæ, recipientem satis capacem adapta, & luta, dato igne per gradus, primò Spiritus egredietur, postea oleum fœtidum, quæ rectificari debent.

Est egregium aperiens, unde in menstruis retentis, paralysi, ictero, pleuritide, hydrope, mira præstat.

SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Vitrioli purificati libras sex.

Injiciantur retortæ benè lutatæ; huic aptetur recipiens amplum, commissuris benè clausis, accendatur ignis gradatim, & post tres ferè horas phlegma stillare incipit; hinc ignis paulatim augeatur, circiter horam septimam albis spiritibus apparentibus, iterum augeatur ignis, & ita continuetur per integrum diem; tandem detur maximus ignis, & continuetur labor in diem tertium: refrigeratis omnibus, rectificetur Spiritus, quod clarum est, per cineres destilletur, & exibit Spiritus clarus & albus.

In variis febrium generibus summa utilitatis est Spiritus Vitrioli; humorum enim putredini resistit, eorumque incendium prohibet, vitiosos corrigit, phlegma consumit, per urinas & poros cutaneos operatur.

ANIMADVERSIONES
Spiritus Simplices omnes concernentes.

LEgitimi & secundum *artem spagyricam* præparati *spiritus*, qui ab aliquo subjecto, sive illud *vegetabile* sit, sive *minerale* aut *animale* denominationem sortiuntur, ex eo solo & unico constare solent & debent; utpotè *Spiritus Absinthii* ex solo *Absinthio*, *Liliorum convallium* ex *Liliis convallium*, &c. Qui autem primùm præscribitur in hac *Mantissa Absinthii spiritus*, non tàm *Absinthii*, quàm *Spiritus vini Absinthites* dici meretur, cui propterea simplicem *infusionem Absinthii Spiritu vini* factam, haud iniquè præfero, utpotè quæ ipsâ *Essentia Absinthii* imbuta est, nec minori sed majori potiùs efficaciâ pollet, quàm *Spiritus vini*, unà cum partibus *Absinthii* subtilioribus duntaxat ac volatilioribus, per Alembicum prolectus, relictis in residuo virtutibus ejusdem potioribus. Si quis autem nobiliores *Essentias* ex *Absinthio*, *Chamomillâ*, *Melissâ*, aliisvé similibus *herbis* conficere satagit, is rem paulò aliter aggrediatur, ac procedat hunc in modum.

ESSENTIA ABSINTHII.

℞. *Absinthii recentis magnam quantitatem*;

Quod

Quod contusum aut concisum, perfunde paucâ *aquâ simplici calenti*, addito *cantillo fermenti* vel *sacchari*, fiatque maceratio loco tepido, quousque *spiritus* odore percipiatur, aut veluti nares feriat: Tum demùm destilletur in cucurbita vitrea vel vesica cuprea; Prolecta *aqua spirituosa* aliquoties rectificetur, quousque acquiratur *spiritus Absinthii fortis & ardens.* Jam

℞. *Hujus spiritùs veri Absinthii & fortis, ex gr. libram unam,*
Olei Absinthii destillati q. s. sive quantum prædictus spiritus dissolvere potest, scilicet drachmas duas plùs minusvè.
Extracti Absinthii spissi separatim spiritu vini parati drachmas duas, vel drachmas tres, aut unciam semis,
Salis ejusdem in aquæ propriæ etiam s. q. saltem resoluti, drachmas duas, vel drachmas tres, aut unciam semis.

Commixta digerantur aliquandiu, donec probè uniantur; filtretur postea *essentia*, usuique asservetur.

Qui alias ex *herbis similibus essentias* exoptat, ipse imitari poterit modum, quem indigitat Experient. *Glauberus Tract. 1. sui primi Furni Philosophici.*

ESSENTIA ANISI.

Spiritus Anisi, qui potiùs *Spiritus vini anisatus* dici meretur, à præcedenti *Spiritu vini absinthite*, quoad præparandi modum, nil quicquam differt, nec ullum in se continet artificium Hermeticum, quem ipsum itaque us elegantiorem & efficaciorem tibi compares, cujusque *unica drachma* plus præstet, quàm *uncia integra* aut ampliùs præscripti & vulgari modo parati *spiritus anisati*, taliter procede:

℞. *Spiritùs vini rectificati libras tres, vel libras quatuor,*
Sem. Anisi libram semis.

Fiat infusio, & post digestionem unius alteriusve diei instituatur destillatio; *spiritui anisato prolecto* adde

Olei Anisi destill. quantum is imbibere aut dissolvere potest,
Extracti Anisi recent. unciam semis, vel unciam unam,
Sal. Anisi puri seorsim in aqua Anisi s. q. saltem resoluti ℥ j.

Misceantur & digerantur aliquandiu, donec cuncta benè unita sint; filtretur tandem *essentia*, usuique asservetur. Idem processus esto *spiritùs* vel *essentiæ Carui, Faniculi*, & similium seminum.

ARDENTES SPIRITUS VARII.

EX *Cerasis, Fragis, Baccis Iuniperi, Sambuci & Ebuli, Spiritus ardentes*, mediante fermentatione, & reiteratâ rectificatione, facilè parantur. Ita etiam ex *Rosis* aliisque *herbis & floribus*, per

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 762 sur 955

fermentationem reiteratamque destillationem & rectificationem *Spiritus ardentes* elici possunt. Observandum autem, quod *herbæ* & *flores* longè minorem præbeant *Spiritus* quantitatem, quam fructus, utpotè *Cerasa*, *Iuniperi bacca*, &c. ideòque qui ex ipsis *Spiritus ardentes* elicere satagit, largam sibi *herbarum* & *florum* procuret copiam, ni in vanum laborare velit.

SPIRITUS SALIS DESTILLATIO, CUR DIFFICILIS.

QUantâ cum difficultate *Spiritus salis* genuini aliqua copia vel quantitas acquiratur, de hoc non satis querelarum est, non modò apud Pharmacopœos, sed ipsos etiam Chymicos, eosque qui in ejusmodi *spirituum destillat.* ex professo & unicè occupati sunt: Hinc adeo fit, quod dictus *Spiritus salis*, rarò purus, & aliis, (maximè verò *spiritu nitri,*) non adulteratus divendatur, ut ita nullus, nisi qui ipsus illum destillaverit, de legitimo & vero *salis spiritu* certus esse possit. Causam hujus mali, aut difficilis destillationis, nemo adhuc detexit, aut assignare potuit, quam tamen ipsa natura nobis patefacit: Etenim quis non videt, si *spiritus salis*, *vitrioli*, aut similes *spiritus acidi* & *corrosivi*, super *arenam*, *lateres*, aut *terram figulinam siccam* vel *bolum* fundantur, (uti non rarò ex incuria & eorum transvatatione contingit,) quod fermententur veluti & ebulliant, inque res prædictas agant, & agendo vicissim patiantur imò totaliter destruantur, ac in aliud ens convertantur, non secus, ac si pro solutione rerum aliarum mineralium & metallicarum adhibiti essent? Si hoc evenit jam paratis aut *destillatis spiritibus*, quid obstat, dic amabo, quin etiam in ipsa destillatione *spiritus salis egredientes & fervidi*, *terram figulinam* statim, cui impactum est *sal*, aggrediantur, corrodant, & ita se reciprocè destruant, ut exigua portio *spiritus*, eáque tota phlegmatica vel aquosa transeat? Objiciet autem quispiam, quod *spiritus nitri* æquè acidus sit ac *spiritus salis*: *nitrum* autem utplurimùm *terræ figulinæ* etiam commisceatur, in globulos efformetur, aut *bolus* illi addatur *siccus* pro destillatione, nihilominus *spiritum* emittat *acidissimum* & *corrosivum*; Ergo. Respondeo; concedendo quod *spiritus nitri* acidissimus sit; imò magis corrosivus quàm *spiritus salis*, multò etiam majorem copiam *spirituum corrosivorum* suppeditet *nitrum* quam *sal*; hinc etiam fit, quod non tota quantitas *spiritus nitri* in adjectam *terram figulinam* agere, & se mutuò destruere valeat, sed tantùm secundum proportionem *adjectæ terræ* variat eorum actio & reactio; quo enim plus *terræ* illi addideris, eò minùs etiam *spiritus nitri* adipiscēris; è contra, si *alumen ustum*, aut simile quid, in quod *spiritus dicti* agere non possint, illi debitè & dextrè adjunxeris, longè majorem copiam *spirituum* proli-

cies,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 763 sur 955

cies, quàm si *terram figulinam* addidisses. Secundò, non omnes res vel cuncta *mineralia* aut *metalla* corrodit aut dissolvit *Nitri spiritus*, utpotè *Aurum*, *Antimonium crudum*, *Sulphur*, &c. quæ tamen *spiritus salis*, licet mitior sit illo, attingit: Sic etiam *Bolum*, aut *terram figulinam*, item *sigillatam*, quæ utplurimùm semine *Auri* prægnantia sunt, proprietate suâ *spiritus salis* citiùs aggreditur, quàm *nitri*. Patet ergò, quod præposterè *argilla*, vel *terra figulina salis*, & similibus rebus, *nitro* etiam jungatur, pro destillatione ipsorum *spirituum*. Ipsa quoque *sublimatio Mercurii* aut *Argenti vivi* peragenda cum *sale* & *vitriolo*, id luculentissimèdemonstrat, ubi *spiritus omnes salis* & *vitrioli* in ipsa sublimatione *Mercurium* dissolvunt, & in duram ac solidam compagem (quod sine additione illorum fieri non posset) transfigurant, de *spiritibus* autem dictorum, *vitrioli* & *salis* nequicquam transit aut prolicitur. Propterea hanc cantilenam, quam omnia *tyrocinia chymica* in destillatione horum *spirituum* modulantur, cum plurimis aliis indignis processibus & mendis, quibus illa utplurimum scatent, explodimus meritò. Qualiter autem hi *spiritus* destillandi, vel potiùs quibus rebus pro destillatione permiscendi sunt, jam dum paulò ante dictum est: qui verò experientissimi *Glauberi*, hujus & aliorum similium *spirituum* destillandi modos, quos indigitat in *Tract. 1. & 2. primi & secundi sui Furni Philosophici* amplecti velit, illi non repugno, quin insuper moneo, ut *spirituum præfatorum* virtutes discrepantes ac debitos diversosque utendi modos, ex solido ejus discursu, lectione diligenti colligat.

SPIRITUS TARTARI GENUINUS.

DE *Spiritu Tartari* hoc quod moneam, habeo, ut pro ejus destillatione *Tartarus unicâ solutione* (quæ commodè spacio unius diei in vesica cuprea, exiguo cum labore & dispendio fieri poterit,) & *crystallisatione* purificetur. Ita enim *defæcatus*, & *ab inhærentibus stipitibus liberatus Tartarus* destillationi commissus, non graveolentem, uti aliàs, sed fragrantem & insigniter penetrantem præbet *spiritum*. Etenim *Tartarus crudus*, quam purus etiam esse videatur, plurimis tamen rebus heterogeneis permixtus deprehenditur, à quibus demùm insignis ille fœtor oritur, propterea *vulgaris spiritus Tartari*, ut in Officinis prostat, quique à suo relicto *capite mortuo* non rectificatus, nec à suo abundante *phlegmate* liberatus fuerit, nullâ ratione pro puro puto *Tartari spiritu*, sed mixto & inquinato haberi debet, ut in posterum non sit, quod miremur, ab eodem *Spiritu Tartari fœtido* sæpè contrarias operationes & pessimos quandoque suboriri effectus.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 764 sur 955

SPIRITUS SULPHURIS.

Spiritus Sulphuris qualiter per campanam aut retortam, aliisque modis destillari possit. *Vide Clariss.* Schrôderum lib. 3. cap. 28. *nec non doctiss.* Glaub. Tr. 2. Furni Philosoph. f. 181.

SPIRITUS COMPOSITI.

SPIRITUS CEPHALICUS.

℞. Flavedinis Corticum Citrii pomi recentis,
Seminis Pæoniæ recent. excort. ana uncias quatuor,
Baccar. Juniperi maturarum,
Lauri decort. ana uncias duas,
Cinamomi acutissimi uncias tres,
Ligni Aloës optimi,
Dictamni albi,
Caryophyllorum ana unciam unam,
Nucis Moschatæ,
Macis,
Galangæ minoris,
Costi albi aromatici ana unciam semis,
Santali Citrini odoratissimi,
Cardamomi minoris,
Piperis albi ana drachmas tres,
Longi drachmam unam.

Macerentur cum libris quatuor spiritûs vini rectificati optimè, stent in infusione per decendium. Insuper

℞. Menthæ crispæ,
Lavendulæ,
Pulegii,
Nepetæ,
Salviæ nobilis,
Fœniculi,
Melissæ ana uncias tres.

Infundantur cum Vini Malvatici optimi libris quinque; stent per sex dies, postea destillentur; destillatum addatur priori spiritui colato, & simul mixtis dissolve Sacchari Candi albissimi libram unam: colentur omnia iterum, additâ in fine Croci Orientalis drachmâ unâ. Ambræ electæ granis quindecim, & Moschi finissimi scrupulo semis, in sindone tenui ligatorum; Servetur usui.

Cere-

CErebrum & omnes ejus functiones mirè corroborat, catarrhos discutit, præservat ab apoplexia, epilepsia, lethargo; utilis etiam est in syncope, cordis palpitatione, consumit pituitam in ventriculo & intestinis: omnibus denique à frigiditate ortum ducentibus morbis magnoperè conducit.

ACcuratam hanc Spiritûs Cephalici descriptionem, Dispensatorio nostro adjungere placuit Viro Clarissimo D. D. *Andreæ Layo*, Collegæ nobis plurimùm dilecto.

SPIRITUS EUPHRASIÆ, MINDERERI.

℞. Spiritus Cerasorum nigrorum libram unam,
Aquæ Hirundinum compositæ majoris uncias sex,
Doronici veri,
Cassiæ ligneæ veræ,
Amomi veri,
Radic. Valerianæ,
Chelidoniæ ana drachmas duas,
Mari veri,
Fol. Rutæ ana drachmam unam,
Flor. Euphrasiæ selectissimorum siccorum unciam unam semis, vel recentium, quantum potest infundi.

Infundantur per noctem in liquoribus his, vase benè perlutato; manè per balneum Mariæ destillentur leni igne, iste spiritus reservetur in vitro.

VIsionem reparat hic spiritus, cùm spiritus visivos reficiat, cerebri frigiditatem corrigat, spiritui in eo mundet & clarificet, in scotomia & vertigine optimè proficiens.

SPIRITUS DIATRION.

℞. Spirit. Theriacalis Camphorati uncias quinque,
Tartari rectificati uncias tres,
Vitrioli rectificati unciam unam; Misce.
Digerantur in Phiola hermeticè sigillata per tres septimanas.

NObilissimum medicamentum ad plurimos morbos, ad omnes obstructiones viscerum reserandas, ad pleuritidem, ad menstrua, uterum calefaciendum, ad venena, & malignam materiam in febribus per sudorem discutiendam existit.

SPIRITUS DIAPENTE.

℞. Elixir proprietatis Paracelsi unciam unam,

Spiri-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 766 sur 955

Spiritûs Theriacalis Camphorati drachmam unam ſemis,
Vitrioli rectificati drachmam unam,
Tartari rectificati ſcrupulos duos,
Salis rectificati, in quo folia Auri n. x. ſoluta ſint, drachmam unam.

Omnia ſimul miſceantur & digerantur per quatuordecim dies, & reſerventur uſui.

IN affectibus ventriculi & capitis multum valet: humores ventriculi vitioſos educit, ſiccat & mundificat, urinam provocat, & per emunctoria cutis corporis habitum repurgat.

SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS.

℞. Spiritûs vini optimè rectificati, & ab omni phlegmate depurati uncias decem,
Theriacæ Andromachi veteris uncias quinque,
Myrrhæ rubræ uncias duas ſemis,
Croci Auſtriaci unciam ſemis.

Inditis omnibus cucurbitæ vitreæ, impoſitoque Alembico cæco, & juncturis optimè clauſis, ne quidpiam expiret, ſtent in infuſione per octiduum in loco calido. Poſtea impoſito Alembico roſtrato, in cujus limbo vel roſtro ponantur Camphoræ drachmæ duæ, fiat in balneo Mariæ lentiſſimo igne deſtillatio, ut vix trium vel quatuor dierum ſpatio totum extillet. Tandem ceſſante deſtillatione, calor augeatur ad ebullitionem aquæ in balneo Mariæ. Hac finita deſtillatione, deſtillatum fæcibus iterum affunde; juncturis clauſis digere per triduum, poſtea in balneo Mariæ deſtilla, ut priùs. Tandem deſtillatum iterum fæcibus redde; digere per triduum, & deſtilla per cineres lentiſſimo igne, uſque ad ſiccitatem, juncturis ſemper exquiſitè clauſis.

EGregiè ad ſudores eliciendos in peſte, ictero, febribus lentis, quartanâ & ſimilibus confert, penetrat nervos, muſculos, & quicquid noxium reperit, corrigit atque expellit.

SPIRITUS VITRIOLI CORDIALIS ANGELI SALÆ.

℞. Oſſis Cervini menſe Junio recenter albiſſimè calcinati uncias ſex,
Spiritus Vitrioli acidi uncias octo.

Immitte in calcinationem & areſcet, ita ut in pulverem poſſis redigere; ſtent ita ad decem dies, deinde per retortam magnam deſtillentur, & liquor elicitus ſervetur.

Cordiale

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 767 sur 955

Cordiale præstantissimum, febribus item omnibus salubre medicamentum, contra putredines inprimis salutare.

ANIMADVERSIONES.

In Spiritus compositos omnes.

Spiritus Cephalicus si debitè & dextrè paretur, inque *essentiam* redigatur, non exiguas in confortando *cerebro* obtinebit virtutes, Proinde posthabito modo præscripto, utpotè qui ratione prioris infusionis & extractionis ex parte insufficiens est, sequenti ratione etiam præparationem instituamus.

ESSENTIA CEPHALICA

℞. *Flavedinis corticum Pomorum Citriorum recentium,*
Sem. Paeoniae recent. excort. ana uncias quatuor,
Baccar. Iuniperi maturarum,
Lauri decorticatarum ana uncias duas,
Cinamomi acutissimi uncias tres,
Ligni Aloës opt.
Dictamni albi,
Caryophyllorum ana unciam unam,
Nucis Moschat.
Macis,
Galangae minoris,
Costi albi aromatici ana unciam semis,
Santali citrini odoratiss.
Cardamomi,
Piperis albi ana drachmas tres,
Longi drachmam unam,
Spiritus vini optimè rectificati libras quatuor.

Species omnes crassiusculè contusæ macerentur in dicto *spiritu vini* per octiduum; postea in M. B. destillentur usque ad siccitatem *specierum*, rostro Alembici vel Capitelli impositis nodulo inclusis.

Ambrae gryseae gr. quindecim,
Moschi ℈ ß,
Croci Austriaci drachmâ unâ,

Spiritus fragrantissimus interim asservetur.

Ex residuis *speciebus* ope *spiritus vini recentis* ſ. q. affusi, fiat more communi *Extractum*, iteratâ *spiritus vini* affusione, filtratione, ejusdemque abstractione in M. B. ad consistentiam debitam, quod superiori *spiritui destillato* jungatur.

Jam demùm

℞. *Menthae crispae,*

Laven-

Lavendulæ florum,
Pulegii,
Nepetæ,
Salviæ Nobilis,
Fœniculi,
Melissæ ana recentium uncias tres.

Concisa infundantur in *vini Malvatici libris quatuor*, & peractâ unius septimanæ digestione, destillentur in M. B. ad siccitatem, immisso similiter rostro capitelli eodem sacculo, cui *Moschus*, *Ambra* & *Crocus* inclusa, & jam semel in superiori destillatione extracta sunt: *Aqua prolecta fragrans & spirituosa* superiori *essentiæ* addatur, quæ simul aliquandiu lenissimo calore circulentur. Tandem *filtratæ essentiæ*, ceu nobilissima & efficacissima usui asservetur; quam si libuerit acuere *spiritu Vitrioli sulphureo volatili*, vel *spiritu Veneris* ex *viridi Ære*, rem minimè pœnitendam efficies.

SPIRITUS, Sive ESSENTIA EUPHRASIAE.

SPiritus *Euphrasiæ Mindereri*, juxta modum in antecedentis *essentia cephalicæ Animadversionibus* edoctum, etiam in *essentiam* efficacem mutari potest; nimirum

℞. *Doronici veri,*
Cassiæ lignea veræ,
Amomi veri,
Rad. Valerianæ,
Chelidoniæ,
Mari veri,
Folior. Rutæ ana drachmas duas,
Flor. vel summit. Euphrasiæ uncias duas.

Incisa & contusa crassiusculè infundantur in
Spiritus Ceraſorum nigri libra una.

Et peractâ digestione aliquali, destillentur in M. B. ad siccitatem *specierum*. Ex *residuis speciebus* conficiatur beneficio *spiritus vini extractum spissum*, quod *superiori prolecto spiritui* junctum, aliquandiu cum ipso digeratur, filtretur, & ultimò additis *aquæ* vel *essentiæ Hirundinum compositæ*, in *Animadversionibus nostris super aquam hanc edoctæ, uncias sex, essentia* usui seponatur.

MIXTURA DE TRIBUS.

INsignis *Mixtura de Tribus*, seu *spiritus Diatrion*, optimè etiam admixto *spiritu Antimonii tartarisato* (ex *cremore Tartari* & *Antimonio* parato,) confici poterit; Ac licet nonnihil de *essentia Theriacali camphorata*, quæ etiam ex *spiritu* in *essentiam*, uti mox sequetur,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 769 sur 955

sequetur, elaboranda est, & meritò loco *spiritus theriacalis* huic *mixturæ* jungi potest;) præcipitetur, quod per filtrum separandum est, nullam tamen hæc mixtura singularem virium jacturam exindè patietur, cùm nihilominùs potiores rerum extractarum essentiæ ipsi imprægnatæ remaneant. Si qua etiam alicui alia, præscriptæ non absimilis, *compositio* arrideret, non inelegans foret sequens.

MIXTURA DE TRIBUS ALIA.

℞. *Spiritus Iuniperi libram unam*,
Cui immerge
Myrrhæ rubræ unciam unam,
Camphoræ unciam semis,
Croci Austriaci drachmas tres,

Digerantur aliquandiu loco calido; postea filtrentur, addendo *spiritus Antimonii Tartarisati* superiùs denominati, vel etiam *spiritus* ex *Sulphure*, *Tartari cremore* & *Nitro uncias quatuor*. Quæ confusa invicem digerantur, & *essentia Alexipharmaca* à residentia filtrata, studiosè asservetur. Ad morbum verò comitialem sive epilepsiam, pro puerulis fiat ejusmodi mixtura.

MIXTVRA DE TRIBVS EX SPIRITIBUS MINERALIUM.

℞. *Spiritus Antimonii Tartarisati uncias duas*,
Veneris vel viridis Æris unciam unam,
Vitrioli volatilis sulphurei uncias tres.
Misceantur.

SPIRITVS DIAPENTE.

IN *Spiritu Diapente folia Auri* frustrà saltem adduntur, cùm vix dimidium granum pondere adæquent, à quo hæc mixtura non cra singulares virtutes mutuari poterit; Addo, quod *Aurum* tàm fit, sèhoc modo resolutum pro usu interno nimis crudum & ineptum co ut hac ratione *folia Auri*, salvis hujus *spiritus* vel *mixturæ* viribus, mmodè omitti possent. Cæterùm *spiritus Tartari*, ut antea monui, fit ex cremore vel Tartaro semel soluto colato & iterum crystallizato, destillatus, & à suo capite mortuo rectificatus & dephlegmatus. *Spiritum Theriacalem camphoratum* per infusionem parare satiùs esse puto, quàm per destillationem; ratio est, quod peracta destillatione, si modo præscripto conficiatur, potior pars in fundo remaneat, non solùm *Theriacæ*, sed etiam *Myrrhæ* & *Croci*. Si itaque libuerit, fiat ejus præparatio in hunc modum.

ESSEN-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 770 sur 955

ESSENTIA THERIACALIS CAMPHORATAE.

℞. *Myrrhæ optimæ uncias duas semis,*
Croci Austr. unciam semu.
Quibus incisis & contusis, affunde
Spiritus vini rectificati uncias sex.

Digerantur aliquandiu: *Tinctura decantata* filtretur; postea ex residuo (*Myrrhâ* scilicet & *Croco* jam semel extractis,) affuso, recenti *vini spiritu* paretur *Extractum*, quod ad justam consistentiam abstractum, *superiori essentiæ* addatur. Tandem etiam

℞. *Theriacæ Andromachi uncias quinque:*
Cui superinfundantur
Spiritûs vini (vel spiritus Iuniperi) unciæ quinque;

factâque digestione separetur *liquor*, qui, si possibile est filtretur, & superiori *Essentiæ* ex *Myrrha* & *Croco* paratæ jungatur: Postea solvantur in *unciæ unæ spiritus vini rectificati*, *Camphoræ* ʒ *duæ*, quæ similiter cum prioribus mixtis *essentiis* uniantur. *Unitæ hæ essentiæ omnes* lenissimo saltem calore vel tepore, in vase optimè clauso & alto, septimanâ unâ vel alterâ digerantur, factâque colaturâ & iteratâ filtratione, *essentia* denique usui asservetur.

SPIRITVS VITRIOLI CORDIALIS ANGELI SALAE.

Spiritum Vitrioli Cordialem Angeli Salæ, si penitiùs introspicio, nil quicquam cordialis in eo reperio; neque enim *Spiritus Vitrioli* ullas virtutes cordiales à *Cornu Cervi usto* contrahere potest, cùm illud (uti aliquoties in præcedentibus satis evidenter demonstratum est,) omnibus suis viribus in calcinatione orbatum sit; itaque quod ipsummet non habet, *spiritui vitrioli* communicare non poterit.

ELIXIR.

ELIXIR PVRGANS PANCHYMAGOGUM.

℞. Rhabarbari electi unciam unam semis,
Spicæ Indicæ scrupulum unum semis,
Santalorum omnium ana drachmam unam.
Infunde in spiritûs baccarum Juniperi unciis octo, digere & cola:
Deinde.

℞. Aga-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 771 sur 955

℞. Agarici electi,
Cinamomi ana unciam unam,
Zinziberis scrupulos duos.
Infunde in Spiritûs Fœniculi unciis sex,
Juniperi unciis quatuor.
Misce, digere, cola. Ultimô recipe
Mechoacæ albæ uncias duas,
Nigræ drachmas decem,
Turbith albi & gummosi unciam unam semis,
Hermodactyl. præparat. unciam unam,
Rad. Polypodii quercini,
Ari præparati,
Asari ana drachmas tres,
Ellebori nigri præparati drachmas septem,
Cortic. rad. Esulæ præparat. drachm. sex,
Arantiorum,
Citri ana unciam semis,
Florum Violarum,
Borraginis,
Geniſtæ ana pugillum unum,
Foliorum Senæ sine stipitibus,
Sem. Carthami excortic. ana unciam unam semis,
Ebuli contusi drachmas tres,
Macis drachmam unam.

Incisis omnibus & contusis, affunde spiritûs Anisi libras quatuor: Digerantur aliquandiu & colentur. Tandem omnes hos tres liquores commisce, & asserva in vase vitreo optimè clauso ad usum.

PRo libitu dulcorari potest Julepo rosarum, aut Sambucino, & similibus.

CVm Pharmacopœia Augustana certo liquore purgante careat, eandem spiritu hoc cathartico, cacochymia universali evacuanda singulariter accommodato, multoque sibi usu probato, maëtam voluit operis hujus Revisor.

ELIXIR PESTILENT. CROLLII.

℞. Florum Sulphuris uncias tres.
Affunde Olei Juniperini è Baccis rectificati, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum,
Succini ab odoris vehementia liberati, quartam partem ad Oleum Juniperi: stent in arena sæpiùs movendo, ut flores lentè sine adustione solvantur. Postea
℞. Theriacæ electæ libram unam.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 772 sur 955

Extrahe cum ſpiritu vini optimo tincturam, quam à ſpiritu vini ſeparatam, ſeorſim ſerva,

Rad. Elenii,
Angelicæ,
Baccarum Juniperi contuſ. ana uncias tres.

Cum eodem ſpiritu vini extrahe tincturam, quam in balneo ſeparatam, miſce cum tinctura Theriacæ, ac affunde oleum Juniperinum, & ſuccini floribus ſulphuris imprægnatum, & per chartam bibulam priùs filtratum, omniaque circula lentiſſimo calore per dies quatuordecim.

Præſentaneum eſt in peſte præſervativum, & curativum, ſi cum liquore appropriato maturè exhibeatur, morbis eodem modo epidemiis aliis certiſſimum præſtat auxilium.

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

℞. Aloës,
Myrrhæ,
Croci ana quantum placet.

Pulveriſatis omnibus, affunde tantum ſpiritûs vini, ut leviter madefiant: Poſtea affunde ſpiritus Sulphuris per campanam facti, quantum ad ſupereminentiam trium transverſim poſitorum digitorum ſufficit. Stent in digeſtione per octiduum, ſpiritum tinctum decanta, & novum ſpiritum affunde; iterum digere, donec ſpiritus colorem ſaturatè rubentem acquirat. Hunc ultimum ſpiritum infunde in phiolam vitream, & cum eo argillâ benè commiſtâ forma globulos, quos in aëre ſiccatos retortæ include firmæ, quam aptatam ſimul vaſi recipienti, in quod primum ſpiritum tinctum priùs infuderis, in arena colloca, & igni fortiſſimo deſtilla: Sic accipies tincturam pulchrè rubentem, quæ ſimul cum tincto ſpiritu in receptaculi contento, in unum conjungitur, quam mixturam ſerva ad uſum.

Hoc nobile medicamentum à nobili Chymiatro D. D. Joanne Agricola *hoc modo correctum, omnes infirmitates tàm calidas quàm frigidas occultâ quâdam proprietate curat. Senſus interiores & exteriores confortat, capitis infirmitatibus medetur, ſtomachum cum inteſtinis confortat, cor roborat & exhilarat, catarrhoſis & hecticis ſubvenit.*

ELIXIR UTERINUM CROLLII.

℞. Caſtorei libram ſemis,
Croci uncias duas.

Extrahe tincturam cujusque ſeorſim cum ſpiritu vini, & ſepara ſpiritum

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 773 sur 955

ſpiritum ad remanentiam extractorum ; quibus mixtis, adde

Extracti Artemiſiæ uncias quatuor,
Salis matris Perlarum unciam unam,
Ol. deſtill. Aniſi,
Angelicæ,
Succini ana drachmas duas.

Digerantur mixta omnia per octo dies.

AD varios uteri morbos, ſuffocationem minitantes, mirum & verum præſtat remedium, etiam menſtruorum vitia corrigit & emendat.

ANIMADVERSIONES

In Elixiria.

ELIXIR PANCHYMAGOGON PURGANS.

Elixireos Panchymagogi purgantis doſis, ſi illud juxta modum præſcriptum conficiendum eſt, ad *uncias duas* vel *amplius* ſe extendet ; ſi verò artificiosè & modo rationabili parctur, doſis ejus *unciam dimidiam* vel *drachmas ſex* non tranſcendet. Igitur

℞. *Cinamomi optimi unciam unam,*
Zingiberis ſcrupulos duos,
Spica Indica drachmam ſemis,
Santalorum omnium ana drachmam unam,
Cortic. Arantiorum,
Citri ana recent. unciam ſemis,
Macis drachmas duas,
Flor. Violarum,
Borraginis,
Geniſtæ ana pugillum unum.

Quibus inciſis & contuſis, ſuperaffundantur

Spiritûs Iuniperi rectif. unciæ ſex,
Fœniculi rectif. unciæ tres,
Aniſi rectif. libra una, unciæ tres :

Et peractâ brevi digeſtione deſtillentur in M. B. ad ſiccitatem uſque : *Spiritus fragrans deſtillatus*, ſtudiosè interim aſſervetur, *ſpeciebus, quæ à deſtillatione reſidua ſunt*, abjectis. Poſtea

℞. *Rhabarbari electi unciam unam ſemis,*
Agarici electi unciam unam,
Mechoacæ albæ uncias duas,
Nigræ drachmas decem,
Turbith albi & gummoſi unciam unam ſemis,
Hermodactyl. unciam unam,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 774 sur 955

Rad. Polypodii quercini,
Ari,
Asari ana drachmas tres,
Ellebori nigri drachmas septem,
Cort rad. Esul. præparat. drachmas sex,
Fol. Sennæ sine stip. unciam unam semis,
Sem. Ebuli drachmas tres.

Ex quibus omnibus inciſis, & groſſo modo contuſis, fiat cum *ſpiritu vini rectificato*, iteratis affuſionibus (donec ſpecies totaliter extractæ ſint,) & abſtractione per M. B. *liquidioris conſiſtentiæ extractum*, cui *ſuperior deſtillatus ſpiritus* ſuperaffundatur, & poſt unius alteriusvè diei digeſtionem, & *Extracti* ſolutionem, *Eſſentia* filtretur; Si quid autem de *Extracto* indiſſolutum remanſerit, perfundatur illud de novo *ſpiritûs Iuniperi, Aniſi,* & *Fœniculi ana rectificat, unciis duabus*, vel *ſpiritus vini ſimplic. unciis ſex*, & poſt brevem digeſtionem, ac totalem Extracti tenuioris diſſolutionem ferè, fiat colatura, qui *ſuperiori eſſentiæ* commiſceatur: Quam, quotiescunque uſus: poſtulat, cum *ſyrupo* aliquo appropriato (utplurimùm refrigerante, ad contemperandum *ſpiritum vini*, præſertim ſi in regionibus calidioribus ejus uſus ſit:) edulcoratam propinare convenit; plùs enim ita operabitur, quàm ſi cum liquoribus aquoſis permixta adhibeatur, ratione *Turbith, Agarici, Mechoac. albæ & nigræ*, quæ *reſinoſum* præbent *Extractum*, quod facilè ab *aqua* præcipitatur & coagulatur; *reſinæ* autem ſimiles indiſſolutæ intra corpus ſumptæ nil operantur.

Nota: Omiſi *ſemin. Carthami* in hac *Eſſentia* vel *Elixir*, ob unctuoſitatem ſuam, utpotè quâ duntaxat impediret, quò minus reliqua *cathartica* exactè extrahi poſſent, cuicunque tamen liberum erit illud vel addere vel omittere.

ELIXIR PESTILENTIALE
CROLLII Examinatur.

Elixir Peſtilentiale Crollii, ſuis quoque non caret difficultatibus; Nam *Extracta* à ſuis *ſpiritibus* vel *menſtruis* (uti Author hic jubet,) ſeparata, & *olea*, præſertim in majori paulò quantitate, ſe invicem non amplectuntur; itaque ſi quid boni ex hac mixtura efficere velimus, neceſſum eſt, ut duntaxat *Eſſentias rectificatiſſimo vini ſpiritu ex Theriacâ* ſeparatim, deinde etiam ex *radicibus Helenii, Angelicæ*, & *baccis Iuniperi* junctim conficiamus, de quibus *eſſentiis* poſtea ſuperiori *Balſamo ſulphuris* tantum addatur, quantum ille diſſolvere aut amplecti poteſt; tùm fiat digeſtio & colatura: *Oleum ſuccini* autem ab odoris vehementia liberari nequit, niſi vires ejus, in *volatili ſale* conſiſtentes, ſimul aboleantur.

ELIXIR

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 775 sur 955

ELIXIR PESTILENT. ALIUD.

℞. *Spiritûs Iuniperi opt. rectif. libram unam,*
In quo ſuffocentur immergendo
Corda viva & jecinora Viperarum vel Serpentum Germanicorum in locis ſanis degentium numero xv:
adde
Croci Auſtriaci unciam ſemis,
Myrrhæ drachmas ſex.

Fiatque digeſtio per unum aut alterum diem, & poſtea colatura, in qua diſſolve

Camphor. drachmas tres, &
Balſami ſulphuris cum oleo Iuniperi & Succini optimè rectificatis facti quantum capere poteſt:
vel ſi lubet, hujus loco
Salis urinæ volatilis drachmas duas, vel drachmas tres.

Tùm demum paratum *Elixir peſtilentiale* præſtantiſſimum optimè reſerva.

ELIXIR PROPRIETATIS EXAMINATUR.

PRo *Elixiris Proprietatis Paracelſi* dexteriori præparatione notandum, quod plus *ſpiritûs vini*, quàm ad levem madefactionem *ſpecierum* ſufficiat, affundi neceſſum ſit, ne *ſpiritus ſulphuris*, præſertim ſi probè dephlegmatus fuerit, ſpecies nimiùm comburat: Alteram illam infuſionem *argillâ* benè commiſtam, & in globulos redactam, per retortam deſtillare, neque neceſſarium, neque etiam conſultum eſſe arbitror: Præterquam enim, quod *Eſſentia* ex ſupradictis ſpeciebus extracta, ſi per retortam ex arena igne forti deſtilletur, ingratum empyreuma contrahat, inſuper etiam commiſtione illâ inſignem virium patitur jacturam: Nam *ſpiritus ſulphuris argillam* aggreditur, eamque corrodit, & dum in ipſam agit, agendo repatitur, plurimumque infringitur, ac aliam naturam induit, imò in totum aliud ens transmutatur, ut adeò ſimplicem & antiquam illam hujus *Elixiris* præparationem, quæ fit per ſufficientem *ſpecierum extractionem ſpiritu vini* & *ſulphuris*, & per aliqualem *ſpiritûs vini* abſtractionem, artificioſæ huic tantoperè commendatæ, aſt planè ineptæ & cachino dignæ correctioni, in multis præferre neceſſe habeam; tùm quod in ea vires ingredientium nullatenus deſtruantur, (prout in deſtillatione etiam reliquæ ſpecies comburuntur, & ſalvis viribus per alembicum non tranſeunt,) tùm etiam, quod nullum ingratum taliter paratum, præ ſe ferat odorem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 776 sur 955

ESSENTIA UTERINA, Sive ELIXIR UTERINUM LIQUIDUM.

ELixir *uterinum Crollii* præstabit ceu nimis spissum, & ad usus internos non admodum habile (ni priùs aliis liquoribus dissolvatur;) in *Essentiam liquidam* redigere, ita enim & commodiùs propinatur, & virtutes *Castorei* omnes integræ conservantur: Paretur igitur hoc modo:

℞. *Castorei libram semis,*
Croci Austriaci uncias duas,
Spiritus Vini opt. & rectificat. libras duas.

Stent in digestione in vitro benè clauso die unâ vel alterâ; postea in M. B. destillando evocetur *Spiritus* totus, cui statim jungantur

Ol. stillat. Anisi,
Angelicæ,
Succini ana drachma duæ:

Quo facto, mixtura seorsim servetur. Deinde ex *residuo castoreo & Croco*, fiat modo solito *spiritu vini*, repetitis affusionibus & abstractione in M. B. *Extractum crassum*, quod de novo prius *unciis sex* vel *septem spiritûs vini rectificatissimi* (vel illius, qui in abstractione *Extracti* primò prodiit,) una cum *unciis quatuor Extracti Artemisiæ* nonnihil dilutum, *superiori spiritui oleis permixto* addatur, similiter *salis matris Perlarum uncia una*, in ultimo à *Castorei extracto* abstracti *spiritus phlegmatici s. q.* priùs dissoluta, addi debet. Quæ omnia artificiosè juncta, septimanam unam vel alteram in tepore digerantur, tandem colata & filtrata *Essentia* usui asservetur.

ESSENTIÆ.

ESSENTIA AMBRÆ MINDERERI.

℞. Elixir vitæ Matthioli uncias duas,
Aquæ Epilepticæ Langii unciam unam,
Ambræ scrupulum unum,
Moschi Orientalis grana quatuor,
Fiat infusio per aliquot dies, deinde filtretur.

PRæstans hoc & illustre remedium, animum & spiritus animales reficit; in omnibus organis facultatis animalis, ita ut & in vertigine scotomiâ, caligine oculorum, capitis frigidis affectibus excellentissimum sit.

ESSEN-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 777 sur 955

ESSENTIA CASTOREI
SENNERTI.

℞. Caſtorei libram unam: Seca id in minutiſſimas particulas, affunde acetum vini deſtillatum forte, & extrahe tincturam; per chartam filtra, & acetum per balneum deſtillando ſepara. Materiæ reſtanti ſpiritum vini rectificatum affunde, & per quatuordecim dies digere; poſtea in vitrum purum eſſentiam effunde, & ſerva.

ESSENTIA CITRI.

℞. Elæoſacchari Citri uncias duas ſemis,
Succi oleoſi ex recentibus Corticibus Citri exterioribus expreſſi, quantum ſufficit, ut fiat Eſſentia liquida.
Miſce ſecundum artem.

DElicata admodum & præſtans eſt hæc Eſſentia ad cordis & ventriculi imbecillitatem juvandam; venenis etiam adverſatur, oris halitum commendat vino permixta, illud ſua viſſimo ſuo odore & ſapore magnificè commendat.

ESSENTIÆ CROCI MARTIS
CROLLII.

℞. Scoriam ferri cœruleam, tere in pulverem minutum, pone in vitro; affunde acetum vini deſtillatum acerrimum; ſtet in calore mediocri per quatuordecim dies, & tingetur colore rubro: filtra & abſtrahe in balneo, remanet materia rubra, à qua ter vel quater aqua pluvialis abſtrahitur, ut ſapor aceti evaneſcat.

COnducit in ſiſtendis fluxionibus, intempeſtivis menſtruis; in dyſenteriis, diarrhœis hæmorrhagiis ſalubre.

ESSENTIA MARTIS LIQUIDA.

Ferrum limatum candefac igne valido, aut in crucibulo, aut ollâ, excandeſcens limatum ferrum extingue in ſufficienti quantitate aceti acerrimi; reiteretur labor prædictus ter aut quinquies ſemper cum extinctione ferri in aceto: deinde acetum (Eſſentiâ Martis prægnans,) filtra per chartam, & impone cucurbitæ, abſtrahe acetum in balneo, ad latitudinem trium digitorum, remanentiis verò affunde ſpiritum vini in quantitate ſufficiente pro extrahenda Eſſentia Martis; iterum ſpiritum vini tinctum filtra, & in balneo abſtrahe, uſque ad ſyrupi liquidioris conſiſtentiam.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 778 sur 955

ESSENTIA SACCHARINA BEGUINI.

℞. Sacchari albi grosse tusi uncias quatuor,
Spiritûs vini rectificati uncias octo.

Spiritum vini succende in scutella figulina vitreata, in quam saccharum injice, continuè spatulâ agitando, donec flamma cesset. Adde, si placet, aquæ rosaceæ uncias duas.

Misce.

Est suavissimi saporis, corroborat. & tussi à materia lenta & crassa laborantibus, certo experimento opitulatur; asthmati, raucedini, & pectoris affectibus medetur. Incidit enim istam materiam, absumit eam, lenit pectus, catarrhos nonnihil sistit, & ventriculi concoctionem promovet.

ANIMADVERSIONES In Essentias.

ESSENTIA AMBRÆ MINDERERI Ventilatur.

IN præparatione *Essentiæ Ambræ Mindereri* hoc difficultatis occurrit, quod neque *Elixir vitæ Matthioli*, utpotè quod jam ante plurimis *speciebus oleaginosis* & *saccharo* sufficienter imbutum est, multò minùs *aqua epileptica Langii*, essentiam ex *Ambra* & *Moscho* rectè elicere valeant, licet aliquali odore & sapore *Ambræ* & *Moschi* imbuantur, potioribus tamen eorundem partibus & virtutibus relictis; adeòque necessè est, si veram prædictarum rerum odoriferarum *Essentiam* exoptas, ut aliâ ratione rem aggrediaris.

ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA.

℞. *Spiritus Liliorum convallium, vel Rosarum, vel etiam Cerasorum nigrorum rectif. uncias tres.*

Indantur retortæ vitreæ, vel cucurbitæ parvæ cum suo capitello munitæ, cujus rostro inserantur nodulo inclusa,

Ambra gryss. scrupulus unus,
Moschi Orient. gr. v. plus minusvè.

Fiatque, probè circumlitis junctûris & recipiente præposito *spiritus* destillatio vel abstractio, qui in transitu vires *Ambræ* & *Moschi* eliciet; hic *spiritus ambratus* postea cum *Elæosaccharis* vel *Cinnamomi*, vel *Citri* aut *Macis* edulcorari & asservari potest.

ESSEN-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 779 sur 955

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

SI quispiam etiam *Essentiam Ambræ siccam* desideret, quæ & commodiùs circumferri possit, & meo judicio præcedentem viribus superet, licet *Ambra in substantia* ipsi commisceatur, confici illa potest modo sequenti:

℞. *Ambræ gryss. drachmam unam.* Dissolvatur in
Olei destillat. Cinamomi; vel si lubet,
Olei Citri aut Macis, &c. drachmâ unâ,
in mortario vitreo; cui adde
Sacchari candi pulveriss. uncias duas, plus minusvè.

Misceantur benè, fiatque *Essentia ambrata nobilissima*, quæ *vino* & quibuscunque liquoribus dissolvi & commisceri potest, delicatulis viribusque exhaustis ægrotantibus summoperè inserviens.

ESSENTIA CASTOREI SENNERTI EMENDATA.

IN confectione *Essentiæ Castorei Sennerti* ne odorem Castorei, ingratum licet, ad effectus uterinos tamen summè efficacem, in prima abstractione *aceti*, *essentiâ Castorei impregnati* (si prima extractio necessariò *aceto* fieri debet,) eamus perditum, subjungam modum, quò *Essentia hæc* juxta modum præscriptum quidem elaborari possit, nil quicquam tamen de *Castoreo* pereat. Itaque

℞. *Castorei optimi & recentis qu. pl. verb. gr. libram semis,*
Spiritus vini rectificati libras duas.

Fiat infusio *Castoreo* concisо, & post digestionem aliquot dierum *spiritus vini affusi* abstractio per M. B. ad siccitatem *Castorei* pristinam, *spiritus abstractus* interim reservetur: *Residuo Castoreo* affundatur *acetum destillatum*, & eo, repetitâ affusione extrahatur *tinctura castorei* tota, quodque denuò ad *extracti* spissitudinem per M. B. abstrahatur: Relictum *Extractum castorei* de novo profundatur cum superiori, ab eo ante ipsius extractionem *abstracto vini spiritu*; digerantur aliquot dies, filtretur postea *Essentia*, usuique asservetur.

ESSENTIA CITRI LIQUIDA ET SUBACIDA.

ESsentia *Citri* ad normam propositam parata, suas meretur laudes; efficacior autem existeret, si eidem de *succo Citri acido* simul nonnihil adjungeretur; hoc modo enim & delicatissima evadit, & ad cordis imbecillitatem ac ventriculum roborandum præstantissima; scilicet,

℞. *Sacchari candi albissimi pulverisati libram unam,*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 780 sur 955

Succi oleosi ex recentibus Citri corticibus expressi, unciam unam, vel unciam unam semis.

Olei Citri recenter destill. drachmam unam semis.

Misceantur, & agitentur diu, ut probè uniantur, quibus addatur

Succi Citri depurati, & ad tertias (id est, si ejus libra una & dimidia fuerit, dimidia saltem libra remaneat,) in M. B. abstracti, libram semis.

Misce leniſſimo calore, fiatque Essentia Syrupi ad instar subacida & delicatissima.

ESSENTIA CITRI SICCA.

SI sicca, & non liquida nec acida expetatur, fiat modo sequenti;

℞. *Sacchari albi vel candi pulverisati libram unam.*

Et supra ignem in patella cum *succo ex Citri corticibus extimis expresso* nonnihil dissolvatur, ac si rotulæ confici deberent; cui demum refrigerato & exsiccato *sacchar*o, adde

Ol. Citri ex recent. Citri cort. destill. ʒ *iij*, *vel* ℥ *ß*.

Fiat Essentia.

ESSENTIÆ CROCI MARTIS EXAMINATUR.

ESsentiæ *Croci Martis* quod spectat, inter illas *Essentia Martis* dicta *Crollii*, (si tamen hæc *Essentia* dicenda est,) non differt à *Chalybe* cum *aceto* præparato, de quo in *Classe præcedenti simplicium præparationum* sufficienter egimus.

Alteram Essentiam liquidam quod concernit, quam *Tincturam* communiter vocant, & illa nil artificiosi aut virtuosi continet; omnes enim tales *Metallorum extractiones* acidis & corrosivis liquoribus factæ, propriè *extractiones* non sunt, sed simplices duntaxat *solutiones*, pro diversitate affusi menstrui hâc vel illâ *tinctur*â imbutæ, quæ tamen *tinctura* tantùm abest, ut sit vera *Metalli essentia*, quin utplurimùm ejus *Vitriolum*, sive *Metallum solutum*, fucato colore tinctum; sicuti videre est in *Vitriolo communi viridi*, quod parùm calcinatum & in rubedinem conversum, cum *aceto* in liquorem rubrum dissolvi potest, & iterum in *Vitriolum viride* crystallizari. Neque etiam *Essentiæ* vel *Tincturæ* similes suum colorem retinent, prout in hac præscripta *Martis essentia* (vel solutione potiùs,) experiundi habemus exemplum, ubi Acetum, etiam si Ferrum candefactum, in ipso non extinguatur, sed duntaxat *limatura* vel *scoria Martis* cum ejus s. q. superfusæ aliquandiu digerantur, rubicundo colore saturatè tingitur: Si quis autem illud ad tertias vel ad dimidias abstrahat & inspisset, in ipsa abstractione colore privari, & rubedinem exuere videbit, *Ferro soluto* instar *Croci flavi* petente fundum

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 781 sur 955

dum, quòd *ſpiritus vini* nullo modo ſolvit vel extrahit; & licet etiam ille rubedinem exiguam exinde eliceret, tamen in abſtractione ipſius, quæ fieri debet ad Syrupi liquidioris conſiſtentiam, illa denuò evaneſceret, fundumque peteret *Ferrum*: Sunt igitur omnes hæ *Eſſentiæ* & *Tincturæ Martiales* cum *liquoribus acidis confectæ*, nihil aliud, quàm *Ferrum ſolutum*, vel in *Vitriolum* redactum: Quod ipſum *Vitriolum Martis* ritè præparatum, haud indignè prædictarum *Eſſentiarum* vices ſupplere poſſet. Equidem tales *ſolutiones* quodammodo in effectu inter ſe differunt, non tamen hoc fit ob ſingularem aut artificioſam earundem elaborationem, ſed propter *menſtruum affuſum*, cujus ratione magis vel minùs efficaces, magisque aut minùs reſolventes aut adſtringentes evadunt, nec non volatiliores aliæ, aliæ fixiores, v. gr. ſi vel *ſpiritu Vitrioli* vel *ſpiritu Nitri* extrahatur aut ſolvatur *Ferrum*, magna in hiſce ſolutionibus apparebit differentia, quippe ex illa (quæ ſcilicet cum *ſpiritu Vitrioli* fit,) copioſum, ex hac verò (quæ cum *ſpiritu Nitri* peragitur) ſolutione, nullum ferè acquires *Vitriolum*, erit nihilominùs præſtans medicamentum, tùm intra corpus, tùm externè adhibitum.

ESSENTIA MARTIS VERA

QUALITER PARANDA.

PAratur alioquin *Tinctura Martis pulcherrima* ex ſolo *Vitriolo ipſius non calcinato* (ut ſæpius in præſentiâ Clariſſ. & Excellentiſſ. Viri D. *Henrici Kuëſteri* Med. Doct. Celeberrimi, qui mihi hiſce *Animadverſionibus* expoliendis, fideliter ſuam operam impertitus eſt perfeci;) beneficio *Salis cujuſdam ſecretioris* cujus plenariam confectionem lubens hîc addidiſſem, niſi illam unà cum *Salis* dicti præparatione ſecreta & vera aliquandiu adhuc mihi reſervare firmiter decreviſſem; ſufficiat hîc aperuiſſe, quæ qualesque aut quanti æſtimandæ ſint *Tinctura illa* vel *ſolutiones*, quæ vulgò pro *Eſſentia Martis* venditantur, ex qua noſtra de iis tradità informatione probè intellecta, quilibet de ſimilibus *Tincturis*, quæ affatim apud Authores inveniuntur, facilè judicium ferre, ſibique ex ipſis eligere poterit, quas maximè in rem ſuam eſſe arbitrabitur.

ESSENTIA SACCHARINA

BEGUINI examinatur.

EEſſentia *ſaccharina Beguini*, ut ridicula eſt ejus præparatio, ita quoque nimis abſurdè eſſentiæ nomine venit: Quæ enim hæc erit *Sacchari eſſentia*? Quandoquidem, ſi *ſpiritus vini dephlegmatus* & *rectificatus ſaccharo affuſus* ſuccendatur, conceptâ flammâ totus deflagret, remanente *ſaccharo* nihil immutato: ſi autem aquoſus idem *ſpiritus* fuerit, & pluri *phlegmati* permixtus, tunc quidem ceſſante flam-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 782 sur 955

flammâ nonnihil de *phlegmate vini* cum *ſaccharo* relinquitur, an autem *phlegma vini ſaccharum* in eſſentiam commutare poſſit, id ſanè mihi non ſit veriſimile; Eſt igitur hæc *eſſentia ſaccharina* nihil aliud, quàm *ſolutio ſacchari* cum *phlegmate vini* & *aqua roſarum* peracta, quæ longè efficacior evaderet, ſi *ſaccharum* duntaxat in *ſpiritu vini* & *aqua roſarum* ſolveretur, ita tamen, ne is in ſcutella, uti jubent, ſuccendatur vel conflagret, ſed integer cum *ſaccharo* remaneat.

ESSENTIA SACCHARINA ALIA.

SI quis verò paulò magis artificioſam *Tincturam ſacchari* conficere velit, is aliquandiu *Saccharum aceto deſtillato q. ſ.* nonnihil diſſolvat, digerat, donec rubicundiſſimo colore tingatur, iterumque cum eo ferè exſiccet lento igne, quod deinde *ſaccharum ſpiritu vini rectificato* extrahat, donec *Tinctura* omnis elicita ſit, tum denique *ſpiritum vini* deſtillando ad *ſyrupi conſiſtentiam* evocet, ſervetque *Tincturam* vel *Syrupum*, in catarrhoſis affectibus *tuſſi* & ſimilibus efficaciſſimum, qui etiam cordialibus commixtus (qualem deſcribit *Martinus Schmuckius* inter ſua *ſecreta Chymica num.* 30. *fol.* 31.) cor & ventriculum egregiè roborat & confortat.

TINCTURÆ.

TINCTVRA CORALLIORVM.

℞. Coralliorum rubicundiſſimorum,
Salis Nitri purificati ana libram ſemis.

In marmore ſimul trita miſceantur, & calcinentur per horas ſex, igne ita moderato, ut non liqueſcat nitrum. Nitrum poſtea ſepara à pulvere Coralliorum per aquam calidam, ex pulvere Coralliorum ſiccato, extrahe tincturam toties, cum ſpiritu vini rectificatiſſimo, donec nullus ampliùs color transfundi poſſit; ultimo ſuperfluo ſpiritu per deſtillationem ad medietatem evocato, tincturam aliquandiu circulatam uſui reſerva.

MVndificat & renovat pleniſſimè ſanguinem in toto corpore, obſtructiones viſcerum reſerat; in leucophlegmatia, cordis palpitatione, ſyncope, melancholia, hydrope, podagra, calculo, utero repurgando & vaſis urinariis proficuum medicamentum.

ALIA.

℞. Spiritum Mellis verum, funde ſuper fragmenta Corallorum rubicundiſſima per ſe priùs Spagyricè, & ſine igne calcinata, ad extrahendum Tincturam, donec corpus album & quaſi mortuum

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 783 sur 955

mortuum remanseris. Omnes extractiones mixtas, post debitam ablutionem & coagulationem in B.M. lentè abstrahe, & residuam essentiam denuò rectificatissimo vini spiritu extrahe, usque dum Tincturam rubicundissimam sanguinis instàr acceperis, quam in forma olei, alcohole saltem ad medietatem abstracto, ad usum retinere poteris.

TINCTURA HYPERICI.

℞. Summitatum Hyperici florentis pulverisatarum quantum vis. Macera octiduum in spiritûs vini rectificati sufficienti quantitate, stent in loco tepido, postea filtrentur, & accipies Tincturam rubicundissimam instar Rubini Saccharo edulcorandam, & ad usus suos asservandam.

IN contumacibus affectibus valdè utilis; imbecillitatem, hebetudinem, stupiditatem torporemque mentis, quantum per artem licet, corrigit & emendat, omnesque imaginationum affectus feliciter tollit: Morbis etiam renum & vesicæ prodest, urinam provocat, & menstrua pellit.

ANIMADVERSIONES

In Tincturas.

TINCTURA CORALLORUM.

NUllus ferè qui vel à limine saltem Chymiam salutavit, est, qui non de singulari aliqua *Corallorum Tinctura* præparatione glorietur, & insigniter se jactet: si autem paulò penitiùs omnes illos processus *dictæ Tincturæ* præparandæ perlustro, invenio istos nullam planè prærogativam habere præ *Martis* (de qua paulò ante egimus,) aut aliorum *metallorũ Tincturis* aut *essentiis vulgò dictis*. Nimirum meræ *solutiones Corallorum* sunt, non extractiones, facili negotio per præcipitationem beneficio *Salium* vel *spirituum mineralium acidorum* in pulverem album, quem *Magisterium* vocant, vel per abstractionem menstrui, destillando vel evaporando, in *pulverem salinum* similiter album, & in quovis liquore (exceptis *spiritibus ardentibus*,) resolubilem, quem *Salem* vel *Solutionem Corallorum* nuncupant, redigibiles. Consistit autem sola differentia illarum *Tincturarum* in diversitate *menstruorum* vel *liquorum*, quibus *Corallia* extrahuntur vel solvuntur, & prout *menstruum assumptum* variat, ita etiam magis minusvè efficaces sunt putatitiæ illæ *Corallorum Tincturæ*. Itaque si medicamina salubriora ex *Corallis* conficere animus est, non tam ad rubedinem vel tincturam, ut potè quæ in illis valdè volatilis, inconstans & fraudulenta est, & sæpenumero ex sola digestione affusi liquoris oritur, aut prior & propria

vel

vel nativa annihilatur, respiciendum est, quàm ad *menstrua solventia*, quippe quæ per se efficacia pro conditione morbi & ægroti eligi & abhiberi debent. Quorum præcipua sunt *spiritus Veneris*, peculiari artificio ex *Venere essentificata* destillatus & rectificatus, cujus solutio longè diversa est ab aliis *corrosivis aquis* aut *spiritibus*, qui solvendo in quid alienum à sua natura transmutantur, quod in hoc *laudabili spiritu* non evenit, sed integris viribus à re soluta abstrahi, & ad alios consimiles usus adaptari potest. Item, *spiritus* ex *Tartaro*, *Nitro*, & *Antimonio*, sive *aqua Stimmi Tartarea Schröderi*: Nec non *menstruum*, quod plures in secretis habent ex *Vitriolo* & *Tartaro* paratum, & similia alia, quorum non pauca collegit Clarissimus *Schröderus lib. 3. Pharm. Med. Chym. cap. 6. pag. 357. & sequ.* In defectu autem similium solutionum cum *enumeratis menstruis* confectarum consultum esset, ut vel *Coralliis ipsis* super Porphyrite subtilissimè tritis aut lævigatis, vel *solutione* eorundem cum *aceto* vel *succo Berberum* paratâ contenti essemus, nec tàm ingentibus torturis, tamque fastidiosis laboribus, maximè verò tot variis violentisque calcinationibus, ceu quibus ea destruimus potiùs, quàm ut boni tantillum ex ipsis eliciamus, pro *Tinctura* (quæ tamen vera & genuina in hunc usque diem à me nec dum visa est, ut omnia examina sustineat;) extorquendâ, *Coralliis* subjiceremus.

TINCTURA HYPERICI.

Tinctura Hyperici paratu facilis est, cui adhuc majoris efficaciæ conciliandæ ergò de *Extracto Hyperici* separatim facto, nonnihil addi posset, prout in *similium essentiarum* præparationibus jam antè sæpius innuimus.

OLEA DESTILLATA.

OLEUM ABSINTHII.

℞. Summitatum Absinthii ad maturitatem seminis accedentium quantum vis. Macerentur aquâ fontanâ salsâ per dies quatuordecim, vel sine maceratione, additâ Salis sufficiente quantitate; destillentur per vesicam, & exibit aqua cum Oleo, separetur Oleum per filtrum, aut chartam bibulam.

Usus hujus Olei idem est cum vegetabili suo, sive simplici, ex quo extractum est: sicut etiam subsequentia naturam amulantur eorum, è quibus prolecta sunt, vires tamen longè potentiores, & in minima quantitate exerunt.

Hac ratione parantur
Oleum Menthæ,

Oleum

Oleum Rutæ,
Salviæ,

OLEUM ANGELICÆ.

℞. Seminis Angelicæ contusi libram unam,
Aquæ fontanæ libras decem.

Stent in digestione per novem dies, adde manipulum Salis, vel Tartari, destilla per vesicam, & oleum separetur ab aqua.

Eodem modo fiunt
Oleum Anisi,
Carui,
Coriandri,
Cumini,
Fœniculi.

OLEUM ARANTIORUM.

℞. Pomorum Arantiorum copiam.

Separentur cortices usque ad album subtiliter, incidantur & destillentur per vesicam, affusâ aquæ Rosarum & Bugloss æ sufficienti quantitate.

Ita etiam fit
Oleum Citri,

OLEUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Caryophyllorum libram unam.

Contunde in pulverem grosso modo: ponantur in vase figulino, addendo Salis unciam unam; affunde aquam tepidam, stent in infusione per dies quinque, imponantur in vesicam & destillentur, separetur oleum modo solito.

Modum conficiendi eundem habent
Oleum Cinamomi,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Piperis,
Zedoariæ,

OLEUM CHAMOMILLÆ
EX FLORIBUS.

℞. Flor. Chamomillæ Romanæ siccos, contunde & impone in vas fictile, addito Sale; superinfunde aquam calidam, stent per quatuordecim dies, destillatis per vesicam abstrahatur oleum.

Ita etiam parantur
Olea Flor. Lavendulæ,

Olei

Olei Flor. Roſarum,
Spicæ.

OLEVM JVNIPERI EX BACCIS.

℞. Baccarum Juniperi quantum lubet.

Contundantur, immittantur in ollam affusâ aquâ calidâ, in fermentatione ſtent, poſtea deſtillentur, aqua ab oleo ſeparetur.

OLEVM CAMPHORÆ
SENNERTI.

℞. Camphoræ uncias duas,
Argillæ manipulum unum.

Miſceantur diligentiſſimè, & ex maſſa illa formentur globuli ſiccati in Sole, indantur cucurbitæ, & deſtillentur; aſcendit primò phlegma, ſecundò aqua, tertiò oleum, quod cum ſpiritu vini rectificandum eſt.

OLEVM CERÆ.

℞. Ceræ elegantis libram unam.
Oſſium calcinatorum libras duas.

Miſce: & deſtilla per retortam vel cucurbitam mediocrem, & exibit oleum, quod bis tervé eſt rectificandum.

OLEVM GALBANI SENNERTI.

℞. Gummi Galbani ſelecti libram unam,
Silicum calcinatorum libram unam ſemis,
Salis communis uncias ſex.

Deſtillentur in arena per retortam vitream, deſtillabit liquor albus cum oleo flavo, quo facto, recipiens mutetur, & aucto igne exibit oleum rubrum, quod rectificandum, & exibit oleum flavum.

Hoc modo fiunt
Oleum Benzoi,
Myrrhæ,
Maſtiches,
Succini.

OLEVM ANTIMONII
EJUSDEM.

℞. Antimonii libram ſemis,
Sacchari Candi uncias ſex.

Pulveriſata miſceantur, & deſtillentur in arena.

OLEUM

OLEUM PHILOSOPHORUM, Sive De Lateribus Mesue.

℞. Laterem aut tegulam rufam antiquiſſimam, ex rufo luto ductam, eam confringe in fruſta mediocria, & in prunis urito, donec tota excanduerit. Deinde è prunis exempta fragmenta reſtinguito oleo claro veteri, ac dimittito quouſque ſe oleo impleverint. Poſtea oleo exempta, in tenuiſſimum pulverem contundito atque in retortam aut cucurbitam vitream indito, & ſecundum artem luto chymico junctûras vitrorum claudito, ac ſubtus accenſis prunis oleum elicito, & prolectum reponito.

Eſſentiæ tenuitate in altum penetrat digerit, materiam omnem excrementoſam conſumit. Aurium tinnitui à ſtatu craſſo iuque verminantibus medetur; paralyſi, ſpaſmo cynico iſchiadi, gonagræ, podagræ, cateriſque articulorum affectibus prodeſt; potum aut inunctum, ſplenis tumores ſolvit; comitiales naribus inunctum ſubitò excitat, cerebrum calefacit, memoriam firmat, dentium dolorem ſedat, injectum utero menſes provocat, fœtum vivum aut mortuum educit, ora venarum aperit & ſanguinem concretum diſſolvit, pulmones purgat ab humoribus craſsis & viſcidis, oculorum ſuffuſiones delet, vermes interficit, venenis inſuper frigidis potenter reſiſtit, ſcorpionis morſum & noxas ab Opio aut Hyoſcyamo propellit, calculum veſicæ pellit, & mirificè commendatur ruptis è doloribus partus.

OLEUM SALIS COMPOSITUM HARTMANNI.

℞. Salis communis,
Nitri præparati ana partes æquales.

Commiſceantur luto figulino, formentur orbiculi, qui ſiccati per retortam deſtillentur igne fortiſſimo: Liquoris deſtillati libram unam cum unciis quatuor ſalis permiſce, & per retortam deſtilla, & rectifica.

OLEUM SATURNI.

Salem Saturni cryſtallinum tere, vaſi vitreo longi colli impone, affunde ſpiritum Terebinthinæ, in cineribus calidis digere, tincturam extrahe, ut è floribus ſulphuris fieri ſolet: ſolvetur Sal in liquorem rubentiſſimum rubini inſtar; mox retortæ impoſita, deſtilla inſtar aquæ ſtygiæ, primò lento igne, quoad ſpiritus Terebinthinæ exierit; deinde mutato recipiente auge ignem in horas, quoad totum oleum exierit.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 788 sur 955

Habebis Oleum, quod viribus naturale Balsamum excedit; malignis ulceribus, cancro, polypo, noli me tangere, egregiè solâ inunctione medetur. Hoc item Oleum in pulverem & lapidem congulari potest:

OLEUM TARTARI SENNERTI.

℞. Salis Tartari præparati quantum vis.

Abstrahe aliquoties acetum destillatum, novum semper recipiendo, donec de sua acredine nihil post se relinquat amplius: deinde solve hoc Sal aliquoties in spiritu vini optimè rectificato, atque ipsum toties ab illo Sale abstrahe, donec massa alba relinquatur: hæc in loco frigido ponenda, ut solvatur in liquorem rubeum, quod duorum vel trium dierum spacio fiet.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ pellucidæ, quantum volueris.

Destilletur lento igne, habebis primò oleum, ad quod sequitur flavum, & ultimò rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum: hæc olea separata reserva, rubrum est balsamum, quod in arena potest rectificari.

OLEUM VITRIOLI RUBRUM.

℞. Vitrioli ad rubedinem calcinati libras tres.

Terantur in pulverem tenuissimum, cum spiritu vini aspergantur, & per retortam vitream fortiter destillentur, postea rectificentur & reserventur.

ANIMADVERSIONES
In Olea destillata.

OLEORUM ESSENTIALIUM
DESTILLANDI MODI.

MOdus destillandi *Olea essentialia odorifera* per vesicam vel alembicum additâ aquâ omnibus Pharmacopœis jam innotescit, ut non opus sit plura de iis verba facere: Hoc saltem observandum, quòd nonnulla *Olea graviora*, utpotè *Cinamomi* & *Caryophyllorum*, paulò intensiorem ignis gradum postulent, quàm quæ spirituosa & leviora sunt, uti *Olea destillat cortic. Citri, Majoranæ, &c.* Cohobatio vel reiterata aquarum destillatio, præsertim *recentibus herbis* aut *aromatibus*, ex quibus *olea* destillanda, adjectis,

oleis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 789 sur 955

oleis autem prius & singulis vicibus separatis, non parùm adjumento esse potest, ad majorem copiam *oleorum* acquirendam, quia aqua à primo, v.gr. *Cinamomo* aut aliâ re destillata, imbuta & imprægnata, de recenti *Cinamomo* illi adjecto, ne quicquam ampliùs continere potest, sed necessum est, ut peractâ destillatione *oleum* à *Cinamomo* fundum petat, vel ab alia re supernatet. Additio *Salis Tartari* vel aliarum similium rerum supervacanea est, modò in regimine ignis non peccetur, quem æqualem esse convenit; *Alembicus* vel *vesica cuprea* non sit nimis alta, *capitellum* ejus largum vel amplum esto efformatum ad formam *capitelli vitrei*: *Stanno* sint obducta singula, *vesica cuprea* scilicet, *capitellum*, & *canalis*. Est & alius modus *olea* similia absque affusione *aquæ* destillandi per retortam in M B vel segmentis ligneis collocatam, igne, quam in tali destillatione fieri potest, intenuori, quem modum paucis indigitavi in *Animadversionibus super Aquas simplices* in fine.

OLEUM CAMPHORÆ.

OLeum *Camphoræ Sennerti* juxta modum præscriptum confici nequit, & miror, quod in omnibus Tyrociniis Chymicis hujus *olei* præparatio simili tenore toties descripta reperiatur, cùm tamen commendata destillatio naturæ *Camphoræ* ex toto adversa sit: hinc etiam fit, ut illâ integra per alembicum aut retortam transeat in excipulum, utplurimùm etiam retortam vasque recipiens diffringat: Necessum igitur, ut aliâ viâ procedamus, & vel experientissimi *Glauberi* modum amplectamur, vel in cucurbitâ metallica, argentea aut ferrea, aut etiam cuprea, quæ in parte superiori foramen habeat (per quod *Camphora*, dum cucurbita supra ignem collocata candet, injici possit;) cum suo convenienti & accommodato operculo, appositoetiam capitello destillationem instituamus; *Oleum* denique cum impetu prodiens, rectificari potest.

OLEUM CERÆ.

CEra admixtis *ossibus calcinatis* vel *cineribus*, & similibus rebus destillando, difficulter in *Oleum* convertitur, sed saltem instar *Butyri crassi* transit: Itaque opus est, ut *liquefacta prius Cera*, à *carbonibus*, *lateribus*, vel *globulis argillaceis ignitis* imbibatur, & tùm demùm destillationi committatur.

OLEUM SALIS COMPOSITUM HARTMANNI.

OLeum *Salis compositum Hartmanni*, in secundo Furno *Glauberi* commodè destillari potest.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 790 sur 955

OLEUM, Sive BALSAMUM SATURNI.

Oleum sive *Balsamum Saturni*, juxta modum præscriptum ad instar *Balsami sulphuris* paratu facillimum est.

OLEI TEREBINTHINÆ.

IN destillatione *Olei Terebinthinæ* ex cucurbita observandum, quòd ubi *Oleum album* sive *spiritus ejus* per alembicum prolectus est, qui leni igne & confestim transit, illicò *Terebinthinæ residuæ, liquidæ & calidæ adhuc existenti*, semoto capitello, *sabulum* vel *cineres* sufficientes admisceri debeant ad siccitatem usque, ita namque commodè succedit *Oleorum flavi* scilicet & *rubri* destillatio; secùs si destillatio continuatur sine *cinerum* admixtione, *Oleum crassissimum* transit, & quasi *Terebinthina* ipsa. Insuper notandum, quòd destillatio *spiritûs Terebinthinæ*, quæ cum additione *aquæ* in vesica quandoque perficitur, non usque adeò commendabilis ac proficua sit, cui tum etiam prædictam destillationem per cucurbitam meritò præfero; Etenim *aqua* non exiguam quantitatem *spirituum* & *virium Terebinthinæ* devorat, & arctè secum retinet, undè postea *spiritus* in quantitate & qualitate diminuuntur.

OLEI VITRIOLI RUBRI

Vera destillatio.

Olei Vitrioli rubri legitimi parandi modum, describit solertissimus *Glauberus Tract. 2. Furni philosophici fol. 164.*

BALSAMA EX OLEIS

Destillatis simplicia.

BALSAMUM ANGELICÆ

SENNERTI.

℞. Extracti Angelicæ unciam unam,
Mannæ selectæ drachmas duas.
Misce super igne lento; adde
Olei Angelicæ drachmam unam semis.
Fiat Balsamum.

BALSAMUM CARYOPHYLLOR.

℞. Olei Caryophyllor. drachmam unam,

Tin-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 791 sur 955

Tincturæ eorum ſcrupulum ſemis,
Salis Caryophyllor. grana ſex,
Ceræ præparatæ quantum ſatis; Fiat Balſamum.

Idem modus eſt parandi ſequ. Balſama; utpote
Arantiorum,
Cinamomi,
Citri,
Fœniculi,
Lavendulæ,
Macis,
Majoranæ,
Menthæ,
Nucis Moſchatæ,
Rorismarini,
Roſarum,
Rutæ,
Succini,
Zedoariæ.

BALSAMA COMPOSITA.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Olei Nuciſtæ drachmam unam,
Liliorum convallium guttas ſex,
Succini albi guttas quatuor,
Zibethi optimi ſcrupulum ſemis,
Moſchi Orientalis grana ſex,
Ambræ gryſeæ grana novem,
Granor. Styracis ſelect. grana viginti.

Contuſis benè omnibus & commiſtis, fiat Balſamum.

BALSAMUM BENZOINUM FRAGRANTISSIMUM TENZELII.

℞. Styracis Calam. ſelectæ uncias quatuor,
Benzoi, ſeu Aſæ dulcis uncias duas.

Tritis ſuperfunde ſpiritum vini rectificatum ad quatuor vel ſex digitorum eminentiam. Macera in balneo per aliquot dies, poſtea cola, & ſepara ſubtile à ſpiſſo. De colatura ſpiritum per balneum deſtillando abſtrahe, uſque dum reſiduum oleiforme appareat.

Asthmaticis, catarrhoſis & lienoſis utiliter exhibetur, urinasque promovet.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 792 sur 955

BALSAMVM CORDIALE SENNERTI.

℞. Olei Citri,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Rorismarini ana ſcrupulum ſemis,
Ambræ,
Moſchi ana grana ſex,
Extracti Croci grana ſeptem,
Confectionis Alkermes ſcrupulum ſemis,
Olei Nucis Moſchatæ expreſſi quantum ſatis.
Fiat Balſamum.

BALSAMVM GALBANETVM UTERINUM EJUSDEM.

℞. Galbani libram ſemis,
Olei Terebinthinæ claræ libras tres.

Digerantur in cucuabita vitrea lento calore per quatuordecim dies, poſtea deſtillentur, adde olei Lavendulæ unciam unam.

Iterum deſtillentur, prodibit Balſamum; quod ſi cum ſpiritu vini circulaveris, penetrantiſſimum efficietur.

BALSAMVM LOIMICVM HENISIANUM.

℞. Oleor. Camphoræ,
Succini,
Citri debito ſuo modo præpar. ana partes æquales.

Stent ſimul mixta in vitro optimè munito in leniſſimo balnei calore, donec perfectiſſimè inter ſe unita ſint, & oleum aurei coloris evadat.

HOc Balſamum in variis Germaniæ & Italiæ locis, graſſantibus atrociſſimæ peſtis contagiis feliciſſimè uſurpatum, & tricennali experientiâ comprobatum, Author bono publico conſecrare hîc voluit, cujus virtutes in ejuſdem hiſtoria expeditionis Italico Loimicæ fuſius explicantur.

BALSAMVM SVLPHVRIS ANISATUM MYNSICHTI.

℞. Olei Aniſi uncias ſex,
Florum Sulphuris unciam unam.

Dige-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 793 sur 955

Digerantur & circulentur, donec oleum Anisi tincturam sulphuris perfectissimè extraxerit. & habebis per inclinationem oleum rubicundissimum, filtra & usui reserva.

PAratur & Balsamum sulphuris cum spiritu Terebinthinæ eodem modo, quo superius.

ANIMADVERSIONES

In Balsama simplicia & composita.

PRo dextra *Balsamorum* confectione priùs distinguere oportet *Blsama*, quæ interno, quævè externo usui inservire debeant; Etenim hâc ratione plurimùm variat ipsorum conficiendi modus.

BALSAMUM ANGELICÆ.

B*Alsamum Angelicæ* usui interno duntaxat destinatum erit, illud ipsum juxta modum præscriptum, cum *Manna* & *Extracto proprio* paratum commendo: Si verò externæ inunctioni deservire debeat, (in quem usum talia *Balsama* utplurimùm parantur,) præscripta ejus præparatio non benè convenit, cùm propter tenacitatem admixti *Extracti*, tùm etiam quòd idem *Extractum* omni sua spirituositate spoliatum sit, ut adeò inutiliter saltem addatur.

De aliis *Balsamis consimilibus* eadem ratio est; proinde si hoc *Balsamo* pro externa inunctione uti libet, præstat illud ex solo *Nucistæ oleo*, secundvice vel ultimò expresso, (quod albicantis est coloris) & odore suo per extractionem cum *spiritu vini*, & edulcorationem cum *aqua rosarum* privato, additâ *Olei Angelicæ destillat. ſ. q.* confeciſſe: Similiter & eliqua *Balsama* omnia, quæ externè inungenda sunt, ad hunc modum parari possunt. Si quis etiam eadem *Balsama* internè usurpare vellet, posset ipsis taliter præparatis *Extracti proprii* portiunculam addere sed tùm *nativus* aut *proprius Balsamorum color* destruitur: Nam fèrè cuncta *Extracta* nigra sunt, aut spadicei coloris, ob id etiam *Balsma*, quibus adduntur, nigredine aliquali imbuunt; Ast usu jam receptum est, unumquodque *Balsamum* cum nativo aut proprio suo colore conficere, utpotè *Rosarum*, rubro vel sanguineo; *Rutæ*, viridi; *Succini*, albicante; *Citri*, flavescente, &c. quod ipsum tamen non adeò facilè est, nec fieri potest, nisi additis *ipsarum herbarum & florum*, quorum *Balsamæ* expetuntur, *Magisteriis*, quæ tali modo paranda sunt.

MAGISTERIA VEGETABILIUM.

℞. *Herbæ Rutæ*, vel *Floris Rosarum rubrarum*, nativis suis coloribus

loribus ditissim, quantum libuerit; coquantur in aqua, addendo *oei Tartari q. s. Decocto* colato, infunde *solutionem Aluminis*, & præcipitabitur materia pultis instar; *viridis*, si ex herbis viridibus; *rubra*, si ex *rosis rubris*, & similibus floribus; quo facto, supernatans aquositas per filtrum separetur, & remanenti materiæ in filtro toties *aquæ s.* affundatur vel *propriæ*, donec omnem saporem & salsedinem ab *oleo Tartari* & *Alumine* contractam deposuerit: Hoc in filtro restante *Magisterio*, ad crassam pultis formam leniter (non tamen omnimodè) exsiccato, *corpus Balsamorum*, *oleum* scilicet *Nucistæ expressum*, & uti superiùs dixi, præparatum, tingi potest, quod demùm el in aëre iterum exsiccetur, vel statim addito *oleo destillato*, in *Balsmum* redigatur.

Notandum autem hîc, quòd si *Magisteria illa* totaliter exsiccarentur, nullatenus *corpus Balsamorum* colore suo proprio imberent, itaque humida nonnihil intermiscenda sunt.

CORPORA BALSAMORUM

Quæ?

SUnt qui *Ceram*, vel etiam *sevum ex omentis agnorum*, pro *corpore Balsamorum* recipiunt: Verum quocunque modo etiam lota aut præparata fuerit *Cera*, planè inutiliter & pervsè pro *corpore Balsamorum* adaptatur; similiter etiam *sevum pinum*, &c. brevi enim rancescunt taliter parata *Balsama*, & tactu temporis exiguo, instar *emplastri* tenacissima fiunt: E contrà ergò, nostro jam indigitato modo, confecta *Balsama* ad decennium & diutiùs perdurare possunt, nisi quod diuturnitate temporis duriuscula evadant, quibus tamen pauculis duntaxat guttulis *olei proprii destillati* additis, pristina forma debitaque *Balsamorum consistentia* facillimè restitui potest. Ex hisce jam liquet, qualiter *Balsama* omnia dextrè conficienda sint, cùm quæ ad externos, tùm etiam internos destinantur usus.

BALSAMI APOPLECTICI

Censura

PRogrediamur jam ulteriùs ad *Balsamum Apoplecticum*, cui minùs commodè *grana Styracis* addunt, & his longè convenientiùs *Oleum Styracis destillatum fragrantissimum* substituitur. *Ambra*, cuicunque *Balsamo* separatim riùs in *Oleis convenientibus* dissoluta admisceri debet. Plura alia sin ia efficaciora *Balsama Apoplectica* reperiuntur apud *Mynsichtium Crollium*, & alios.

BAL-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 795 sur 955

BALSAMI BENZOINI TENZELII CENSURA.

EX speciebus pro *Balsamo Benzoino Tenzelii* deputatis, si juxta præscriptum modum strictè instituatur præparatio, non *Balsamum* sed *Resinam* conficies, prout in præparatione *Theriacæ* jam ante edocui, quæ ipsa nisi cum aliis rebus commisceatur aut dissolvatur, intrà corpus sumi nequit: Est enim instar *Terebinthinæ*, propterea necessum est, ut vel dicta *resina* totaliter exsiccetur, quò in pulverem redigi queat, qui postea *Syrupus* commistus assumatur, vel ante abstractionem *spiritûs vini*, extracta Essentia in usum trahatur, aut denique ex *resina* jam confecta liquida, *vitello ovi* & *liquoribus appropriatis* additis, mistura lactea conficiatur, uti *Lac terebinthinæ*, quæ hic data occasione propinari posset.

BALSAMUM CORDIALE SENNERTI Ventilatur.

BAlsamum *Cordiale Sennerti* juxta præscriptum modum, additis *Olei Nucis Moschata expressi drachmis tribus* vel *quatuor*, facilè paratu est: quod ipsum licet eximiis virtutibus non destituatur; attamen *succos acidos* vel *aceta aromatica* interne & externè usurpata, longè citiùs cordi robur addere, & languidum corpus validiùs, quàm hoc & similia delicatissima & preciosissima *Balsama* refocillare & erigere posse, experientia frequens nos edocuit.

BALSAM. GALBANET. UTERIN.

BAlsamum *Galbanetum uterinum* ejusdem ad modum *Olei terebinthinæ* in alembico vel cucurbita vitrea destillari potest, adjectis cineribus, postquam *spirituosum oleum*, quod leni calore inter initia exstillat, prolectum sit? *Oleum Lavendulæ* unà cum reliquis comittatur, & ubi per digestionem probè invicem unita fuerint, cuncta simul destillentur: *Olea illa* in destillatione sigillatim prodeuntia, uti in destillatione *Terebinthinæ* seorsim colligi & deinceps vel uniri, aut singula separatim asservari possunt; Inter quæ primum satis spirituosum erit, nullâ propterea ulteriori circulatione cum *spiritu vini* tantoperè indigens.

BALSAMVM LOIMICVM ET SULPHURIS.

BAlsamum *Loimicum*, quod *Oleum compositum* potiùs, quàm *Balsamum* appellandum esset, & *Balsamum Sulphuris*, conficiantur juxta modos præscriptos.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 796 sur 955

Vel, si lubet, paretur Balsamum Sulphuris modo sequenti:

℞. *Sulphuris commun. pulverisati,*
Salis Tartariana uncias tres.

Misce, & supra ignem leniſſimum in vase plano terreo fiat hepar sive massa hepatis instar, quæ in pulverem iterum redacta, immittatur Alembico vitreo parvo, cui superaffundatur *Oleum Iuniperi destillatum* ad eminentiam quatuor vel quinque digitorum, stent in calore leniſſimo, donec rubicundiſſimo colore imbuatur, quod effundendum, filtrandum, usuique asservandum.

Hoc *Balsamum* insignes habet virtutes, estque vulgari præstantius, nec graveolens, sed boni odoris; potest necnon cum *spiritu terebinthina* loco *olei Iuniperi* parari.

FECULÆ.

FECULA RADICIS ARONIS.

℞. Rasuræ radicis Aronis, quantum vis: Minutim inciſam & contusam sacco lineo inditam sub prelo extrahas, & quàm fortiſſimè succum exprimas, quem in loco frigido detineas, & videbis fæces albiſſimas instar Amyli in fundo colligi quibus aqua turbida supernatat, quam per inclinationem separes. Amylum verò in fundo residens exsiccetur in umbra, & paucis horis materia in forma Amyli exsiccata, erit Fecula Aronis.

AD humores tartareos, gummoſos ac tenaciſſimos diſſolvendos, duritiem & obſtructiones viſcerum progenerantes, feliciter adhibetur.

Ita etiam habet præparatio
Feculæ Bryoniæ,
Iridis.

GERSA, Seu CERUSSA SERPENTARIÆ.

EX radicibus Serpentariæ majoris ab extimo cortice nigro mundatis, ac in lapidea pila tusis, succus exprimitur, qui in vitreo catino probè tectus, ad Solem siccetur, donec Ceruſſæ similis evaserit.

ANIMADVERSIONES

In Feculas.

DE *Feculis, Gerſis*, seu *Ceruſſis*, non est, quod multus sim, quippe quæ nihil aliud sunt, quàm pulveres subtiles farinacei, *ſucco ſuo*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 797 sur 955

ſuo nativo orbati, conſequenter etiam omnis virtutis & efficaciæ expertes, quibus ego proindè *radicum ipſarum ſiccatarum*, ceu *ſucco ſuo nativo* (inſpiſſato quidem vel concreto,) adhuc gaudentium, pulverem longè præferendum eſſe autumo.

MAGISTERIA.

MAGISTERIUM ALUMINIS.

℞. Aluminis puriſſimi & pellucidi quantum vis.

Compone aptè in veſicam bubulam, aut ſuillam, & ſic in aquam fervidam immerge, donec Alumen contentum liqueſcat, inque liquorem penitùs convertatur. Liquor filtro depuratus deſtillatur per Alembicum, cucurbitâ brevi in cineribus poſitâ, ad ſiccitatem uſque materiæ, ſeu remanentiam capitis mortui. Quod ipſum denuò prædicto modo in liquorem ſolvitur, deſtillaturque, idque eò uſque repetendo, donec tota Aluminis ſubſtantia ſaltem rejectis inquinamentis, Alembicum tranſcenderit.

Stypticum præclarum in immodicis hæmorrhagiis, ipsâ ferri eſſentiâ, ſperniolâ, aut quicquid hoc in genere præclari nominis eſt, non inferius.

MAGISTERIUM CORALLIORUM.

℞. Coralliorum quantitatem ſufficientem,
Aceti vini optimè deſtillati ad ſufficientem ſupereminentiam.

Stent per noctem in calore, ut fiat ſolutio, decanta, & filtra per chartam. Mox reliquis adde aliud acetum ad ſolvendum, eò uſque illud repetendo, donec penitùs quod reliquum eſt, non niſi fæcibus remanentibus, ſolvatur: Colaturæ inſtilla Oleum Tartari, ut pulvis dejiciatur. Hunc ſeorſim poſitum, elue aquâ fontanâ aliquoties, poſtmodum exicca, & ad uſum ſerva. Quod ſi ſolutionem abſque præcipitatione ad ſiccitatem evaporare animus ſit, poſt aliquot ablutiones & reiteratas coagulationes, eadem in cella ſupra marmor menſibus Junio, Julio, & Auguſto poſita, in liquorem reſolvetur, quem addito ſpiritu roſarum optimo aliquandiu circulare, & ad uſus neceſſarios reſervare poteris.

Eadem ratione & modo fiunt ac parari ſolent Magiſteria & Solutiones

Granati,
Hyacinthi,
Margaritarum,
Matris Perlarum,

Ocu-

Oculorum Cancri,
Smaragdi.

MAGISTERIUM CORNV CERVI.

℞. Limaturæ Cornu Cervini ex apicibus juſto tempore cæſi uncias ſex.

Irroretur cum ſpiritu Nitri, poſtmodum ſuperfunde acetum vini optimè deſtillatum; ſtent per aliquot dies in digeſtione, deinde filtrentur per chartam emporeticam, immitte Oleum Tartari, & præcipitabitur pulvis ad fundum, quem frequentioribus ablutionibus edulcora, & ad uſum reſerva.

Ita etiam fiunt Magiſteria,
Ungulæ Alcis,
Cranii humani,
Lapidis Lazuli.

MAGISTERIUM JALAPPÆ.

℞. Rad. Jalappæ ſelectæ uncias octo.

Pulveriſentur groſſo modo, ſuperfunde ſpiritum vini optimè rectificatum, ut tres vel quatuor digitos ſuperemineat. Stent in infuſione in loco calido per aliquot dies, poſtea cola cum forti expreſſione, filtrato liquori ſuperfunde aquæ fontanæ, aut roſarum aliquid, ſicque præcipitabitur pulvis, ſeu reſinoſa ſubſtantia Jalappæ ad fundum, adhuc ſemel abluenda, demùm exſiccanda, terenda, & ad uſum ſervanda.

Seroſos bilioſosque humores commodè evacuat, delicatulis & cætera pharmaca averſantibus maximè accommodum.

Eodem modo paratur Magiſterium Scammonii, ſeu Pulvis Syrius dictus.

MAGISTERIUM SVLPHVRIS, Seu LAC Ejuſdem.

℞. Flor. Sulphuris unciam unam,
Salis Tartari uncias tres.

Miſce; & ſuperfunde aquæ communis libras tres. Digere in arena per diem naturalem, ita ut ſub finem aqua ferè bulliat, & Sulphur penè omne ſolutum ſit: poſtea filtra calidè per chartam emporeticam, & ſuperfunde aceti deſtillati quantum ſufficit, & præcipitabitur pulvis lacteus Sulphuris paulatim ad fundum; deple humorem, & reiteratis ablutionibus materiam edulcora. Ultimò, ablue cum aqua cordiali, & exicca.

MAGI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 799 sur 955

MAGISTERIVM TARTARI VITRIOLATI.

℞. Olei Tartari ex Sale resoluti & purificati uncias quatuor, Spiritûs Vitrioli unciam unam semis.

Hunc gutt tim supra Oleum Tartari in vitrium capax instilla. Fiet coagulum albissimum, humiditas supernatans evocetur lento calore ad succitatem Salis.

Generale ferè digestivum ad omnes obstructiones solvendas; in calculo, nephritide ictero, mensium retentionibus, febribus, hydrope, splenis duritie multo cum fructu exhibetur.

ANIMADVERSIONES *In Magisteria.*

ALVMINIS MAGISTERIVM.

Luminis Magisterium longè citiùs & minori cum labore per retortam vitream, quàm per Alembicum, ob ejus altitudinem, destillando parari potest, nec opus est in *vesica bubulæ sordida* & *fœtida* utplurimùm *Alumen* liquefacere, quin commodius *aquæ simplicis* tantum affundi potest, quantum pro dissolutione ejus in calore sufficiat; solius enim humiditatis per vesicam attractæ beneficio solvitur *Alumen*, non verò propter hunc singularem modum: *aqua superflua* ultimò, cùm *totum Alumen* ferè repetitâ affusione *aquæ* & destillatione per Alembicum transcenderit, in M. B. leniter abstrahatur, inque cucurbita oblongâ & altâ.

MAGISTERIORVM VULGARIUM CENSURA.

CÆterùm quantis torturis, solutionibus scilicet, præcipitationibus, calcinationibus, coagulationibus & destillationibus *Corallia* & *Perlæ*, nec non *reliquæ Gemmæ* subjiciantur, & quàm *varia menstrua* pro ipsorum dissolutionibus inventa sint, abundè videre est apud Clarissimum *Schröderum lib.* 3. *cap.* 6. ast quàm perperam potissimæ superiùs enumeratæ operationes suscipiantur, illi soli patet, qui eas accuratè perpendit, maximè verò, qui ipsemet aliquoties illas tentavit. Si saltem *vulgaria Magisteria officinalia* (de quibus nobis propriè nunc sermo est,) ex. gr. *Coralliorum* & *Perlarum*, &c. examinemus, hæc sanè quocunque etiam *acido menstruo* solvantur, & contrario eidem liquore præcipitentur, nihil aliud sunt, quàm *Perlæ* & *Corallia* in subtiles atomos & calces ferè insolubiles & inutiles conversa, quibus non exigua portio men-

menſtruorum ſolventium & liquorum præcipitantium tenaciter adhæret, ita ut difficulter impoſterum *iisdem aquis corroſivis* ſolvi poſſint, ob adjunctam terram à contrarietate *aquarum*, aut *ſpirituum*, vel *ſalium* exortam, de eorum viribus autem non minimum menſtruis poſt præcipitationem ſeparatis relinquitur. Quod autem à menſtruis ſolventibus & liquoribus præcipitantibus rebus ſolutis & præcipitatis nonnihil adhæreat, hujus experiundi evidens exemplum præbent *Magiſteria vegetabilium*, quæ beneficio *aquæ Aluminis & olei Tartari* conficiuntur. Non ſemel enim hoc, ſed pluries in præparatione *Laccæ Florentinæ* ex *granis Kermes* ipſus expertus ſum, ubi ferè duplo plus *Laccæ Florentinæ* acquiſivi, quàm fuêre *grana* ante præparationem, nullo penitùs addito corpore heterogeneo vel homogeneo. Hinc fit, ut *præcipitati hi pulveres* ad inſtar calcis, ſint etiam *corroſivis aquis* ægrè diſſolubiles, ut hâc ratione permotus, *ipſa Corallia cruda, Perlas*, & ſimilia trita duntaxat & in ſubtiliſſimum pulverem redacta, majoris æſtimem, quàm *præcipitata* eorum *Magiſteria*, utut levia hæc ſint & aſpectu pulcherrima, ſplendida etiam argenti ad inſtar, prout ipſe ſæpiùs illa paravi.

Quod verò *Magiſteria* præfato modo parata, ſolutu difficilia ſint, & inſtar *calcis* ſe habeant mortuæ, manifeſtè demonſtrat inter cætera etiam *Magiſterium Cornu Cervi*, hoc ipſum, cùm ex *Cornu Cervino crudo raſpato* confectum ſit, ejus qualitates meritò aliqualiter ſaltem æmulari deberet, in *odore* nimirum exhalante, ſi deſtilletur, aut Vulcano tradatur, vel in *viſcoſitate*, ſi coquatur: Aſt nihil horum, ſi violento igni committatur, neque de *ſpiritu* vel *Sale volatili* quicquam ex eo elicitur, ſed fixum uti *Cornu Cervi uſtum* (licet fortiter etiam calcinatum,) remanet, nec ſi coquitur, *mucilaginem* vel *gelatinam* præbet, nec cum *aquis fortibus*, utpotè *Spirit. Nitri, &c.* ſi cum ipſis ejus ſolutio tentetur, denuò diſſolvitur. Quibus probis ceu invictis rationibus ſuffultus aſſero, *Cornu Cervi Magiſterium* ab *uſto Cornu*, & huic ſimilia *Magiſteria* ex *oſſibus* & *cornibus* confecta, ab ejuſmodi *calcinatis*, *viribusque exutis oſſibus* & *cornibus* parùm diſcrepare: Hinc & reliqua *Magiſteria* ex *Corallis*, *Perlis* & *conſimilibus gemmis* pervipendo imò penitùs rejicio.

Solutiones verò, quæ abſque præcipitatione & per ſolam abſtractionem *menſtrui ſolventis* fiunt, in ſuo precio relinquo, quibuſcunque etiam *menſtruis* conficiantur, licet unum alteri in bonitate (uti in *Animadverſionibus Tinctura Corall.* innui,) præferendum: Earum autem *ablutiones* & *edulcorationes*, quas omnia Tyrocinia Chymica tàm ſtudiosè præcipiunt, ſupervacaneæ ſunt, ſi ſolutio *aceto deſtillato*, vel *Spiritu Nitri*, aut *Vitrioli Philoſophico* peracta ſit, cùm nullo modo *aciditas* aut *vis corroſiva menſtrui ſolventis*, (quæ jam tùm in aliud ens commutata eſt,) elui, aut ſolutiones edulcorari poſſint, etiamſi vel centies hæc operatio iteretur. Nam *aciditas* ſive *ſal corroſivum*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 801 sur 955

rosivum menstrui (si ita appellare licet,) nexu indissolubili rei solutæ copulatum est, eique tam firmiter cohæret, ut nec extremâ Vulcani violentia, sive per destillationem, sive aliâ quâvis torturâ ab ipsis divelli queat, itaque semel aut bis ad summum *solutiones* aut *sales* (uti appellare mavis,) ejusmodi dissolvendo & filtrando ab adhærentibus impuritatibus liberâsse suffecerit, quæ tandem *spiritu quodam ardenti* aliquandiu circulari, & tandem destillando vel abstrahendo, ab eodem liberari possunt.

MENSTRVVM SECRETVM PRO PERLIS CORALLIIS, &c.

QUod si verò secretum aliquod pro his *solutionibus* & *Magisteriis* conficiendis, *menstruum* exoptas, quod, solutis illo *Perlis, Corallis, Oculis Cancrorum*, &c. per abstractionem totaliter separari, & ad alios consimiles usus, hocque sæpiùs accommodari queat, abluas *Venerem* ab impuritatibus *succo quodam vegetabili*, & *Baccho* inebries, dabitque tibi destillando *spiritum* miris virtutibus præditum, tùm ad medicinam, tùm multas alias operationes aptissimum.

MAGISTERII GIALAPPÆ.

MAgisterii seu *Resinæ Gialappæ* præparatio, cùm manca sit, veriorem hîc subjiciam; utpotè

℞ *Gialappæ crassiusculè contusæ libram unam,*
cui affundantur
Spiritûs vini rectificati libras tres.

Stent in digestione calore leni uno vel altero die, *spiritus vini tinctus* per filtrum separetur, aliusque reaffundatur, qui labor tamdiu continuetur, quoad *spiritus vini* non ampliùs coloretur: *Tinctos spiritus omnes conjunctos & filtratos*, in cucurbita vitrea ad remanentiam pauci liquoris (*libræ unius* circiter,) abstrahe, & affuso *aquæ frigidæ* tantillo *residuo liquori* (nisi jam tum *Resina* fundum cucurbitæ petierit, aut residuo liquori innatet,) *præcipitatam resinosam substantiam* ab aquositate separa, ablue & exsicca, exsiccatam denique in pulverem redige. Tali modo *parata Resina* splendidior evadit & purior, nec tam graveolens, uti alioquin esse solet, quando *spiritus vini* non fuit abstractus, quæ graveolentia etiam nullo modo per ablutiones, quàm sæpissimè etiam fiant, tolli potest.

RESINA SCAMMONII.

EOdem modo *Resina Scammonii*, *Turbith*, aliarumque rerum resinosarum parari queunt: Ex *residuo liquore*, mediante abstractione superfluæ humiditatis, conficiatur *Extractum* justæ consistentiæ

sistentiæ. Cæterùm quæ circa dissolutionem *resinarum* aut eorum exhibitionem notatu & observatione digna sunt, ex *Animadversionibus nostris antecedentibus super Extracta* nonnulla, quorum compositionem res resinosæ ingrediuntur, luculenter patebunt.

MAGISTERIVM, Sive LAC SULPHURIS rejicitur.

Magisterium Sulphuris, ut ab aliorum *Magisteriorum* præparationibus parum aut nihil differt, ita nullam præ iis singularem meretur laudem. Igitur *flores Sulphuris* aut ipsum crudum Sulphur in virtutibus ipsi longè præfero.

MAGISTERIVM TARTARI.

Magisterium Tartari Vitriolati ex *Sale Tartari resoluto*, id est, *oleo Tartari* per *deliquium facto*, vel etiam & commodius ex *sicco Sale* parati, & si lubet, crystallizari potest; certum tamen *liquoris* vel *olei Tartari*, & *spiritus Vitrioli* pondus determinari nequit, ob *spiritum Vitrioli*, qui magis vel minus purus vel aquosus esse potest: Discrepat & *oleum Tartari* in tenuitate, *sal* item in siccitate, quæ cuncta pondus cum *spiritus Vitrioli*, tum *olei Tartari* maximè variare possunt: sufficiet autem tamdiu *spiritum Vitrioli* dicto *oleo Tartari* vel *Sali* instillare, donec omnis cesset contrarietas.

Nolo hîc etiam silentio prætereire inconsideratam quorundam assertionem, qui post peractam & sufficientem *spiritûs Vitrioli* in *oleum Tartari* instillationem, a *residente* & *præcipitato pulvere albo*, *supernatantem liquorem* ceu *inutilem* separare, & qui ex *eodem* scilicet *liquore*, per abstractionem aut evaporationem humiditatis paratur, *Tartarum Vitriolatum*, ceu nauseosum vomitumque concitantem, abjicere jubent. Falsa enim hæc est, & nata è re malè intellectâ assertio, quandoquidem *verus Tartarus Vitriolatus* in liquore quovis solubilis (qualem ipsum necessariò esse oportet, si quid boni præstare debet,) in *supernatante humiditate* delitescit, & ex eo cessante contrarietate sive ebullitione vel strepitu per inspissationem, uti dictum, vel exhalationem *humiditatis* colligitur, qui verò præcipitatur *pulvis albis* ad instar *Magisterii*, (si ex *oleo* vel *liquore Tartari calcinati*, non *Sale ejus sicco* conficiatur,) tantùm abest, ut sit veræ & optimæ notæ *Tartarus Vitriolatus*, quin potiùs se habent instar *calcis fixæ insipidæ* & *inutilis*, qui neque in liquore potulento resolubilis est, sed ita immutatus persistit, non secus ut ex *Vegetabilibus* nonnullis beneficio *Olei Tartari* & *Alumine* confecta *Magisteria*, de quibus paulò antè egimus. Cùm autem *liquor* peractâ sufficienti instillatione *spiritûs Vitrioli*, subsidenti *Magisterio* vel *Calci* potiùs *inutili* supernatans, nihil aliud sit, quàm optimus & verus

verus *Tartarus vitriolatus resolutus, & nondum coagulatus*, quæ esset dementia eundem abjicere, aut ceu damnosum detestari? & sanè, si qua ex usu *Tartari vitriolati* dira quandoquidem suboriretur symptomata, utpotè *vomitus enormes, cardialgiæ*, & nescio quæ mala alia, culpa ob id non statim in *Tartarum vitriolatum* derivanda esset, scilicet quâ talem, sive quatenus ex *liquore* supradicto constat, sed quatenus, uti communiter fit, ex *Sale Tartari*, quod è *Tartaro impuro*, plurimisque rebus fæculentis heterogeneis, & nescio queis sordibus spurcissimis permixto, per calcinationem parato, confectus fuit. Ut itaque hæc mala evitarentur, summè necessarium esset, (quod jam toties inculcavimus,) *Tartarum* semel in aqua, mediante coctura dissolvere, & per filtrationem aut colaturam, ab inhærentibus sordibus liberare, iterumque in crystallos redigere, atque hunc demùm ita aliquatenus *purificatum Tartarum* ad medicamenta usui interno destinata seligere. Quod si fieret, non esset, cur nobis à præfatis malis imposterùm metueremus, modò etiam in utendi modo & dosi, aliisque requisitis necessariis non delinqueretur.

SALIA.

SAL ABSINTHII.

℞. Absinthii sicci quantum vis.

Uratur in cineres albos, sal extrahe cum aqua ejusdem herbæ stillatitia, vel communi calida, digerendo per noctem. Postea aquam per inclinationem & filtrationem effunde, cavendo ne fæces turbentur: aliam usque tertiò affunde, digerendo ut supra; tandem omnes aquas filtra & coagula, sæpiùs id repetendo, donec coagulum evadat albissimum. Hoc rursus dissolve, filtra, & ad pelliculam evapora, frigido expone, & collige crystallos.

Usus hujus Salis, uti & reliquorum ad aperiendas obstructiones, humores crassos attenuandos, viscidos incidendos, putredinem expugnandam multùm commendatur: hinc medicamentis attenuantibus, diureticis & diaphoreticis magna cum utilitate admiscetur.

Eodem modo parantur & reliqua Salia sequentia; utpotè,

Sal Angelicæ,
Artemisiæ,
Bardanæ,
Betonicæ,
Calendulæ,
Cardui Benedicti,
Centaurii minoris,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 804 sur 955

Sal Cynosbati,
Ebuli,
Eupatorii Avicennæ,
Eupatorii Meſue,
Euphraſiæ,
Fraxini,
Fumariæ,
Geniſtæ,
Gentianæ,
Guaiaci ex ligno,
Hyperici,
Juniperi,
Meliſſæ,
Pimpinellæ,
Reſtæ bovis,
Rutæ,
Saxifragiæ,
Scolopendrii,
Scordii,
Tamariſci,
Valerianæ,
Veronicæ,
Vincetoxici,
Zinziberis.

SAL CORALLIORUM.

℞. Corallia poſt extractionem tincturæ reſidua, quod Caput mortuum dicitur; calcina illud cum ſulphure aliquoties, donec ſcilicet in cineres planè vertatur. Ex his cineribus ſuperfusâ aquâ urticæ minoris deſtillatâ. Sal extrahe: poſt hebdomedalem in balneo digeſtionem à fæcibus, per filtrum ſepara, & uſque ad cuticulam evapora; pone in frigido loco, & concreſcit eleganter.

SAL PRUNELLÆ, Seu NITRUM DEPURATUM.

℞. Salis Petræ quantum placet. Solve in aqua communi, & per chartam emporeticam trajice, quò à ſordibus omnibus expurgetur, deinde vaſe vitreato decoque, & crebro deſpuma; coagula poſtmodum in frigido. Exiccatum tere, & ſartaginî impone, ut intra prunas accenſas liquefieri poſſit. Liquati Nitri libræ injice florum ſulphuris unciam unam, non ſemel unâ vice, ſed pluribus, donec omnis pinguedo ſulphurea deflagrârit,

flagrârit. Tandem Sal Nitri probè eliquatum, & putum, in vas ferreum vel æneam pelvim priùs probè excalefactam, effundatur, ut frigore noncreſcat.

ALii & fortè majori cum commodo, ſolummodò Nitrum depuratiſſimum reddunt, reïteratis multis ſolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus.

SAL, Sive SACCHARUM SATURNI.

℞. Cinerem Plumbi, aperto igne ſine alio adjecto præparatum; ex illo ſalem cum acero deſtillato extrahe, quem poſtea aquâ pluviali ſolvendo, filtrando, & leniſſimè in balneo evaporando, ſepties edulcora.

EXtrinſecus uſurpatum, mira præſtat in ulceribus cancroſis, malignis, corroſivis, & ſimilibus, contra ambuſta, inflammationes, puſtulas faciei rubras, utiliſſimum eſſe judicatur.

SAL TARTARI.

Sternitur Tartarum in vaſe terreo non vitreato plani fundi ad craſſitudinem digiti: Reverberatur poſtea ad albedinem uſque, ſpacio quinque vel ſex horarum, igne ita moderato, propter fuſionem, ut vas ſaltem candeat: Tùm perfunditur aquâ communi, filtratur & coagulatur. Ex hoc Sale per deliquium ſoluto, fit Oleum Tartari per deliquium vocatum, ad Medicos uſus ratò expetitum, Hermeticis verò operationibus frequenter inſerviens.

SAL VITRIOLI VOMITORIUM ANGELI SALÆ.

℞. Vitrioli Ungarici cœrulei & optimi quantum vis; calcinetur in crucibulo ad ignem rotæ, donec in pulverem bruneum, ſeu obſcurè purpureum abeat. Huic Vitriolo prædicto modo calcinato, & in vaſe vitreo poſito, ſuperfundatur aquæ communis bona quantitas, ſenſim & ſenſim agitando, ne in fundo conglomeretur, donec aqua affuſa refrixerit. Stent ita viginti quatuor horis, poſtea trajiciantur per chartam emporeticam, in patinam latam vitreatam, & fiat exhalatio ſuper ignem lentum, donec Sal in fundo reperiatur ſiccum, & coloris quodammodo incarnati, qui pulveriſando in albedinem convertitur.

AD purgandum ſuperfluitates per vomitum circa præcordia harentes, corruptoſque humores ipſis ventriculi tunicis impactos educendos egregiè valet.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 806 sur 955

SPIRITUS VITRIOLI Coagulatus.

℞. Salis Abſinthii cryſtallini, & ſummè depurati, ſufficientem quantitatem; huic affunde Spiritûs Vitrioli tantum, ut cum eo ſecundum artem coagulari & uniri poſſit, cum exuperantia tamen Spiritûs Vitrioli, coagulatum juſto modo, in vaſe vitreo conſerva ad uſum.

SUnt & quædam Salia compoſita noſtris in uſu, ut Sal theriacale juxta *Quercetani* deſcriptionem in Pharmacopœia reſtituta, pag. 530. & Sal ex remanentiis aquæ theriacalis Bezoardicæ noſtri Diſpenſatorii præparatum.

ANIMADVERSIONES IN SALIA.

QUamvis *Salium vegetabilium* præparatio res ſit communiſſima & maximè vulgaris, novi tamen nonnullos, qui etiamſi Chymicos ſe profeſſi ſint, nihilominùs ne rectam quidem & competentem *calcinationem herbarum* pro *ſalibus* ex ipſis eliciendis inſtituere ſcivêre. Quæ ipſa *vegetabilium in cineres calcinatio* hoc peculiare habet, quod *herbæ, radices, &c.* nulli vaſi incluſæ, ſive tecto, ſive aperto, ſed in aprico comburi velint, ſimilem in modum, uti *ligna* alias ſuper focum comburuntur; ſecùs enim, ſi in olla vel in alio vaſe fiat calcinatio, non cineres, etiamſi diu crementur *herbæ*, ſed *carbones* pro *ſale* extrahendo inutiles acquires Peractâ hac incineratione ſolent non pauci, ut *ſalem* acquirant *pulchriorem cryſtallinum*, nec tam facilè in frigore liquabilem, *cineres* adhuc ſemel additâ *ſulphuris æquali* vel *duplâ portione* calcinare ad conflagrationem *ſulphuris*; quam *calcinationem* cum tanta *ſulphuris* quantitate probare nullo modo poſſum, licet aſſerant, *cineres* exindè magis reſerari, quò tandem efficaciorem & copioſiorem ſalem fundant; aſt perperam; Nam dum *ſulphur* deflagrat, *ſpiritus ejus ſalem in cineribus* adhuc exiſtentem reddit vitriolatum, non aliter ac ſi *ſpiritus ſulphuris* vel *vitrioli ſali* additus eſſet, quo ipſa ſalina ſubſtantia nativa, ſive *Sal Alkali*, nec non vis & efficacia per diaphoreſin operandi deſtruitur, & *ſalia magis diuretica* evadunt deperdito *Alkali*, imò à nativa ſua (ſi quæ in *ſalibus hiſce fixis* diverſitas eſt,) proprietate & indole, in aliud eſſe peregrinum, transmutantur. Nec magis dextrè & ingeniosè, ſed æquè malè ac perversè ii laborant, qui jam *confectis ſalibus aquam fortem* jungunt, quò minus in frigore liqueſcant, & ad cryſtallinam diaphaneitatem perduci, vel in cryſtallos majuſculos redigi queant: Hoc vitium in Chymia vulgari maximè commune eſt illis, qui duntaxat ad *formam & pulchritudinem medicamentorum*, non verò ad eorum *genuinas virtutes & proprietates* (quæ contrariis rebus additis, facilè immutantur & abolentur,) unicè reſpiciunt. Sciendum igitur,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 807 sur 955

igitur, (ut mediâ procedamus viâ,) quod plurima *salia*, utpotè *Absinthii, Centaurii, &c.* si benè parata sunt ex *cineribus rite calcinatis*, non tam facilè in frigore liquescant, nec difficulter in crystallos redigantur, etiamsi *cineribus eorundem* nullum *sulphur* addatur, ut adeò nec *sulphure*, nec *aquâ forti* heîc semper opus sit: Quod si verò *nonnullis cineribus*, ex quibus aliàs *sales facilè liquabiles* eliciuntur, *sulphur* admiscere volupe fuerit, non opus est *aquali*, multò minus *dupla ejus portione* respectu *cinerum*, sed *aliquali saltem particulâ*; nimirùm *unciâ semis*, vel ad summum *drachmas sex sulphuris*, ad *libram unam cinerum*. Nunc secundâ hâc *calcinatione cinerum* ventilatâ, progredior immediatè ad *confectionem salium*: Coquantur igitur *cineres in s. q. aquæ*, sæpiùs retenti reaffusâ, in vase terreo vel ferreo, donec *omnis salsedo* extracta sit; *lixivium* inspissetur vel evaporet ad siccitatem *salis*, qui impurus erit, lixivialem odorem, si sine *sulphure*; sulphureum verò, si cum *sulphure cineres* calcinati fuerint, redolens; quem odorem, ut ex parte *sali* adimamus, eundemque puriorem reddamus, (quod aliàs innumeris filtrationibus & coagulationibus fieri nequit) necessum est, ut ipsum immissum crucibulo, igni fusorio committamus, & quamprimùm fluit, effundamus, *aquâ affusâ* iterum solvamus, filtremus, & vel ad siccitatem coagulemus, aut leniter & successivè humiditatem abstrahendo, in crystallos redigamus; Quâ ratione autem *salia* dextrè crystallizari possint, de hoc multa haberem, quæ in medium proferrem, sed hæc manualibus operationibus potiùs demonstrari, quàm verbis exprimi possunt: hoc saltem asserо, quòd *salium quorumcunque, crystallorum Tartari*, & quarundam rerum aliarum crystallizatio, longè exactius in calore perficiatur, quàm in frigore: causa est, quod frigus impetu veluti liquorem cogat, ut inhærentem sibi *salem* præcipitanter deponat, quæ præceps crystallizatio tàm exactè fieri nequit, ac si lentè successivè, & cum mora aliqua in leni saltem calore aut tepore fiat, hinc etiam in tectis & coopertis vasis, majores pellucidioresque crystalli crescunt, quàm in apertis.

Cæterùm operæprecium esset investigare, quam ob rem quædam *vegetabilia* adeò exiguam suppeditent portionem *salis fixi*, utpotè *Lignum sanctum, Helleborus, &c.* quâ de re nonnulli ita ratiocinantur, quod nimirùm talia *vegetabilia* sint tenuium partium, & paucas obtineant partes terrestres, plures autem volatiles & sulphureas, propterea etiam prædicta, majorem copiam suppeditare *Spirituum* & *Oleorum*, minorem verò *Salis fixi*: Ast rationem hanc insufficientem esse, exinde patet, quod *Vegetabilia*, quæ parùm *Salis fixi* præbent, æquè uti reliqua, partes crassiores habeant & terrestriores, cùm eandem suppeditent cinerum copiam: Nec est, ut in spirituositatem causam referamus, *Vegetabilia* enim summè *spirituosa*, magnam persæpè quantitatem *Salium fixorum* præbent; utpotè

Absinthium, *Lilium convallium*, & alia complura: Ego, quantum experientiâ edoctus sum, hanc causam esse assero, quòd *vegetabilia* illa modicum *salis fixi* suppeditantia plure *sale nitroso* sint imprægnata, quod *oleo eorum resinoso* firmiter adhæret; idipsum *oleum* ubi in calcinatione *vegetabilium* deflagrat, rapit unà secum *salem suum homogeneum nitrosum*, quo absumpto, exiguum quid relinquitur *salis fixi*, non secus uti *nitrum ipsum*, si resinâ aliquâ permixtum, igniq́ue immediatè injectum, totaliter consumitur: fluit autem idem diu multùmque in igne, si immediatè ab eo non tangatur. Pro confirmatione hujus assertionis, subsequentem pono *Salis ligni sancti* præparationem.

SALIS LIGNI SANCTI

PRÆPARATIO.

℞. *Ligni sancti q. s.*

Coquatur diu multumque, sæpiùs recenti aquâ reaffusâ, donec omnis essentia, quantum fieri potest, extracta sit, & aqua ultimò affusa, nullum amplius saporem referat; *solutiones* vel *aquæ decoctæ* inspissentur ad siccitatem, *Extractum siccum spissumque* immittatur crucibulo, igniq́ue tradatur, sic inter initia strepitum edet instar *nitri* prunis injecti, postea fluet instar *salis*, tùm effundatur, & ulteriùs, prout superiùs edocui, per crebras solutiones, filtrationes, & coagulationes, ad puritatem reducatur. Et hæc quoad *Salia fixa ex vegetabilibus*.

SAL CORALLIORUM.

Sal Coralliorum, quod ex calcinatis cum *sulphure corallii* elicitur, se habet in modum solutionis eorundem, cum aliquo spirituum corrosivorum confectæ: Nam *spiritus sulphuris*, dum *sulphur* in calcinatione deflagrat, solvit & rodit *corallia*, ut postmodum affusâ aquâ, *sal ipsorum* extrahi queat. De cæteris autem *Coralliorum* violentis calcinationibus non aliter sentio, quàm quod meræ destructoriæ sint eorum *essentiæ & virtutum*. Insuper satis mirari nequeo, quod etiam inter Viros doctos, qui apicem Chymiæ digito tetigisse sibi imaginantur, reperiantur, qui asserere ausint, *Corallia*, mediante violentâ calcinatione spatio aliquot dierum eò reduci posse, ut prius in albedinem, postea in flavedinem, tandem in rubedinem convertantur, ex quibus tandem *tincturam* eorum elicere in facili sit: Quæ speciosa verba & aurea promissa, me & alios plures illexere in dispendium, nec parùm defraudârunt; quippe qui nihil hac violentâ & diuturnâ calcinatione ex *Corallio* adeptus sum præter calcem vivam acerrimam, vix ullo signo ab alia calce viva discrepantem.

SAL

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 809 sur 955

SAL PRUNELLÆ.

Sal Prunellæ, quod *nitrum* est *clarificatum*, diversimodò parari potest, vel per injectionem sulphuris, dum in igne & crucibulo fluit, vel per reiteratas solutiones, filtrationes, & crystallizationes. Notandum hîc, quod ultima solutio pro diversitate affectuum, quibus adaptari debet, in succis depuratis herbarum, vel decoctis earundem clarificatis, non incommodâ fieri possit.

SACCHARUM SATURNI.

Saccharum Saturni non solùm ex *plumbo* communiter calcinato, sed etiam ex eodem laminato saltem & granulato, ac minerâ ejusdem, nec non *Cerussa*, *Lithargyro* & *Minio*, purius tamen ex uno, quàm ex alio, beneficio *aceti destillati*, vel alterius liquoris acidi, elici potest: Ex enumeratis autem pro *Saccharo Saturni* omnium optimo conficiendo, *plumbum* ipsum eligerem.

SAL TARTARI.

Salis Tartari, item *Salis vitrioli vomitivi*, (quod etiam ex *Vitriolo albo* parari solet, de quo in præcedenti *Classe* sub proprio titulo egimus:) præparationes artificiosi nihil continent. De *Sale Tartari* tamen hoc notare velim, ut potiùs *ex semel soluto & crystallizato, quàm crudo & impuro Tartaro* paretur, ob sonticas rationes superiùs in præparat. *Magisterii Tartari vitriolati*, & alibi etiam indigitatas.

VITRIOLI SPIRITUS.

Spiritus vitrioli cum diversis *salibus* coagulari potest, omnium tamen optimè cum *Sale vitrioli* (seu proprio,) quod ex *Vitriolo* summè calcinato, in aëre relicto & astris imprægnato extrahitur; similiter etiam cum *Nitro* eleganter succedit coagulatio. Totum autem hoc coagulationis opus in eo consistit, ut *spiritui vitrioli* corpus aliquod, quod ipsi non contrarietur, adjungatur; tale autem est *Sal proprium*, & *Sal nitri*, tanquam *salia acidiora*: *Salia* autem *lixivialia*, utpotè *Absinthii*, *Tartari*, & similia, *spiritibus acidis* contraria sunt, idcircò necessum est, si cum similibus *salibus spiritus vitrioli*, aliorumvè *spirituum acidorum*, coagulatio instituatur, ut multum *spiritûs* inutiliter deperdatur, tantum scilicet quantum fuerit *salis coagulantis*; tantum enim circiter in se recipiunt *salia*, antequam aciditas *spirituum acidorum*, in destructa vel immutata sese manifestare possit, quod cum *Sale nitri*, vel *Vitrioli proprio*, tanquam *salibus* magis cognatis & acidis, non contingit.

De *Salibus theriacalibus* egi in *Animadversionibus super Appendicem*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 810 sur 955

dicem Classis XIV, ubi etiam *Salem theriac. Quercet* tetigi, quidque de illo censendum sit, aperui, quo Lectorem amicum relego.

FLORES.

FLORES ANTIMONII.

℞. Antimonii selecti libram unam.

Tere in subtilem pulverem, & ex vase terreo in ollas artificiosè sibi incumbentes, applicato supernè Alembico rostrato, sublima secundum artem, dando ignem per gradus.

FLORES ARMONIACI SALIS.

℞. Salis Armoniaci libram unam,
Squamæ ferri uncias decem.

Misce diligenter, & ex cucurbita in arena sublima secundum artem. Vase refrigerato, separa quod sublimatum est, & misce cum quinque aut sex unciis Salis communis fusi, repetendo istam ultimam sublimationem quinquies aut sexies, novum semper salem addendo.

Insigne sudoriferum in febribus præsertim quartanis, & aliis morbus, diaphoresin exigentibus.

FLORES BENZOINI.

℞. Benzoinum, tere, & ollæ rotundæ impone, deinde claude duplici chartâ emporeticâ, convolutâ in modum manicæ Hippocratis; da postea ignem ad sublimationem idoneum, floresque niveos sæpiùs collige.

FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris communis in frusta conquassati libram unam.

Immitte cucurbitæ vitreæ benè lutatæ, pone in arenam, & apposito Alembico vitreo, sublima igne primùm miti, postea fortiori: videbis paulò pòst elevari flores in Alembicum, qui repetitis sæpè alternis Alembicorum vicibus, studiosè sunt colligendi. Hanc florum sublimationem semel atque iterum reiterata.

FLORES SVLPHVRIS COMPOS.

℞. Florum sulphuris ter elevatorum uncias duas,
Aloës hepaticæ,
Myrrhæ selectæ ana unciam unam,
Croci scrupulum unum.

Terantur in pollinem subtilissimum, & serventur ad usum.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 811 sur 955

ANIMADVERSIONES IN FLORES.

ANTIMONII FLORES.

FLorum *Antimonii* exactam præparationem, tradit doctissimus *Glauberus in Tract. 1. Furni philosophici fol 71.* ad cujus imitationem (licet furnum illum in promptu non habeamus,) eorum sublimationem diversimodè instituere possumus.

FLORES SALIS ARMONIACI CUM MARTE.

EOdem modo & *Flores Salis Armoniaci* confici queunt; non autem opus est tot reiteratis sublimationibus, majoris enim efficaciæ erunt post primam à *Marte* sublimationem, quàm si quinquies vel sexies additione recentis *Salis simplicis* sublimati essent. Hoc insuper notandum, quod si *Essentiam Martis* prædictis *floribus* imprimere velimus, ut *Martem* vel *Chalybem* aquis corrosivis, aceto aut similibus nonnihil priùs solutum, vel *Crocum Martis aperientem*, non nimiùm calcinatum *Sali Armoniaco* commiscemus & tandem sublimationem instituamus, tali modo *Salem flavescentem* & *Essentiâ Martis prægnantem* indipiscemur, ad denominatos affectus efficacissimum.

FLOR. BENZOINI ELEGANTES.

FLores *Benzoini* diversimodè parari consueverunt; præ cæteris autem modis is apprimè mihi placet, quem tradit Clarissimus *Schröderus in suâ Pharmacop. l. 4. cap. 377.* nimirùm destillando per retortam ejus butyrum, ex quo beneficio aquæ ferventis *flores* extrahuntur, cùm in majori copiâ, tùm etiam majores & elegantiores.

FLORUM SULPHURIS SUBLIMATIO.

FLorum *Sulphuris sublimatio*, sine additione corporis cujusdam quod liquefactionem *Sulphuris* impediat, haud commodè perficitur; idcircò nonnulli *Caput mortuum vitrioli* addunt, ast non admodum prudenter; difficulter enim & pauci *flores* hoc modo ascendunt, suis etiam de causis, nimirum quod *Sulphur* aciditate suâ rodendo *terram vitrioli*, quam in pristinum *vitriolum* vel esse fermè restituit, se destruat, & consequenter *Flores* præbere nequeat, id quod in plurimis operationibus, destillatione *Spiritûs Salis*, *Nitri*, *&c.* studiosè observandum est, ne res illis commiscentur, in quas hi *spiritus acidi* agere, & necessariò se mutuò destruere de-

bent, quæ unica causa est in hunc usque diem nec dum perpensa, quòd haud feliciter cedant hæ destillationes, *salis* utplurimum, cùm potior pars *spiritûs* rodendo & solvendo, *argillam* vel *terram ipsi adjectam*, annihiletur, & in aliud ens commutetur. Suadeo itaque, ut *sulphuri salem communem* duntaxat in duplo pondere adjiciant; hoc modo *pulcherrimi flores* sublimantur ex cucurbita lutata igne aperto quidem sed moderato. Frequenter iteratas *florum dictorum* sublimationes non usque commendo, & si mihi daretur optio, ego *crudum sulphur*, imò *vivum*, si purum & candidum esset (prout etiam reperitur) præ *floribus aliquoties etiam sublimatis* amplecterer, & tutò traherem in usum, utpotè quòd suo adhuc gaudeat *sale centrali nativo*. Plura de *floribus sulphuris* variis modis præparatis & compositis, legantur apud Clarissimum *Schröderum in Pharmacop. Med Chymica lib. 3. cap. 27.*

CROCI VITRUM, SUBLIMATI, Præcipitati, aliique pulveres chymicè præparati.

CROCUS MARTIS.

℞. Limaturæ Martis quantum sufficit.

Igne reverberii eousque examina, donec asperitate & pondere penitus privetur, ac in florem rubicundissimum abeat: cum aquis convenientibus ablue, & serva ad usum.

CROCUS MARTIS EX OLEO SULPHURIS.

℞. Limaturæ ferri unciam unam.

Dissolve in spiritus sulphuris acidi unciis octo. Digere per noctem, & destilla per alembicum spiritum sulphuris ex arena: Reverbera leni igne per tres aut quatuor horas, serva ad usum.

CROCUS METALLORUM.

℞. Antimonii electi,
Salis communis,
Nitri ana partes æquales.

Minutissimè trita & mixta cum catino, luto probè munito, foramine tamen parvulo in medio superficiei spirituum arsenicalium exhalandorum gratiâ relicto, in furnum anemium collocentur; igne follium adhibito, donec omnia sufficienter fluant, tamdiu hoc continuando,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 813 sur 955

tinuando quamdiu fumus per foramen illud perrumpere non desinit. Quando verò desinit, ignem probè ad quadrantem horæ adauge, deinde exime, ubi vase infrigidato. Antimonium in fundo à salibus supereminentibus instar Reguli à scoriis sequestratum, sese malleo detruncandum, atque in pulverem terendum facilè dabit. Tritus pulvis instar cinnabaris rubicundissimus erit.

EMeticum hoc medicamentum, ubi mitiora locum non habent, multa cum utilitate exhiberi potest. Unde in doloribus capitis, ab impuritate ventriculi illud lancinantibus, in epilepsia, in vermibus cujuscunque generis usus ipsius insignis esse poterit.

VITRUM ANTIMONII HYACINTHINUM.

℞. Antimonii Ungarici quantum vis. Tere, & pone cum olla non vitreata supra ignem lentum, & incipiet fumigare Rutabulo in extremo reflexo, agitata sedulò, ne adhæreat. In nodos fortè si concrescat, iterum tere, & ad ignem denuò colloca, procedendo ut priùs, donec fumum non ampliùs evomat, nec in nodos concrescat sed maneat in forma pulveris. Refrixum in olla fusoria, colloca ad furnum anemium, per tres circiter horas ut penitus fundatur, idque mox funde supra pelvim æneam, vel modulum pro libitu effigiatum.

ANTIMON. DIAPHORETICUM.

℞. Antimonii,
Salis Petræ ana libram unam.

Pulverisata simul misce, & pone in crucibulum inter accensas prunas ut candeat, tum injice uncias duas aut circiter hujus mixtionis, & statim detonabit. Postea novos pulveres injice, ita ad finem continuando. Vase refrigerato, materiam exime, ablue, & rursum tere, miscendo, ut suprà cum ana Salis Petræ, eodem modo calcinando, & elaborando, tertiâ etiam vice similiter peragendo. Tandem da ignem liquefactionis modicæ, ab horæ spatium. Ultimò, totum illud quod remansit, tritum, coquatur in aqua fontana per aliquot horas, postea calens decoctum per filtrum transmittatur, & loco frigido relinquatur, sic nimirum per ebullitionem id quod subtilius, in aqua solvitur, & tandem præcipitatur in pulverem admodum albicãtem & tenuem, sæpiùs abluendum & exiccandum. Quod si acetum destillatum immittatur in idem decoctum filtratum, faciliùs & celeriùs pulvis iste cadit majorum virtutum.

VAldè commendatur ad interiora apostemata, in lue venerea recenti, & vitiosis humoribus per habitum corporis ejiciendis.

ANTI-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 814 sur 955

ANTIMONIUM PRÆPARATVM
AD PULVEREM COMIT. WARWICHII.

℞. Antimonii optimi unciam unam,
Salis Nitri uncias duas.

Simul negligenter triturentur, mox in vaſe teſtaceo ſupra carbones ignitos collocato, ponantur ad calcinandum igne non admodum vehementi. Hoc facto, iterum tantundem Salis Nitri addatur, & denuò comburantur. Tertiò denique rurſus tantundem Salis Nitri ſuperaddatur, & calcinentur, ferro continuò res dictas agitando, ut undequaque ex æquo penitùs combuſtæ ſint, id quod ex colore cognoſcitur, qui vel ſubalbus, vel ſubflavus eſſe cognoſcitur, & ſi ſuper ignitos carbones iterum ponantur, non ampliùs crepitum vel ſonum emittunt. Quin etiam idem Antimonii pondus, vel parùm excedens, quod ante calcinationem acceptum fuerat, poſt calcinationem remanere debet.

MERCVRIUS COSMETICVS, Vel
PRAECIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii uncias quatuor.

Diſſolve in aquæ fortis ſufficienti quantitate, & affunde aquam ſalſam, præcipitabitur in album pulverem, diſſolvens per inclinationem effunde, & præcipitatum multis ablutionibus omni ſalſedine & acrimoniâ priva: Tandem exſicca, aquâ roſacea ablue, & iterum exſicca.

MERCVRIUS SVBLIMATVS.

℞. Mercurii purificati,
Vitrioli calcinati,
Salis præparati ana libram unam.

Subigantur cum pauxillo aquæ fortis, aut modico aceto, exiccata terantur, & miſceantur ſimul in mortario lapideo tamdiu, donec Mercurius unà cum prædictis ſpeciebus in pulverem abeat. Tritam materiam inde cucurbitæ cum Alembico, dando in arena ignem per gradus ad octo vel decem horas.

MERCVRIUS SVBLIMATVS
DULCIS.

℞. Mercurii ſublimati præcedentis uncias ſex,
Argenti vivi & benè purgati uncias quatuor.

Miſce exactè, ut Mercurius vivus ampliùs non appareat, & ſublima ſecundum artem; ſublimationem hanc tertiò etiam reiterando.

Pulvis

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 815 sur 955

Pulvis rubeus in fundo, & albus in vitri collum ſublimatus ſemper rejiciatur; medium verò tene, exime, tere, & ad uſum repone.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBEUS.

℞. Mercurii libram ſemis.

Diſſolve in aquæ fortis ſufficienti quantitate, fiat evaporatio ad ſiccitatem, igne forti ad extremum adminiſtrato. In fundo hærebit pulvis rubeus præcipitatus.

TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercurii purificati uncias quatuor,
Olei Sulphuris rectificati uncias octo.

Miſce, & digere per biduum in arena: deinde per retortam deſtilla cum tribus cohibiis; ultimò igne vehementi, ut retorta candeat. Maſſam albam exime, & tere, aquâ deſtillatâ calidâ ſæpiùs abluc, donec præcipitatum videas verſum in pulverem flaviſſimum, ſuper quem ſpiritum vini ter accendas.

ALIUD MYNSICHTI.

℞. Mercurii ſublimati quantum vis. Reſolve illum in aqua pluvia calida, ſolutionem aliquoties filtra, filtratum vitro immitte, & guttatim infunde tantum Olei Salis Tartari, quantum putabis requiri, quoad in fundo appareat & ſubſiſtat pulvis rubeus: Aquoſitatem profunde, & pulverem rubeum retine, aquâ communi edulcora, uſque dum deſtituatur omni acredine, & ſalſedine. Cohoba denuò cum aqua mellis rectificata ſex vel ſeptem vicibus; Cohobiis tot repetitis, tandem pulvis eximatur, & affunde alcohol vini, ut benè humectetur, incendatur, & ferreâ ſpatula move identidem, ut ſpiritus comburii ardore conſumatur. Servetur uſui.

GUMMI GAMANDRÆ VITRIOLATUM MINDERERI.

℞. Gummi Gamandræ quantum volueris. Diſſolve cum ſufficiente quantitate ſpiritûs Vitrioli in vaſe vitreato; poſtea per Alembicum humiditas omnis evocetur, & Gummi reſidens in vaſe exſiccetur, cavendo ne nigreſcat, ſed colorem ſuum nativum reſervet luteum, ſenel atque iterum aquâ pluviali edulcora.

ANIM-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 816 sur 955

ANIMADVERSIONES
In Crocos, Vitra, Sublimatos, Præcipitatos, aliosque pulveres Chymicè præparatos.

CROCI MARTIS ADSTRINGENTIS PARANDI MODUS.

CRoci *Martis* cùm *adstringentis*, tùm *aperientis*, tot tantiquè in Tyrociniis Chymicis extant processus laboriosissimi nonnunquam, ut tædium afferant Lectori: Inter hos prior sive *adstringens* solâ reverberatione nullâ re aliâ admixtâ exactissimè parari potest vel ex *Croco Martis aperiente*, vel *virgulis ipsis crassioribus Chalybis*, quæ furno & igni reverberii traduntur per aliquot dies, donec undique *Crocus levissculus & pulcherrimus* illis adhæreat, qui separandus, *virgulæ* verò ulteriori calcinationi tradendæ, donec expetita quantitas collecta sit: Ego, ut unâ fideliâ duos, quod dicitur, dealbarem parietes, & unâ operâ plures absolverem labores, solitus sum, quoties *Spiritum Vitrioli* destillavi, *virgulas ferreas* furno, infra & supra retortam intrudere, sicque elegantem acquisivi *Crocum levissculum & adstringentem*: Hunc *Crocum* autem affusâ aquâ edulcorare vel abluere ingentis est stupiditatis, licet (quod valdè miror,) plurimi Chymicorum studiosè id præcipiant, nullâ enim acrimoniâ, nulla impuritate hîc *Crocus* scatet: Quid igitur opus ablutione, utpote quâ nihil efficimus amplius, quàm quod datâ operâ omnem vim adstrictoriam eluamus? Quæ ipsa etiam optimè quadrant in *Crocum Martis aperientem*, quippe si is edulcoretur, uti non pauci Chymicorum etiam jubent, tota ejus vis & efficacia in *Sale vitriolato dulci* consistens, penitùs aufertur.

CROCI MARTIS APERIENTIS DEXTRA PRÆPARATIO.

COnsistit autem *Croci hujus aperitivi* præparatio in dextra *Martis* solutione, quâ, sive *Spiritu Vitrioli*, sive *Sulphuris, Salis, Nitri, Aceti*, aut quibuscunque *liquoribus acidis* peractâ, leni tandem calcinatione *Crocus aperiens rubicundus* efficitur, cujus virtutes in solo ejus *Vitriolo* fundatæ sunt, quod ipsum *Vitriolum Martis* quadrante unius horæ in *Crocum pulcherrimum aperitivum* converti potest. Patet itaque, quod *Vitriolum Martis* longè efficacius sit in operando, quàm *Crocus ille aperitivus*, in longè minori quantitate etiam adhibitum.

CROCI

CROCI METALLORVM VERA PRAEPARATIO.

Crocus Metallorum multis paratur modis, qui ipſus ſecundùm præſcriptum proceſſum commodè parari poteſt. Mihi alias in uſu fuit ille, quem deſcribit Clariſſ. *Schröderus libr. 3. cap. 17. fol. 425. num. 4.* Non tamen in crucibulo clauſo, ſed aperto, detonationem ſive calcinationem perficio, & quidem paulatim ac per vices; calcinatum poſtea in aqua coquo ſæpiùs, quouſque *Tinctura* extrahatur, quam decantatam, per inclinationem *aceto* inſperſo præcipito, & *Crocum* per filtrum ſeparatam, uſui aſſervo.

VITRI ANTIMONII LEGIT. PRAEPAR. Sine ADDITIONE.

Vitri Antimonii ſine additione Baſilii Valentini exactam præparationem, tradit etiam Clariſſ. *Schröd. lib. 3. cap. 18. num. 1.* ſecundùm quem modum non ſemel *Vitrum Antimonii rubini inſtar* elaboravi: obſervavi tamen nonnulla circa ejuſdem præparationem, quæ lubens communico: Primò, *Antimonium* poſt perfectam calcinationem aliquandiu, imò per unum ſaltem vel alterum diem aſſervatum, ægrè poſtea perſpicuitatem vel diaphaneitatem acquirit, eò, quod ab aëre attracto immutetur: Itaque poſtquam illud ſufficienter calcinatum fuerit, diutiùs non aſſervandum, ſed ſtatim crucibulo immiſſum, igni fuſorio tradendum eſt, ſic ſpatio quadrantis horæ perſpicuitatem (quam ſubinde bacillo ferreo inſerto explorare poſſumus,) nanciſcetur, quâ apparente ſtatim effundendum eſt. Secundò, *Antimonium Martem* avidè devorat, itaque dum *Antimonium* liquatum eſt in igne, quantum poſſibile, breviſſimâ morâ *ferreis inſtrumentis* tractetur; Quod ſi etiam illud in *ferreo vaſe* calcinares, non *vitrum* ſed *ſcoriam* & *regulum* efficeres. Item, ſi in *crucibulo* ex *ſcoriis ferri parato* funditur, undique eum terebrat, & in *ſcorias* convertitur *vitrum*. Tertiò *Sulphur crudum Antimonium* egregiè purificat, itaque ſi (quod aliquando accidit,) ejus *vitrum* ad perſpicuitatem reduci nequeat, injiciatur illi in crucibulo, dum fluit aut liquatum eſt, fruſtulatim aliquid *Sulphuris Citrini crudi*, quod *Antimonium* illicò depurabit, & perſpicuum reddet *vitrum*.

ANTIM. DIAPHOR. PRÆPAR.

Antimonii Diaphoretici præparationes inſigniter variant; quidam additâ ſ. q. *Nitri*, unâ duntaxat calcinatione contenti ſunt, nonnulli duabus, utplurimùm verò tribus calcinationibus rem abſolvunt, ſemper addito *recenti Nitro*: Alii, *Tartarum* commiſcere ſolent, ſed in pauca quantitate: ex. gr.

℞. *An-*

℞. *Antimonii crudi libram unam,*
Nitri puri libram semis,
Tartari albi uncias tres.

Mixta hæc & in pulverem redacta detonant, paulatim nimirùm & per vices, mixturam prunis ardentibus crucibulo injectis inspergendo; hanc detonationem ter reiterant, additâ semper *relicto Antimonio*, eâdem quantitate *recentis Nitri* & *Tartari*; tandem edulcorant aquâ simplici: Edulcoratum & exsiccatum pulverem albissimum crucibulo immissum, duabus vel tribus horis igni committunt, ad majorem fixitatem & vim adstrictivam ipsi conciliandam: Quem modum & ego mihi commendatum habui, & plurimum in peste, aliisque morbis contagiosis *hoc ipso Diaphoretico* præstiti ad drachmam integram exhibito, quo & ipse in mediis luis pestiferæ flammis constitutus, per DEI gratiam liberatus fui. Additionem *Tartari* non inutilem censeo, propterea quod *ejusdem Sal* non parùm faciat ad exactiorem *Antimonii* resolutionem, licet tantillum de *cineribus Tartari* ipsi cohæreat. Si in tertia detonatione albedinem non acquisiverit (quod vitio *Antimonii* non admodum bonæ notæ existentis contingit;) etiam quarta calcinatio repetenda est, sed tertia, & si opus est, etiam quarta detonatio in crucibulo ignito vel candente fiat: *Sulphure* enim *Antimonii* inflammabili jam maxima ex parte consumpto & fixato, haud promptè postea accenditur mixtura, nec uti priùs detonat. In edulcoratione partes crassiores, quæ fundum citò petunt, relinquantur in residuo, & abjiciantur solo reservato pulvisculo illo, qui leviter commotus aquæ innatet.

ANTIMONII DIAPHORETICUM
EX REGULO.

EX *Regulo Antimonii* juxta eundem modum *egregium Diaphoreticum*, & quidem facilioti negotio confici potest, iisdem rebus, scilicet *Nitro* & *Tartaro* admixtis.

Observandum etiam, quod *Antimonium Diaphoreticum* quocunque modo, sive cum solo *Nitro* aut addito etiam *Tartaro*, paratum sit, tractu temporis aëri expositum pravam, & quasi malignam induat naturam, sumptumque intra corpus, cordis angustias, cardialgias, lipothymias, vomitusque & similia prava symptomata procreet, quæ facilè tamen evitabimus, si vel singulis duobus vel tribus mensibus recenter illud conficiamus, vel jam *paratum Antimonium Diaphoreticum vetustum*, additâ portiunculâ *Nitri*, aut etiam absque *Nitro*, per unam vel alteram horam Vulcano tradamus, penitusque igniamus, iterumque, si *Nitrum* additum fuerit, edulcoremus, & parumper reverberemus. Filtratio autem, quæ in præscripta præparatione præcipitur, perperam instituitur; nam *verum Antimonium*

Dia-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 819 sur 955

Diaphoreticum per chartam non transit, unde neque illud, quod per chartam transmittitur, & uti alia *Magisteria* præcipitati potest, pro *vero diaphoretico*, sed pro *calce* duntaxat vires *antimonii diaphoretici* non adæquante, (quæ ut plurimùm à contrarietate *præcipitantis salis* aut *liquoris* ortum duxit,) habendum esse censeo.

Antimonium præparatum ad pulverem Comitis Warwichii à præcedenti *Antimonio diaphoretico* non discrepat, proindè neque aliis *Animadversionibus* aut singulari præparatione indiget, nec tantâ; tamque excessivâ quantitate *Nitri* opus est, præsertim si *Nitrum* ablui non deberet.

MERCURIUS COSMETICUS.

Mercurium Cosmeticum in perpolienda cute, more aliorum & similium pulverum albicantium, qui fucatâ quâdam alcedine eandem imbuunt, quid præstare posse, non ibo infitias: Ast vereor; si frequenter adhibeatur, ne poris se insinuet, ac tractu temporis dentibus, aliisve partibus non leve damnum inferat; idcirco usus ejus inter Cosmetica mihi non probatur, prostant longè præstantiora Cosmetica, quibus innocuè uti possumus.

MERCURII SUBLIMATI CORROSIVI Vera Præparatio.

Mercurius sublimatus rectè quidem cum *Sale* & *Vitriolo* paratur, sed necessum est, ut *Vitriolum*, quod ipsi additur, ita calcinetur, ut *suo corrosivo* aut *spiritu acido* privetur: Quantitas item præscripta *Vitrioli* & *salis* non sufficit, præsertim si corrosivus (uti ex sequenti dulci sublimat. apparet) reddi debeat *Mercurius*; necessum igitur est, ut non solùm pondus eorum dupletur, sed & sublimatio *Mercurii*, additis semper recentibus speciebus *Sale* scilicet & *Vitriolo*, bis terve reiteretur, donec in crystallinam compagem elevetur; commodiùs autem igne aperto, quam in arena sublimatur, servatis ignis gradibus in cucurbita lutata, aut in alio accommodato instrumento: Sciendum etiam, quòd *Mercurius* non ad capitellum usque elevetur, sed duntaxat ad latera cucurbitæ, ob id etiam nisi rumpatur cucurbita, ab ea postquàm sublimatus, separari nequeat.

MERCUR. CORROSIVUS ALIUS.

Qui citiùs, minori etiam labore *Sublimatum corrosivum* conficere intendit, is solvat *Argentum vivum aquâ fortis*, vel *spiritu Vitrioli* & *Salis*; postea humiditatem omnem ab eo destillando evocet ad siccitatem *Mercurii* sive *Argenti vivi*, qui instar albicantis massæ in fundo cucurbitæ remanet; hanc *Mercurii massam* ad-

hibito fortiori igne per gradus ſurſum pellat, donec tota ex fundo vaſis ad latera ejus, Alembici ſcilicet ſublimata fuerit, & ſi ignem debitè rexeris, in prima jam dicta ſublimatione cryſtallinus apparet ſublimatus; ſin minùs, repetatur ſublimatio nullâ re additâ alterâ vice.

MERCURII DULCIS LEGITIMA PRAEPARATIO.

EX *Mercurio corroſivo* jam parato, addito *Mercurio*, ſive *Argento vivo*, quantum ſcilicet is capere poteſt, (nam exacta *Argenti vivi* quantitas determinari nequit, quia quò magis *corroſivus eſt Mercurius ſublimatus*, eò plus requirit de *Argento vivo* pro ſua edulcoratione, & viceverſa:) ſublimatur *Mercurius*, ſive *ſublimatus dulcis* ſimiliter igne aperto in cucurbita vitrea infrà lutatâ dextreque igni admotâ, ita tamen, ne ignis totam cucurbitam lambat, ſed paulò ultrà, quàm quouſque cucurbita *Mercurio* adimpleta eſt, ignis eam (ſcilicet cucurbitam) immediatè attingere aut circumdare poſſit: Claudatur igitur circa cucurbitam undique furnus, ita ut pars cucurbitæ vacua extra clauſuram emineat, relictis tamen à latere nonnullis ſpiraculis ad ſervandos gradus ignis; ac tali modo optimè ſuccedit operatio, & *Mercurius* ad latera cucurbitæ prominentia elevatur cryſtallinus ſpatio quatuor, vel quinque aut ſex horarum, prout gradus ignis obſervantur. Hic modus in omnibus *Mercurii ſublimationibus* etiam prædicti corroſivi obſervari poteſt; hoc pacto enim pauciori igne, breviori tempore, minori labore & longe exactius magisque cryſtallinus *Mercurius* ſublimatur, quàm ſi ſublimatio in arena facta eſſet; ſublimatur autem bis, ter, quaterve, quouſque cryſtalli ad inſtar appareat.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS.

MErcurius *Præcipitatus*, *Turbith minerale flavum & rubrum*, juxta modos præſcriptos parari poſſunt. Si quis plures eorum proceſſus deſiderat, adeat Tyrocinia Chymica.

GUMMI GAMANDRÆ VITRIOLATI MINDERERI.

GVmmi *Gamandræ vitriolati Mindereri* præparatio potiùs in dedecus, quàm honorem Authoris huic Mantiſſæ pro corollario inſerta eſt, utpotè quâ Author dictus ſummam ſuam inſcitiam, in cognitione rerum naturalium & artis deſtillatoriæ prodidit. Quis enim *ſpiritum Vitrioli* à *Gummi Gamandræ* abſtraxerit, *Gummi dicto* non combuſto, ejusque colore nativo luteo non abolito? Quippe

ſpiri-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 821 sur 955

ſpiritus vitrioli violentiorem ignem deſiderat pro ſui abſtractione (non quidem in alembico, ſed quod plus, in retorta vitrea humili perficienda;) quàm *Gammi Gamandræ* pro totali ſuâ combuſtione & deſtructione. Edulcoratio hujus *Gummi Gamandræ vitriolati* æquè ridicula eſt, ſive illa abluendo, ſive abſtrahendo fieri debet. Ideircò ſpretâ hâc ludicrâ præparatione contenti ſimus *Gummi de Peruroſato Mynſichtii* juxta *Animadverſiones noſtras* parato, ceu coloris gratiâ viriumque nobilitate præſcripto præſtantiori.

CREMOR ET CRYSTALLI TARTARI.

℞. Tartari albi aquâ calidâ aliquoties ab impuritatibus abluti, & in pulverem ſubtilem contuſi libras duas: Ebulliant in ſufficiente quantitate aquæ fontanæ in vaſe figulino ad diſſolutionem; amove ab igne, & fervens adhuc decoctum, trajice per manicam Hippocratis in aliud vas firmum; ubi refrixerit, cremorem ſupernâ parte ſublimatum, & parietibus vaſis adhærentem collige, diligenter lava & exicca. In frigido loco expoſitum decoctum, cryſtallos edit, quos coagulatos, aliquoties fontanâ aquâ abluito; lentè exiccatos ſuper Porphyrio lapide in pulverem albiſſimum conterito.

ANIMADVERSIONES.

TARTARI CREMORIS

Verus parandi modus.

ETHic modus parandi *Cremorem* vel *Cryſtallum Tartari* planè inſufficienter traditus eſt, quod ex ſequenti noſtra dexteriori præparatione clarè patebit.

℞. *Tartari albi integri*; vel ſi in majora fruſta fuerit concretus, groſſo modo confracti, neutiquam autem contuſi vel pulveriſati q. ſ. abluatur, ſæpiùs aquâ frigidâ, non calidâ, quouſque nulla ſpurcities ampliùs ab ipſo elui queat, & aqua affuſa clara perſtet. Hunc *lotum Tartarum* immitte veſicæ cupreæ ſtanno obductæ, vel vaſi figulino ſuperiùs aliqualiter clauſo (intenſior enim calor eſt in vaſe operto, quàm aperto, hinc etiam in vaſe clauſo *Tartarus* citiùs diſſolvitur,) & affuſâ *aquæ ſimpl. ſ. q.* coque fortiter per horam unam, ſub finem coctionis adjiciendo *aliquot albumina ovorum*, cum aquâ ſimplici conquaſſata, utpotè quæ impuritatem ſegregant, & in ſe recipiunt; hinc coletur per pannum lineum, & ſi non totaliter ſolutus fuerit, (uti rarò fit, præſertim ſi multum fuerit *Tartari*;) reaffuſâ *aquæ recentis ſ. q.* horâ unâ denuò coquatur, iterumque coletur, qui labor

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 822 sur 955

coquendo & colando tamdiu continuandus, totiesque reiterandus est, quousque *Tartarus* in universum solutus sit, ac nil præter arenosas ac lapidosas fæces reliquerit: Et tali pacto unicâ die pro magnitudine vasis, in quo coquitur, *sex, decem, duodecim* vel *sedecim* aut *plures libræ Tartari* dissolvi possunt. Has colaturas omnes deinceps unitas vel confusas, & benè invicem agitatas, (ut *Tartarus*, qui instar *boli* vel *pulveris* fundum petiit, solutioni vel aquæ commisceatur,) infunde rursus in idem vas, in quo *Tartarus* antea coctus vel dissolutus fuit; prius tamen elotum & mundatum, & per dimidiam horam adhuc fortiter coque, tùm denique in calore sensim refrigerare & crystallizare sine, vase superiùs cooperto: Quo refrigerato, aquam effunde (in qua parùm vel nihil *Tartari* amplius hæret, licet aliqui existiment multum adhuc in ea delitescere, ast falsò:) *Tartarum* verò, qui partim lateribus vasis undique crystallinus adhæret, partim etiam in fundo jacet, multis recrementis & fæcibus permixtus; aquâ frigidâ iterum lava, lotum & purificatum exsicca, ac tandem in pulverem redactum usui asserva.

Notandum etiam hîc, quod *unica Tartari dissolutio* sufficiat, licet inde non evadat adeò candidus vel crystallinus; nam quò frequentius ipsum coxeris, eò plus de viribus ipsi detrahes: Hinc non semper ad medicamenti pulchritudinem, sed potiùs ad ejusdem efficaciam respiciendum est: Multoties enim nimium curiosis & artificiosis nostris laboribus rem destruimus potiùs, quam quod boni aliquid exindè efficiamus.

TARTARUS PEREGRINIS VIRTUTIBUS Imbui potest.

QUòd si libuerit *Tartarum hunc solutum & crystallizatum* peregrinis virtutibus imbuere, eidem vim vel catharticam, vel magis dureticam imprimere, facilè illud effectum dare poterimus, mediantibus *decoctis rerum* vel *catharticarum*, utpotè *Gialappæ, Hellebori, fol. Sennæ, Hermodactylorum*, &c. vel *aperientium*, ut *radicum Cichorii, oculorum Cancrorum, Chalybis*, &c. unà cum iisdem *Tartarum* dissolvendo, coquendo, iterumque crystallizando; qui, licet colore alieno nonnihil tingatur; nihilominus si in Porphyrio teratur, iterum albescit, atque tali modo paratus *Cremor Tartari* feliciter in Medicina usurpari potest.

CORNU CERVI PHILOSOPHICE Sive absque ustione calcinatum.

℞. Cornu Cervi in majora frusta secti, quantum placet. Suspendatur in collo vesicæ, aut cucurbitæ, in qua aqua destillanda est,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 823 sur 955

est; aqua tantisper bulliat, aliam fervidam sæpiùs affundendo, donec cornu Cervi ad albedinem calcinatum sit, & ubi secatur, fragile, & friabile ferè redditum. Alii apices cornu Cervi decoquunt in aqua florum Tiliæ in cucurbitæ, superpositio Alembico cœco donec mollescant.

Eodem modo calcinatur Ungula Alcis, & Cranium humanum.

ANIMADVERSIONES.

CORNUA ET OSSA PHILOSOPH. Calcinata.

QUamvis *Cornua* & *Ossa* qualiacunque calcinatione, quam *Philosophicam* appellant, quæque per *vaporem aquæ ferventis* cujuscunque peragitur, tantoperè non destruantur, suisque nativis viribus perindè spolientur, atque aliàs in violenta illa calcinatione sive præparatione, quæ per totalem combustionem perficitur; nihilominùs non parùm ipsis & hoc modo detrahitur: Et licet ex *Cornibus* vel *Ossibus* ita philosophicè calcinatis, ac destillationi subjectis, de *spiritu sale volatili*, & *oleo ipsorum fœtido* nonnihil eliciatur, non tamen propterea existimandum ipsa adhuc iisdem, quibus *crudum cornu*, pollere viribus, vel majoribus etiam (prout nonnulli sibi imaginantur & asserunt,) vel etiam, uti alii arbitrantur, hâc calcinatione nihil aliud peractum fuisse, quàm quod friabilia, ad pulverandum aptiora & magis pura reddita sint: Neutiquam. Quippe qui *ambo cornua, tùm crudum, tum philosophicè calcinatum* examini ignis subjiciet, re ipsa deprehendet, multum de nativa sua humiditate, *sale volatili* & *oleo*, huic *Cornu philosophicè calcinato* detractum esse, & eorundem vix parte quartâ adhuc gaudere, ut propterea & hanc *calcinationem philosophicam*, licet totali exustione aliquantò meliorem, approbare nequeam: è contra verò, *ipsum crudum Cervi cornu subtiliter & minutim raspatum*, pluris æstimem, quod tamen diversimodè parari, inque virtutibus suis exaltari potest, ut vel in substantia, formâ nimirùm pulveris, vel in aqua decoctum, & in *mucilaginem* vel *gelatinam* conversum, tutò & sine nausea propinari queat, quorum aliquot exempla sub finem annectam.

In præsens verò, loco Corollarii proponam, quale *Cornu Cervinum* ad usum medicum maximè eligi & adhiberi debeat. Notum est, quod *Cervis* ordinaria naturæ lege annuatim, & quidem utplurimum Mense Februario *Cornua* decidant, scilicet ob nimiam contractam duritiem, quippe quæ prohibet, quò minus pro alimento ipsorum modo consueto copiosè affluens sanguis ulterius dispergi queat: hinc demùm fit, ut idem sanguis circa bregma se sistat, & putredinem veluti concipiat, unde tractu temporis vermiculi generantur,

rantur, qui radices cornuum continuò rodendo, ipsaque quodammodo à bregmate separando, pruritum excitant & titillationem, quâ *cervi* concitati, & super hâc molestiâ indignati, *cornua* arboribus affricant, & continuo affrictu tandem decidere faciunt; Quibus ubi se privatos sentiunt, illicò latebras quærunt, & tanquam inermes se abscondunt, donec succedente tempore Verno.

Cuncta ubi cæperunt fronde virere novâ,

recentes acquirant corneas excrescentias, sive *Typhas*, (Germanis Hirschkolben dictas,) & quidem circa Festum Paschatos.

VERÆ CORNU CERVINI

PRAEPARATIO.

HAs ipsas tenellas adhuc molles, lanuginosas ac sanguine turgidas typhas jam una cum cruenta illa massa, ex qua enascuntur, mactato cervo accipe; easque detractâ pelle lanuginosâ frustulatim minutimque concisas, cucurbitæ vitreæ immitte, ac lentè destillando calore M. B. exsicca; aquam prolectam bis ter quatervè cohobando; Tandem materiam vel massam in fundo cucurbitæ relictam & exsiccatam rubescentem, si ex typhis admodum tenellis & sanguine turgidis; albicantem verò, si ex iisdem adultioribus parata fuerint, in pulverem subtilissimum redigé, qui spreto *Cornu Cervi* tùm *usto*, tùm *Philosophicè calcinato* vel *præparato*, studiosè ad singulares suos usus asservandus est. Cui etiam varia pro diversitate affectuum & intentione Medici admisceri possunt, utpote primò pro sudore excitando tempore infectionis, aut grassantibus febribus malignis componetur tale.

BEZOARDICUM CERVINUM

ALEXIPHARMACUM I.

℞. *Cornu sive pulveris prædicti ex typhis cervinis præscripto modo parati, ʒ vj gr. libram unam*; cui adde

Salis Viperini vel Theriacalis, juxta modum secundum vel tertium superius in fine Animadversionem super Appendicem de Salibus theriacalibus edoctum libram semis,

O. stillat. Cort. Citri recent.

Rutæ ana drachmas tres.

Misce fiat *pulvis Bezoardicus præstantissimus*, cujus dosis à scrupuli j. ad drach. semis. & drach. unam, in vehiculo convenienti.

BEZOARDICUM CERVINUM

ALEXIPHARMACUM II.

℞. *Viperarum recentium vel Serpentum Germanicorum, in locis sanis degentium num. x, vel xv,*

qui

qui abſciſſis capite & caudâ, detractisque exuviis & interaneis, exemptis unà cum *hepatibus & cordibus*, dum vitâ integrâ & motu adhuc gaudent immerſi in

Decoctum Scordii & Rutæ, additisque
Salis Scordii & Rutæ ana unciis duabus:

Coquantur donec molleſcant, & quaſi in gelatinam convertantur; coletur decoctum cum forti expreſſione; cui adde

Pulveris ex typhis Cervinis ſupra præſcripti libram unam;

& in cucurbita vitrea junctim deſtillando ad omnimodam ſiccitatem iterum abſtrahatur, tum in pulverem ſubtilem priùs redactis; admiſce

Ol. ſtillat. cort. Citri recent.
Rutæ ana drachmas duas,
& ſi lubet,
Elæoſacchari Cinamomi uncias tres.

Miſce, fiat *Bezoardicum & Alexipharmacum præſtantiſſimum.* Doſis à ſcrupulo uno ad drach. unam in omnibus morbis malignis.

ALEXIPHARMACUM, Seu BEZOARDICUM CERVINUM III.

℞. *Herb. recent. Scordii noſtrat.*
Rutæ hortenſ. ana uncias quatuor,
Rad. Angelicæ,
Scorzoneræ,
Zedoariæ ana uncias tres.

Fiat affusâ *aquæ pluvialis* ſ. q. repetitis vicibus, decoctio ad totalem virtutum ſpecierum extractionem: *Decoctum clarificatum, & ad libram unam circiter per cocturam inſpiſſatum*, affundatur

Libra uni pulveris Cervini ex typhis paratis;
nec non
Vnciæ uni Croci Auſtriaci pulveriſati; &
Vnciæ uni cum dimidia pulveris Myrrhæ electæ:

Quæ junctim cucurbitæ vitreæ immiſſa, in M. B. totaliter exſiccentur, quoad commodè iterum in pulverem redigi queant, cui, ſi lubet, adde *Ol. deſtillat.* vel *Rutæ*, vel *Citri unciam ſemis.* Fiat *Alexipharmacum nobile*, doſis drachma ſemis ad drachmam unam.

ANTEPILEPTICUM CERVIN. I.

℞. *Flor. Tiliæ recent. uncias tres,*
Rad. Pæon. recent. deb. t. coll. uncias quatuor.
Semin. ejuſdem excort. unciam unam.

Inciſa & contuſa coquantur in *aquæ ſimplicis* ſ. q. repetitis vicibus affuſæ & expreſſæ, quouſque tota virtus prolecta ſit: *Decoctiones expreſſæ,*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 826 sur 955

presse, junctim optimè clarificentur, & ad *uncias sex* circiter evaporent; Cui *relicto decocto*, sive *extracto liquido* cucurbitæ vitreæ immisso, adde

Pulv. cervini simpl. ex typhis parati & superiùs edocti ℔ ß,
Margar. Oriental. præparat. sive earundem solutionis, menstruo nostro indigitato paratæ, unciam unam,
Corall. rubror. præparat. seu eorundem etiam solut. supra indicato menstruo paratæ, unciam unam semis.

Et lentâ destillatione per M. B. iterum totaliter exsiccentur, ut in Alcohol redigi queant; cui pro aromatisatione addatur

Eleosacchari Cinamomi uncias una semis,
Olei Coriandri destill. drachmæ duæ.

M. fiat *pulvis epilept. efficax*, cujus dosis à *scrup. j.* ad *scrup. ij.*

ANTEPILEPTIC. CERVINUM II.

℞. *Pulv. cervini simpl. ex typhis parati & supra edocti, unc. vj.*
Salis volatilis cornu Cervi, juxta modum salis viperini volatilis superiùs edoctum parati, unciam unam semis,
Sacchari Candi albi pulverisati uncias duas,
Ol. stillat. Coriandri,
Majoranæ,
Lavendulæ ana drachmam unam.

Misce, fiat *Pulvis antepilepticus*; custodiatur in vitro cerâ optimè obturato, cujus dosis à scrupulo uno ad scrupulos duos.

BEZOARD. CERVIN. AUREUM.

℞. *Pulv. cerv. simpl. ex typhis parati supraque edocti, unc. iij,*
Croci Solis modo sequenti parati drach. iij ß. plus minusve,
Essent. Citri sic e nostro modo paratæ, unciam semis.

Misce, fiat *pulvis delicatissimus* in vitro custodiendus, cujus dosis drachma semis ad drachmam unam.

Nota: Posset, si cui voluntas esset *Crocus Solis typhis* nondum exsiccatis addi, & unà cum ipsis exsiccari: vel etiam hisce duobus pulveribus commixtis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis, affundi *spiritus urinæ & spiritus vini ana libra semis*, & ab iisdem cohobando tertiâ vice abstrahi, quo magis unitentur: tandemque exsiccatis, & de novo per cribrum trajectis pulveribus addi *essentia citri dicta.*

CROCI SOLIS PRÆPARATIO.

QUamvis sub hoc titulo *Cornu Cervi* minùs appositè *Aurum* intermisceatur, ast cùm nil quicquam ab Authoribus in hac *Mantissa de Auro* traditum fuerit, cui judicium meum aut quid simile annectere potuissem, *novam* autem *Mantissam* construere, seu varios

pro-

processus Chymicos addere animus in præsens nunquam fuerit, prout sæpiùs innui; idcircò non à re prorsus alienum fore existimavi, si per accidens *Croci Salis*, huic *pulveri* & *Bezoardico* necessariò addendi, præparationem hîc annecterem, quam ut boni consulat Amicus Lector, nullus dubito. Fiat itaque modo sequenti:

℞. *Auri finiss per Antim purg. & subtil. laminati unc.* ß,
Salis Nitri opt. pur. ℥ x, *Alum.* ℥ viij *Salis commun.* ℥ v.

Misceantur, immittantur que cucurbitæ vitreæ, quibus superaffundatur *aquæ simpl. q. s* pro dissolutione totali salium dictorum; coquantur post in arena igne moderato ad spissitudinem vel siccitatem salium pristinam, *Aurum* totaliter solvetur, & *sal hus* permiscebitur, quibus denuò *aquæ simplic s q* pro dissolutione dictorum *Salium* & *Auri* affundatur, filtretur *solutio Solis flava aureique coloris*, cui guttatim instilletur *Oleum Tartari per deliq facti q. s.* quousque *Aurum* totaliter fundum petat quod per filtrum ab *aqua salsa* separandum, & *aquâ dulci recenti* optimè edulcorandum, tandemque exsiccandum, & si lubet, igne lento per horæ quadrantem calcinandum est, erit *Crocus Solis pulcher purpureo violacei coloris*, sudoriferum & cordiale non infimum.

BEZOARDICUM CERVINUM

CORROBORANS.

℞. *Sacchari albissimi pulverisati uncias quatuor.*

Solvatur supra ignem cum s. q. succi ex corticibus Citri extimis expressi, sine ebullitione, ac si tabulæ ex succis acidis parari deberent, in quo remoto ab igne & nonnihil refrigerato, liquefac

Ambræ gryseæ unciam semis; superaddendo
Pulveris Cervini simpl ex typhis parati uncias sex,
Ol. stillat. Cinamomi,
Macis ana drathmam unam.

Misce, fiat pulvis confortans efficax.

ESSENT. CEEVI. ANTEPILEPT.

℞. *Cornuum tenellorum Cervi, sive typhorum libras duas.*

Conscindantur in frustula minuta, & cucurbitæ vitreæ capitello muniendæ immittantur, cui superaffundantur

Spiritus Cerasorum ardentis,
Liliorum convall. ardent. ana libra una.

Factâque digestione die unâ vel alterâ abstrahatur in M. B. per Alembicum ℔ j circiter, qui ipse tamen spiritus reaffundendus, & simul post aliqualem adhuc digestionem colandus, filtrandus, iterumque asservandus est. Ex *residuis cornibus* retortæ vitreæ & lotiEee 5 catæ

catæ immissis, destillentur servatis ignis gradibus, *Sal volatile*, *spiritus* & *oleum*, quod ultimum à *spiritu* & *Sale volatili* per tritorium separetur, aut per chartam emporeticam madefactam: *Sal volatile*, quod in *spiritu* dissolutum erit, rectificetur, abstrahendo nimirum destillatione *medietatem spiritus*, cui totum *Sal volatile* innærebit; *Hic rectificatus spiritus Sale volatili prægnans* jungatur *superiori essentiæ factæ*, circulentur adhuc aliquandiu, usuique tandem asservetur, cui pro aromatisatione *Elæosaccharum quoddam appropriatum* addi convenit.

ESSENT. CERVIN. ALEXIPHARM.

ILla juxta modum præcedentem ex *tenellis Cervorum cornibus* parari potest, substituendo duntaxat pro *spiritu Cerasorum* & *Liliorum convallium*, *spiritum Iuniperi* vel *Rutæ*, ad libitum eorum, quibus hic vel ille odor magis familiaris vel adversus est.

Habes hic Lector benevole selectissima medicamenta, ex *typhis* vel *tenellis Cornibus Cervinis* parata, ad quorum imitationem plures compositiones addi possent, admixtis *oleis* & *spiritibus destillatis ardentibus*, ac *Salibus volatilibus*, ex *Cervi sanguine*, *ossibus cordium Cervinorum*, & ipso etiam *Cornu Cervi crudo* parandis; verùm illa brevitatis causâ cum hæc sufficiant, lubens omitto.

Nota; quod in defectu *typhorum* vel *novellorum cornuum*, etiam ex *Cornu Cervini adultiori*, non tamen sponte delapso, sed à mactato Cervo circa Festum Ægidii initio Septembris desumpto, ac subtiliter raspato, efficacia medicamenta ad imitationem præcedentium parari possint, quæ tùm pro diversitate affectuũ & conditione ægrotantium cum *decoctis convenientibus*, aliquoties humectanda iterumque exsiccanda sunt. Item *Cornu Cervi Philosophicè calcinatum*, similibus *decoctis* imprægnatum, non rarò in suis virtutibus exaltaretur, præsertim si *decoctum Cornu Cervi crudi* aut *Cranii hominis* (quæ mucilaginem vel gelatinam in coctura præbent,) vel etiam *Olea ipsorum destillata* & *rectificata*, nec non *Oleum Succini* item *Salia eorum volatilia* ipsis juxta modos superiùs indigitatos, simul imprimerentur, quæ cuncta arbitrio prudentis Medici relinquo.

Atque hæc sunt LECTOR candide, *quæ tam studiosè in tuum & ægrotantium commodum meditatus sum: Plura quæ tempus & experientia suppeditabunt, in posterum, ubi per otia licebit, additurus. Tu interim, quisquis es, hæc omnia, licet non tantoperè elaborata, ex sincero tamen, tibique inserviendi promptissimo animo profecta, aqui bonique consule, & errores hinc inde in hoc Opere festinanti adeò calamo conscripto, pro tua candore corrige.*

PHAR-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 829 sur 955

PHARMACOPOEIA REGIA, SEU DISPENSATORIVM NOVUM.

AUTHORE

JOANNE SWELFER

PALATINO, M. D.

ANNO DOM. M. DC. LIII.

IN DISPENSATORIUM NOVUM PRÆFATIO.

QUamvis *præcedens nunc à me primùm* Reformata Augustanorum Pharmacopœia *quamplurimis indignis ac inutilibus scateat* Compositionibus *quæ vel obiter legenti sæpenumero risum moveant, vel nauseam concitent, nedum illi, qui easdem rectæ rationis & judicii examini subjicit. & penitius perlustrat; Attamen non pauca etiam hinc indè in ipsa dispersa sunt* Composita, *quæ (præsertim si illorum juxta modos in* Animadversionibus nostris, *super eadem non exiguo labore conscriptis, edoctos, diligens & exacta institueretur præparatio,) suas merentur laudes quas & ego ipsis nequaquam detrahere volui. Nihilominùs cum forsan nonnemo in tanta varietate* Compositionum, *& ut dixi, pro majore parte* inutilium, *circa delectum* utilium *facilè hærere posset en*, Lector Benevole, *constitui* Novum *aliquod, idque breve quidem ast ad* Officinam Pharmaceuticam *rectè & benè instruendam abundè sufficiens construere* Dispensatorium, *maximè in gratiam illorum, quibus juxta* Divini nostri senis Hippocratis *monitum*, Citò, Tutò, & Jucundè *curare unica voluptas est:* Saniori *enim & in morborum exquisita diagnosi probè versato* Medico *pauca sufficiunt selecta & experta* medicamenta, *nec illi opus est tàm ingenti* compositorum *farragine. Quod si tamen aliquis plura anhelaret, & ex majori ingredientium congerie conflata, ac longo usu & crebrâ experientiâ quorundam probata* medicamina, *horum dextrè parandorum in* præcedenti Pharmacopœia *plenariam & legitimam, nec non* rationi & experientiæ *minùs repugnantem, imò facilimam habebit* Methodum, *diligentissimis nostris* Animadversionibus *succinctè & fideliter comprehensam juxta quam si accuratè instituerit* medicamentorum suorum compositiones & præparationes, *nullo modo à vero & utili aberrare aut declinare poterit. Quod reliquum est, certò confido, me, si forsitan unicuique in omnibus non satisfecero, erroribus in hac qualicunque opella commissis, à quovis æquo arbitro facilè veniam impetraturum, cùm ad votum nostrum, quamvis festinanter mihi sub manibus succreverit; quippe nulla res esse potest eadem festinata simul, & exquisitè elaborata. Age itaque* LECTOR AMICE, *& quæ bono publico in præsens consecravi, ex quo proximo meo inservire studui, id est*, candido & sincero animo *suscipe; Ita* justè à justo justus Orator sum.

PHAR-

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS PRIMA;

SYRUPORUM ALTERANTIUM, MELLIUM, JULEPORUM, MIVARUM ac ROB, veram componendi rationem explanans.

SYRUPUS DE ABSINTHIO, Sive STOMACHALIS.

POsset hic Syrupus *simpliciter parari* ex solo succo & plantâ Absinthii, *ad normam* Syrupi de Betonica simplicis, in *Animadversionibus* nostris super ipsum traditam; *aliter enim paratus, non minimis sanè in ventriculo & hepate roborandis gauderet viribus*; *Si tamen eundem magis compositum desideras*, sequens compositio *absque dubio desiderium tuum explebit*; *videlicet*,

℞. Herbar. recent. Absinthii uncias sex,
Menthæ crispæ uncias tres,
Galangæ unciam unam,
Calami Aromatici uncias duas,
Rosar. rubrar. unciam unam semis,
Spicæ Indicæ unciam semis.

Quæ minutim incisa & contusa immittantur in cucurbitam vitream, superaffundendo *vini optimi libras quatuor*. Stent in digestione loco calido; postea appositio capitello, & juncturis benè clausis, fiat destillatio & abstractio libræ unius & dimidiæ: Reliquæ verò in cucurbita species exprimantur, expressum clarificetur, & interim asservetur: *Abstracta aquæ odoriferæ & spirituosæ*, de novo immergantur

Absinthii recent unciæ duæ semis,
Caryophyllorum drachmæ tres,

Nucis

Nuc. Moſchatæ uncia ſemis,
Maſtichis elect. drachm. tres.

Factâque digeſtione per diem unum vel alterum, fiat colatura & expreſſio: colatus liquor filtretur. Tum

℞. Reſiduum à deſtillatione ſuperiori liquorem clarificatum, quem additis libris duabus Sacchari, percoque ad conſiſtentiam Tabulati, cui denique jungatur

Eſſentia deſtillata, noviſque ſpeciebus imprægnata, ac ſolâ diſſolutione fiat *Syrupus*, quem ipſum, ſi libuerit, *ſpiritu Vitrioli Salis*, aut *Salis Armoniaci acidi* ad gratam aciditatem acuere poteris, *atque eundem virtutibus Syrupo Abſinthii ſimpliciter parato, non minorem vel inferiorem certo experire.*

SYRUP. ACETOSITAT. CITRI.

℞. Succi Citri recent. depurati libras ſex,

Abſtrahitur in M. B. ad ℔ *ij*, aqua abſtracta nullius ferè ſaporis abjiciatur. Cum reſiduis *libr. duabus liquoris acidi* infundatur.

Cort. Citri recent. extimorum ſubtiliſſimorum libr. ſemis, & peractâ digeſtione unius diei, iterùm per Alembicum fiat abſtractio libræ dimidiæ, quæ tamen, poſtquam refrixerit, addenda eſt reſiduo, quod colandum, exprimendum, & cum *ſacchari libris tribus* circiter, ſolâ ejuſdem diſſolutione, aut unicâ ebullitione in *Syrupum* juſtæ conſiſtentiæ redigendum: Cujus virtutes vide ſupra in *Diſpenſatorio præcedenti.*

SYRUPUS EX SUCCO ACETOSELLÆ.

℞. Succi Acetoſellæ libras tres,
Herbæ Acetoſellæ conſciſſæ & contuſæ libram unam.

Coquantur parùm & exprimantur; *Liquori expreſſo & optimè clarificato* adde

Sacchari albi libram unam ſemis.

Et in vaſe terreo percoque ad debitam conſiſtentiam *Syrupi*, qui, ſi lubido fuerit, vel *ſpiritu Vitrioli*, vel *aquâ Stimmi ſulphureâ Schroderi* ad gratam aciditatem acui poterit.

SYRUPUS ACETOSUS COMPOSITUS.

℞. Rad. rec. Apii,
Fœniculi,
Endiviæ,
Cichorii ana uncias duas,

Cyma-

Cymarum Asparagi recent. unciam unam semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Apii ana drachmas sex,
Erucæ unciam unam.

Incisa & contusa immittantur in cucurbitam vitream, quibus superaffundantur *aceti destillati* ℔ *ij*, factâque digestione *acetum* per M. B. totaliter, vel quantum fieri potest abindè evocetur, & *huic* de novo immergantur

Rad. Cichorii,
Apii,
Fœniculi,
Cymarum Asparagi ana drachm. sex,
Sem. Erucæ,
Apii,
Fœniculi ana unciam semis:

reiteretuŕque digestio loco calido per diem; postea factâ colaturâ & expressione, *filtrata essentia* reservetur. Tum

℞. Species a destillatione superiori & infusione remanentes; quæ affusâ *aquæ* s. q. coquantur in vase terreo vitreato ad ℔ *ij* circiter, & exprimantur, *expressum* albumine ovorum optimè clarificatum, additis

Sacchari albi libris tribus,

coquatur ad consistentiam *Tabulati*; cui adde tandem

Acetum superiùs à speciebus destillatum, & essentificatum; sic denique unâ vel alterâ ebullitione aut solâ dissolutione fiat *Syrupus, superiori Syrupo acetoso composito viribus correspondens.*

SYRUPUS APERITIVUS HEPATICUS.

℞. Succ. depuratorum ex totis,
Pimpinellâ,
Lupulo,
Apio,
Petroselino, &
Fœniculo, ana libr. semis,
Scillæ crudæ uncias quatuor.

Quibus *succis* immergantur incisarum & contusarum (si fieri potest) recentium omnium,

Rad. Apii,
Enulæ,
Vincetoxici,
Cymarum Asparagi ana unciam unam,

Herb.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 834 sur 955

Herb. Agrimoniæ,
Epaticæ nobilis,
Agerati ſ. Eupat. Meſ.
Abſinthii,
Scolopendrii anà unciam ſemis, vel drachmas ſex,
Granorum Alkekengi unciam unam.

Factâque digeſtione aliquot horarum, fiat in M. B. deſtillatio, & totius fere humiditatis abſtractio. *Prolectæ aquæ odoriferæ*, de novo immergatur

Medietas ſuperiorum ingredientium omnium, radicum ſcilicet & herbarum recent.

Reiteratâque digeſtione per diem, fiat colatura & expreſſio; *Expreſſum* filtretur, vel *albumine*, factâ cum ipſo unicâ ebullitione in cucurbita clarificetur, interimque aſſervetur.

Jam ex *ſpeciebus* à *deſtillatione* & *infuſione relictis*, affusâ ſ. q. *aquæ ſimplicis*, fiat decoctum ad ℔ ij; quod expreſſum & optimè *albumine ovorum* clarificatum, additis *tribus libris ſacchari albi*, coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*, cui tandem jungatur

Aquæ ſuperiùs deſtillatæ & novis ſpeciebus eſſentificatæ ſ. q. (unciæ xx circiter.)

Fiatque ſolâ diſſolutione *ſacchari*, aut unâ vel alterâ ebullitione *Syrupus*, quem, ſi volueris, cum *ſpiritu Salis*, aut *Vitrioli*, ad gratam aciditatem acuere poteris, *qui ſanè præſtantiſſimus exiſtet in hepatis, lienis & venarum meſaraicarum obſtructionibus, atque indè exortis morbis quamplurimis.*

SYRUPUS APERITIVUS ALTER PRO MULIERIBUS.

℞. Rad. recent. Apii,
Fœniculi,
Petroſelini,
Pimpinellæ,
Pæoniæ,
Iridis noſtrat.
Valerianæ ana unciam unam ſemis,
Herb. recent. Artemiſiæ rubræ,
Centaurii minoris,
Meliſſæ,
Sabinæ,
Urticæ ana unciam unam,
Baccar. Lauri unciam unam,
Sem. Petroſelini,
Apii ana unciam ſemis,

Cina-

Cinamomi acuti uncias tres,
Cardamomi,
Cubebarum ana unciam semis,
Antophyllorum drachmas tres.

Quibus omnibus consciſſis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur *vini albi generosi* ℔ *v*, serventurque in digestione per diem unum vel alterum; postea appositio Alembico, fiat in M. B. abstractio ad dimidias, & ejusdem liquoris abstracti reaffusio, reiteratáque abstractio, (quæ operatio alioquin collobationis nomine indigitatur.) In *abstracto liquore*, vel *aquæ destillata spirituosa* dissolve

Boracis Venetæ unciam unam,
Salis volat. ex Sale armon. cum Sale tartari dest. unc. sem.

interimque asservetur. Tum

℞. Species à destillatione relictas cum residuo liquore, additáque adhuc unâ vel alterâ libra *aquæ simplicis*, fiat decoctio ad ℔ *ij*: *decoctum expressum & optimè clarificatum*, cum

Sacchari albi libris quatuor,

coquatur ad consistentiam *Tabulatæ*; cui ultimò junge

Aquam superiùs destillatam, Borace & Sale volatili impræ-
gnatam ad libras duas circiter, vel s. q.

ut solâ duntaxat dissolutione *sacchari*, *syrupi consistentia* acquiratur; *qui in reserandis mensibus obstructis*, *egregiam præstabit operam*.

Nota; *quod* Sal volatile Salis Armoniaci *in unciis duabus circiter* aquæ superiùs destillatæ *dissolvi*, & Syrupo *jam quasi refrigerato*, *cum* reliqua aqua destillata *commisceri possit*, *ne prompte nimis levi calore pulsum*, *æthera petat*.

SYRVPVS DE CORTICIBVS ARANTIORUM.

Syrupus hic efficaciſſimè paratur juxta modum in *Animadversionibus superioris Dispensatorii reformati* super ipsum factis, indigitatum, quo Lectorem benevolum relego.

SYRUP. DE BETON. SIMPLEX.

Hic *Syrupus* commodiſſimè & laudabiliter juxta *Animadversiones nostras* super eundem superiùs factas, parari potest; vel ad normam *Syrupi de Melissa sequentis*.

SYRVPVS DE BETONICA COMPOSITUS, Seu CEPHALICUS.

℞. Herb. recent. Betonicæ unc. tres,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 836 sur 955

Herb. recent. Majoranæ,
Serpylli,
Roriſmarini,
Verbenæ ana uncias duas,
Flor. recent. Lavendulæ,
Liliorum convall.
Salviæ,
Roſar. rub. ana unciam unam ſemis,
Rad. recent. Doronici,
Pæoniæ ana uncias duas,
Cubebarum,
Cardamomi,
Nuc. Moſchat. ana unciam ſemis,
Ligni Aloës drachmam unam ſemis.

Conſciſſa omnia & contuſa immittantur cucurbitæ vitreæ, quibus ſuperaffundantur *vini albi generoſi* ℔ iv, locenturque in digeſtionem loco calido diem unum vel alterum; poſtea fiat abſtractio per deſtillationem uſque ad dimidias, & reiterata ejuſdem deſtillationis cohobatio; *Aquæ deſtillatæ* de novo immergantur

Radic. Doronici & Pæoniæ (conſciſſar. duntaxat,) ana uncia una,
Croci Auſtr. drachma una.

Et poſt digeſtionem unius diei, factâ colaturâ, expreſſione & filtratione, *eſſentia* interim aſſervetur. Jam

℞. Species in cucurbita relictas unà cum reſtante liquore; nec non
Species à prædicta eſſentia reſiduas,

easque, additâ adhuc libra unâ *aquæ ſimplicis*, coque ad remanentiam librarum duarum; *Decoctum* colatum, expreſſum, & cum albumine ovorum optimè clarificatum, additis *libris tribus ſacchari*, coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*; tum adjice

Liquoris vel eſſentiæ aſſervatæ ſ. q. (℔ j ß circiter, vel uncias xxj)

Et ſolâ diſſolutione confice *Syrupum in affectibus capitis frigidis efficaciſſimum.*

SYRUPUS EX SUCCO BERBERUM.

Conficiatur modo ſimplici, vel ad normam *ſyrupi acetoſitatis citri*, cui etiam odor & *eſſentia citri*, vel alia juxta modum edoctum imprimi poteſt.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 837 sur 955

SYRUPUS EX SUCCO CARDUI BENEDICTI.

PAretur ad modum *Syrupi de Betonica ſimplicis*, ſuperiùs in noſtris ſuper eundem *Animadverſionibus* indigitatum, ſic nativis ſuis viribus imprægnabitur.

SYRUPUS DE CICHOR. SIMPLEX.

℞. Succi Cichorii depurati libr. quat.
Rad. Cichorii recentium mundat libram unam.
Coquantur ad dimidias, tùm fiat colatura, & fortis expreſſio: *Expreſſus liquor* albumine ovorum clarificetur, & additis
Sacchari albi libris duabus,
coquatur ad conſiſtentiam Syrupi, *ad hepatis & renum intemperiem calidam corrigendam perutilis.*

SYRUPUS DE CINAMOMO AMBRATUS.

Syrupus hic laudabilis juxta *Animadverſiones noſtras ſuperiores* optimè parari poterit, quæ itaque revolvantur; Si quis tamen paratu faciliorem aliquem deſideraret, en dabo ſequentem:

℞. Cinamomi optimi & acutiſſimi uncias ſex;

Quod conſciſſum craſſiuſculè, & cucurbitæ vitreæ immiſſum, ſuperfunde

Aquæ Cinamomi cum vino deſtillatæ libras duas,

factâque digeſtione in calore leni unius alteriusvé diei, fiat *aquæ affuſæ* deſtillatio & abſtractio ad libram unam ſemis, vel uncias ſedecim, (ſi placebit, antequam abſtrahatur *aqua*, immittantur roſtro alembici in peria ligata *Ambræ ſcrupulus unus*, & *Ligni Aloës drachma una,*) *aqua abſtracta* interim ſtudiosè aſſervetur: Relicto autem in cucurbita *Cinamomo*, affundatur parùm *aquæ ſimplicis*, ut una vel altera ebullitio fieri, & libra una circiter liquoris poſt colaturam remanere poſſit, qui albumine ovi clarificandus, & cum *ſacchari libris duabus* ad conſiſtentiam *Tabulati* coquendus eſt; tandem *ſuperioris abſtractæ aquæ unc. xvj circiter* addantur, & ſolâ *ſacchari* diſſolutione conficiatur *Syrupus, nativis Cinamomi virtutibus uberrimè imbutus.*

SYRVPVS DE CORALLIS.

SUperiores hujus *Syrupi Animadverſiones*, genuinam ejuſdem præparationem abundè commonſtrant, quas Lector benevolus haud gravatim adeat.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 838 sur 955

SYRVPVS DE CORTIC. CITRI.

Animadverſiones noſtræ ſuperiores cùm hujus tùm etiam *Syrupi de corticibus Arantiorum* legitimas præparationes ubertim ſuppeditant, quas Amicus Lector conſulat.

SYRVPVS DE ENDIVIA.

COnficiatur hic *ſyrupus* planè in modum *Syrupi de Cichorio ſimplicis*, paulò ante propoſiti, qui iiſdem etiam affectibus medetur.

SYRVPVS DE FARFARA.

PAretur & hic *Syrupus* (qui calidis pectoris affectibus potiſſimum dicatus eſt) juxta normam *Syrupi de Cichorio ſimplicis*.

SYRVPVS DE FVMARIA.

NEque hic *ſyrupus* quoad præparandi modum variat à præparatione *ſyrupi de Cichorio ſimplicis*, nimirùm *radicibus ſucco additis: Cujus vires ex ſuperioribus ejus attributis clarè patebunt.*

SYRVPVS DE FRAGIS.

SImpliciter conficitur uti *Syrupus Berberorum*.

SPIRITVS DE GLYCYRRHIZA PECTORALIS.

℞. Rad. Glycyrrhizæ raſæ uncias duas,
Tuſſilaginis unciam unam,
Enulæ Campanæ,
Ireos Florent. ana unciam unam ſemis,
Herb. Pulmonariæ maculoſæ,
Marrubii,
Scabioſæ,
Hyſſopi,
Veronicæ ana unciam unam,
Sem. Urticæ unciam ſemis,
Dactylorum,
Jujubarum,
Ficuum ana num. x.

Quibus inciſis & contuſis, affundantur *aquæ fontanæ* ℔ *viij*, coquanturque ad dimidias, tum fiat colatura & expreſſio; *Decoctum* expreſ-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 839 sur 955

expreſſum, & albumine ovorum optimè clarificatum, additis *ſacchari albi libris duabus*, vel *mellis libris tribus*; coquendo rediga-tur ad conſiſtentiam *Syrupi*, cui *Elæoſacchari Aniſi unc. ij*, admiſceantur.

SYRVPVS PECTORALIS, Vel ASTHMATICUS alter.

℞. Rad. Enulæ Campanæ,
Glycyrrhizæ,
Ireos,
Calami aromatici ana uncias duas,
Herb. Hyſſopi,
Veronicæ,
Sem. Aniſi,
Erucæ,
Urticæ ana unciam unam ſemis,
Cinamomi unciam unam.

Radices & herbæ recentes (quantum fieri poteſt,) & reliqua omnia inciſa & contuſa, immittantur in cucurbitam vitream, quibus ſuperaffunde

Vini generoſi opt. libras quatuor,
Succi Scillæ recentis uncias ſex,

factaque digeſtione per diem & noctem, fiat deſtillatio & abſtractio libræ unius & dimidiæ, cui *aquæ ſpirituoſæ* de novo immerge

Scillæ recentis non aſſatæ vel præparat. uncias duas,
Ceparum unciam unam ſemis,
Rad. Ireos,
Enulæ ana unciam unam,
Salis Armoniaci ſublimati unciam ſemis.

Digerantur per diem & noctem, poſtea fiat colatura & expreſſio; *Eſſentiâ* interim aſſervata,

℞. Species à deſtillatione & extractione reſiduas, additâque adhuc libra unâ vel alterâ *aquæ ſimplicis*, decoquantur ad ℔ *ij* circiter. *Decoctum* albumine ovorum optimè clarificetur, & cum *ſacchari libris duabus* coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*; cui ultimò jungantur

Eſſentiæ jam antè paratæ & aſſervatæ unc. v. circiter,

Fiatque ſolâ diſſolutione *ſacchari* juſtæ conſiſtentiæ *Syrupus in Aſthmate proficuè adhibendus.*

SYRUPUS GRANAT. ACIDOR.

JUxta modum aliorum *Syruporum acidorum ſimplicium* parari poteſt; Si verò idem hic *Syrupus* re aliquâ fragranti vel odorifera

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 840 sur 955

imbui debet, tum procedendum erit secundum præparationem *Syrupi acetositatis Citri.*

SYRVPVS DE SVCCO HEDERÆ TERRESTRIS.

PAretur uti *Syrupus de Betonica simplex*, ita nimirùm affectibus quibus propriè destinatus est, perquàm commodè deserviet.

SYRVPVS DE HYSSOPO PECTORALIS.

℞. Herbæ Hyssopi recent. uncias quatuor,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroselini,
Glycyrrhizæ ana recent. uncias duas.

Crassiusculè incisis & contusis, ac cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur

Succi Hyssopi libra una,
Fœniculi libra semis;

& post digestionem unius diei fiat destillatio *succorum* ferè ad siccitatem specierum; *Aquæ destillatæ* de novo immerge

Hyssopi recentis,
Scillæ recentis non præpar. ana unciam unam semis,
Radic. Fœniculi unciam unam.

Et postquam per diem in calore steterint, fiat colatura, expressio & filtratio; Tùm

℞. Species omnes à destillatione & ultima extractione relictas, Easdemque additâ *aquæ* sufficienti quantitate, coque ad ℔ ij circiter; *Decoctum* expressum, albumine ovorum optimè clarificatum, cum *duabus libris sacchari* percoque ad pristinam hujus consistentiam, sive formam *Tabulati*; cui adde

Essentiæ superiùs destillatæ & infusæ uncias xv ciriciter,

& solâ dissolutione, vel etiam si libuerit, unicâ ebullitione effice *Syrupum, tussi aliisque pectoris affectibus perutilem & accommodatissimum.*

SYRVPVS DE SVCCO MELISSÆ.

HIc *Syrupus* etiam satis commodè ad normam *Syrupi de Betonica simplicis*, confici poterit; Si tamen aliquis hunc & similes, ex *succis & herbis fragrantioribus* paratos syrupos, efficaciores adhuc efficere velit, is procedat hunc in modum:

℞. Succi Melissæ citratæ libras tres,

Quibus

Quibus immerge

Herb. Meliſſæ citr. recent. conſciſſæ libram unam,

Et poſt unius diei digeſtionem, *unc. xv.* circiter *ſucci odorati* per deſtillationem ex M. B. evoca; cui *prolecto liquori odorifero*, de novo immerge

Herb. Meliſſ. citr. recent. conſciſſæ unc. quatuor, vel ſex,

Factâque digeſtione ſufficienti, in vaſe clauſo, iterùm coletur & exprimatur, *eſſentiâ* interim aſſervatâ. Jam

Relictam in fundo cucurbitæ Meliſſam, unà cùm ſucco reſiduo à deſtillatione fortiter exprime:

expreſſum albumine ovi clarifica, & cum *ſacchari libris duabus* percoque ad conſiſtentiam *Tabulati*, cui tandem adde

Succi ſuperiùs deſtillati, & recenti Meliſsâ imprægnati uncias xv.

Fiatque ſolâ diſſolutione *Syrupus*, *uterinis affectibus* perquam proficuus.

SYRUPUS DE MENTHA STOMACHALIS.

℞. Menthæ recentis uncias ſex,
Nucis Moſchatæ unciam ſemis,
Cinamomi optimi unciam unam,
Maſtichis elect. unciam ſemis.

Inciſa & contuſa craſſiuſculè immittantur in cucurbitam vitream, quibus ſuperaffundantur

Succi Menthæ recent. expreſſi libræ tres:

Et poſt digeſtionem, ope deſtillationis abſtrahatur libra una cum dimidia, vel unc. xvj, roſtro alembici in deſtillatione (ſi libuerit) immiſſis, in petia ligatis

Gall. Moſchat. noſtro modo parat. drachmâ unâ ſemis.
Maſtichis electæ drachmis duabus;

quæ etiam finita deſtillatione in *liquorem prolectum* immergantur; quò eò meliùs ipſorum fiat extractio: *Aqua illa fragrantiſsima* interim aſſervetur: *Species* autem *relictæ* in cucurbita cum *ſucco reſiduo* exprimantur; *expreſſum* optimè clarificetur, & additis *libris duabus ſacchari*, coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*, cui ultimò jungatur

Superioris aſſervatæ aquæ deſtillatæ odorif. & eſſentif. ſ. q. pro Syrupi conſiſt. ſine ulteriori coctione acquirenda.

Item, ſi placuerit, addatur

Succi Cydoniorum & Granatorum recentium invicem ad conſiſtent. craſſam inſpiſſat. libra ſemis,

& evadet *Syrupus, ſtomachum inſigniter roborans.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 842 sur 955

SYRUPVS NASTURTII, & COCHLEARIAE ANTISCORBUTICI.

PArentur in modum *Syrupi de Betonica ſimplicis*, vel *de Meliſſa*, quos Lector benevolus revolvat.

SYRVPVS NEPHRITICVS.

℞. Rad. recent. Leviſtici,
Petroſelini,
Raphani ana uncias duas,
Herb. recent. Naſturtii uncias duas,
Rutæ murariæ uncias tres,
Gran. Juniperi,
Alkekengi ana uncias duas ſemis,
Cynosbati cum acinis uncias duas,
Sem. Dauci unciam unam ſemis,
Urticæ unciam unam,
Lapidum ſilicum molliorum, qui ignem non concipiunt, uncias quatuor,
Oculorum Cancrorum unciam unam,
Millepedum noſtro modo præparat. unciam ſemis.

Inciſa & contuſa immittantur in cucurbitam vitream, quibus ſuperaffundantur

Vini albi generoſi libræ quatuor,
Succi Ceparum unciæ quatuor.

Stent in digeſtione loco calido per unum vel alterum diem, poſtea deſtillentur ad tertias vel prolectionem libræ unius & dimidiæ. Huic *aquæ deſtillatæ* immerge

Oculorum Cancrorum drachmas duas,
Liquiritiæ raſæ unciam unam ſemis,
Cort. median. ligni Coryli unciam ſemis.

Reiteretur digeſtio, poſtea coletur; colaturâ aſſervatâ, tum

℞. Relictas à deſtillatione & ultima extractione ſpecies, quas, additâ adhuc *libra unâ*, vel *ſ. q. aquæ ſimplicis*, decoque ad *libras duas: Decoctum* expreſſum albumine ovorum optimè clarificetur, & additis *libris duabus cum dimidia ſacchari*, coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*; cui demùm addatur

Superioris deſtillatæ aquæ ſpirituoſæ & eſſentificatæ q. ſ. vel libra una ſemis circiter,

ac ſolâ digeſtione aut unicâ ebullitione, fiat *Syrupus Nephriticus egregius*, in *aquâ* vel *ſucco Betulæ* exhibendus,

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 843 sur 955

SYRUPUS DE NYMPHÆA.

℞. Florum Nymphææ alb. q. ſ.

Qui contuſi immittantur cucurbitæ vitreæ, & in M. B. deſtillentur abſque ulla additione ad ſiccitatem uſque, *Flores* reſidui interim aſſerventur: Tum

℞. Aquæ hujus prolectæ libram unam ſemis circiter.

Cui immergatur

Flor. Nymphææ recent. conſciſſor. libra una.

Serveturque in digeſtione loco calido, vaſe clauſo, per diem & noctem; poſtea fiat colatura, & aliqualis *florum* expreſſio, colaturâ ſtudiosè aſſervatâ. Jam accipe

Flores cùm à deſtillatione tùm ab expreſſione reſiduos;

Quibus ſuperaffunde *aquæ ferventis* ℔ ij, & poſt digeſtionem unius diei vel noctis, infuſionem cola, & leniter exprime; *expreſſum* albumine ovorum optimè clarifica, & cum *libris duabus ſacchari* percoque ad conſiſtentiam *Tabulati* addendo ultimò

Superioris aquæ deſtillatæ & recentibus flor. imprægnatæ, uncias xv circiter,

fiatque unicâ ebullitione *Syrupus refrigerans, & Hypnoticus.*

Nota; *Si quis loco* florum *a deſtillatione relict pro ſecunda infuſione*, recent. florum libram unam *acceperit, is non iniquè fecerit.*

SYRUPUS DE PAPAVERE ERRATICO.

PAretur hic *Syrupus* juxta modum præcedentis *Syrupi de floribus Nymphææ.*

SYRVPVS DE PAPAVERE SIMPLEX.

CUm *Syrupus hic papaverinus* ex ſeminibus & capitibus Papaveris commodè confici nequeat, idcircò ſuadeo, ut loco hujus *Diacodium papaverinum* noſtro modo paratum, in uſum trahatur.

SYRVPVS DE PÆONIA

DEſtilletur ex *recentibus floribus Pæoniæ aquæ libra una ſemis, ſine ulla additione in M. B.*

Huic aquæ immergantur

Dictorum florum Pæoniæ recentium,

Radic. Pæoniæ (maris) conſciſſar. ana unciæ tres,

& poſt digeſtionem in calore paulò validiori vaſe clauſo, fiat colatura

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 844 sur 955

tura & lenis expreſſio; *Eſſentia parata* interim aſſervetur. Tùm

Fiat ex libra ſemis florum recentium & unciis tribus radicum ejuſdem.

cum ſ. q. *aquæ ſimplicis ferventis* nova infuſio; & demum poſt unam vel alteram ebullitionem colatura & expreſſio: *Colatura* albumine ovorum optimè clarificetur, & cum *libris duabus & dimidia ſacchari* coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*, addendo ultimò,

Aquæ ſuperioris deſtillatæ & recentibus floribus eſſentificatæ ſ. q. (libram unam ſemis circiter,)

Fiatque unicâ ebullitione *Syrupus Antepilepticus.*

SYRVPVS ROSATVS SIMPLEX.

HIc *Syrupus roſatus ſimplex*, ſi juxta modum in *Diſpenſatorio* jam *reformato* præſcriptum paretur, idem præſtabit ac *Syrupus roſatus ſolutivus* ex tam frequentibus infuſionibus cum Roſis paratus; Quippe credibile non eſt, nec poſſibile ut ℔ j *aquæ*, vires *libræ unius & dimidiæ roſarum* elicere poſſit, nam uti ſæpius dictum, nullum recipiens recipit ad modum imprimentis, ſed duntaxat ad modum ſuæ receptivitatis: Idcircò ne impoſterùm tam inutiliter tantam *Roſarum* faciamus jacturam, præſens *Syrupus roſatus ſimplex*, modo ſuperiùs præſcripto ex tribus infuſionibus paratus, omni jure loco *Syrupi roſati ſolutivi* eſſe poterit, utpotè qui & idem efficiet, & paratu facilior exiſtet, nec non viliori precio proſtabit: Quicunque verò ſolummodò *Syrupum roſatum odoratum & cordialem* expetit, is adeat *Animadverſiones ſuperiores Diſpenſatorii reformati* ſuper *Iulapium roſarum*, aut eundem paret in modum *Syrupi de Nymphæa* præcedentis, & efficiet *Syrupum roſatum præſtantiſſimum & fragrantiſſimum.*

SYRVPVS DE ROSIS SICCIS.

ET hic *Syrupus* optimè conficitur juxta modum in Pharmacopœia reformata præſcriptum, cùm *ſola virtus ſtyptica* in eo expetatur.

SYRVPVS DE SCABIOSA ET DE SCORDIO.

HI *Syrupi* juxta modum *Syrupi de Betonica ſimplicis*, & *de Meliſſa* laudabiliter parantur, idcircò eorundem præparationes & Animadverſiones ſtudiosè perlegantur & ſecundum illarum ductum horum *Syruporum* præparatio inſtituatur.

SYRU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 845 sur 955

SYRVPVS DE SCORDIO COMPOSITUS.

℞. Herb. Scordii recentis libram ſemis,
Rutæ recentis uncias tres,
Rad. Angelicæ,
Scorzoneræ,
Imperatoriæ ana unciam unam ſemis,
Sem. Citri unciam unam,
Baccar. Juniperi uncias duas.

Inciſa & contuſa immittantur in cucurbitam vitream, ſuperaffundendo
Succi Scordii recentis libras duas,

Et factâ digeſtione unius diei fiat deſtillatio & prolectio *aquæ* ad *libram unam* & *dimidiam*; Cui de novo immerge
Herbæ Scordii recentis uncias quatuor,
Rad. Scorzon. recent. uncias duas.

Et poſt aliqualem digeſtionem coletur & filtretur, aſſerveturque interim *eſſentia*. *Species* à deſtillatione & extractione reſiduæ, *affusâ aquæ ſ. q.* coquantur ad libras duas; *decoctum* coletur, exprimatur, & albumine ovorum optimè clarificetur, additisque *libris duabus* cum *dimidia ſacchari*, coquatur ferè ad conſiſtentiam *Tabulati*; cui tandem admiſce de *ſuperiori aqua deſtillata* & *recenti Scordio*, ac *Scorzonera eſſentificata ſ. q.* (℔ j ß circiter) fiatque unâ vel alterâ ebullitione, vel ſolâ diſſolutione *ſacchari ſyrupus* juſtæ conſiſtentiæ, *in febribus malignis & peſte ipſa efficaciſſimus*.

SYRVPVS SPLENETICVS.

℞. Rad. Petroſelini,
Pimpinellæ,
Raphani ana recent. unciam unam ſemis,
Cortic. rad. Capparorum,
Tamariſci ana unciam unam,
Capparorum aceto condit. uncias quatuor,
Herb. recent. Naſturtii,
Scolopendrii,
Ceterach ana uncias duas ſemis,
Matriſylvæ uncias tres,
Sem. Erucæ unciam unam ſemis,
Oculor. Cancror. unciam ſemis,
Cinamomi optimi unciam unam ſemis.

Quæ inciſa & contuſa immitte in cucurbitam vitream, iiſdemque ſuperaffunde

Vini

Vini albi generosi libras quatuor,
factâ digestione destilletur & abstrahatur aquæ spirituosæ ℔ j ß, cui immergantur

Oculorum Cancrorum uncia semis,
Granorum Juniperi uncia una semis;

post reiteratam digestionem fiat colatura & expressio; *essentia* interim asservetur. *Species* à destillatione & extractione residuæ, additâ adhuc *libra unâ* vel *alterâ aquæ simplicis*, decoquantur ad remanentiam librarum duarum, tùm colentur & exprimantur, *expressum* albumine ovorum optimè clarificetur, & cùm *sacchari libris duabus* cum *dimidia* coquatur ad *Tabulati* consistentiam, cui in fine adde *aquam superiùs destillatam & essentificatam*, solaque dissolutione *sacchari* vel unicâ ebullitione, confice justæ consistentiæ *Syrupum in Scorbuto, aliisque morbis splenetici summæ activitatis.*

SYRUPUS DE STOECHADE CAPITALIS.

℞. Flor. Stœchad. uncias duas,
Salviæ,
Betonicæ,
Lavendulæ,
Summit. Majoranæ,
Thymi,
Herb. & Flor. Rorismar. ana recent. unciam unam semis,
Rad. Doronici,
Pæoniæ,
Sem. Coriandri ana unciam semis.

Incisis & contusis crassiusculæ, ac cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur

Aquæ Liliorum convallium absque additione aquæ simplic. vel etiam (ubi hi Flores in copia haberi nequeunt,) cum vino destillatæ libras duas,

factâque digestione unius vel alterius diei, fiat destillatio & evocatio *aquæ libræ unius* cum *dimidia*; Huic *aquæ destillatæ* statim immergatur

Radic. Doronici.
Pæoniæ,
Calami aromatici āna conscissar. non contusar. uncia semis.

Et peractâ digestione vase clauso & loco calido, per unum vel alterum diem, fiat colatura & filtratio, *essentiâ* interim asservatâ.

Tum accipiantur *species omnes* à destillatione & extractione relictæ, ac affusâ

affusâ *aquæ simplicis* ſ. q. fiat decoctio ad *libras duas*: *Decoctum* expreſſum, colatum & cum albumine ovorum optimè clarificatum, additis *ſacchari libris duabus*, coquatur ad omnimodam *Tabulati* conſiſtentiam; cui denique adjunge

Aquæ ſuperioris deſtillatæ & eſſentificatæ q. ſ. (uncias xv circiter)

pareturque ſolâ diſſolutione *Syrupus capitalis efficaciſſimus*.

SYRUPUS EX VERONICA.

EFficaciſſimus evadet hic *Syrupus*, ſi paretur juxta normam *Syrupi de Betonica ſimplicis*.

SYRUPUS VIOLARUM PURPUREUS.

DExtram hujus *Syrupi* præparationem tradidi in *Animadverſionibus ſuperioribus Pharmacopœiæ reformatæ*, quo amicum Lectorem ablego.

MEL ANTHOSATUM, Vel RORISMARINI.

DUplex hujus *Mellis Anthoſati* præparatio exhibita eſt in *Animadverſionibus* noſtris ſuper idem factis ſuperiùs in *Pharmacopœia præcedenti*, quarum tamen *ultimam* inprimis Lectori benevolo commendo.

MEL ROSATUM, & MEL ROSATUM CITRATUM?

LEgitimæ horum *Mellium præparationes* petantur ex *Animadverſionibus pragreſſæ Pharmacopœiæ reformatæ* ſuper eadem factis, & juxta ipſas procedatur.

OXYMEL SIMPLEX.

EX ſolo *aceto deſtillato* & *dephlegmato*, ac *Melle puro* anaticâ proportione commixtis, per ſimplicem coctionem *Oxymel hoc* confici poteſt; Magis autem conſultum foret *Succos acidos* vel *Granatorum*, vel *Citri*, vel *Berberum*, loco *aceti* ſubſtituere, utpotè quorum aciditas, prout *aceti*, in coctura leni non exhalat, ſed cum *Melle* remanet. Idcircò præſtabit ejus præparationem inſtituere modo ſequenti:

℞. Succi Citri depurati vel Granatorum acidorum aut Berberûm, cujuſcunque horum libuerit, vel invicem mixtorum libras tres.

Mellis

Mellis despumati optimi libram unam semis.

Coquantur leniter in olla vitreata ad *Mellis* consistentiam, fiatque *Oxymel.*

OXYMEL DIURETICUM.

℞. Rad. rec. Apii,
Petroselini,
Raphani,
Restæ Bovis,
Pimpinellæ ana unc. ij,
Herb. recent. Cochleariæ,
Nasturtii,
Rutæ murariæ,
Cymar. Asparagi recent. ana unciam unam semis,
Sem. Fœniculi.
Saxifragiæ,
Coriandri ana unciam unam.

Incisa & contusa immittantur in cucurbitam vitream, superaffundendo

Aceti acerrimi destillati libras duas.

Serventur in digestione loco calido per diem unum vel alterum: postea destillando per M. B. proliciatur *liquoris* libra una; cui immerge.

Herb. Cochleariæ,
Nasturtii ana uncias tres.

Reïteratâque digestione colatur & filtretur *essentia*, quæ interim asservetur,

Ex residuis à destillatione & infusione *speciebus*, additâ *aquæ simplicis libra unâ* vel *alterâ*, fiat in olla *decoctum* ad *libram unam semis*, quod ipsum albumine ovorum clarificatum, adjunctis *Mellis puri libris tribus*, coquatur ad consistentiam *Mellis* crassissimam, ordinariâ ejusdem consistentiâ multò crassiorem: Tum demum affunde

Acetum superiùs destillatum, & novis herbis imprægnatum; ac sine ulteriori coctione confice *Oxymel* justæ consistentiæ *Diureticum* & *Antiscorbuticum.*

OXYMEL SCILLITICUM.

℞. Aceti Scillitici ex Scilla cruda, non cocta aut assata parati libras duas,
Mellis optimè despumati libras duas,

Quæ in vase terreo percoque ad debitam *Oxymellis* consistentiam.

JULEB

JULEB EX VINO.

HUjus *Julapii* dextra præparatio, petatur ex *Animadversionibus* super ipsum factis, in *præcedenti Pharmacopœia reformata.*

MIVA CYDONIORUM

SIMPLEX.

M*Iva hæc Cydoniorum* patetur juxta *Animadversiones Pharmacopœiæ prægressæ.*

MIVA CYDONIORVM AROMATICA.

℞. Succi Cydoniorum libras viginti,
Musti vini recentis libras decem.

Coquantur vel inspissentur per se leniter in vase vitreato ad consistentiam *Mivæ* vel *Syrupi*. Jam

℞. Cinamomi optimi uncias quinque,
Caryophyllorum unciam unam,
Cardamomi minoris unciam unam semis,
Zinziberis unciam semis,
Calami Aromatici,
Macis,
Nucis Moschatæ ana unciam unam,
Mastichis electæ unciam unam semis,
Croci Austriaci drachmas duas.

Quibus incisis & contusis, ac cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur *Vini veteris generosi & optimi* ℔ v; & post digestionem unius vel alterius diei loco calido in vase clauso, fiat destillatio vel abstractio *librarum duarum*, rostro capitelli imponendo

Moschi scrupulum unum,
Ambræ scrupulos duos,
Ligni Aloës drachmam unam semis,

ut in destillatione odor & essentia harum rerum ab aqua spirituosa prodeunte eliciatur. Hanc *Aquam spirituosam fragrantissimam & Aromaticam* seorsim asserva: Remanentes in fundo *species* prelo subjice: *expressum* clarifica, & cum ℔ vj *sacchari* ad consistentiam *Tabulati* percoque. Tandem illi junge

Succum Cydoniorum una cum musto inspissatum & superiùs asservatum; nec non
Aquam illam perquam fragrantem ac summè spirituosam, à speciebus aromaticis destillatione abstractam:

Tùmque solâ dissolutione *sacchari* sine ulteriori coctura para *Mivam Cydoniorum Aromaticam Regiam & præstantissimam.*

ROB

ROB NVCVM DIAMORON, ROB EBULINUM, ROB SAMBUCINUM, & ROB JUNIPERINUM.

PArari possunt simplici viâ, juxta modos superiùs in *præcedenti Pharmacopœia reformata* præscriptos, sedulò tamen observatis nostris *Animadversionibus*, præsertim quoad *Rob Iuniperinum.*

PHARMACOPOEIÆ.

REGIÆ

CLASSIS II.

Syruporum Purgantium structuram complectens.

QVamvis minus difficilè mihi foret, vel centum Syrupo-rum Purgantium compositiones *heic apponere, tamen quia Syrupi purgantes rarò absque commixtione rerum aliarum liquidarum adhibentur, & Cathartica propter diuturnam coctionem, quam in Syruporum confectione ferre debent, in viribus non parùm diminuantur: Igitur longè consultiùs esse arbitror, ad exemplum infusi purgantis (quod hodierno die plurimi Clarissimorum Medicorum in usu habent) Magnifici & Excellentissimi Viri D. D* Mannagettæ, *Medici Cæsarei dignissimi, ex ipsem Infusa parare. Dicti autem celebris Infusi purgantis formula ita se habet.*

℞. Folior. Senæ elect. drachm. sex,
Mannæ elect. uncias quatuor,
Cremoris Tartari drachmas duas,
Passular. minor.
Confection. Coriandri drachmas tres.

Misce; incisa & contusa crassiusculè, includantur nodulo, cui affundantur *aquæ bullientis* ℥ *xiv*; stent in infusione per horas sex, fiat deinde colatura sine vel cum leni saltem expressione, serveturque usui, cujus ℥ *iij*, vel ℥ *ss ij* dentur pro *dosi.*

Ex hoc jam manifestum fit, quod toties antea inculcavimus, *Aquam simplicem, vel aliam quamcunque, aut quodvis aliud menstruum ultra modum suæ receptivitatis recipere non posse.* Etenim ex hac laudabili infusione, cui de catharticis solummodò *sex drachmæ folio-*

foliorum Senæ, & aliquot *unciæ Mannæ*, cum *unciis sedecim aquæ simplicis* infundendæ destinantur, quatuor ad minimum potiones purgantes efficiuntur, quæ nunquam non cum laude & felici successu exhibentur, cùm è contra (ast haud benè) vel *uncia una cum dimidia dictorum foliorum cum diversis aliis purgantibus*, *Rhabarbaro, Gialappa, Agarico, &c.* pro unica potione nonnunquam à quibusdam Medicis præscribantur, qui tamen vix eundem effectum assequuntur. Non minùs prudenter huic infusioni *species cathartica multum resinosæ* adjectæ non sunt, utpotè quorum vis purgatrix in resinosa substantia consistens, ab *aqua simplici* extrahi nequit, sed pro ejusdem extractione *spiritu aliquo ardenti* opus est. Ex horum numero sunt *Ialappa*, *Mechoacanna*, *Turbith*, *Agaricus*, *&c.* quæ cum Medico scitu summè necessaria sint, perquam rarò autem in præscriptione medicamentorum observentur, non potui, quin datâ occasione, paucis hæc attingerem. Proindè ad normam *prædicta laudata infusionis*, alia complurima *infusa* loco *Syruporum purgantium* ex tempore efformari possent, ne tot tamque inutilibus, ex tanta omnis generis tùm catharticarum, tùm alterantium & confortantium (quæ non solùm superfluè, sed insuper etiam planè ineptè & perperam *purgantibus* adduntur, & hîc nil ampliùs præstare possunt, quàm quod prohibeant, quò minùs rerum catharticarum virtus debito modo extrahi queat:) specierum farragine conglomeratis compositionibus Officinæ gravarentur. Si nihilominùs aliquis *purgantes Syrupos* desideraret, is recurrat ad *Syrupos purgantes præcedentis Pharmacopœiæ*, scilicet *Syrupum de Tribus*, *Diasereos*, *de Rhabarbaro*, *&c.* observatis nostris *Animadversionibus*, juxta quas ipsorum instituat præparationes, omissis tamen rebus non purgantibus, aliisque quæ impedimento sunt, quò minùs reliqua cathartica vim suam in affusum menstruum exactè deponere queant, aut subsequentes consulat formulas.

SYRVPVS DE TRIBVS
SOLUTIVUS.

℞. Fol. Senæ elect. uncias octo,
Agarici trochiscati uncias quatuor,
Rhabarbari opt. uncias duas,
Tartari Cremoris unciam unam.

Incisa saltem coquantur cum s. q. *aquæ simplicis*, repetitis vicibus affusæ & expressæ, quousque tota virtus cathartica extracta sit: *Expressiones* omnes albumin. ovorum optimè clarificentur, & additis

Sacchari albi libris duabus cum dimidia,

denuò coquantur ad consistentiam *Syrupi*, qui *Elæosaccharis citri*, *Cinnamomi*,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 852 sur 955

namomi, vel *Macis* aromatizandus : *Cujus uncia una erit impregnata virtute quatuor ſcrupulorum fol Senæ, duorum ſcrupulorum Agarici, & unius ſcrupuli Rhabarbari.*

SYRVPUS DE RHABARBARO.

℞. Rhabarbari optimi uncias ſex,
Tartari albi crem. unciam unam.

Coquantur vel infundantur ſaltem ſæpiùs cum ſ. q. *aquæ ſimplic. ferventis*, quouſque tota virtus prolecta ſit ; *colaturæ* & *expreſſiones*, ſive *infuſiones* omnes, album. ovorum optimè clarificentur, quibus addantur

Sacchari albi libræ duæ.

Iterum leniter coquantur ad conſiſtentiam *Syrupi*, qui *eſſentiâ Citri noſtrâ*, vel *ſiccâ* vel *liquidâ*, in prægreſſæ Pharmacopœiæ Mantiſſa edoctâ, aromatizandus ; *Cujus uncia una continebit vires unius drachmæ circiter Rhabarbari.*

SYRVPUS DE FOLIIS SENÆ.

℞. Fol. Senæ ſ. ſt. libram unam,
Tartari albi uncias duas.

Inciſa & contuſa ſuperfundantur ſæpiùs ſ. q. *aquæ ferventis*, ad totalem virtutum extractionem : *Extractiones* ſive *expreſſiones* omnes album. ovorum optimè clariſicentur ; & additis

Sacchari albi libris tribus,

coquantur leniter ad *Syrupi* conſiſtentiam, qui *eſſentiâ Citri noſtrâ*, vel *Elæoſaccharis congruis* aromatizandus ; *Cujus uncia una, ſi benè & legitimè paratus fuerit, vires continebit duarum drachmarum circiter folior. Senæ.*

SYRVPUS HELLEBORI NIGRI.

℞. Fol. Hellebori nigri recent. libram unam.

Quibus inciſis & cucurbitæ vitreæ immiſſis, ſuperaffundantur

Vini albi generoſi libræ quatuor.

Et poſt digeſtionem deſtillentur ad dimidias ; *aquæ prolectæ* de novo immergantur

Fol. Hellebori nigri recent. unciæ quinque.

Reïteratáque digeſtione & colaturâ, *eſſentia Helleborina* interim aſſervetur. Tùm

℞. Fol. Hellebori à deſtillatione & extractione reſidua ;

Quæ unâ vel alterâ adhuc libra *aquæ ſimpl.* affusâ, decoque ad libras duas circiter : *Decoctum* exprime, *expreſſum* clarifica, & cum

Sacchari albi libris duabus cum dimidia,

per-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 853 sur 955

percoque ad consistentiam *Tabulati*; cui demùm jungatur

Superioris destill. aquæ essentif. q. s. vel unciæ xviij circiter, fiatque unicâ ebullitione *syrupus* justæ consistentiæ.

Ex radicibus Hellebori nigri *simili modo si lubido fuerit*, Syrupus *parari poterit, ex minori tamen ipsarum quantitate, quam* foliorum *respectu* Sacchari.

Loco Syrupi Emetici *suaderem etiam, ut cum* solo vino, *vel ex* Vitro Antimonii correcto, *vel* Croco metallorum, *aut* floribus Antimonii, *infusiones conficerentur*; *Nec multis* aromatibus *pro correctione hèic opus est*, Vinum *enim ipsorum est correctivum, modò in dosi non peccetur. Si forsan nonnemini* infusum aliquod catharticum *arrideret quod in minori dosi efficaciter operetur, ipse consulat* Mantissam Hermeticam prægressæ Pharmacopœiæ, & Animadversiones nostras super Elixir purgans, *juxta quarum ductum & alia parari queunt, meo tamen judicio unum vel alterum catharticum simile abundè sufficere posset*; *Etenim adhuc sub judice lis est, an* medicamentum catharticum *electivè hunc vel illum, an verò quodlibet quemlibet indiscriminatim expurget humorem. Cùm verò* spiritus Vini *nec omnibus arrideat, multò minùs conducibilis sit* omnibus naturis, ætatibus, regionibus, & affectibus, *proindè superaddo sequentem infusionem.*

INFVSVM PVRGANS.

℞. Fol. Senæ elect. uncias sex,
Agarici trochiscati uncias tres,
Rhabarbari opt. uncias duas,
Tartari Cremoris unciam unam semis,
Coriandri drachmas sex.

Quibus inciss & contusis, superaffundantur *aquæ simpl. ferventis* ℔ *iij*; relinquantur in digestione loco calido per diem, postea colentur & exprimantur *species*; *expressum* sive *colatum infusum* albumine ovorum optimè clarificetur, interimque asservetur. *Relictæ species expressæ* de novo infundantur cum ℔ *iij aquæ ferventis*, & post digestionem diei unius exprimantur, & hæc *infusio* cum recenti *aqua ferventi*, nec non *expressio*, tertia vice repetatur. Tùm *hæ duæ ultimæ expressiones* optimè priùs clarificatæ albumine ovorum, ad remanentiam ℔ j leniter evaporent, quæ *superiori jam clarificatæ infusioni* jungatur, atque sic unita, & per manicam Hippocratis filtrata, nec non *essentiâ liquidâ Citri* in Mantissa progressæ Pharmacopœiæ edoctâ, edulcorata & aromatizata, *infusio* usui asservetur: *Cujus uncia una continet vires drachm j. fol. Sena, drachmæ dimidiæ Agarici, & scrup. j. Rhabarbari.*

Si quis loco *aquæ s. vinum album & clarum* substituere vellet, infusionem redderet nonnihil potentiorem vel efficaciorem.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 854 sur 955

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS III,

Electuariorum lenientium parandi normam exponens.

QVia, *uti ſuperiùs diximus*, *uſus* Electuariorum purgantium *in Germania nunc penè exolevit*, *idcircò non multus ero in ipſorum præſcriptionibus*; *ſufficiet unum vel alterum pro uſu interno*, *& totidem pro Clyſteribus appoſuiſſe*; *Ad quid enim tanta* purgantium *varietate opus eſt*, *præſertim tam* craſſiorum Electuariorum, *cum*, *ſi rem rectè perpendamus*, *ferè omnia idem præſtent*, *& uno eodemque modo operentur*. *Ne itaque* Pharmacopolia *inpoſterùm tot tamque inutilibus* compoſitionibus *graventur*, *velim ut Medici his ſequentibus paucis contenti ſint*, *vel ſi plura deſiderent*, *adeant præcedentem* Pharmacopœiam reformatam, *ubi ſimilium* compoſitionum purgantium, *& quidem maximâ ex parte ſatis nauſeoſarum inſignem habebunt copiam*.

FLOS, Seu PVLPA CASSIÆ.

HÆc ſimpliciter parari poterit juxta modum in ſuperiori *Pharmacopœia*, inque ejuſdem *Animadverſionibus* edoctum ex qua perfectè extracta, jam ulterius diverſa *Electuaria compoſita*, cum lenientia, tùm ſolutiva confici poſſunt, vel in forma Boli adhibenda, vel etiam potiunculis commiſcenda: Utpotè

℞. Flor. Caſſiæ recent extract. uncias ſex,
Extracti Rhabarbari,
Fol. Senæ ana drachmas duas, vel drachmas tres,
Miſce. Vel

℞. Flor Caſſiæ recent. uncias ſex,
Pulv. Gialappæ unciam unam,
Reſinæ Gialappæ,
Extracti fol Senæ ana unciam ſemis.

Miſce. *Doſis drach. ij*, vel *drach. iij*, *in forma Boli* cum *Eleoſaccharis Citri*, *Cinamomi*, vel *Macis* aromatizanda. Vel

℞. Fol. Senæ elect. uncias tres,
Rad. Helleb. nigri uncias duas,

Rad.

Rad. Hermodact. unciam unam semis.

Ex incisis & contusis fiat cum *ſ. q. aquæ* repetitis vicibus affusæ, decoctio; *Decoctum* clarificatum, & ad libram semis circiter inspissatum, addatur

Libræ uni flor. Cassiæ recent.

cui insuper jungatur

Sacchari albi libra una, vel unciæ quindecim.

Coquantur invicem lento igne ad consistentiam *Electuarii*, si libet, cum *Elæosacchari*, *Macis*, *Citri*, vel *Cinamomi* aromatizandi.

CASSIA EXTRACTA.

POtest & hæc *Cassia* modo in *prægressa Pharmacopœia* præscripto commodè parari, quæ tum etiam diversimodè augeri & acuari potest, cùm pro usu interno, scilicet ut per os assumatur, tùm quoque pro clysteribus gutturi inferiori injiciendis. Et quidem pro usu interno, si vis ejus nonnihil intendi debet, *decoctum* fieri potest ex *fol. Sennæ*, *Rhabarbaro*, *Agarico*, *&c.* & cum illo *Cassiam* ut moris est, extrahere; vel jam *Extracta Cassiæ* diversa *Extracta purgantia* vel *pulveres* (prout superiùs in floribus ejusdem indigitavimus) commiscere poterimus; Ita pariter ex hac tàm pro clysteribus acrioribus, quàm lenioribus, additis rebus aliis accommodatis, *Electuaria* fieri possunt; utpotè pro *Clysteribus lenioribus*,

℞. Cassiæ extractæ simplicis sine Saccharo libram unam.
Sacchari Thomæi pro Clyster. libram semis,
Mellis rosati solutivi libram unam.

Misce, coquantur ad consistentiam *Pulpæ* vel *Electuarii*; cui in fine, ubi jam quasi refrixerit, adde

Vitellorum ovorum numero octo vel decem.

Misce, fiat Cassia pro Clysteribus lenientibus.

Pro Clysteribus acrioribus.

℞. Cassiæ extractæ simpl. sine Saccharo, libram unam;
cui adde

Decoct. unciæ unius & dimidiæ Colocynth. nec non unciarum duarum fol. Sennæ.

factum cum ſ. q. *aquæ*, iterumque ad libram semis circiter inspissatum,

Sacchari Thomæi pro Clyst. libram unam,
Mellis simplicis libram semis.

Coquantur ad consistentiam *Electuarii*; cui in fine admisce

Croci metallorum drachmas sex,
Salis communis uncias duas,

Misce, fiat *Electuarium* vel *Cassia* pro *Clysteribus acrioribus*.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 856 sur 955

PVLPA TAMARINDORVM.

COmmuniter extrahitur uti *Pulpa Caſſiæ*, quæ & ipſa cùm lenientibus tùm fortioribus catharticis commiſceri, augeri & exaltari poteſt, prout in prægreſſa *Pulpa & Florilus Caſſiæ* edoctum eſt.

ELECTVARIUM LENITIVUM.

℞. Pulpar. Caſſiæ,
Tamarindorum,
Prun. ana cum decocto forti fol. Senæ & Polypodii (unciarum ſeptem circiter fol. Senæ, & unciarum quatuor Polypodii,) extract. uncias quinque,
Syrupi roſarum ſolutivi,
Sacchari albi ana uncias ſex.

Coquantur ad conſiſtentiam *Electuarii*, quod ad uſus ſuperiùs in *Electuario Florentzolæ* dictos, aſſervetur.

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS IV.

Electuariorum Solutivorum mollium ſtructuram complectens.

BENEDICTA SOLUTIVA.

℞. Turbith electi drachmas decem,
Diagrydii ſulphurati,
Eſulæ præparatæ,
Hermodact. ana drachm. quinque,
Caryophyllorum,
Macis,
Semin. Fœniculi ana drachmam unam ſemis,
Mellis cum decocto fol. Senæ deſpumati libram unam.

Fiat modo ſimpliciſſimo *Electuarium* juxta *Animadverſionem de Hiera cum Agarico Pharmacopœiæ præcedentis.*

ELE-

ELECTVARIVM HYDRAGOGVM.

℞. Rad. Ebuli,
Cort. median. Sambuci ana uncias tres,
Rad. Asari uncian unam,
Cucum. Asinini uncias duas,
Fol. Helleborí nigri,
Herb. Gratiæ Dei ana unciam unam,
Sem. Ebuli unciam unam semis.

Incisa & contusa coquantur in *aquæ simplicis s. q.* ad libras duas circiter. Factâ colaturâ & expressione, *decoctum* clarificetur, cui admisceantur

Sacchari albi,
Mellis despumati ana unciæ decem;

Coquanturque rursus ad satis crassam consistentiam: in fine adde

Elaterii sive succi Cucum. Asinini inspissati unciam semis,
Pulv. Gialappæ uncias tres,
Gummi Gamandræ unciam semis,
Cinamomi optimi drachmas sex,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ ana unciam semis.

Misce, fiat Electuarium; *Cujus dosis à drachma una ad drachmas duas vel drachmas tres in forma Boli, potiunculæ, aut cum Syrupis diluenda.*

ELECTVARIVM PANCHYMAGOGVM.

℞. Rad. Ellebori nigri unciam unam,
Polypodii querc. uncias tres,
Asari,
Rhabarbari ana unciam unam semis,
Cort. rad. Ebulæ unciam unam,
Agarici albi,
Folior. Sennæ elect. ana unciam unam semis.

Incisa & contusa, coquantur in s. q. *aquæ*, repetitis vicibus affusæ & colatæ, donec omnis virtus extracta sit. *Decoctiones colatæ*, albumine ovorum optimè clarificentur, & additis *libris duabus sacchari*, coquantur ad consistentiam *Syrupi* crassioris; cui, quando parum refrixit, adde

Pulv. Gialappæ uncias tres,
Turbith uncias duas,
Resinæ Scammoneæ unciam unam,
Sem. Anisi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 858 sur 955

Sem. Coriandri,
Nucis Moſchatæ ana unciam ſemis.

Miſce, fiat Electuarium *quod omne id præſtabit, quod cuncta* Holagoga, Panchymagoga, Cholagoga, &c. *quibuscunque etiam aliis ingredientibus illa ornata, & quot precioſis etiam Gummis ac Lapidibus, item* Moſcho, Ambrâ, *& ſimilibus, ditata ſint.*

ROB RIBIUM PURGANS.

℞. Mechoacannæ,
Gialappæ ana uncias quinque,
Turbith uncias quatuor,
Fol. Senæ elect. uncias ſex.

Quæ cuncta inciſa & contuſa extrahantur cum ſ. q. *ſpiritûs vini*, repetitis vicibus affuſi & colati: *Colatura* ſive *Extractiones* poſtea omnes filtrentur, & ad remanentiam libræ unius, per Mariæ balneum leniter abſtrahantur: Relicto *liquori*, *reſina* innatabit, quæ ſtudiosè ſeparanda inque leni calore exiccanda & pulveriſanda eſt; *Liquor* verò *reſiduus*, vel *Extractum liquidum*, ad conſiſtentiam juſtam *Extracti* in Diplomate exhalet. Cui *Extracto* adde

Rob ribium ſimpliciter cum ſ.q. Sacchari parati libras duas,
Item,
Reſinam ab Extracto ſeparatam, ſubtiliſſimè pulveriſatam,
& nonnullis Amygdalis duabus ſubactam,
Ad ſaporem verò & odorem gratum conciliandum,
Elæoſacchari Cinamomi,
Macis ana unciam unam;

Fiatque *Electuarium* juſtæ conſiſtentiæ, amabile, *cujus doſis drachmæ duæ, drachmæ tres, ad unciam ſemis, in quocunque liquore inſtar Extracti reſolubile.*

Ejuſmodi Electuaria *plura addere in facili mihi foret verùm hæc, uti arbitror, abundè ſufficerint; imo unico horum, vel etiam uno aliquo ſimplici ex præfatu ingredientibus idem præſtare poſſemus, quod omnibus conjunctim ſumptis; Addere ſaltem hæc libuit, ut varios habeant modos ſecundum veteres in hac vel illa forma medicamenta conficiendi, ſecùs enim ſuperfluum ducerem talia medicamina compoſita præſcribere.*

INFUSUM HELLEBORI.

℞. Rad. Hellebori nigri unciam unam,
Tartari albi vel Cremoris unciam ſemis,
Sem. Coriandri,
Nucis Moſchatæ ana drachmam unam.

Con-

Contusa parùm infundantur in
Vini optimi ferventis libra una, vel unciis quindecim.

Relinquanturque in calore leni per diem integrum, factâ postea colaturâ, fiat edulcoratio cum *Syrupo de Helleboro* ex *foliis parato*, quem vide in *Classe* prægressâ *Syruporum purgantium*.

Similiter ex omnibus aliis Catharticis *infusa parari queunt, quæ postea vel* Saccharo, *vel* Syrupo aliquo appropriato, *vel etiam* Mannâ *edulcoranda sunt. Et sanè* tumilibus infusionibus *plùs præstare possumus, quàm* ipsis decoctis purgantibus: *longâ enim & frequenti* coctura *plurima* vegetabilia *effæta veluti redduntur, & ad operandum inefficacia.*

Caterum, quicunque ejusmodi Infusiones *præscribere voluerit, id unicè observet, ut, si quæ resinosæ species, v. gr.* Turbith, Gialappa, Mechoacanna, &c. *infundendæ sint, ipsarum infusiones, si non cum* spiritu vini, *ad minimum* cum vino potenti *instituat*; Foliorum Senæ *verò*, Rhabarbari, &c. *infusiones cum* aqua simplici (*si* vinum *non arrideret,*) *perfici possunt.*

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS V.

Confectionum solutivarum solida in forma parandi modum proponens.

ANISUM SOLVTIVUM SOLIDUM.

℞. Sacchari albi libram unam.

Coquatur cum *aqua Anisi* ad consistentiam *Tabulati*, cui, ubi parumper refrixerit, adde

Pulv. Sem. Anisi unciam unam,
Nucis Moschatæ drachmas duas,
Scammonii sulphurati unciam unam,
Gialappæ drachmas sex.

Misce, fiat confectio in Morsellis vel Tabulis.

CONFECTIO ADVERSUS LUMBRICOS.

℞. Sem. Cynæ unciam unam,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 860 sur 955

Corallinæ unciam ſemis,
Myrrhæ drachmas tres,
Camphoræ drachmam ſemis,
Turbith Gummoſi,
Raſur. Cornu Cervi ſubt. tritæ ana unciam ſemis,
Salis Armoniaci cum Vitriolo ſubl. drachmam unam ſemis,
Sacchari in aqua Roſar. vel Aniſi ſol. libram unam.

Fiat Confectio in *Morſulis* vel *Rotulis* majoribus, inſpergantur, ſi lubet, *oleo Aniſi*, vel *Macis*.

DIACYDONIUM SOLUTIVUM.

℞. Diacydonii pellucidi ſim plicis adhuc calentis, & ad conſiſtentiam cocti libram unam ſemis,
Magiſt. Scammon.
Gialappæ ana in ſpiritu vini rectificatiſſimo ſolut. drach. ſex,
Extracti folior. Senæ,
Rhabarbari ana unciam unam.

Miſce, fiatque adhuc unâ vel alterâ leni ebullitione *Diacydonium purgans*, ad inſtar Electuarii craſſioris ſive ſolidioris, addendo ſub finem, ubi quaſi refrixit, odoris & ſaporis gratiâ,
Elæoſacchari Macis,
Cinamomi ana unciam unam.

DIACYDONIUM PELLUCIDUM PURGANS.

℞. Cydoniorum matur. mundator. & in aliquot fruſta majuſcula conſciſſor. numer. x, vel xx, plus minusvé.

Coquantur cum *aquæ ſimpl. ſ. q.* in vaſe vitreato vel patella ferrea, aut ſtanno obducta, quouſque nonnihil mucilaginoſum aſt clarum reddatur *decoctum*, cui colato, claro, & aliquantùm expreſſo, adde

Sacchari (ſi decocti libræ quatuor fuerint,) libras duas,

& ad conſiſtentiam *Gelatinæ* percoque: Huic jam ab igne remoto, admiſce

Reſinæ Scammon. & Gialappæ, in ſpiritu vini rectificatiſſimo priùs ſolutor. ana unciam unam, drachmas duas.

Et poſtquam probè mixta fuerint, *ſpirituſque vini* maxima ex parte exhalârit, effunde in exſculptas figuras plumbeas priùs madefactas, & ex his deinde immitte in ſcatulas, *Oleò Macis* vel *Cinamomi* aut *Citri* inunctas. Poſſet nec non ipſa hæc *Gelatina*, quando nonnihil exſiccata eſt, melioris aromatiſationis ergò, *oleis deſtillatis Nucistæ*,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 861 sur 955

cista, Cinamomi, Macis vel *Citri* aliquantum aspergi. *Virtutes ejus cum superiori in Pharmacopœia reformata coincidunt.*

ZINZIBER SOLIDUM SOLUTIVUM.

HUjus compositio & dextra præparatio tradita est in prægressa Pharmacopœia reformata.

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS VI,

Pilularum Compositiones exhibens.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ CAPITALES & STOMACHICÆ.

PIlularum harum *exacta præparatio duplici modo superiùs* in prægressa Pharmacopœia reformata *in ipsarummet harum* Pilularum Animadversionibus *edocta & exhibita est, quæ ibidem videantur Si quis etiam vellet harum* Pilularum massam *cum cathartico aliquo validiori*, sive Magisterio Gialappæ *aut* Scammoneæ, *vel etiam* decocto ex Helleboro vel foliorum Senæ, &c. *(quo* Aloë *priùs imbuenda, iterumque exsiccanda esset,) acuare, sanè efficeret* Pilulas, *quæ loco multarum esse possent. Vtpotè.*

℞. Fol. Helleb. nigri uncias quatuor, (vel radicum Hellebori nigri unc. tres)

Fiat affusâ s. q. *aquæ simplicis* repetitis vicibus decoctum, quo cum dissolve *Aloës libram unam*; colatum postea leniter inspissa & exsicca, cui adde *cætera Pilularum harum ingredientia, Myrrham scilicet Mastichen, olea item destillata*, aut horum loco *dimidiam partem Aromatum*, prout in secunda præparatione earundem superiùs edocui. Fiatque massa, *capitis & hypochondriorum affectibus summè proficua.*

Iuxta hanc normam vel *Methodum etiam ex* foliis Senæ, Rhabarbaro, radicibus Esulæ, Hermodactylis, &c. *decocta parantur, pro imbibitione & impregnatione* Aloës, *cui tum etiam alia postmodum commisceri possunt. Pro exemplo sint subsequentes.*

PILU-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 862 sur 955

PILULÆ ANTIHYPOCHONDRIACÆ.

℞. Rad. Hellebori nigri uncias tres,
Foliorum ejusdem recentium uncias quatuor,
Hermodactylorum unciam unam,
Croci Austr. unciam semis,
Rosarum rub. exsiccat. unciam unam.

Incisa & contusa coquantur in *aqua simplici*, repetitis vicibus affusâ, quousque vis dictarum rerum totaliter prolecta sit; Decoctum colatum clarificetur, quo cum solvatur

Aloës Succotrinæ libra una,

(quæ si impura sit, coletur, iterumque leniter exsiccetur, mollitie tamen ejus servatâ,) cui adde

Mastichis,
Myrrhæ,
Olibani ana trit. unciam semis,
Succini albi pulverisati,
Gummi Ammoniaci in vino soluti ana unciam unam,
Salis Armoniaci cum Marte sublimati,
Vitrioli Martis cum spiritu Virrioli facti ana drachmas sex,

Fiat Massa Pilularum; quæ aromatizetur

Ol. stillat. Mastichis,
Succini,
Macis ana drachma una.

Usus horis duabus vel tribus à cœna sed in pauca quantitate, ut saltem alvum postero diebus tervé laxent.

PILULÆ DE ALOE ROSATA.

PRæparentur juxta modum superiùs præscriptum in nostris super easdem factis *Animadversionibus*, nimirum cum simplici infusione Rosarum.

PILULÆ DE CYNOGLOSSA.

℞. Radic. florum & herbarum Cynoglossæ uncias quatuor,
Flor. Nymphææ recent. uncias duas.

Fiat ex illis affusâ *s. q aquæ* decoctum, quod clarificetur; cum quo dissolve

Opii, per evaporationem Sulphuris Narcotici, uti superiùs monitum præparati, unciam unam semis.

Coletur, colatura iterum ad siccitatem inspissetur, sive ad formam extracti leni ter evaporet; Cui adde

Ladani,

Ladani,
Styracis Calamitæ,
Myrrhæ ana unciam ſemis,
Olei Nuciſtæ expr. drachm. tres,
Balſami Peruviani unciam ſemis.

Miſce, fiat maſſa Pilularum, *in affectibus catarrhoſis & dyſenteria proficua.*

PILULÆ DE EUPATORIO HEPATICÆ.

℞. Succor. Eupatorii Meſuæ,
Agrimoniæ,
Hepaticæ nobilis,
Abſinthii ana libram unam;
Cum quibus ſolvatur
Aloës Succotrinæ libra una,

quæ iterùm leniter cum ipſis in M. B. vel arena evaporet, cui antequam prorſus ad ſiccitatem redacta eſt, adde

Pulveris Rhabarbari unciam unam,
Gummi Ammoniaci vino diluti, unciam unam ſemis,
Pulv. Croci drachmas tres,
Extracti Helleb. noſtro modo facti, unciam unam ſemis,
Salis Armon. cum Martè ſubl. drachmas ſex,
Olei Succini drachmas tres.

Fiat Maſſa; *affectibus hepaticis & hypochondriacis ſummè conducibilis, ex qua formentur Pilulæ magnitudine piſorum, bihorium poſt cœnam uſurpandæ.*

PILULÆ MASTICHINÆ.

℞. Agarici albi unciam unam ſemis.

Infunde in *vini optimi & ſpirituoſi* ℔ j, per diem & noctem; factâ colaturâ & expreſſione, adde *expreſſo vino* adhuc calenti

Aloës Succotrinæ uncias duas.

Iterumque leniter evaporare ſine ad formam *Extracti* ſpiſſioris, cui admiſce

Maſtichis electæ pulveriſatæ unciam unam;

Fiatque leniter exiccando *Maſſa, in affectibus ventriculi & capitis utiliſſima.*

PILULÆ PANCHYMAGOGÆ.

℞. Pulpæ Colocynthidæ uncias duas,
Agarici albi,
Rhabarbari ana unciam unam,

Helle-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 864 sur 955

Hellebori nigri uncias duas,
Hermodactyl. uncias duas semis,
Fol. Senæ uncias tres,
Cort. median. Sambuci,
Sem. Ebuli ana unciam unam,
Herb. Gratiæ D E I drachmas sex.

Incisa & contusa coquantur in *aquæ simplicis* s. q. ad totalem dictarum rerum virtutum extractionem, bis vel ter *aquam recentem* affundendo. *Decoctiones colatæ & expressæ* albumine ovorum clarificentur, & ad libram unam circiter evaporent; cui adde

Aloës Epaticæ libram unam,

& leni calore reduc in Extracti consistentiam, in fine superaddendo

Magisterii Gialappæ,
Scammoneæ ana unciam semis,
Mastichis electæ drachmas sex,
Ol. Nucistæ destill. drachmam unam.

Fiat Massa Pilularum. *Dosis scrupulus unus, vel ad summum drachma semis.*

PILULÆ PESTILENTIALES.

℞. Scordii recentis nostrat. libram semis,
Rutæ recent. uncias tres,
Radic. Angelicæ,
Zedoariæ,
Contrajervæ ana unciam unam,
Baccar. Juniperi unciam unam semis.

Incisa & contusa coquantur in *aqua simplici* sæpiùs affusa, quousque tota prædictorum vis extracta sit, *Decoctum* albumine ovorum optimè clarificatum ad libram unam circiter evaporet; cui adde

Aloës Succotrinæ libram unam

Et in leni calore redige ad *consistentiam extracti spissioris*, superaddendo

Myrrhæ opt. uncias tres,
Croci Austr. unciam semis,

cum vino parumper diluta.

Et ubi jam debitam *Massæ* consistentiam acquisiverint, admisce vel instilla

Olei Juniperi,
Rutæ,
Angelicæ,
Succini ana drachmam unam, vel drachmam unam semis;

& malaxando fiat *Massa, in præservatione pestis perutilis.*

PIL U-

PILULÆ DE RHABARBARO.

℞. Rhabarbari optimi,
Abſinthii noſtrat.
Agrimoniæ,
Hepaticæ nobilis ana uncias duas.

Inciſa & contuſa coquantur in *aqua ſimplicis* ad omnimodam virtutum extractionem ; *Decoctum expreſſum*, & albumine ovorum clarificatum, evaporet ad libram unam circiter ; cui addatur

Aloës Succotrinæ opt. libr. ſemis.

Tum exſiccentur in calore leni ad *conſiſtentiam ſpiſſioris extracti*, ultimò ſuperinjiciendo

Maſtichis electæ pulveriſatæ unciam ſemis,
Croci pulveriſati, & diluti vino, drachmas duas.
Et ſi lubido fuerit,
Olei Abſinthii deſtillat. drachmas duas.

Fiatque *Maſſa pilularum Epatica*.

PILULÆ STOMACHICÆ, Vel etiam ANTIHYPOCHONDRIACÆ.

℞. Succi Abſinthii noſtrat. libras duas,
In quibus diſſolve
Aloës Succotrinæ libram unam.

Et leni calore ad ſiccitatem iterùm inſpiſſa, addendo inſuper

Pulv. Roſarum rub. drachmas duas,
Maſtichis,
Myrrhæ,
Olibani,
Succini albi,
Croci Auſtriaci,
Baccar. Lauri excort. ana unciam ſemis,
Reſinæ Gialappæ, vel ejus loco, Scammonii ſulphurati, aut Reſinæ ejuſdem unciam unam,
Extracti Helleb. nigri noſtro modo facti uncias duas.

Miſce, & cum *Elixireos Proprietatis* ſ. q. fiat *Maſſa*, ex qua formentur *Pilulæ* piſorum magnitudine, *quarum doſis numero tres, bihorio à cœna*.

PHAR-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 866 sur 955

PHARMACOPOEIÆ PEGIÆ

CLASSIS VII,

Extractorum genuinum conficiendi modum tradens.

QVâ ratione Extracta *cùm* Simplicia, *tùm* Compoſita, *dextrè confici debeant, ſuperiùs ſufficienter edocui, ut opus non ſit hac de re prolixè heîc diſſerere, vel etiam diverſa* Compoſita Cholagoga, Phlegmagoga, Melancholagoga, Panchymagoga *præſcribere vel efformare; hoc ſaltem moneo, ut* Extracta ſimplicia *benè conficiantur, ſcilicet de* Agarico, Rhabarbaro, Gialappa, Mechoacanna, foliis Senæ, Helleboro, Colocynth. &c. *ex quibus enumerata, ſi tantoperè expetantur, extempore parari queunt.*

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM PRO POTIONIBUS.

℞. Rhabarbari opt.
Hermodactylorum,
Hellebori nigri ana uncias tres,
Turbith albi uncias duas,
Gialappæ uncias quatuor,
Cort. median. Sambuci uncias duas,
Fol. Senæ elect. uncias quatuor.

Inciſa & contuſa extrahantur cum *ſpiritu vini* repetitis vicibus affuſo, quouſque tota vis cathartica extracta ſit; *Extractiones filtratæ* abſtrahantur in cucurbita vitrea in M. B. ad remanentiam *libræ unius* circiter: poſtea ab hoc *liquore* ſive *extracto liquido, innatans Reſina* ſeparetur; quo facto, *liquor dictus* leniter, vel in diplomate, ad conſiſtentiam Extracti debitam evaporet, cui denuò admiſceatur *Reſina ab ipſo ſeparata, & recentis ac rectificatiſſimi vini ſpiritûs* ſ. q. priùs ſoluta, fiatque *Extractum* juſtæ conſiſtentiæ.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM PRO PILULIS.

℞. Rhabarbari opt. unciam unam,
Agarici albi uncias duas,

Gia-

Gialappæ uncias tres,
Turbith gummoſi uncias duas,
Colocynthid. unciam unam ſemis,
Hellebori nigri uncias duas,
Fol. Senæ uncias quatuor,
Sem. Ebuli,
Scammonii ana unciam unam.

Inciſa & contuſa extrahantur cum ſ. q. *ſpiritûs vini*, quouſque tota vis extracta ſit; *Extractiones* omnes abſtrahantur in M. B. ad remanentiam libræ unius, quæ, ſeparatâ *reſinâ*, fundatur ſuper libram dimidiam *Aloës roſatæ*, & in calore leni ſimul exſiccentur, admiſcendo ultimò *reſinam ſeparatam*, & *recent. ſpirit. vini* ſ. q. ſolutam, atque ita fiat *Extractum* latis ſpiſſum in forma *Maſſæ pilularum*.

LAVDANVM OPIATVM.

℞. Extracti Opii, priùs per lenem calcinationem ſuper lamina ferrea parati unciam unam,
Extracti Croci Auſtriaci drachmas tres,
Caſtorei drachmas duas,
Ol. Nuc. Moſchat. expreſſi drachmas duas,
Sulphuris Vitrioli Narcot. rubicundi,
Bezoardici Solaris ana unciam ſemis,
Solut. Perlarum Orientat.
Corall. rub. ana drachmas tres,
Ol. ſtillat. Coriandri drachmam unam,
Cinamomi,
Succini ana drachmam ſemis.

Miſce, & cum *Syrupo Papaveris Rhœados* redigatur in *maſſam* juſtæ conſiſtentiæ, cui ſi lubido fuerit, *Ambra* & *Moſchus* permiceri poſſunt. *Doſis ejus ſcrupulus ſemis, ad gran. xij, & xv.*

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS VIII.

Decoctorum ſtructuram exponens.

DECOCTUM APERITIVUM.

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 868 sur 955

Rad. Petroſelini,
Cichorii ana unciam unam ſemis,
Cort. Tamariſci,
Cappar. ana unciam unam,
Herb. Agrimoniæ,
Betonicæ,
Eupatorii,
Ceterach,
Fumariæ,
Thymi ana M iij,
Flor. Roſarum rub. manipulos duos,
Sem. Aniſi,
Coriandri ana unciam unam,
Tartari Cremoris unciam unam ſemis.

Inciſa & contuſa, ſuperfundantur cum *aquæ ferventis* ℔ *vj*, vel *viij*, ſtent in digeſtione loco calido, factaque unâ vel altera ebullitione in cucurbita vitrea, vel veſica parva ſtanno obducta, (ut exigua illa quæ prodit humiditas, reſtitui poſſit,) fiat colatura & expreſſio, nec non clarificatio cum albumin. ovorum: poſtea edulcoretur cum *Syrupo aliquo appropriato*, & ſi lubet etiam, acuetur cum *ſalis armoniaci ſublimati unc. j*, & *ſpiritûs ſalis ſ. q.* pro grato acore.

DECOCTUM CARMINATIVUM.

℞. Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Dauci,
Cumini,
Coriandri,
Carui ana unciam unam,
Flor. Chamomillæ Rom. manipulos tres,
Baccarum Lauri unciam unam ſemis.
Miſce; Inciſa & contuſa, ſi opus eſt, coquantur ut ſuprà.

DECOCTUM CONTRA CALCULUM, Vel NEPHRITICUM.

℞. Rad. Liquiritiæ recentis unciam unam ſemis,
Petroſelini,
Apii ana unciam unam,
Herb. Rutæ murar. manipulos duos,
Fol. Althææ manipulum unum,
Granor. Juniperi drachmas ſex,
Alkekengi unciam unam,

Sem.

Sem. Dauci unciam unam,
Urticæ unciam semis,
Cicerum rub. uncias tres,
Oculorum Cancror. drachmas duas,
Tartari Cremoris unciam unam,
Macis drachmas tres.

Incisa & contusa crassiusculè coquantur benè in Alembico (ut exstillans humiditas restitui possit,) cum ℔ x, vel xij *aquæ fontanæ*, vel quod melius, *vini albi*; Deinde coletur *decoctum*, & clarificetur, cum quo fiat *emulsio ex sem. quatuor frigid. major. ana unc. j*; cui adde

Sacchari albi uncias quatuor,
Succi Citri recentis uncias octo.
Misce.

Nota; *quod etiam sine seminibus quatuor frigid. pro potu ordinario inservire possit hoc decoctum.*

DECOCTUM FLORUM ET FRUCTUUM PECTORALE.

℞. Rad. Glycyrrhizæ unciam unam semis,
Enulæ,
Ireos ana unciam unam,
Herb. Hyssopi,
Veronicæ,
Pulmonar. macul. ana manip. tres,
Flor. Rosarum rub.
Borraginis,
Buglossæ,
Violarum ana manipulum unum,
Ficuum pingu.
Dactyl. ana num. xv,
Jujub. num. xxx.
Passul. major. uncias duas
Misce.

Incisa & contusa, serventur pro usu, vel coquantur, prout superiùs innui, & ultimò etiam addatur aliquid de *sale armoniaco*, cum *Vitriolo sublimato*.

DECOCTUM FOLIORUM SENÆ.

℞. Fol. Senæ unciam unam,
Zinziberis,
Caryophyll. ana drachmam semis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 870 sur 955

Coriandri drachmam unam,
Aquæ ferventis libram unam, uncias tres.

Fiat infusio & colatura sine coctione pro potionibus purgantibus.

HYDOMEL PURGANS.

℞. Fol. Senæ unciam unam semis,
Tartari albi puri unciam semis,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Coriandri ana drachmam unam.

Misce. Incisa infundantur cum *Hydromellis ferventis libra una semis*; fiat digestio per diem, postea coletur, serveturque usui.

POTUS HIPPOCRATICI.

DEscripti sunt in *prægressa Pharmacopœia reformata*, quò benevolum Lectorem ablego.

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS IX,

Pulverum Medicamentorum compositiones exhibens.

PVLVIS SENÆ SOLVTIVS

GROSSUS.

℞. Fol. Senæ elect. ʃ. ſt. unciam unam,
Conscindantur cum forfice crassiusculè, minutim tamen, quibus addantur
Coriandri,
Macis ana grosso modo conquass. drachma una,
Cremoris Tartari drachma una semis. Misce.

Hic Pulvis in substantia jusculo vel panatella assumi aut quoties libuerit, cum vino vel aqua infundi potest infusum postmodum colatum usurpari. Sufficiet autem pro dosi in substantia ʒ ß; pro infusione verò ʒ j, ʒ j ß, vel ʒ ij, si plus quàm uncias tres vel quatuor vini aut aquæ non affuderis.

PUL-

PULVIS SOLVTIVUS TARTARISATUS.

℞. Gialappæ unciam unam ſemis,
Mechoacannæ unciam unam,
Cremoris Tartari drachmas ſex,
Ol. Macis drachmam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis. Vel

℞. Pulv. Gialappæ uncias duas,
Cremoris Tartari unciam ſemis,
Ol. Macis ſcrupulum unum:
Miſce, fiat Pulvis.

PULVIS SOLVTIV. DE TRIBVS.

℞. Fol. Senæ drachmas ſex,
Turbith gummoſi drachm. quatuor,
Rhabarbari drachmas tres,
Tartari drachmas duas,
Coriandri,
Macis ana drachmam unam.
Miſce, fiat Pulvis.

PULVIS COMIT. DE WARWICH.

HUjus Pulveris præparationem ſuperius invenies.

PULVIS AD SUPPOSITORIA.

℞. Trochiſcor. Alhandal drachmam unam ſemis,
Salis communis unciam ſemis,
Aloës Epaticæ drachmas ſex,
Ol. ſtillat. Ceræ drachmam unam,
Miſce.

SUPPOSITORIA SICCA.

℞. Pulv. Aloës Epat. unciam ſemis,
Trochiſc. Alhandal drachmam unam,
Croci metallor. drachmam unam ſemis;
Salis ſimplicis,
Farinæ Hordei ana unciam unam,
Vitellor. ovorum q. ſ.
ut exinde Suppoſitoria formari poſſint: adde
Olei ſtillat. Ceræ drachmam unam ſemis.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 872 sur 955

PULVIS CONTRA VERMES.

℞. Sem. Cynæ unciam unam,
Corallinæ unciam ſemis,
Myrrhæ drachmam unam,
Mercurii dulcis unciam ſemis, drachmas duas,
Raſuræ Cornu Cervi,
Turbith ana drachmas duas,
Sacchari albi unciam unam,
Ol. Macis ſcrupulum unum.
Miſce, fiat Pulvis.

PULVIS CONTRA ABORTUM.

℞. Granorum Kermes unciam ſemis,
Margarit. Orient. præpar.
Corall. rub. præpar. ana drachmas tres,
Nucis Moſchat. unciam ſemis,
Roſar. rubrar.
Ligni Aloës gummoſi,
Maſtichis electæ,
Succini albi ana drachmas tres,
Sacchari albiſſimi uncias tres,
Ol. ſtillat. Nuciſtæ,
Coriandri ana ſcrupul. unum, vel drach. ſemis.
Miſce, fiat Pulvis.

PULVIS ADSTRINGENS AD USUM EXTER.

℞. Aloës Epaticæ,
Thuris,
Maſtichis,
Terræ ſigillatæ,
Lapidis Hæmatit.
Gallarum,
Rad. Tormentillæ ana unciam ſemis,
Vitrioli Veneris cærul. ad albed. calcinati unc. unam ſemis,
Aluminis unciam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis.

PULVIS BEZOARDIC. PRIMUS.

QVamvis *de* Pulveribus Bezoardicis *ſufficienter actum ſit in fine* Mantiſſæ *ſub titulo* de Cornu Cervi philoſophico; *item in* Anim-

Animadverſionibus Claſſis duodecimæ, *ubi de* Pulvere Viperarum *egimus; nihilominùs addam adhuc unam vel alteram compoſitionem, ſi prædicti habere nequeant. Ex. gr.*

℞. Rad. Angelicæ,
Contrajervæ,
Cardopatiæ ana unciam ſemis,
Herb. Rutæ,
Scordii ana unciam unam,
Sem. Citri,
Rutæ ana drachmas tres,
Cornu Cervi raſpati,
Salis Cornu Cervi volatilis ana unciam ſemis,
Succini,
Myrrhæ ana drachmas quinque,
Sulphuris crudi pellucidi unciam unam,
Ol. ſtillat. Succini,
Rutæ ana drachmam unam ſemis,
Macis drachmam unam.

Miſce, fiat Pulvis ſubtiliſſimus in vitro clauſo aſſervandus.

PVLVIS BEZOARDICVS SECUNDUS.

℞. Bezoardici Solaris,
Antimonii Diaphor. recent. facti ana unciam ſemis,
Sulphuris crudi opt. drachm. ſex,
Sacchari albi unciam ſemis,
Ol. Macis drachmam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis.

PVLVIS BEZOARDICVS TERTIUS SOLARIS.

℞. Croci Solis, in fine Mantiſſæ Pharmacopœiæ prægreſſæ edocti fol. 808. drachmam unam,
Antimon. Diaphoret. unciam ſemis,
Eſſentiæ Citri ſiccæ Sacchar. drachmam unam.

Miſce, fiat Pulvis in vitro cuſtodiendus. *Doſis drachma ſemis ad ſcrupulos duos, & drachmam unam.*

PVLVIS CACHETICVS.

℞. Vitrioli Martis cum ſpiritu Vitrioli facti unciam unam,
Solut. Corall. rub. drachmas ſex,
Succini albi præparat.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 874 sur 955

Mastichis electæ ana drachmas duas,
Sacchari albi uncias tres,
Olei Cinamomi drachmam unam.
Misce, fiat Pulvis subtilissimus.

PULVIS AD CALCVLVM.

℞. Rad. Petroselini,
Liquiritiæ,
Saxifrag. alb. ana unciam semis,
Baccarum Alkekengi,
Juniperi ana drachmas tres,
Sem. Dauci,
Milii Solis ana drachmas duas,
Ocul. Cancror. præpar. unciam unam,
Sacchari albi uncias duas,
Olei Succini,
Spiritûs Terebinth. ana drachmam unam semis.
Misce, fiat Pulvis.

PULVIS ALIUS AD CALCULUM.

℞. Cancrorum marinor. (Italicè *Cancrelli*.) superiorum corticum separator. ab aliis partibus & siccator. uncias duas,
Umbilicorum marinorum unciam unam.
Misce, fiat Pulvis subtilissimus, *cujus dosis* ℥ j, ℥ i ß. *Similiter ex Cancris nostrat. pulvis ad hunc affectum parari potest.*

PULVIS CAPITALIS, Sive CEPHALICUS.

℞. Rad. Doronici veri.
Costi dulcis,
Ligni Aloës gummosi,
Cubebarum,
Cardamomi,
Coriandri,
Nucis Moschat. ana unciam semis,
Mastichis electæ drachmas duas,
Ambræ gryseæ drachmam semis,
solutæ in
Gl. stillat. Cinamomi drachmam unam,
Sacchari albissimi uncias tres vel quatuor.
Misce, fiat Pulvis, caput insigniter roborans.

PUL-

PVLVIS AD CASVM.

℞. Pulv. Myrrhæ electæ drachmas ſex,
Sanguin. Dracon. drachmas tres,
Hirci modo ſuperiùs edocto parati,
Oculorum Cancrorum præpar. ana drachmas ſex,
Spermatis Ceti unciam ſemis,
Sacchari uuciam unam,
Olei Succini deſtillat. drachmas duas.
Fiat Pulvis,

PVLVIS DYSENTERICVS.

℞. Oculorum Cancrorum præpar.
Coralliorum rub. præpar.
Croci Martis adſtringentis ana unciam ſemis.
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Aluminis crudi ana drachmas duas,
Nucis Moſchatæ,
Cinamomi ana drachmas tres,
Sacchari albi unciam unam,
Ol. Nuciſt. expreſſ. drachmas duas.
Miſce, fiat Pulvis ſubtilis.

PULVIS EPILEPTICVS.

Pulveres Epileptici deſcripti ſunt in *Mantiſſa reformata* ſub titulo *Cornu Cervi Philoſophici*. Videatur etiam *Pulv. Marchionis* in *Pharmacopœia prægreſſa*.

PULVIS HYSTERICVS.

℞. Rad. Pæoniæ deb. temp. coll. unciam unam,
Antophyllorum drachmas tres,
Croci Auſtriaci,
Caſtorei ana drachmas duas,
Succini præpar.
Solut. Matris perlar.
Coralliorum,
Salis Jovis, ſive Stanni Angl. ana unciam ſemis.
Sacchari albi unciam unam,
Olei ſtillat. Succini drachmam unam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis in ſuffocatione & ſtrangulatione uteri accommodatiſſimus.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 876 sur 955

PVLVIS AD NASALIA.

VIdeatur ſuperiùs in prægreſſa *Pharmacopœia reformata.*

PVLVIS PARTVM PROVOCANS.

℞. Boleti Cervi unciam ſemis,
Glaciei Mariæ fixæ (quæ eſt ſpecies Talci.)
Cinamomi optimi ana drachmas duas,
Bezoar Occident. drachmam unam.
Miſce, fiat Pulvis.

Item, *Iecur & Fel Anguillæ* ſiccata & pulveriſata, experta ſunt remedia. Videantur etiam *pulveres* in hunc finem ordinati, in *Pharmacopœia reformata.*

PVLVIS PLEVRITICVS.

℞. Raſuræ minutiſſ. dentium Apri unciam ſemis,
Priapi Cervi drachm. tres,
Sanguinis Hirci juxta modum ſuperiùs edoctum præparati unciam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis ſubtil.

PVLVIS STERNVTATORIUS.

VIdeatur *Pharmacopœia progreſſa reformata.*

PULVIS STOMACHICVS.

℞. Calami Aromatici,
Pimpinellæ rad.
Aronis rad.
Nucis Moſchatæ,
Oculorum Cancrorum præpar.
Granorum Juniperi ana unciam ſemis,
Sacchari albi uncias quatuor,
Ol. ſtillat. Cinamomi,
Caryophyllorum ana drachmam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis.

PULVIS AD STRVMAS.

VIdeatur ejus compoſitio in *Pharmacopœia reformata.*

PHAR-

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS X.

Eclegmatum, Diacodiorum, & Lohoch formulas comprehendens.

DIACODIUM, Sive ECLEGMA PECTORALE.

℞. Siliquarum dulcium uncias tres,
Glycyrrhizæ rasæ uncias duas.
Incisa coquantur in *ſ. q. aqua* ad remanentiam ℔ *ij*; *decoctum* clarificetur, & asservetur: postea

℞. Hujus decocti libram semis; & cum
Sem. Papaveris albi unciis duabus,
Cucurbitæ excort. unciâ unâ,
diu ac fortiter contusorum; fiat *emulsio crassa* per pannum linteum rarum colanda & exprimendâ; hâc interim asservatâ, accipiatur
Reliqua decocti libra una semis; & additâ
Sacchari albiss. libra unâ & dimidiâ;
coquatur ferè ad consistentiam *Tabulati*, cui junge *emulsionem crassam superiùs factam*, & fine ulteriore coctione repone.

DIACODIUM PAPAVERINUM Loco SYRUPI usurpandum.

℞. Capitum Papaveris numero xij.
Concisa coquantur in *aquæ ſ. q.* ad libras duas; *decoctum* albumine ovorum optimè clarificetur,
Cujus decocti recip. libr. semis, & cum
Sem. Papav. albi unciis tribus,
diu multùmque contundendo, fiat *emulsio crassissima*, ut potior pars in colatura per pannum linteum rarum transeat, quæ interim asservetur: Tum

℞. Residuam decocti libram unam semis, & cum
Sacchari libra una,
percoque ferè ad consistentiam *Tabulati*; cui remoto ab igne, adde *emulsionem superiùs factam*, ac fine ulteriori coctione reserva usui.

DIA-

DIACODIVM SOLID. SIMPLEX.

℞. Emulsionis fortissimæ seminum Papaveris cum decocto capitum ejusd. factæ q. s.
Sacchari albissimi pulverisati libram unam.
Fiatque sine coctione ad modum *Rotularum* ex *succis acidis* confectio solida, sive in forma *Rotularum*, sive *Morsulorum*.

DIACODIVM DYSENTERICVM.

℞. Flor. rosarum rub. exsiccat. unciam unam semis,
Balaustiorum unciam semis,
Succi Hypocistid. drachmas duas.
Coquantur in *s. q. aquæ* ad libras duas; *decoctum* coletur, & optimè albumine ovi clarificetur.
Hujus decocti accipe libram semis,
Sem. Papaveris albi uncias tres.
Ex quibus per continuam fortemque contusionem fiat *emulsio crassissima*, per pannum rarum lineum colanda, interimque asservanda, Jam
℞. Decoctum residuum asservatum; & additâ
Sacchari albi libra unâ,
percoque ad consistentiam *Tabulati*; cui ab igne remoto, addantur
Emulsio primò superius facta;
Deinde reliqui pulveres subsequentes; utpotè
Croci Austriaci drachmæ tres,
Ocul. Cancrorum præpar.
Coral. rub. præpar. ana uncia una,
Rad. Glycyrrhizæ,
Nuc. Moschat. ana uncia semis. Misce, fiat Diacodium.

LOHOCH PECTORALE.

℞. Rad. Ireos unciam unam semis,
Liquirit. unciam unam,
Passular. majorum unciam unam semis,
Dactylorum numero decem,
Pulmonariæ maculosæ manipulum unum.
Incisa & contusa coquantur in *s. q. aquæ* ad libras duas. *Decocti* colati & optimè clarificati, accipe ℔ ß; item
Nucleor. Pinear. unciam unam semis,
Amygdal. dulcium unciam unam.
Fiat s. a. ex iis *emulsio crassissima*, per pannum rarum lineum colanda & exprimenda; hâc interim asservatâ, accipiatur
Decoctum residuum; & cum
Sacchari libra unâ,

coqua-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 879 sur 955

coquatur ad consistentiam *Tabulati*; cui ab igne remoto, adde
Emulsionem asservatam; Item,
Pul. rad. Ireos unciam unam semis,
Liquiritiæ drach. sex,
Amyli unciam semis; & si libuerit,
Oxymellis Scillit. paulò ad crassitiem cocti unc. tres.
Fiatque Lohoch.

LOHOCH DE PVLMONE VULP.

℞. Rad. Liquirit. unciam unam,
Ireos unciam semis,
Capillorum Veneris,
Pulmonar. maculos. ana manipulos duos.
Incisa coquantur in *aqua* ad *libras duas* circiter; *decoctum* colatur & clarificetur, additâque *sacchari libra una*, denuò coquatur ad consistentiam *Syrupi*, cui admisce
Pul. pulmon. Vulpis siccat. & nostro modo parator. unciam unam semis,
Ireos Flor. unciam unam,
Liquiritiæ,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana unciam semis.
Misce, fiat Lohoch.

LOHOCH DE SCILLA GALENI.

Fiat ad mentem *Galeni* superiùs in *Pharmacopœia reformata*, scilicet ex *succo Scillæ non præparatæ vel assatæ, sed crudæ.*

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS XI,

Specierum seu Pulverum aromaticorum dextram conficiendi normam demonstrans.

Quamtumvis in superiori Classe nona, *ubi de* Pulveribus medicatis *actum est, contra plurimos humani corporis affectus non pauci* Pulveres compositi *traditi sunt, ut adeò*

non

non tantoperè necessum esset, plures Pulveres *sive* Species aromaticas compositas *addere, nihilominùs adjiciam aliquot compositiones, sed paucas & selectiores, quas abundè sufficere existimo. Videantur etiam* Animadversiones *nostræ super eandem citatam* Classem, *ex quibus compositionum absurditates evidenter elucescent, quibus post-liminio positis spretisque commendamus sequentes, ceu illis & elegantiores, & multò efficaciores.*

SPECIES CONTRA APOPLEX.

℞. Rad. Pæoniæ maris deb. t. coll. unciam unam,
Pyrethri,
Piperis longi,
Sem. Erucæ,
Sileris mont. ana unciam semis.

Contusa crassiusculè, coquantur in s. q. *aquæ* ad libram semis; *decoctum* coletur & clarificetur optimè; cui adde

Sacchari albissimi libram semis;

iterumque ad consistentiam *Tabulati* coquatur, in quo paululum refrigerato, dissolve & liquefac, si lubet,

Ambræ gryseæ drachmam unam.

Et dum adhuc parùm calet, eidem instilla

Ol. stillat. Cinamomi scrupulos duos,
Lavendulæ,
Succini ana drachmam unam;

Superaddendo

Pulv. Bezoard. Cervini simpl. in fine Mantissæ edocti drachmas tres,
Cardamomi,
Cubebarum ana drachmas duas semis,
Sem. Erucæ,
Coriandri,
Solution. Perlarum,
Corallior. ana drachmas duas.

Misce, fiat *Pulvis subtilissimus*; cui etiam *Salium volatilium* aliquid, vel *Cornu Cervi*, vel *Microcosmi* admisceri posset, si odorem ingratum patientes vel ægri non aversentur. Asservetur in vitro cerâ & vesicâ optimè clauso, in loco sicco vel tepido, *estque in Apoplexia summæ activitatis.*

SPECIES CONTRA EPILEPSIAM.

℞. Rad. Pæoniæ,
Flor. Tiliæ ana unciam unam,
Piperis longi drachmas tres,

Incisa

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 881 sur 955

Inciſa & contuſa craſſiuſculè coquantur in *aquæ ſimpl. ſ. q.* affusâ ad uncias quatuor circiter; *Decoctum* coletur, clarificetur, & ad uncias duas circiter evaporet, cum quo contundantur optimè & diu,

Semin. Pæoniæ excort. unciæ duæ,

ut ferè totaliter per colatorium ad inſtar *emulſionis craſſiſſimæ* cogi queant. Tùm

℞ Sacchari albiſſimi pulveriſati libram ſemis.

Quod ſupra ignem recentem, cum *prædictæ emulſionis* ſ. q. diſſolve ſine ebullitione, ac ſi tabulæ ex ſuccis acidis confici deberent; in quo, remoto ab igne, diſſolve

Ambræ gryſeæ drachmam unam,
vel loco hujus
Ladani puri aut Reſinæ ejus drachmas duas:
Superaddendo
Bezoardici Cervini ſimplicis unciam ſemis,
Pulv. jecinorum Ranarum drachmas duas,
Cranii humani ſimpliciter præpar. drachmas tres,
Pul. rad. Pæoniæ d. t. coll. unciam ſemis,
Olei Cinamomi,
Coriandri ana ſtillat. drachmam unam,
Succini rectif. ſcrupulos duos.

Miſce; fiat *pulvis ſubtiliſſimus, & ad inſultus epilepticos inhibendos efficaciſſimus, cui etiam Salis volatilis cranii humani particula admiſceri poſſet; ſed hæc ſint penes arbitrium Medici, cùm facilius addi quàm demi queat.*

PVLVIS ALIUS EPILEPTICVS.

℞. Pulv. Bezoardici Cervini ſimplic. in fine Mantiſſæ edocti unciam ſemis,
Cranii humani præpar. drachmas tres,
Raſuræ ungulæ Alcis drachmas duas,
Rad. Pæon. d. t. coll drachmas ſex,
Salis volatilis Cranii humani,
Pulv. ſem. Coriandri ana unciam ſemis,
Sacchari albiſſimi unciam unam ſemis,
Ol. ſtillat. Succini,
Majoranæ ana drachmam unam.

Miſce, fiat *pulvis ſubtiliſſimus*, cuſtodiatur in vitro anguſti orificii.

Nota; *quod huic intentioni diverſæ* compoſitiones *vel* pulveres Antepileptici, *ex rebus, quas Authores hinc inde commendant, addi poſſent, utpotè ex* Cinnabari nativa, *vel* Antimonii, Magiſterio & Bezoardico Lunari, Secundinis exſiccatis mulieris primiparæ filium enixæ; *Item ex* Mercurio dulci, *ſi ſuſpicio vermium ſubeſſet: Verùm hæc ſint etiam penes arbitrium Medici.*

Qui-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 882 sur 955

Quicunque etiam vel unicâ re maximè appropriatâ, ex enumeratis compositis contentus esse velit, is sanè meo judicio non malè faciet, quin multa præstabit.

Sub titulo Cornu Cervi Philosoph. *in fine* Mantissæ *præcedentis* Pharmacopœiæ reformatæ, *videantur plura* medicamenta Antepileptica, *& celebriora.*

SPECIES CEPHALICÆ.

℞. Sacchari albissimi in pauxillo aquæ Cinamomi vel simpl. sol. uncias quatuor.

Coquatur ad consistentiam *Tabulati*; cui remoto ab igne, & nonnihil refrigerato, admisce, vel in eo dissolve

Ambræ gryseæ drachmam unam; superaddendo
Pulv. rad. Doronici drachmas sex,
Cyperi rotundi,
Ligni Aloës gummosi ana drachmas duas.
Macis,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi,
Coriandri ana unciam semis,
Cubebarum drachmas duas,
Ol. stillat. Coriandri,
Cinamomi,
Majoranæ ana drachmam semis.

Misce, fiat Pulvis subtilissimus, *cerebri affectibus frigidis maximè conducibilis. Custodiatur in vitro clauso, loco tepido.*

SPECIES CORDIALES.

℞. Sacchari albissimi pulvarisati uncias quatuor;
Solvatur supra ignem cum s. q.
Succi ex Corticibus Citri extimis expressi,

sine ebullitione, ac si *Tabula* ex succis acidis confici deberent; cui ab igne remoto, & nonnihil refrigerato, adde, ut in eo liquescant,

Ambræ gryseæ drachma semis,
Resinæ Styracis Calamitæ,
Ladani ana drachma una.

Et dum adhuc parùm calet, superadde

Ol. stillat, Rosar. veri scrupulum unum,
Cinamomi,
Macis ana scrupulos duos,
Solution. Perlarum,
Coralliorum ana unciam semis,
Cassiæ ligneæ veræ,

Croci

Croci Auſtriaci ana drachmas tres,
Ligni Aloës gummoſi drachmas duas,
Rad. Doronici unciam ſemis.

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus, *cordi egregium robur addens. Servetur in vitro benè clauſo, & loco tepido vel ſicco.*

SPECIES DE GEMMIS, Vel PRECIOSIS FRIGIDÆ.

℞. Margaritarum Orientalium unciam ſemis,
Corallior. rub. præpar. unciam unam,
(vel, ſi lubet, ipſorum ſolutiones accipiantur,)
Sem. Acetoſæ,
Baſilicon. ana drachmas tres,
Citri excort.
Flor. Roſar. rub. ana drachmas ſex,
Bezoard. cervini ſimpl. in fine Mantiſſ. præced. Pharmacopœdocti, unciam unam,
Ol. ſtillat. roſar. veri ſcrupul. unum, vel drachm. ſemis.

Miſce, fiant ſpecies vel pulvis ſubtiliſſimus, *in ſubitaneis alterationibus infantum & ſenum perutilis. Cui etiam Bezoar Occidentalis drach. ij vel iij, pro lubitu addi poſſent.*

SPECIES DE GEMMIS, Sive PRECIOSIS CALIDÆ.

℞. Margarit. Oriental. præpar. unciam ſemis,
Corallior. rub. præpar. unciam unam,
(vel ſolutiones eorundem accipiantur)
Rad. Contrajervæ,
Zedoariæ ana unciam ſemis,
Croci Auſtriaci drachmas tres,
Sem. Aquilegiæ,
Citri ana unciam ſemis.
Macis,
Galangæ,
Caryophyllor. ana drachmas duas,
Bezoardici cervini ſimpl. in Mantiſſa præced. Pharmac. edocti drachmas ſex,
Bezoar. Occident. drachmas duas,
Ol. ſtillat. Cinamomi drachm. ſemis,
Citri ex recent. cort. ſcrupulos duos.

Miſce, fiat pulvis, *cujus uſus etiam in febribus malignis eſſe poteſt.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 884 sur 955

SPECIES DIAIREOS.

℞. Rad. Liquiritiæ unciam ſemis,
Ireos Flor. drachmas ſex.

Conſciſſa parùm coquantur in *aqua ſimplici*. *Decoctum* ad uncias duas circiter evaporet, cum *decocti hujus* ſ. q. contundantur diu & optimè

Sem. Papav. albi uncia una,
quatuor frigid. major. ana drachmæ tres,

quouſque per cribrum inſtar pultis totaliter ferè cogi queant; Cui pulticulæ adde

Pulv. Sacchari Penidii unc. quat.

exiccentur iterùm in calore, ſuperadjiciendo

Pulv. Ireos albiſſimi uncias quatuor,
Liquiritiæ drachmas ſex,
Gummi Arabici,
Tragacanthi (ſi lubet,) ana unciam ſemis,
Camphoræ drachmam unam, in Ol. Aniſi ſtillat. drachmis tribus ſolutam.

Fiat ſpecies vel pulvis.

SPECIES HEPATICÆ.

℞. Sacchari albiſſimi uncias ſex.

Diſſolve in *aqua Abſinthii*, iterumque ad conſiſtentiam *Tabulati* percoque; cui ab igne remoto addantur

Succor. inſpiſſ. Agrimoniæ,
Eupatorii Meſue,
Hepat. nobilis ana drachmæ tres,
Abſinthii drachmæ duæ,
Pulv. flor. roſar. rub drachmæ ſex,
Croci Auſtriaci drachm. tres,
Rad. Pimpinellæ,
Calami aromatici ana uncia ſemis,
Vitrioli Martis drachm. ſex,
Galangæ,
Nucis Moſchat. ana drach. tres,
Ol. ſtillat. Cinamomi,
Caryophyll. ana drachmam ſemis.

Miſce, fiat Pulvis, *hepar inſigniter roborans*.

SPECIES IMPERAT. CONFECT.

Fiant ſecundum deſcriptionem ſuperiorem Diſpenſatorii reformati.

SPE-

SPECIES STOMACHICÆ.

℞. Sacch. albiſſ. ſoluti in aqua ſimpl. vel Cinam. unc. ſex,
Coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati*, cui remoto ab igne, ſtatim injice & in eo diſſolve,

Maſtichis electæ unciam ſemis,
Reſinæ Styracis drachmas duas,
Extracti Zedoariæ craſſi unciam ſemis,
Pulv. Calami Aromat.
Aronis non præparat.
Cinamomi ana unciam ſemis,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchat. ana drachmas duas,
Ol. ſtillat. Cinamomi,
Abſinthii ana drachm. ſemis.

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus, *affectibus ſtomachicis ſummoperè conveniens.*

SPECIES PESTILENTIALES, Sive ALEXIPHARMACÆ.

Licet in fine Mantiſſæ, *ubi de* Cervi cornu, *nec non in* Animadverſionibus Claſſis duodecimæ Trochiſcorum, *ubi de* Viperis *actum eſt*, pulveres Alexipharmacos & peſtilentiales *egregios & efficaciſſimos adjecerim, addam nihilominus auctarii loco unciam compoſitionem haud ſpernendam. Nimirum*

℞. Sacch. albi in aqua ſimpl. vel Scordii ſoluti uncias ſex.
Coquatur ad conſiſtentiam *Tabulati* duram, cui ab igne remoto, adde

Succi Scordii inſpiſſati unciam ſemis,
Decocti ex æqualibus partibus Angelicæ, Scorzoneræ, Zedoariæ parati, & ad extracti ſpiſſi form. redacti drach. ſex,
Pulv. Myrrhæ opt. unciam unam,
Croci Auſtriaci,
Nuc. Moſchat. ana unciam ſemis,
Sem. Citri unciam ſemis,
Boli Armenæ unciam unam,
Bezoard. Cervini ſimpl. unciam ſemis,
Bezoar Occident. drachmas duas,

Miſce, fiat pulvis Alexipharmacus.

TRAGEA AROM. COMMUNIS.

℞. Cinamomi acutiſſ. unciam unam ſemis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 886 sur 955

Nucis Moſchatæ,
Macis ana unciam ſemis,
Galangæ,
Caryophyllor. ana drachmas duas,
Zinziberis drachmam unam ſemis,
Coriandri drachmas tres,
Sacchari albiſſimi libras duas.
Miſce, fiat Tragea.

TRAGEA PRECIOSA.

℞. Sacchari albiſſ. in aqua ſimpl. vel cinam. ſol. libram unam.
Coquatur iterum ad conſiſtentiam *Tabulati*, in quo remoto ab igne, liquefac

Ambræ gryſeæ drachmam unam,
Reſinæ Ladani drachmam unam ſemis.

Et dum adhuc parum calet, ſupperadde

Ol. ſtillat. Cinamomi drachmam unam,
Nucis Moſchatæ,
Caryophyllorum ana drachm. ſemis.
Cort citri ex recent. non putrefactis ſcrup. duos,
Roſarum veri ſcrupul. unum.

Moſchi in ſpirit. roſar. particula ſoluti ſcrupulum ſemis.
Miſce, fiat Tragea confortativa preciosa.

Nota; *addo quandoque* aquam cinamomi, roſarum, *vel aliam, pro diſſolutione* ſacchari, *non quod ſpecies vel compoſitum ſingulares virtutes ab ipſis contrahant, quia potiores & ſpirituoſiores earundem partes in coctione* ſacchari *ad priſtinam ferè ejus conſiſtentiam, iterum exhalant, ſed ut* ſaccharum *aliqualem ſaltem odorem concipiat, & paulò gratius evadat.*

TRAGEA GROSSA COMMUNIS.

℞. Cinamomi acuti unciam unam,
Nucis Moſchatæ,
Calami Aromat.
Cubebarum,
Coriandri,
Caryophyllorum,
Galangæ ana unciam ſemis.

Fiat omnium pulvis & additâ *libra unâ ſacchari pulveriſati*, ac *olei ligni Rhodii drach. j*, nec non ſ. q. *mucilag. Tragacanthi*, efficiatur *maſſa tenax*, ex qua formentur *globuli parvi*, ad magnitudinem

nem confectionis Coriandri, pulvere Sacchari conſpergendi, quibus leniter exſiccatis, adde

Confectionis Aniſi,
Fœniculi,
Carui,
Coriandri ana uncias tres.

Miſce, fiat Tragea groſſa.

TRAGEA GROSSA PRECIOSA.

℞. Sacchari albiſſimi pulveriſati libram unam.

Solvatur ſupra ignem cum ſ. q. *ſucci ex corticibus Citri extimis recenter expreſſi*, ſine ebullitione, ac ſi *Tabulæ* ex ſuccis acidis parare lubido eſſet, in quo remoto ab igne, & dum non intensè amplius calet, liqueſcant & diſſolvantur

Ambræ gryſeæ drachm. ſemis,
Reſinæ Styracis Calam. drachmam unam,
Superaddendo
Pulv. Sem. Erucæ,
Cubebarum,
Nucis Moſchatæ ana unciam ſemis,
Ligni Aloës gummoſi drachmas duas,
Olei Cinamomi drachmam ſemis,
Macis ſcrupulos duos,
Caryophyllorum,
Roſarum veri ana ſcrupulum unum,
Moſchi in particula ſpirit. roſar. ſoluti ſcrupulum ſemis.

Fiat omnium pulvis, ex quo cum ſ. q. *mucilag. Tragacanthi in aqua roſarum* diſſol. fiat *maſſa tenax*, ex qua formentur *globuli parvi* inſtar pilularum, vel ad magnitudinem confectionis Coriandri, quibus leniter exſiccatis, ſuperadde

Confect. Aniſi,
Fœniculi,
Coriandri ana uncias duas.

Fiatque Tragea aromatica groſſa præſtantiſſima.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞. Pulv. flor. roſar. rubicundiſſ. uncias tres,
Cui ſuperaffundatur
Succi Citri vel Berberûm q. ſ. ut fiat inſtar pulmenti vel pulticuli. Jam

℞. Sacchari albi pulveriſ. libram unam,

Quod in patella ſupra ignem cum prædicti *Roſar. pulmenti* ſ. q. lique-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 888 sur 955

liquefac vel dissolve, in modum, ac si *tabulæ* ex succo acido efformari deberent, fiantque *morsuli* sine coctura; cavendo tamen, ne nimium *succi citri*, *pulveri rosarum* affundatur, quò omnes tres unciæ *saccharo* imprimi queant.

MANUS CHRISTI, Sive TABULÆ PERLATÆ confortantes acidæ.

℞. Solutionis Perlarum, & si lubet etiam,
Corallior. ana drachmas sex.

Dissolvantur cum s. q *succi Citri recentis* ad formam pulticulæ, quâ supra ignem recentem in patella, solvatur *Sacchari albissimi pulverisati* ℔ j, ut moris est in præparatione Tabularum cum succis acidis, fiantque *Rotulæ*, quæ jam f ctæ *oleis destillatis*, vel *Citri*, aut *Cinamomi*, vel etiam *Rosarum*, conspergi possunt.

Nota: *In defectu* succi Citri recentis, succus Berberûm *accipi potest*; *Quò acidiores etiam efficiantur* Rotulæ, *& ægrotis etiam gratiores abstrahantur duæ vel tres partes à succis acidis, vel* Citri, *vel* Berberûm, *prout in confectione* Cyrup. acetosit. Citri *edocui*, *& cum relicto liquore efficiantur* Rotulæ. *Possunt nec non* solutiones Perlarum, *& aliorum semel atque iterùm, antequam* Rotulæ *ex illis conficiantur, cum succis acidis humectari, & denuò exsiccari.*

CONFECTIO PECTORALIS.

℞. Sacchari albissimi libram unam:
Solvatur in *aquæ rosarum* s. q coquatur ad consistentiam; cui remoto ab igne, injice
Resinæ Styracis,
Mastichis elect. ana drachmas duas:
quibus liquatis adde
Specierum Diaireos nostrarum unciam unam,
Pulv. rad. Ireos unciam semis,
Croci drachmam unam,
Ol. Anisi destillat. drachmam semis,
Cinamomi gr. v,
Caryophyllorum,
Macis ana scrupulum unum.
Fiant Rotulæ Pectorales.

MORSELLI CONFORTANT.

℞. Sacch. albi in aqua rosarum soluti libram unam; percoque ad consistentiam *Tabulati*, in quo ab igne remoto, & nonnihil refrigerato, dissolve

Am-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 889 sur 955

Ambræ gryseæ scrupulum unum,
Resinæ Ladani drach. semis; superaddendo
Pistachior. excort.
Pinear. mundat.
Amygdal. dulc. excort.
Nuc. Mosch. Ind. cond. ana crassiuscul. consc. unc. unam;
& cùm jam jam fundi debent, instilla
Ol. Cinamomi scrupulum unum,
Macis,
Caryophyllorum ana drachmam semis.
Fiant Morselli. Vel

℞. Sacchari albissimi libram unam,
quam subtilissimè pulverisatam cum s. q. *succi Citri acidi ad tertias abstracti*, supra ignem recentem sine coctura solve s. a. Hinc adde crassiusculè incisa,
Pinear. mundat.
Pistach. decort.
Amygdal. dulcium decort.
Nucis Moschatæ condit ana drachmas sex.
Item, cùm jam jam fundi debent,
Ambræ gryf. scrup. unum, solutæ in
Ol. stillat. Cinamomi scrupul. uno,
Macis,
excort. Citri recent. ana drachmam semis.
Fiant Morselli precioſi.

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS XII.

Trochiscorum ritè parandorum rationem veram indicans.

DE Trochiscis *superiùs in propria ipsorum* Classe *multa disserui, nimirùm quàm* inutilia sint medicamenta *(nonnulla exceptis, utpotè* pectoralibus, sublingualibus, *& qui* suffumigiis *destinati sunt,) ac planè inhabilia, ut in sua forma propria in usum medicum trahi queant, sed opus habeant, ut priùs in pulverem denuò redigantur; Hoc autem non adeò aptè fieri posse, neque etiam consultum esse, ibidem demonstravit,*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 890 sur 955

ſtravi. Neceſt, quod quis objiciat, medicamenta in talem formam redacta, diutius integris perſiſtere viribus, quaſi verò non aliæ eſſent medicamentorum formulæ ſatis durabiles: Ne autem Officinæ Pharmaceuticæ Trochucis *omninò deſtituantur, addam aliquot formulas, aſt magis congruas, & Medico in diverſis morborum generibus proſtigandis, abundè ſufficientes, juxta quarum normam alia medicamenta in ſimilem formam commodè redigi poterunt.*

AGARICUS TROCHISCATUS.

AGaricum propter ſuam levitatem in aliam formam redigere, conſultum duco, ut nonnihil gravior vel ponderoſior reddatur, & ad trituram aptior; cùm crudus ægrè in pulverem contundi poſſit, & propter ſuam levitatem partim avolet, partim etiam dum in floccos facilè convertitur, triturationi valdè reſiſtat; Quâ ratione autem idem in *Trochiſcos* efformari debeat, ſuperiùs in *Animadverſionibus ſupradictæ Claſſis* de *Trochiſcis* edocui, quas Lector benevolus haud gravatim conſulat.

TROCHISCI ALHANDAL.

PRopter eandem cauſam, ob quam *Agaricus* ſummam ſcilicet levitatem & difficillimam triturationem etiam *Colocynthis* in *Trochiſcos* cogitur, qui *Alhandal* dicuntur, quorum præparatio pariter ex ſuperioribus noſtris *Animadverſionibus Claſſis propriæ*, in Pharmacopœia reformata patebit.

TROCHISCI ALIPT. MOSCHAT.

HOrum *Trochiſcorum* legitimam confectionem, vide in Pharmacopœia prægreſſa.

TROCHISCI BECHICI ALBI PECTORALES.

℞. Sem. quatuor frigid. major. excort. unciam unam ſemis,
Papaveris albi unciam unam.

Contundantur optimè cum ſ. q. *aquæ roſarum*, ad formam pulticulæ, ut per cribrum anguſtum inſtar *pulpæ* ferè totaliter cogi queant, quâ pulticulâ aſſervatâ, accipe

Pulv. Sacchari albiſſimi libram unam,
Candi,
Penidii ana uncias quatuor,
Rad. Ireos Flor. albiſſimæ,
Amyli ana uncias tres:

Et cum ſuperiori parata *ſeminum pulte*, ac ſi illa non ſuffecerit,

muci-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 891 sur 955

mucilaginis tragacanthi ſ. q. fiat *maſſa tenax*, addendo, ſi libet, aliquid *olei Benzoës*, vel *olei Aniſi*, aut etiam *Moſchi*, formenturque *Trochiſci*.

TROCHISCI BECHICI NIGRI PECTORALES.

℞. Sem. quatuor frigid. major. excort. uncias duas,
Papaveris albi unciam unam ſemis.

Contundantur optimè cum ſ. q. *ſucci Liquiritiæ* in *aquâ roſarum* ſoluti, ad pultis formam, ut per cribrum anguſtum inſtar *pulpæ* cogi queant, quâ interim aſſervatâ, diſſolve etiam ſeorſim

Succi Liquiritiæ unc. quatuor, in
Aquæ roſarum ſ. q. ad pultis formam.

quibus *pulpis* in mortario commixtis, adde

Reſinæ Styracis Calamit. priùs autem pulveri ſacchari permiſtæ, unciam unam ſemis; Item,
Pulv. rad. Ireos Flor. uncias tres,
Sacchari albiſſimi libras duas,
Penidii libr. ſemis,
Ol. ſtillat. Aniſi drachmas tres.

Fiatque (ſi ſuperiores *pulpæ* non ſuffecerint,) additâ ſ. q. *mucilaginis Tragacanthi*, maſſa tenax, ex qua efformentur *Trochiſci*.

TROCHISCI BECHICI RUBRI ANTIPLEURITICI ET PECTORALES.

PArentur ex *ſpeciebus Trochiſcorum Bechici albi*, addendo *Boli Armeni Orient. unc. j, Extracti flor. Papav. Rhœados* ℥ vj.

TROCHISCI DE BENZOE AD USUM INTERNUM.

℞. Sacchari albiſſimi libram unam,

Solvatur in *aqua roſarum*, & coquatur ad *Tabulati* conſiſtentiam; in quo ab igne remoto, diſſolve

Reſinæ Styracis Calam. unciam unam,
Item ubi parùm refrixêre,
Olei Benzoës deſtillati drachmas duas,
Pulv. Ireos Flor. unciam unam,
Ligni Aloës opt. unciam ſemis,
Moſchi in particula aquæ roſar. ſolut. ſcrupulum ſemis.

Ex hac mixtura, ſive hoc *permixto ſaccharo*, additâ ſ. q. *mucilag. tragac.* efformetur ſ. a. *maſſa*; ex qua tandem formentur *trochiſ. laudandiſſ.* pro uſu interno, *in affect. pectoris & aſthmat. ſummè proficui.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 892 sur 955

TROCHISCI DE BENZOE AD SUFFITUS PRECIOSOS.

℞. Resinæ Styracis Calam. superiùs in præparat. Ther. Andr. edoctæ, unciam unam.
Liquefiat leniter in patella, cui impastentur
Pulv. Benzoës unciæ tres,
Moschi scrupulum unum.

Et si non sufficerint pro *massa durissima* (in calore solùm,) in *Trochiscos* vel *Pastillos* efformanda, addatur nonnihil de *pulvere carbonum*, fiantque *Pastilli* vel *Trochisci durissimi*, instar ceræ Hispanicæ, quique omni jure pro *Pastillis Hispanicis* haberi possunt.

TROCHISCI DE GALLIA MOSCHATA.

HI Trochisci, *si secundum descriptionem Mesues confici delent, in sua forma vel consistentia usurpari nequeunt, nisi prius iterum in pulverem redigantur: Proindè suasor sum, ut modò sequenti cum* saccharo *conficiantur, qui tandem non solùm in forma trochiscali Magnatibus prostabunt, verùm etiam cunctis aliis medicamentis commodè admiscere poterunt.* Utpotè

℞. Moschi drachmam unam.
Solvatur cum *spiritu rosarum* ad formam pultis, & cum
Pulv. Sacchari uncia semis, &
Ligni Aloës gummosi drachmis duabus,
iterùm convertatur in pulverem. Tùm

℞. Sacchari albissimi (ad minimùm, uncias tres;
& additâ particulâ *aquæ rosarum*, coquantur ad consistentiam *Tabulati*, in quo ab igne remoto & nonnihil refrigerato, dissolve
Ambræ gryseæ drachm. tres cum
Pulv. Ligni Aloës opt. drachmis tribus,
etiam aliqualiter permistæ, fiat Pulvis.

Ex *binis his pulveribus*, *Ambrato* scilicet & *Moschato*, additâ s. q. *mucilaginis Tragacanthæ*, vel saltem *aquæ rosarum*, fiat *massa*, ex qua formentur *Trochisci*.

Nota; *quod* Sacchari *quantitas augeri possit ad libitum, si fortè pro Magnatibus in forma Trochiscorum præscribi deberent.*

TROCHISCI SUBLINGUALES PESTILENTIALES.

℞. Sacchari albissimi in succo Scordii recenti & depurat. sol. libram unam.

Co-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 893 sur 955

Coquantur ad consistentiam *Tabulati* duram, in quo ab igne remoto, dissolve

Extracti Zedoariæ, &
Scordii ana unciam sem.
Salis Viperini Alexipharmaci secundi superius edocti drach. sex,
Ambræ gryseæ scrupulum unum.
Et cum refrixerint, adde
Moschi sol. in spir. rosarum scrupul. semis,
Ol. stillat. Rutæ,
Myrrhæ ana drachm. sem.
Macis,
Cinamomi ana scrupulum unum.

Quæ cuncta s. a. probè comista, additâ portiunculâ *mucilaginis Tragacanthi*, redigantur in *massam*, ex qua formentur *Trochisci*.

TROCHISCI PESTILENTIALES ALII.

℞. Sacchari albissimi in succi Rutæ s. q. soluti libram unam.
Coquatur ad consistentiam *Tabulati*, in quo ab igne remoto, dissolve

Resinæ Ladani drachm. sem. vel drachm. unam,
Extracti Zedoariæ,
Angelicæ ana unc semis,
Ex quo imprægnato saccharo, additis
Pulv. Myrrhæ el. unciâ unâ,
Succini albi drachmis sex,
Ol. stillat Angelicæ,
Rutæ,
Succini ana drachmam unam, &
Mucilag. Tragacanthæ s. q.
efformentur Trochisci.

TROCHISCI DE VIPERIS Vel SERPENTIBUS.

QUaliter hi Trochisci *confici debeant*, *patebit* ex Animadversionibus nostris Classis duodecimæ Pharmacopœiæ reformatæ, *ubi de* Viperis & Viperino pulvere *tractatum fuit*.

PHAR-

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS XIII.

Pastarum odoratarum & Suffituum parandi modos edocens.

QUod Sieff *sive* Collyria sicca *inutilia sint medicamenta aquè, uti non pauci* Trochiscorum, *quos habet superior* Pharmacopœia reformata, *id ipsum jam ante probatum feci; proindè ea hic plane omitto, cum etiam eorum usus propemodum evilverit, quantumvis adhuc in officinis quibusdam ad apparatum, ast inutiliter prostent. Progredimur ad*

POMUM AMBRÆ.

℞. Resinæ Ladani, superiùs in præpar. Theriacæ Androm. edoctæ, unciam unam,
Resinæ Styracis calam. ibid. edoct. unciam semis.
Quibus parumper liquatis, in mortario calido admisce, & in ipsis dissolve
Ambræ gryseæ drachmam unam,
Tandemque superadde
Ligni Aloës opt. & gummosi,
Rhodii ana unciam semis,
Gummi Benzoës,
Animæ ana drachm. sex,
Caryophyllorum,
Cinamomi opt. ana drachm. duas,
Moschi in particula spiritûs rosar. soluti, & præced. pulveribus priùs permisti drachm. semis,
Zibethi drachmam unam.
Misce, fiat *Pomum Ambræ* preciosam.

POMUM AMBRÆ TEMPORE INFECTIONIS.

℞. Camphoræ unciam semis,
Ambræ gryseæ scrupulum unum.

Sol-

Solvantur contundendo in mortario cum
Ol. ſtillat. Angelicæ,
Rutæ,
Succini ana drachmâ unâ
addendo
Pulv. Angelicæ drachmas duas,
Ladani unciam ſemis;
Moſchi ſcrupulum unum,
Salis volatilis urinæ puerorum drachmas tres.
Miſce, fiat *Paſta*, ſive *Pomum Ambræ Antipeſtilentiale.*

SUFFITUS CEPHALICUS.

℞. Benzoës uncias tres,
Styracis Calam. uncias duas,
Succini Citrini unciam unam ſem.
Maſtichis,
Olibani ana unciam unam,
Gummi Animæ drachmas ſex,
Ligni Aloës gummoſi unc. ſemis.
Miſce, fiat pulvis groſſus.

SUFFITUS PESTILENTIALIS.

℞. Succini Citrini uncias tres,
Myrrhæ uncias duas,
Styracis Calamitæ,
Olibani ana unciam unam ſemis,
Baccar. Juniperi uncias quat.
Sulphuris crudi uncias ſex.
Miſce, fiat pulvis groſſus.

CANDELÆ PRO SUFFITU PRECIOSÆ.

℞. Pulv. Styracis Calamitæ,
Ladani ana uncias duas,
Benzoës uncias quatuor,
Olibani uncias duas,
Carbonum Tiliæ vel Salicis libram unam ſemis.
Miſce, & cum *mucilagine Tragacanthæ* in mortario frigido (non calido) fiat *maſſa* ex qua ulteriùs formentur *Candelæ.*

Nota; *qui has* candelas *fragrantiores deſideret, poterit præfatæ compoſitioni admiſcere* Ambræ drachm. *j. item pro* Styrace & Ladano *ſubſtituere eorundem* Reſinas. *Superiùs in præparatione* Theriacæ Andromachi *edoctum.*

PA-

PASTILLI PRO FUMO.

VIdeatur præparatio *Trochiſcorum de Benzoë* hujus Diſpenſatorii novi, revolvantur itidem *Animadverſiones noſtræ ſuper Trochiſcos Aliptæ Moſchatæ* in Pharmacopœia reformata.

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS XIV.

Confectionum; Antidotalium, Narcoticarum ſeu Opiatarum, Cordialium & conſimilium dexterrimas compoſitiones ſtudiosè deſcriptas continens.

ANTIDOTUS THERIACALIS PRIMA.

℞. Rad. Imperatoriæ,
Scorzoneræ,
Succinæ ana uncias decem,
Petaſitidis,
Cardopatiæ ana unc. quinque,
Herb. Scordii noſtrat. unc. octo,
Galegæ,
Flor. Calendulæ ana unc. quinque,
Baccar. Juniperi uncias ſex.

Inciſa & contuſa coquantur in ſ. q. *aquæ ſimplicis*, reiteratâ affuſione & effuſione cum expreſſione, quoulque tota eorum vis extracta ſit; *Decoctiones & expreſſiones omnes* junctim cum album, ovorum optimè clarificentur, & ad libras duas vel tres circiter evaporent: Cui *decocto inſpiſſato* ſive *extracto liquido* adde

Mellis optimi & purificati libras quindecim;

Et ad priſtinam ejus conſiſtentiam denuò percoque, quod ipſum *Mel* ſpecierum prædictarum virtutibus imbutum, interim aſſervetur. Jam

℞. Pulv. Viperarum vel Serpentum Germanicorum in locis ſanis montoſis degentium, noſtro modo parati, & ſuperiùs in annotationibus de Viperis Claſſis xij edocti, uncias octo, vel uncias decem,

Pulv.

Pulv. Bezoardici Cervini ſimplicis, ſub finem Mantiſſæ in noſtris Animadverſionibus ſuper cornu Cervi Philoſophicum edocti uncias quatuor,
Pulv. rad. Angelic. noſtrat. unc. tres,
Contrajervæ uncias duas,
Gentianæ unciam unam,
Succiſæ,
Valerianæ ana unc. un. ſemis,
Zedoariæ uncias tres,
Herb. & ſummit. Scordii noſtrat. uncias quatuor,
Galegæ,
Rutæ hortenſis,
Flor. Calendulæ ana unciam unam ſemis,
Sem. Aquilegiæ,
Citri excort.
Napi ſylveſt.
Rutæ ana unciam unam ſem.
Baccar. Juniperi uncias duas,
Herbæ Paridis unc. un.
Myrrhæ electæ pell. uncias tres,
Croci Auſtriaci uncias duas,
Macis,
Ol. Nuciſtæ expreſſ. ana unciam unam ſemis,
Cinamomi opt. uncias duas,
Balſami Indici Peruviani unciam unam ſemis,
Succi Citri oleoſi ex corticibus eorum recentibus & extimis expreſſi uncias quatuor,
Vini generoſi, in quo x corda Viperarum viva, vel Serpent. Germanicor. cum eorundem vivis corporibus mactatis & mundatis immerſa, & aliquandiu digeſta ſint, lib. un. ſem.

Fiatque ex omnibus lege artis *electuarium* ad modum *Theriacæ Andromachi*,

Nimirùm *Crocus* per ſe tritus cum *unc. iv. eſſentiæ prædictæ Viperinæ* vel *Serpentum* diluatur: Item *Myrrha* ſigillatim trita diluatur in *unc. iv. ejuſdem eſſentiæ*, & nonnihil in calore ſupra ignem diſſolvatur, antequam addatur: *Balſamus Indicus* ſolo *Melle* & *aliquot unciis pulver.* ſigillatim in aliqua patella diſſolvi & addi debet: Similiter *oleum Nuciſtæ expreſſum*, & ſic exactè conficiatur laudabilis hæc *Antidotus*, cui *ſuccus Citri oleoſus*, item quæ ſupereſt *eſſentia Viperina*, ſub finem addantur.

ANTIDOTUS THERIAC. II. DYSENTERIIS MALIGNIS accommodata.

℞. Rad. Scorzoneræ,
Succiſæ,

Succisæ,
Petasitidis ana uncias octo,
Tormentillæ uncias quinque,
Herb. Scordii nostrat. uncias sex,
Galegæ,
Flor. Calendulæ ana uncias quat.
Rosarum rub. exsicc. uncias sex.

Incisa & contusa coquantur cum s. q. *aquæ simpl.* reiteratâ affusione & effusione cum expressione, quousque tota eorum vis & efficacia extracta sit; *Decoctiones* & *expressiones omnes* junctim albuminibus ovorum optimè clarificentur, & ad ℔ *ij* circiter, leniter coquendo evaporent; Cui *decocto* vel *extracto* addantur

Mellis optimi puri & clarificati libr. duodecim.

Et ad pristinam *Mellis* consistentiam crassam iterum percoquantur; Huic *Melli* rerum prædictarum virtutibus imprægnato, sequentia subtilissimè trita, quæ terenda sunt, artificiosè immisceantur ad normam *Theriacæ Andromachi*, in Animadversionibus nostris super eandem edoctam, utpotè

℞. Pulv. Viperini simplicis, vel Serpentum Germanicorum in locis sanis degentium, nostro modo parati uncias octo,
Pulv. Bezoardici Cervini simpl. itidem juxta nostrum modum in fine Mantissæ præcedentis Pharmac. edoctum, parati, uncias quatuor,
Rad. Contrajervæ,
Succisæ,
Acori nostrat. sive Gladioli,
Zedoariæ ana uncias duas,
Angelicæ,
Tormentillæ ana unciam unam semis,
Herb. Scordii nostrat. uncias tres,
Galegæ,
Flor. Calendulæ,
Rosarum rub. ana unciam unam semis,
Sem. Hyperici,
Rutæ,
Citri excorticati,
Baccar. Juniperi ana unc. unam,
Myrrhæ electæ uncias duas,
Croci Austriaci,
Cinamomi opt.
Nucis Moschatæ ana unciam unam semis,
Terræ sigillatæ Silesiac. uncias tres,
Vitrioli Martis drachmas sex,
Opii nostro modo præpar. uncias duas,

Balsa-

Balſami Indici Peruviani,
Ol. Nuciſtæ expreſſi ana uncias duas,
Succi citri ex recentibus & extimis eorum ſubtiliorib. corticibus expreſſi, uncias quatuor,
Vini albi generoſi, in quo decem corda Viperatum, vel Serpentum Germanicorum, viva cum vivis eorundem corporibus mactatis & mundatis, immerſa & aliquandiu digeſta ſint, libram unam ſemis:

Fiatque ex omnibus lege artis commixtis (prout in *Antidoto præcedenti* præcepi,) ad normam *Theriaces Androm. Pharmacop. reformatæ*, *Electuarium* ſive *Antidotus*, diſſolvendo *Opium* cum dicta *eſſentia viperina*, ut & *Crocum*, nec non *Myrrham* & *Vitriol. Martis*.

THERIACA SIMPLEX,

℞. Rad. Scorzoneræ,
Succiſæ ana uncias ſex,
Valerianæ uncias quatuor,
Herb. Scordii noſtrat. uncias ſex,
Galegæ uncias duas.

Inciſa & contuſa coquantur in ſ. q. *aquæ* ad totalem virium extractionem repetitis affuſionibus & expreſſionibus; *Decoctiones* junctim poſtea albuminibus ovorum optimè clarificentur, & ad libras duas ſemis circiter evaporent; quibus addantur

Mellis optimi puri & clarificati libr. ſex,

& ad priſtinam ejus conſiſtentiam mediante coctione, denuò inſpiſſentur. *Melli huic eſſentificato*, reliqua ſubſequentia artificiosè & exactè immiſceantur; Utpotè

Rad. Angelicæ
Zedoariæ ana unciæ tres.
Tormentillæ uncia una ſem.
Herb. Scordii noſtrat. unc. quat.
Rutæ hortenſ.
Galegæ ana unciæ duæ,
Baccarum Juniperi,
Myrrhæ electæ ana unciæ tres,
Croci Auſtriaci drachmæ ſex,
Sem. Citri excort.
Cinamomi opt.
Nucis Moſchatæ ana unc. una.

Fiat *Antidotus* ſive *Theriaca ſimplex*.

DIACORUM STOMACHICUM.

℞. Rad. Acori veri, ſive Calami Aromatici libram ſemis,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 900 sur 955

Rad. Eryngii uncias tres; vel ejus loco, rad. Cichorii.

Mundata optimè, crassiusculè minutim ac quadratè conscindantur, postea coquantur in vase terreo cum

Succi Cydonior. recent. q. s. (libr. sex circiter)

quousque molliscant ac si condiri deberent, *radicibus* sufficienter coctis, interimque asservatis, accipe

Succum cydoniorum a coctione relictum, & additis
Mellis optimi oderati ac despumati libris tribus,
aut loco Mellis,
Sacchari albi libris duabus.

Coquantur ad pristinam *Mellis* consistentiam crassam, immittendo ultimò superiores coctas & concisas *radices*, parùmque adhuc coquantur; his superinjice

Pinear. mundatar.
Pistachior. decort.
Amygdal dulc. decort.
Nucis Moschatæ condit. ana crassiusculè etiam & quadratè concisor. drachm. decem,
Macis concisi unciam unam semis,
Elæosacchari Cinamomi unciam unam,
Citri in Mantiss. edocti uncias duas.

Misce, fiat *Electuarium*, quod, si lubet, pro nonnullis, qui ad taliter experiunt, cum *spiritu vitrioli* ad gratam aciditatem reducatur.

CONFECTIO ALKERMES.

UT etiam Veteres imitemur, ac rubram & pulchram hanc efficiamus *confectionem*, fiat inter initia *Magisterium seminis Alkermes* (cum *succo recenti Kermes*, in nostris oris destituamur,) modo sequenti;

℞. Granorum Kermes uncias duas,

Contusa nonnihil parùm percoquantur in *aqua simplici*, instillatis aliquot guttulis *Olei Tartari per deliquium facti*; Aqua tincta coletur, aliaque reaffundatur cum tantillo *olei Tartari* prædicti aeuta, factâque unicâ ebullitione rursus coletur, qui labor adhuc tertiâ vice reiteretur, vel quousque *aqua* nullâ amplius *tinctura* imbuatur; Huic *tinctura* guttatim & per vices infundatur *solutio Aluminis crudi*, cum *aqua simplici* facti, & præcipitabitur *Magisterium*, sive tota substantia *granorum Kermes* rubicundissima, demum etiam *oleum Tartari* & *solutio Aluminis* alternatim instillentur, quoad *aqua* iterùm alba & limpida evadat, & tota *granorum essentia* & substantia præcipitata sit, quæ per filtrationem ab *aqua* separanda, & affusâ *aquâ recenti purâ* tam diù edulcoranda est, quousque nullus sapor nec de *oleo Tartari*, neû *Alumine* gustu percipiatur; Relictum

Ma-

Magisterium vel *Essentia* in charta vel filtro, nonnihil exsiccetur ad instar *pulpæ*, interimque asservetur. Jam

℞. Succi Pomor. dulc. recent. depurati libras tres,

Abstrahantur in M. B. ad remanentiam partis tertiæ, (libram unam, & uncias duas circiter,) cui immergantur,

Cort. recent. extimor. citri unciæ quatuor;

Et factâ digestione abstrahantur etiam ab hac libra, junctûris undique clausis aliquot unciæ, quæ tamen residuo cum corticibus reddendæ sunt. *Liquor* postea coletur, cum levi corticum expressione; In quo *liquore odorifero Essentiâ citri impregnato*, dissolve

Sacchari albissimi libras duas,

Liquatis in eo, dum adhuc calet,

Ambræ gryf. drachm. duabus, vel drachm. tribus, cum

Pulv. ligni Aloës gummosi opt. uncia una, drach. sex;

jam tum beneficio *aliquot guttularum olei rosar. veri* permistis,

Quibus superaddantur,

Margaritar. Oriental. præpar. uncia una semis,

Magisterii cærulei lapidis Lazuli, in Animadvers. Classis xx, super præparationem ejusdem lapidis edocti, drach. sex,

Cinamomi acutissimi uncia una semis,

Moschi opt. Orientalis in spirit. rosar. tantillo soluti, & cum prædicto pulv. cinam. iterùm ad siccit. redacti drach sem.

Elæosacchari vel essentiæ Citri sicci, in prægressa Mantissa edocti, uncia una semis,

Magisterii Alkermes jam facti, & nonnihil humidi adhuc, unciæ duæ semis, vel unciæ tres.

Misce, fiat *confectio nobilissima*, cui, si liberet, ad saturandos oculos vulgi, *auri folia*, vel etiam, si cuipiam suppeteret *vera essentia auri* in competenti quantitate, ultimò addi posset, atque sic *Regia* efficeretur *confectio Alkermes*.

CONFECTIO ANACARDINA

CEPHALICA.

℞. Mellis Anthosati, secundum ultimum in Animadvers. nostris prægressæ Pharm. adjectum modum parati, libras duas, cui s. a. immergantur *pulveres* & *species subsequentes*. Utpotè

Anacardiorum n. m. præpar. unciæ tres,

Quorum autem præparatio videnda est in *Classe xx*, sub proprio titulo præpar. *Anacardiorum*:

Rad. Doronici veri,

Cyperi rotundi ana uncia una,

Coriandri,

Cubebarum,

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 902 sur 955

Cardamomi ana uncia ſemis,
Ligni Aloës opt. drachmæ tres,
Cinamomi,
Macis ana drachmæ duæ,
Elæoſacchari Majoranæ,
Lavendulæ,
Coriandri ana unc. ſemis.
Miſce, fiat Electuarium.

CONFECTIO ANACARDINA
CEPHALICA ALTERA.

℞. Aquæ Majoranæ,
Roriſmarini ana unc. ſeptem.
Quibus cucurbitæ vitreæ infuſis, immergantur
Anacardiorum noſtro modo præfato præparator. vel etiam crudor. unciæ tres.

Stent in digeſtione per diem, poſtea appoſito capitello, juncturis circumlitis, abſtrahantur per deſtillationem aliquot unciæ, quæ tamen refrigeratâ cucurbitâ, reſtanti liquori cum Anacardiis reddantur; poſtea liquor colandus, & cum *libris duabus*
Sacchari albiſſimi
ſolâ ejuſdem diſſolutione, in *Syrupum craſſum* redigendus eſt. Cui demùm admiſceantur, & quidem dùm benè adhuc calet *Syrupus*, in ipſo liquefiant
Ambræ gryſeæ drachma una,
Reſin. Styracis,
Ladani ana drachmæ duæ.
His liquatis, etiam reliqua adjiciantur; nimirum
Pulv. Anacardior. præparat. uncia una ſemis,
Rad. Doronici uncia una,
Cyperi rotundi drachm. ſex,
Ligni Aloës uncia una,
Cinamomi opt. uncia una ſemis,
Coriandri,
Cubebarum,
Cardamomi ana drachmæ duæ,
Macis,
Caryophyllorum ana drachmæ tres,
Nucis Moſchat. ſnd. cond. & minutim ac quadratè conſciſſ. unciæ tres,
Miſce, fiat *Electuarium* precioſum & excellens *in refrigerato & debilitato capite confortando.*

ELE-

ELECTUARIUM DE BACCIS LAURI.

℞. Mellis Menthæ n. m. & quidem ad modum Mellis Anthosati secundi facti libras duas;
In quo, dum benè calet, liquefac
Resin. Styracis Calamit.
Ladani ana drachmas duas,
Superaddendo
Pulv. Baccar. Lauri uncias duas,
Castorei drachmas tres,
Rad. calami aromatici unciam unam semis,
Herb. Rutæ,
Sem. Carui,
Cumini,
Coriandri,
Levistici,
Caryophyllor.
Macis ana unciam semis,
Croci drachmas tres.
Misce, fiat Electuarium.

ELECTUARIUM CHALYBEATUM.

PAretur hoc *Electuarium* juxta modum in *Pharmacopœia reformata*, & nostris *Animadversionibus* super idem *Electuarium* factis, edoctum, sitque *Electuarium* præstantissimum.

ELECTUARIUM CONTRA DYSENTERIAM.

℞. Flor. Rosar. rub. exsiccat.
Rad. Tormentillæ,
Scorzoneræ ana uncias duas,
Herb. Scordii nostrat. uncias tres,
Sanguisorb. unciam unam.

Incisa & contusa coquantur in s. q. *aquæ simplic.* sæpiùs recentem affundendo & exprimendo, quousque tota vis extracta est; *Decoctionis expressæ* junctim albuminibus ovorum optimè clarificentur, & additis *libris duabus Sacchari albi*, coquantur ad consistentiam *Syrupi* ordinariâ multò crassiorem, cui sequentia secundum artem immisce, scilicet
Terræ sigillatæ Silesiac. unc. tres.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 904 sur 955

Bezoardici cervini noſtro modo parati unciam unam; vel ejus loco, ſi fortè non proſtraret,

Cornu Cervi philoſoph. præpar. uncias duas,
Oculor. cancror. præpar. uncias duas ſemis,
Margarit. Orient. præpar. unciam ſemis,
Corallor. rub. præpar. uncias duas,
Pulv. Thuris,
Maſtichis,
Nuc. moſchat. ana unc. ſem.
Roſar. rub. unciam unam.
Sem. quatuor frigid. major. excort. ana drachmas duas,
Papaveris albi unciam ſemis.

Quæ ſemina cum aqua chalybeata, vel pauxillo ſuperioris aſſervati decocti ad pultis vel pulpæ formam contundendo, redigi debent, & per cribrum anguſtum tranſmitti,

Opii noſtro modo parati, & in aqua roſar. vel chalybeata ſolut. drachmam unam ſemis.

Miſce, fiat lege artis Electuarium.

ELECTUARIUM MITIGATIVUM, In doloribus quibuſcunque, & Febribus ardentibus.

℞. Semin. quatuor frigid. major. excort. ana drachm. ſex,
Papaveris albi unciam unam.

Contundantur optimè in mortario, cum *aquæ* vel *decocti* aut *infuſi Papav. rhœad. ſ. q.* ut ferè totaliter per cribrum anguſtum aut colatorium rarum cogi queant: Huic *pulticulæ* vel *pulpæ* adde

Elæoſacchari vel Eſſentiæ citri ſiccæ, in præcedenti Mantiſſa reformata ſub. proprio titulo edoctæ, uncias tres,
Conſervæ Roſar. rub. unc. quat.
Flor. Papav. rhœad. uncias tres,
Opii Thebaici n. m. parati, & in ſucco Citri ad pultis formam ſoluti drachmas ſex,
Ol. Nuciſtæ expreſſi drachmas tres,
Elæoſacchari Roſarum veri unciam ſemis,
Syrup. de Papav. rhœad. noſtri unciam unam.

Miſce, fiat *Electuarium* ſ. a. juſtæ conſiſtentiæ.

DIASATYRIUM.

℞. Rad. Satyrion. recent. mundat. libram ſemis,
Eryngii recent. uncias tres.

Conſcindantur minutim & quadratè, coquanturque in ſ. q. *ſuccì Cydo-*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 905 sur 955

Cydoniorum ad ipsorum mollitiem, non secus, ac si conditi deberent, quibus è succo exemptis, interimque asservatis, addantur *residuo liquori*, sive *succo*, in quo ad mollitiem *radices* coctæ sunt,

Sacchari albi libræ duæ,
vel loco hujus
Mellis puri clarif. libræ tres,

Coquanturque ad consistentiam *Syrupi crassioris*, in fine adjiciendo *prædictas antea coctas radices*, quò etiam illarum attracta humiditas unâ vel alterâ ebullitione evaporet; & postquam aliquantùm refrixerint, superadjiciantur

Nuc. Indic. conditarum,
Zinzib. Ind. condit. ana crassiusculè conscissi. unc. tres,
Pinear, mundat.
Pistach. decort ana conscissi. crass. unciæ duæ,
Pulv. Caryophyllorum,
Cardamomi min.
Nucis Moschatæ,
Boleti cervini,
Priapi cervi ana unc. semis,
Sēm. Erucæ uncia una semis,
Urticæ unc. semis,
Ambræ gryseæ drachm. semis, solut. cum
Ol. Cinamomi scrupulo uno,
Macis scrupul. duobus.
Fiat Electuarium.

SOTIRELLA PARVA AD DENTES.

℞. Ol. Nucistæ expressi drachmas duas,
Fuliginis destill. scrupulum unum,
Opii Thebaici præpar. drachmam semis,
Sem. Hyoscyami,
Extr. Croci Austr. ana gr. x.
Camphoræ,
Pulv. fuliginis splendidi ana scrupulum unum.

Misce, fiat *Massa duriuscula, cavernis dentium dolentium imponenda.*

DIACYDONITES SIMPLEX ET AROMATISATUM.

HOrum præparationes videantur in *præcedenti Pharmacopœia reformata.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 906 sur 955

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS XV,

Aquarum compositarum cum vino destillatarum, Infusionum item, sive Essentiarum, debitam componendi rationem exhibens.

SI quæ in præscribendis Medicamentis compositis *difficultas est, sanè illa in* compositionibus aquarum destillatarum *quàm maximè se prodit, & satis mirari nequeo plurimorum Authorum stupiditatem, inprimis illorum, qui apertè* Chymicos *se professi sunt, quod nimirùm sine omni ratione & judicio, fixa & volatilia,* Animalia, Mineralia, & Vegetabilia, *absque ullo discrimine, uni & æquali destillationi adaptarint. Ansam equidem illi nobis præberent, (inprimis Mynsichtius, utpotè qui in hac parte præ aliis se nimiùm perè prostituit) fusius hac de re disserendi: Verùm cùm jam superiùs hinc indè in* Animadversionibus super aquas destillatas, *potissimùm autem in* cap. de destillationibus aquarum in genere, *abundè de hac materia egerimus, proinde Lectorem benevolum eò ablegare volo, ubi pleniorem habebit informationem, quam hic brevitati studens omittam, propositurus paucas* aquarum compositiones, *magis tamen concinnas, nec adeò ex rebus dissonantibus fabricatas: Interim ingenuè fateor, longè consultiùs esse, loco* aquarum destillatarum, *quandoque* Infusiones *vel* Essentias *parare, quibus sæpenumero haud parùm, imò plùs, quàm istis, præstare possemus, propterea etiam* Essentias *vel* Infusiones aquis destillatis compositis *intermiscebo. Sit autem prima,*

AQUA APOPLECTICA, Sive CONTRA APOPLEXIAM.

℞. Cinamomi optimi uncias quatuor,
Cardamomi,
Cubebarum,
Macis ana unciam unam semis,
Rad. Cyperi unciam unam,
Herb. recent. Majoranæ,
Roriſmarini,

Herb.

Herb. recent. Serpylli,
Flor. recentiſſ. Lavendulæ ana uncias tres,
Salviæ floreſcent.
Meliſſæ floreſcent. ana recent. uncias duas,

Inciſa & contuſa immittantur in cucurbitam vitream, ſuperaddendo

Salis volatilis cornu Cervi uncias duas,
Ol. Succini deſtillat. unciam ſemis,
& his mixtis,
Aquæ Lilior. convall. ſine ulla addit. aquæ & vini deſtillat.
Verbenæ ſimiliter ſine additione deſtillat. ana libram unam ſemis,
Spiritûs vini rectificati libras tres.

Stent in digeſtione loco calido per ſeptimanam unam, poſtea fiat deſtillatio per M. B. ad ſiccitatem ſpecierum: Roſtro Alembici pro libitu immiſſis in petia ligatis,

Ambræ gryſeæ drachmâ unâ,
Moſchi ſcrupulo uno,
Ligni Aloës drachmis duabus.

Quæ etiam poſt peractam deſtillationem *aquæ deſtillatæ* immergantur, inque eadem pendula ſerventur: Hæc *Aqua Apoplectica* quotieſcunque exhibetur, *Iulepo de vino* noſtro modo parato, ad libitum dulcorari poteſt.

AQUA ANTAPOPLECT. ALIA.

℞. Flor. Lavendulæ uncias tres,
Herb. Salviæ floreſc.
Major floreſc. ana unc. duas,
Cinamomi acutiſſimi unc. tres,
Macis unciam unam,
Coriandri unciam unam ſemis.

Inciſis & contuſis, nec non cucurbitæ vitreæ immiſſis, affundantur

Spiritûs vini rectificat. libr. tres, vel libr. quatuor,
Salis volatilis cornu Cervi vel Succini unciam unam ſemis,

Factâque digeſtione, deſtillentur ad ſiccitatem *ſpecierum*; *Aquæ ſpirituoſæ prolectæ* adde

Ol. ſtillat. Cinamomi,
Lavendulæ,
Majoran. ana drachmam ſemis.
Succini q. ſ. vel quantum Spiritus hic deſtillatus continere poteſt.

Fiatque aqua apoplectica, *in ipſo ſtertore & paroxyſmo exhibenda.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 908 sur 955

AQUA ANTAPOPLECTICA MINERALIS.

℞. Cremoris Tartari libram unam,
Antimonii crudi libras duas.
Destilletur ex iis per Retortam *Spiritus acidus.*
Hujus Spiritûs accipe unc. sex; adde
Spiritûs Veneris sive Viridis æris uncias tres,
Saturni ardenti ex saccharo unciam unam semis,
Vitrioli volatilis ab acido suo spiritu ad mentem
Glaub. rectif. unc. tres.
Misce.

AQUA ARTHRITICA.

HÆc *aqua* commodè juxta modum & præscriptionem, nec non *Animadversiones nostras* in *progressa Pharmacopœia* fideliter factas, destillari potest.

AQUA Vel ESSENTIA ASTHMATICA.

℞. Rad. Enulæ campan.
Ireos Flor. ana uncias tres,
Scillæ recent. non præpar. uncias quatuor,
Herb. recent. Calaminthæ,
Hyssopi,
Salviæ,
Pulmonar. macul.
Rorismar. ana unciam unam semis,
Sem. Anisi uncias duas,
Erucæ,
Nasturtii ana unciam unam semis,
Croci Austr. drachmas tres,
Camphoræ drachmas duas,
Cinamomi acuti uncias duas.
Quibus incisis & contusis, ac cucurbitæ vitreæ immissis affundantur
Aquæ Hyssopi n. m. destill.
Spiritûs vini opt. ana libr. tres,
stent in digestione loco calido; postea per Alemb. in M. B. destillentur, rostro capitelli immissis
Salis Armoniaci sublimati unciâ semis,
Benzoës,

Sty-

Styracis Calamitæ ana drachmâ unâ semis,
ad siccitatem specierum, *aquâ destill.* interim asservatâ. Ex *speciebus* in fundo cucurbitæ relictis, beneficio *spirit. vini* fiat extractum, ut moris est, quod, si liber, *aquæ jam destillatæ* jungatur, & post aliqualem digestionem *filtrata essentia* asservetur. Vel *extractum* per se asservatum, unà cum *aqua destillata*, in competenti quantitate, quoties expetitur, propinari potest, *Syrupo aliquo asthmat.* dulcoratum.

ELIXIR ASTHMATICUM.

℞. Rad. Enulæ compan. uncias duas,
Ireos Flor. uncias duas,
Herb. recent. Calaminth. odorat.
Hyssopi,
Salviæ,
Rorismarini ana uncias duas semis,
Sem. Anisi uncias tres,
Baccar. Juniperi uncias duas,
Cinamomi optim. uncias tres,
Camphoræ drachmam unam.

Incisis & contusis nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur

Spiritûs vini opt. libr. sex,
Aquæ rosarum opt. libra una semis.

Factâque digestione destillentur per M. B. ad siccitatem specierum, immissis Alembici rostro, in petia ligatis

Benzoës,
Styracis Calam. ana drachm. duabus,
Croci drachm. duabus semis,
Salis Armoniaci sublimati unciâ semis.

Quæ peractâ destillatione etiam *liquori destillato*, ad majorem extractionem immergi possunt. Tandem dulcoretur *Syrupi alicujus pectoralis libra dimidiâ.*

AQUA ALEXIPHARMACA.

℞. Corticum Citri recentium extimorum libram semis,
Herb. recent. Rutæ hortensis,
Scordii nostratis ana uncias tres,
Rad. Angelicæ.
Zedoariæ,
Cardopatiæ ana uncias duas,
Baccar. Juniperi,
Cinamomi optimi ana unc. tres,
Macis uncias duas.

Incisa

Inciſa & contuſa immittantur in cucurbitam vitream, ſuperaffundendo & adjiciendo

Salis volatilis urinæ puerorum uncias tres,
Vini albi generoſi libr. quatuor,
Spiritûs vini libram unam.

Factâ digeſtione fiat deſtillatio per arenam ad ſiccitatem ſpecierum, *aquâ prolectâ* ſtudioſè aſſervatâ, quæ quoties in uſum trahitur, ad libitum vel *Syrupo de Scordio ſimplici* vel *compoſito*, vel *de corticibus Citri* edulcoranda eſt.

Ex *reſiduis autem ſpeciebus*, beneficio *aquæ* vel *ſpiritûs vini* extractum parari, idque unà cum *ſuperiori aquâ*, cùm pro præſervatione tùm curatione exhiberi poterit. Si inſuper *eidem extracto* majorem ſaporis gratiam, validioreſque virtutes conciliare lubido fuerit, admiſceantur illi *Elæoſacchari Rutæ, Citri* & *Angelicæ ana unc.* ß, vel *drach. vj*, ſicque evadet efficaciſſimum.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA.

℞. Rad. Scorzoneræ,
Angelicæ,
Zedoariæ,
Succiſæ ana uncias duas,
Herb. Scordii,
Galegæ,
Rutæ hortenſ. ana unciam unam ſemis,
Baccar. Juniperi unciam unam,
Corticum Citri extim. recent. uncias tres,
Myrrhæ el.
Cinamomi opt. ana uncias duas,
Macis unciam unam ſemis.

Inciſis & contuſis, nec non cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuperaffundantur *ſpiritûs vini opt.* ℔ *vj*, factâque digeſtione deſtillentur ad ſiccitatem ſpecierum; *Liquori* ſive *ſpiritui egreſſo*, immergantur

Corda Viperarum vel Serpentum viva, nec non
Eorundem corpora ab omni immunditie liberata numer. xv,
vel x x,

Quæ peractâ digeſtione per octiduum ab eo per colaturam, & lenem expreſſionem denuò ſeparentur. Interim autem ex reſiduis à deſtillatione *ſpeciebus*, cum *ſpiritu vini* paretur *extractum* non nimis ſpiſſum, quod *eſſentiæ huic Viperinæ* jungatur, quæ ipſa reiteratâ digeſtione per aliquod dies filtretur, & uſui aſſervetur. *Relictæ* ab *eſſentia Viperæ* vel *Serpentes* committantur deſtillationi per retortam, atque exindè prolectum & rectificatum *Sal volatile* etiam *præfatæ eſſentiæ* adunetur, eritque præſtantiſſima.

AQUA

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 911 sur 955

AQUA CORDIALIS.

℞. Cortieum Citri recent. extimorum libram ſemis,
Cinamomi acuti uncias tres,
Macis unciam unam ſemis,
Caryophyllorum unciam ſemis,
Roſarum recent. ſale condit. libr. ſemis,
Meliſſæ Citrat. recentis uncias tres,
Baſilic. recent. uncias duas.

Quibus inciſis & contuſis, nec non cucurbitæ vitreæ immiſſis, ſuperinfundantur

Vini Malvatici libræ duæ,
Spiritûs Roſarum libra ſemis,
Fragorum libra una,
Aquæ Meliſſæ ſine ulla additione vini aut aquæ deſtill.
Aquæ flor. Liliorum convallium ana unciæ novem,

factâ digeſtione deſtillentur, immiſſis Alembici roſtro, in petia ligatis

Croci Auſtriaci,
Rad. Doronici,
Ligni Aloës opt. ana drach. duabus,
Ambræ gryſeæ ſcrupul. uno,
Moſchi ſcrupul. ſemis.

Aqua præcioſiſſima & fragrantiſſima ſervetur uſui.

INFUSUM CORDIALE EXTERNE USURPANDUM.

CVm acidi ſucci per Alembicum pelli nequeant, iiſdem autem cor, ſpirituſque vitales externè regioni cordis, pulſibus frontique admoti plurimum recreent, idcirco communicо ſequentem infuſionem cordialem *efficaciſſimam.*

℞. Corticum Citri recentium ext uncias ſex,
Meliſſæ Citratæ recent. unc. tres,
Croci drachmas tres,

Quæ inciſa & contuſa immitte cucurbitæ vitreæ, & ſuperaffunde

Succi Citri recent. depurati libram unam,
Aquæ Meliſſæ ſine additione ſtillat.
Spiritûs Roſarum ana libram ſem.

Factâ digeſtione abſtrahantur per deſtillationem aliquot unciæ, quæ tamen *reſiduo liquori* & ſpecibus addantur. Tum demum *liquor* colandus, filtrandus & uſui aſſervandus eſt.

Notandum *autem, quod in magna quantitate hoc infuſum parare non liceat, cùm non ſit admodum durabile.*

AQUA

AQUA ANTEPILEPTICA.

QUamvis *in superiori* Augustanorum Pharmacopœia & Animadversionibus nostris *super* aquas Epilepticam Langii, Hirundinum & Puerorum, *aliquot aquas & infusiones huic affectui, accommodatissimas conficere edocuerim, nihilominus pro majori delectu unam adhuc atque alteram libuit adjicere formulam. Vtpotè*

℞. Rad. Pæoniæ rec. deb. t. coll. uncias quatuor,
Semin. ejusdem uncias duas,
Flor. Tiliæ recent. matur. uncias sex,
Visci quercini unciam unam sem.
Nucleor. Persicorum uncias tres,
Cinamomi opt.
Nuc. Moschat. ana unciam unam.

Quibus incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superinfundantur.

Spiritûs Ceraforum nigr. ardentis, libr. tres,
Aquar. Liliorum conval.
Flor. Tiliæ ana fine addit. destillatar. libr. una sem.

stent in digestione loco calido, postea destillentur ad siccitatem specierum. *Liquori destillato* immergantur, & in eo veluti suffocentur

Pullorum Hirundinum numero quindecim,
& si haberi possunt,
Pullorum Turturum, &
Cornicum nondum plumat. ana numero iij,

factâque digestione per dies aliquot, denuò *pulli* ab aqua separentur, immittanturque retortæ vitreæ, & igne aperto destillentur ad illorum totalem combustionem: Peractâ destillatione separetur *oleum fœtidum à spiritu & Sale volatili*, deinde *spiritus* cum *Sale volatili* semel atque iterùm rectificatus plùs quàm ad dimidias (restans liquor, fœtidus erit & amarus,) *aquæ superius destillatæ*, & *pullis avium dictarum essentificatæ* adunetur, & post unius diei digestionem filtretur, sicque, si lubido fuerit, servetur, sin minus, fiat ex *speciebus à destillatione residuis* beneficio *spiritûs vini extractum* non nimis crassum, sed quodammodo liquidum, quod *aquæ huic* additum cum ipsa digeri, & post filtrationem tandem usui asservari potest: Atque ità parata erit *essentia Antipileptica* nobilissimarum virtutum; *Si quis etiam ob majorem aquæ jam edoctæ durabilitatem extractum hoc ad spissitudinem redactum, seorsim asservare, & necessitate urgente demum illud cum aqua commixtum propinare voluerit, cum eo non pugnabo, quin potius consultum esse judico.*

AQUA

AQUA ANTEPILEPTICA MINERALIS.

℞. Cremoris Tartari,
Nitri purificati
Antimonii crudi ana libr. unam, vel libras duas.
Destilletur ex iis more Glauberiano *spiritus*.
Hujus spiritûs accipe unc. quat. adde
Spiritûs Vitrioli volatilis non acidi à suo spiritu rectificati vel abstracti uncias tres,
Veneris sive Viridis æris uncias duas,
Saturni ardentis ex saccharo unciam unam semis.
Misce, servetur usui.

BALSAMUS EMBRYONUM.

LEctor benevolus haud gravatim revolvat *Balsami hujus* compositionem in *superiori Pharmacopœia reformata*, & secundum nostras *animadversiones* super ipsam factas ejusdem præparationem instituat.

AQUA Vel INFUSIO Seu ESSENTIA HYSTERICA.

℞. Rad. Pæoniæ deb. t. coll. & recent.
Bryoniæ recent ana uncias duas,
Zedoariæ unciam unam sem.
Allii recent. unciam unam,
Herb. Artemis. rub.
Abrotani,
Menthæ,
Aristol. rotundæ ana recent. unciam unam semis,
Baccar. Lauri unciam unam,
Sem. Pæoniæ,
Carui,
Cumini ana drachmas sex,
Myrrhæ unciam unam semis,
Macis drachmas sex,
Croci drachmas tres,
Camphoræ drachmas duas,
Opii Thebaici modo sup. præpar. drachmas duas,
Castorei recentis unc. unam semis.
Incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis superaffundantur

Aquæ

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 914 sur 955

Aquæ Meliſſæ cum vino deſtill. libr. quatuor,
Spiritûs Ceraſor. nigr. libr. duæ,

factâque digeſtione deſtillentur ad ſiccitatem ſpecierum. Ex *ſpeciebus reſiduis* beneficio *ſpiritûs vini* repetitis affuſionibus paretur *extractum* non admodum ſpiſſum, quod *aquæ deſtillatæ* jungatur; poſtea ubi aliquandiu adhuc conjuncta in digeſtione ſervata fuerint, filtretur *eſſentia*, uſuique aſſervetur.

Nota; *ſi cui libuerit* aquam & extractum. *ſingula ſcilicet ſeorſim aſſervare, nec priùs, quam ubi neceſſitas poſtulat, ipſa conjungere, vel conjunctim propinare, non is malè fecerit.*

AQUA PERLARUM CONFORTATIVA.

℞: Aquæ Ceraſorum nigr.
de Rubo Idæo,
Meliſſæ Citrat. ana ſine addit. vini vel aquæ deſtill. uncias ſex,
Cortic. Citri recent.
Cinamomi ana uncias tres,
Solution. Perlarum Orientalium unciam ſemis,
Coralliorum rub. drachmas ſex,
Syrupi acetoſitatis Citri noſtro modo facti uncias tres.
Miſce, fiat *aqua Perlata* præſtans.

AQUA ODORIFERA
pro Epithematibus Cordis, Pulsûs & Capitis.

℞. Cortic. Citri extim. recent. uncias quatuor vel quînque,
Rad. Ireos Flor. uncias duas,
Cinamomi opt.
Macis ana unciam unam ſemis,
Herb. recent. Majoran.
Thymi,
Baſilic.
Flor. recent. Lavendulæ ana unc. unam ſemis,
Roſar. rub. ſale condit. uncias ſex.

Inciſa cuncta immittantur cucurbitæ vitreæ, ſuperaffundendo,
Aceti Lavendulæ,
Roſarum,
de Rubo Idæo,
Flor. Sambuci ana unc. ſex,
Aquæ Liliorum convallium,
Meliſſæ,
Roſarum ana ſine addit. deſtill. libr. unam,

facta

factâ digestione destillentur per alembicum in M. B. ad totalem specierum siccitatem, ne *aceta* in fundo vel residuo maneant, rostro alembici immittendo

Styracis Calamitæ,
Ladani ana drachmas tres,
Ligni Aloës opt. gummosi drachmas duas,
& si lubet,
Moschi Orient. ℈
Ambræ gryseæ ana scrupul. semis,
Aqua destillata servetur usui.

AQUA Vel ESSENTIA NEPHRITICA.

℞. Rad. Apii,
Petroselini,
Liquiritiæ ana uncias duas,
Ceparum recent. uncias tres,
Herb. recent. Rutæ murar. unciam unam,
Baccar. Alkekengi uncias duas,
Juniperi uncias tres,
Sem. Apii.
Nasturtii ana unciam unam semis,
Nucleorum Persicorum,
Cerasorum ana uncias duas,
Ligni Nephritici unciam unam semis,
Cinamomi,
Macis ana drachmas sex,
Terebinth. odorif. claræ uncias duas.

Incisis & contusis, quæ incidenda & contundenda sunt, nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur

Vini albi opt. libræ quatuor,
Succi vel liquoris Betulæ sponte effluxi, libræ duæ,

factâque digestione, fiat destillatio ad siccitatem specierum, *aqua spirituosa* interim asservetur. Ex *speciebus in cucurbita residuis* fiat beneficio *spiritûs vini* repetitis affusionibus, *Extractum* non nimis spissum; quod si lubido fuerit, *superiori aqua* jungatur, & post digestionem & filtrationem *Essentia* asservetur; sin minùs, & quod meliùs, *Extractum* sigillatim asservetur, postulante autem necessitate unà cum *aqua superiori destillata* propinetur. *Aqua* verò adhuc jungatur

Solutionis oculor. Cancror. uncia una semis.

Fiatque *aqua Nephritica* præstantissima usui asservanda.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 916 sur 955

ELIXIR VITÆ STOMACHALE ET CAPITALE.

℞. Cinamomi electi uncias tres,
Caryophyllorum,
Cubebarum ana unciam semis,
Cardamomi min.
Baccarum Lauri ana unciam unam,
Nuc. Moschat unciam unam semis,
Macis unciam semis;
Calami Aromatici.
Galangæ ana unciam unam,
Cortic. citri extim. recent. uncias tres,
Melissæ recent.
Rorismarini ana recent. unciam unam,
Rosarum recent. sale condit. uncias tres.

Incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis, superaffundantur *Spiritus vini optimi rectif.* ℔ *xij*, factâque brevi digestione destillentur, rostro Alembici immittendo in petia ligata

Storacis calamitæ unc. semis,
Ladani drachm. tres,
Ligni aloës opt. drachmam unam semis,
Ambræ drachm. semis,
Moschi scrupulum unum.

Spiritus prolectus (cui, quæ rostro alembici imposita fuêre, aliquandiu immergi possunt, pro meliori extractione) dulcoretur cum *libra una Iulapii*, vel *rosarum*, vel *vini*, nostro modo paratorum, eritque *Elixir* præstans.

ACETVM SCILLITICUM.

PAretur secundum *Animadversiones* superioris Pharmacopœiæ reformatæ.

ACETVM THERIACALE.

OPtimè confici poterit ex *speciebus* superiùs pro *Essentia Alexipharmaca* deputatis cum ℔ *viij aceti destillati*, per solam infusionem & extractionem sine destillatione.

PHAR-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 917 sur 955

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ CLASSIS XVI,

Oleorum coctorum & expressorum seriem complectens.

OLea *nonnulla cocta & magis necessaria, nimirùm* Absinthii, Anethinum, Chamæmelinum, Hyperici, Jasminum, Liliorum alborum, Lumbricorum, Mastichinum, Menthæ, Populinum, Rosarum, Rutæ, Sambucinum, Scorpionum simplex, Vulpinum, &c. *Item quædam* Olea expressa, *quæ in Officinis necessariò prostare debent, juxta* nostras Animadversiones *in præcedenti* Pharmacopœia Augustana *super quodlibet ferè sigillatim factas, parari possunt. Præter hæc aliqua composita annectemus, quorum primum esto*

BALSAMUM VULNERARIUM.

℞. Olibani, sive Thuris,
Galbani,
Myrrhæ,
Mastichis ana uncias tres,
Hederæ,
Elemi ana uncias duas.
Dissolvantur omnia probè, & misceantur cum
Olei Terebinthinæ rubri destill. unciis sex,
superaddendo
Aloës Epaticæ uncias duas,
Macis,
Zedoariæ,
Cinamomi opt. ana unciam unam,
Summitat. Hyperici,
Millefolii ana unciam unam,
Balsami Indici Peruviani uncias duas,
Camphoræ unciam unam semis.

His omnibus permixtis, & retortæ vitreæ immissis, fiat destillatio ut moris est, servatis ignis gradibus, quousque nil ampliùs prodeat, ad totalem specierum combustionem. *Olea* quæ prodeunt, *primum*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 918 sur 955

mum & secundum sigillatim asserventur ; *ultimum* verò, quod crassum nigrum & fœtidum erit, super cineres rectificari, & vel sigillatim asservari, aut prioribus commisceri potest, *eritque vulnerarium efficacissimum & præstantissimum.*

OLEUM DE CAPPARIBUS SPLENETICUM ET HEPATICUM.

℞. Cortic. rad. Capparor. unciam unam,
Herb. Tamarisci cum corticibus,
Verbenæ recentis,
Tabaci infumati ana uncias duas,
Fructûs Cappar. aceto vel sale condit. uncias tres,
Salis Armoniaci sublimati unciam unam.
Incisis & contusis affundantur
Succi Verbenæ unciæ tres,
Olei clari Olivarum libræ duæ.

Digerantur aliquandiu, postea coquantur leniter ad exhalationem humiditatis, tùm colentur, addendo ubi parum refrixerit,
Camphoræ unciam unam,
Ol. Animoniaci destill. unciam unam semis,
Misce, fiat *Oleum splenecticum & hepaticum.*

Nota ; *si quis huic Oleo addere vellet Ol. stillat. Fulig. & Tabaci ana drach. ij, vel unc. ß, is illud in virtutibus maximè exaltaret.*

OLEUM DE CASTOREO NERVINUM.

℞. Castorei pinguiss. vel pingued. ejusdem unciam unam,
Euphorbii,
Croci,
Cubebarum,
Piperis longi,
Nigri,
Pyrethri,
Sabinæ ana unciam semis,
Olei puri Olivarum libram unam semis,
Vini albi uncias tres.

Infusa relinquantur in digestione ; postea in cucurbita cum suo capitello munita, fiat una vel altera ebullitio, reddendo *residuo oleo* humiditatem prolectam : Tum fiat colatura & expressio ; *Expresso* addantur
Ol. stillat. Styracis Calam.
Galbani,

Ol.

Ol Opopanacis ana ſtillat. uncia ſemis,
Lavendulæ ſtillat drachma una ſemis.

Fiatque *Oleum nervinum, frigidis, caterisque in ſuperiori Pharmacopœia denominatis affectibus perquàm utile.*

OLEUM MOSCHELINUM STOMACHICUM.

℞. Ol. puri recentis libram unam;
in quo diſſolvatur
Maſtichis electæ uncia una ſemis; addendo
Ol. Nucis Moſchatæ expreſſi unciam unam,
Stillat. Macis drachmam unam,
Styracis Calam.
Myrrhæ ana unciam ſemis,
Caryophyllorum,
Abſinthii ana drachmam unam,
Maſtichis drachmas duas.

Miſce, fiat Oleum ſtomachicum,

Vel

℞. Ol. Nuciſtæ expreſſi unciam unam ſemis,
Stillat. Macis drachmam unam,
Caryophyll. drachmas duas,
Styracis Calam.
Myrrhæ,
Maſtichis ana drachmas tres,
Abſinthii drachmam unam.

Miſce, fiat Oleum ſtomachicum nobile.

OLEUM HYPNOTICUM.

℞. Ol. Nucis Moſchatæ expreſſi unciam unam ſemis,
Stillat. Citri drachmam unam ſemis,
Croci Auſtriaci pulveriſati drachmas duas,
Opii Thebaici drachmas duas ſemis,
Ladani drachmam unam.

Digerantur aliquandiu in loco calido in vitro optimè clauſo, colatur tandem *Oleum*, uſuique aſſervetur. Vel

℞. Ol. expreſſ. Nuciſtæ, id eſt, Nucis Moſch. unciam unam,
Papaveris albi drachmas duas,
Hyoſcyami drachmam unam,
Ceræ drachmas duas,
Croci pulveriſati drachmam unam.

Miſce, fiat Oleum, vel potiùs unguent. molle.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 920 sur 955

OLEUM SCORPIONUM ALEXIPHARMACUM COMPOS.

℞. Olei Olivarum recent. libr. tres,
Cui immergantur inciſa & contuſa craſſiuſculè
Rad. Angelicæ,
Zedoariæ,
Tormentillæ,
Scorzoneræ ana uncia una,
Herb. recent. Scordii noſtrat.
Rutæ hortenſ. ana unciæ duæ,
Flor. recent. Centaurii uncia una,
Hyperici unciæ tres,
Myrrhæ elect. uncia una,
Croci Auſtriaci uncia ſemis,
Vini albi unciæ quatuor.

Digerantur per aliquot dies, poſtea coquantur vel deſtillentur in Alembico ad prolectionem humiditatis, quæ aſſervanda; *Oleum* à ſpeciebus per expreſſionem liberandum, *& recentibus ſpeciebus ſimilibus* unà cum à prima deſtillatione aut coctione *prolectâ & aſſervatâ humiditate* reaffundendum, digeſtio per aliquot dies reiteranda, *& humiditas* ut antea coquendo, per Alembicum prolicienda eſt, poſtea *oleum* denuò exprimendum, qui labor cum *recentibus ſpeciebus* infundendo, deſtillando, & exprimendo, etiam tertiâ vice repetatur, *reſervatâ* iterùm *prolectâ humiditate*. Tandem adde *oleo expreſſo*.

Ducentos Scorpiones vivos diebus canicularibus collectos, qui in ipſo ſuffocentur, & poſt ſufficientem digeſtionem addantur
Ol. ſtillat Myrrhæ drachm. tres,
Baccarum Juniperi drachmæ duæ,
Angelicæ,
Rutæ,
Zedoariæ,
Cort. Citri recent. ana drachma una ſemis,
Styracis Calam. drachm. tres;
nec non
Aqua vel humiditas illa à ſuperioribus deſtillationibus aſſervata;

Factâque adhuc digeſtione per octiduum, *oleum* tandem per inclinationem à *Scorpionibus* & ſubſidente humiditate ſeparetur, vel decantetur, uſuique aſſervetur, *ceu præſtantiſſimum Oleum Alexipharmacum*.

PHAR-

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 921 sur 955

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ CLASSIS XVII,

Unguentorum ſtructuram ſtudiosè deſcribens.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Mellis cum ſucco Plantaginis & Millefolii deſpumati & cocti, uncias octo,
Pulv. Æruginis ſubt.
Aceti Sambucini vel Roſacei uncias duas ſemis.

Coquantur igne paulò validiori ad conſiſtentiam *unguenti*, *ulceribus malignis & putridis detergendis valdè proficui.*

UNGUENTUM DE ALABASTRO.

PAretur juxta *Animadverſiones noſtras* ſuper ipſum factas, in *Pharmacopœia præcedenti.*

VNGVENTVM ALBVM.

℞. Ceruſſæ cribratæ libram unam,
Olei Sambucini libras duas ſemis,
Aceti Sambucini libram unam ſemis.

Coquantur in vicem ad conſumptionem *aceti*, & ferè ad conſiſtentiam *unguenti*, in quo liquefac
Ceræ albæ lib. ſemis (ſi opus fuerit) & ubi penitus refrixerit,
Album. ovorum conquaſſat. num. ſex,

Fiatque *unguentum ad Eryſipelas. & ad ſedandas inflammationes & combuſtiones efficaciſsimum.*

VNGVENTVM ALBVM CAMPHORATUM.

EX *præcedenti unguento* componi poterit, admixtâ ipſi ultimò, ubi plane refrixerit, *Camphoræ unc. j ß*, in *oleo roſaceo* ſoluto, & evadet ad præfatos affectus adhuc efficacius.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 922 sur 955

UNGUENTUM DE ALTHÆA.

VIdeantur *Animadversiones Pharmacopœiæ reformatæ*, & secundum illas dextra hujus *unguenti* instituatur præparatio.

VNGVENTVM APOSTOLORUM.

℞. Terebinth. claræ & liquidæ uncias tres semis,
in qua liquefac
Pulv. Gummi Ammoniaci unciam unam semis,
Opopanacis,
Galbani puri ana unciam semis,
Mastichis drachmas sex,

Quibus liquatis, adde paulatim sequentia tria pariter colliquata, & per linum colata, scilicet

Resinæ,
Ceræ flavæ ana uncias tres,
Ol. Terebinth. rubr. destill. unciam unam semis,
nec non
Pulv. Aristoloch. long.
Thuris albi,
Myrrhæ ana drachmas sex,
Æruginis unciam unam semis,
Sacchari Saturni unciam semis.

Fiatque unguentum vulnerarium laudabile, *nervorum & ipsis etiam ossium vulneribus accommodatum.*

VNGVENTVM DE ARTHANITA PURGANS.

PAretur juxta modum in *Animadversionibus nostris* super idem in *prægressa Pharmacopœia Augustana* indigitatum.

UNGUENTUM BASILICON VULNERARIUM.

℞. Terebinth. claræ uncias duas;
in qua liquescant
Pulv. Mastichis,
Sagapeni ana uncia una,
Colophoniæ claræ unciæ duæ,
Ceræ flavæ odorif. unciæ quinque,
Ol. Terebinth. rubr. unciæ tres.
Ultimò adde
Pulv. Myrrhæ,

Pulv.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 923 sur 955

Pulv. Thuris albi ana unciam unam.

Fiatque *unguentum vulnerarium* efficaciſſimum, plurima *Balſama vulneraria* ſuâ efficaciâ antecellens.

VNGVENTVM CLYSMATICVM.

COnficiatur juxta modum in *Pharmacopœia Auguſtana* præſcriptum.

VNGVENTUM COMITISSÆ

Sive ADSTRINGENS.

PAretur & hoc *unguentum* juxta *Animadverſiones Pharmacopœia prægreſſæ*, addito *Saccharo Saturni*.

UNGUENTVM FVSCVM.

℞. Terebinthinæ claræ & liquidæ uncias quinque,
in quibus liquefac
Pulv. Gummi Sagapeni unc. duas,
Maſtichis,
Galbani puri ana unc. unam.

His liquatis ſenſim immiſceantur ſimiliter invicem liquata, & per linum colata ſequentia,

Ceræ flavæ odorif. unciæ quat.
Picis Græcæ,
Nigræ ana unciæ duæ,
Olei Terebinthinæ rub. uncia una ſemis,
nec non ultimò
Pulv. Thuris uncia una ſemis.

Fiatque unguentum ſarcoticum nobile.

VNGVENTVM AD HÆMORRHOIDES.

PRæparetur hoc *unguentum* ſecundum præſcriptam compoſitionem *Pharmacopœiæ Auguſtanæ* reformatæ, & juxta Animadverſiones noſtras ipſi annexas.

VNGVENTVM INFRIGIDANS GALENI.

PRægreſſa Pharmacopœia & Animadverſiones noſtræ adjunctæ *hujus unguenti* præparationem legitimam luculenter demonſtrant.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 924 sur 955

VNGVENTUM SATVRNINVM.

℞. Aceti Sambuci fortiſſimi ex aceto deſtill. & flor. Sambuci parat. libr. tres,
Minii libram unam,
Coquantur in vaſe vitreato ad conſumptionem tertiæ partis; *Reliquæ duæ libræ aceti à Minio* ſeparentur colenturque, & ad ſpiſſitudinem liquoris (ad libram circiter dimidiam,) ſive *olei Tartari* exhalent, cui adde ſub continua agitatione
Olei Sambuci ex floribus per trinam infuſionem, maceration-nem & expreſſionem dilig. parati, quantum ad unguenti albi conſiſtentiam ſufficere videbitur, quod ipſa præparatio dictitabit,
adjiciendo poſtremò ad
libram unam unguenti
Pulv. ſubt. Olibani vel Thuris,
Maſtichis,
Lapid. Calamin. cum ſucco Millefolii levigati & ſiccati ana unc. unam,
Pulv. Pompholyg. drachm. ſex.
Camphoræ in dicti olei Sambucini ſ. q. ſolutæ unc. ſemis.
Fiat unguentum nobiliſſimum refrigerans, *quodque omnibus inflammationibus, ulceribus ſordidis & pertinacibus, nec non ambuſtionibus ac Eryſipelati ſummoperè medetur.*

VNGVENTVM MERCVRIALE.

Fiat hujus *Vnguenti* præparatio, juxta *Animadverſiones noſtras* ſuper ipſum factas in *Pharmacopœia præcedenti*, diſſolvendo ſcilicet *Mercurium* cum *aqua fortis*.

VNGVENTVM NIHILI.

Videantur *Animadverſiones noſtræ* ſuper ipſum factæ in *Pharmacopœia reformata Auguſtana*, juxta quas ipſius inſtituatur præparatio.

VNGVENTVM PECTORALE,

Item reliqua, utpote, Pediculorum, Pomatum, Populeonis, Potabile rubrum, Roſatum, de Minio, ad Scabiem. ad Vermes, & Viride Reginæ.

Conficiantur juxta *Animadverſiones noſtras* ſuper ipſa in *præcedenti Pharmacopœia* ſigillatim factas, quas Lector Amicus minus gravatè revolvere dignetur.

PHAR.

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS XVIII,

Emplastrorum dubiè parandorum formulas explanans.

EMPLASTRUM ALBUM COCTVM.

℞. Olei Sambucini ex floribus per trinam infusionem, macerationem & expressionem exactè parati libras duas,
Cerussæ libram unam semis, vel etiam libras duas.

Mista coquantur leni igne, continuò infundendo aliquid *aceti Sambucini* pro dissolutione *Cerussæ* (quousque ferè *aceti* ℔ j ß, vel ℔ ij. affusæ sint,) donec *Emplastri mollis consistentiam* acquisiverint, spatulâ vel rudiculâ sine intermissione agitando, cui addantur statim, ut in eo liquefiant,

Ceræ albæ unc. quatuor.

Et ab igne remoto subsequentes pulveres, utpotè

Mastichis el.
Thuris ana unciæ duæ,
Lapidis Calaminaris, cum Spermate Ranarum, resoluto saltem in aquam, non destillato, levigati aut præparati unciæ duæ,
Pompholygis uncia una.

Fiat *Emplastrum* laudabile *ad omnes inflammationes, ulcera sordida cancrosa, &c. præstantissimum.*

EMPLASTRUM DE BACCIS LAURI STOMACHICUM.

℞. Terebinthinæ claræ & liquidæ uncias tres,
in quibus liquefac
Pulv. Mastichis,
Myrrhæ,
Thuris ana unciam unam, drachmas duas.

Quibus invicem benè liquatis & commixtis, adde paulatim & alternatim desequentibus *pulveribus & Melle.* Utpotè

Mellis Menthæ nostro modo parati unc. tres,
Pulv. Baccar. Lauri unc. duas,

Pulv

Pulv. Nucis Moſchat. unciam unam ſemis,
Caryophyllorum,
Calami Aromat.
Zedoariæ ana drachmas ſex.
Fiat *Emplaſt. ſtomachicum* efficaciſſimum.

EMPLASTRUM STOMACHALE
aliud PRECIOSIUS.

℞. Tacamahacæ,
Ladani puri,
Storacis Calam.
Maſtichis electæ ana unc. unam.
Diſſolvantur hæc cuncta pulveriſata in
Terebinthinæ claræ odorif. unciis quatuor,
quibus ſuperadde
Ol. ſtill. Abſinthii,
Caryophyllorum,
Zedoariæ ana drachm. unam,
Nuciſtæ drachm. unam ſemis,
Pulv. Myrrhæ,
Thuris,
Cyperi rotundi ana unciam unam ſemis,
Ultimò addendo
Balſami Indic. Peruviani drachm. tres.
Ex mixtis ſ. a. fiat *Emplaſtrum ſtomachicum egregium.*

EMPLASTRUM BASILICUM
Nervinum & Vulnerarium.

℞. Terebinthinæ claræ odoratæ uncias duas,
in qua liquefac
Maſtichis el.
Pulv. Sagapeni ana unciam unam,
Colophoniæ uncias quatuor,
Et ultimò adde
Pulv. Myrrhæ,
Olibani,
Succini ana unciam unam.

Fiat *Emplaſtrum* aliquandiu in calore leni ſaltem liquatum agitandum, *omnibus vulneribus recentibus & antiquis nervorum, oſſium, capitis, &c. accommodatiſſimum.*

EM-

EMPLASTRUM DE LAPIDE CALAMINARI ad ulcera fluida.

℞. Terebinthinæ liquid. uncias duas,
in quibus liquefac
Maſtichis electæ unciam unam,
Colophoniæ,
Ceræ flavæ ana uncias duas; ſuperaddendo
Lapidis Calaminaris præpar.
Tutiæ præpar ana uncias duas,
Litharyri cum unciis duab. aceti cocti, & cum eo totaliter exſiccati unciam unam ſemis,
Olibani triti ſubt drachm. ſex,

Fiatque *Emplaſtrum* juſtæ conſiſtentiæ, *ulceribus manantibus proficuum.*

EMPLASTRUM CITRINUM.

PAretur ſimpliciter modo præſcripto in *Diſpenſatorio præcedenti reformato.*

EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX.

SImiliter & hoc *Emplaſtrum* juxta modum in *Animadverſionibus noſtris* ſuper idem ipſum factis in *prægreſſa Pharmacopœia* parari poterit.

EMPLASTRUM DIACHYLON cum GUMMIS.

CONficiatur modo in Animadverſionibus noſtris præcedentis Pharmacopœiæ reformatæ edocto; vel etiam

℞. Diachyli ſimpl. libram unam, cui
Gummi Ammoniaci,
Opopanacis,
Galbani,
Sagapeni, ana unc. ſem.

ſoluta prius in *aceto*, l. a. admiſceantur.

EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS.

℞. Farinæ Hordei,
Cruſtæ panis in aceto maceratæ iterumque exſiccatæ, ana unc. tres.

Co quan-

Coquantur parum in *aceto Rosaceo* ad Cataplasmatis durioris consistentiam, cui adde invicem liquata

Terebinthinæ uncias duas,
Pulv. Mastichis unc. unam semis,
Ceræ flavæ odorat. unc. tres; & ultimò
Pulv. Menthæ unciam unam,
Caryophyllorum unciam semis,
Nucis Moschat. drachm. sex,
Olibani unciam unam.

Misce, fiat *Emplastrum stomachicum efficax.*

EMPLASTRUM DE FULIGINE.

℞. Terebinthinæ uncias duas semis,
Saponis Veneti subt. conscissi uncias quinque.

Liquefiant invicem super igne lento quibus statim adde

Fermenti acris uncias duas,
Pulv. Croci Austr. unciam unam.

Pistentur & agitentur benè, donec omnia unita sint exactè,

Tùm superadde

Fuliginis Camini splend. pulveris. uncias duas,
Theriacæ sive Antidoti Theriacalis nostri secundæ unciam unam semis,
Mellis Rosati drachm. sex,

Pistentur iterùm optimè, donec omnia probè unita sint, denique, cùm non ampliùs intensè calent, sed quasi refrixerint, admisce

Vitellorum ovorum num. quinque, &
Salis Theriacalis nostri, tertiæ descriptionis prægr. Pharm. unciam unam.

Fiatque Emplastrum nobile *in peste.*

EMPLASTRUM ISCHIADICUM.

COmmodè *hoc Emplastrum* parari poterit juxta præscriptionem in *prægressa Pharmacopœia* & *nostras Animadversiones.* Hoc insuper consultum fore existimarem, si pondus *Euphorbii, sem. Erucæ* & *Ceparum* nonnihil augeretur, nec aliùd quàm *Saponis oleum,* loco *olei Lini,* reciperetur.

EMPLASTRUM MAGNETICUM.

PAretur modo superius in *Pharmacopœia prægressa* indigitato.

EM-

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

REvolvantur *Animadverſiones* ſuper idem hoc *Emplaſtrum* factæ, in *Pharmacopœia præcedenti*, & ſecundum illas inſtituatur præparatio.

EMPLASTRUM NERVINUM PODAGRICUM.

℞. Terebinthinæ claræ Cypriac. uncias quinque,
in qua liquefac
Gummi Carannæ puriſſ. unciam unam,
Pulv. Gummi Ammoniaci,
Gummi Elemi,
Tacamahacæ ana uncias duas,
Quibus exactè unitis adde invicem liquata
Ceræ flavæ & novæ odorat. uncias quinque,
Colophoniæ claræ uncias duas,
Ultimo denique ſequentes *pulveres* & *olea* inſpergantur, utpotè
Olibani,
Maſtichis,
Sandaracæ,
Succini ana unciæ duæ,
Ol. ſtill. Succini uncia ſemis.
Miſceantur exactè omnia, & erit Emplaſtrum *excellens in doloribus arthriticis.*

EMPLASTRUM OPODELTOCH.

HUjus *Emplaſtri* dextra & plenaria præparatio tradita eſt ſuperiùs in *Pharmacopœia reformata*, in Animadverſionibus propriis, quas Lector benevolus haud gravatim revolvat.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞. Terebinthinæ claræ odoratæ uncias octo,
in quibus liquefac
Pulv. Gummi Ammoniaci,
Maſtichis,
Galbani puriſſimi ana unc. tres.
Quibus invicem benè commixtis, adde priùs conjunctim liquata,
Ceræ flavæ odorat.
Colophoniæ,
Picis Græcæ ana uncias nov.
ac ultimo inſperge

Pulv.

Pulv. Thuris cl.
Myrrhæ ana uncias duas semis,
Croci in vino parùm diluti uncias duas.

Fiat *Emplastrum* justæ consistentiæ, aliquandiu agitandum, ut species eò melius permisceantur & uniantur, & quidem in leni saltem calore, ne spirituosæ & penetrabiliores ejus partes evanescant. *Ità evadet ad affectus superiùs in prægr. Pharmacopœia denominatos, ipsosque dolores podagricos demulcendos præstantissimum.*

EMPLASTRUM DE RANIS
Cum MERCURIO.

PAretur juxta *Animadversiones Pharmacopœiæ superioris*, dissolvendo nimirum *Mercurium* cum *aqua forti*.

EMPLASTRUM DE SPERMATE
RANARUM.

UT *Emplastrum* hoc ritè paretur, conficiatur priùs *oleum* per infusionem, macerationem & coctionem (non tamen totalem humiditatis exhalationem,) ex *spermate Ranarum & Cancris fluviatilibus*.

℞. Hujus olei cum adjuncta adhuc aliquid ejus subsidente humiditate libras quatuor,
Cerussæ cribratæ libras duas semis, vel lib. tres.

Coquantur leni igne rudiculâ continuò agitanda, & in ipsa coctura successivè admisce
Vitrioli albi, &
Aluminis crudi ana dissolut. in s. q. spermatis Ranarum non destillati, sed saltem resoluti & per linteum sponte defluxi, uncias tres.

Et postquam per coctura ad debitam *Emplastri* consistentiam redacta fuerint, adde
Ceræ albæ uncias sex,
remotisque ab igne
Pulv. Mastichis,
Thuris ana unc. unam, vel uncias duas.

Tandem, cùm ferè refrixerit *Emplastrum*, immisce
Camphoræ in olei Rosar. s. q. priùs solutæ unciam unam, vel uncias duas.

Fiatque *Emplastrum* justæ consistentiæ, *omnibus vulneribus & inflammationibus, &c. conducibile,*

EM-

EMPLASTRUM HEPATICUM.

℞. Terebinth. claræ & liquidæ uncias quatuor;
in quibus dissolve
Pulv. Gummi Ammoniaci,
Elemi ana uncias duas.

His optimè colliquatis, sensim admisce subsequentia alternatim & per vices; nimirùm

Ceræ flavæ seorsim jam liquatæ uncias sex,
Succor. inspissat. Agrimon.
Absinthii ana unciam unam,
Salis Armoniaci flavi cum Vitriolo sublimati, & succis prædictis permisti, uncias duas semis,
Pulv. Myrrhæ elect. unciam unam,
Eupatorii Avicennæ:
Ultimò adjunge
Camphoræ cum s. q. Olei Styracis, vel si hoc desit, Ol. Succini ad pultis formam in mortario contundendo redacti, unciam unam, vel unciam unam semis.

Fiat *Emplastrum* nobile, *obstructionibus hepatis reserandis summè idoneum.*

EMPLASTRUM SPLENETICUM.

℞. Terebinth. claræ & liquidæ uncias quatuor;
in quibus liquefac
Pulv. Gummi Ammoniaci,
Elemi ana uncias duas.

Et cùm invicem benè commixta & colliquata sunt, sensim per vices & alternatim adde de sequentibus, utpotè

Ceræ flavæ & liquatæ uncias sex,
Decocti Tabaci infumati ad spissam Extr. consist. inspiss.
Succi Verbenæ inspiss. ana unc. unam, vel unc. unam sem.
Salis Armoniaci sublimati & succis prædictis inspissat. antequam addatur, permisti, uncias duas,
Pulv. Myrrhæ rubr. unciam unam,
Verbenæ,
Parietar. ana unciam semis.

Misce, fiat *Emplastrum splenecticum* præstantissimum.

EMPLASTR. TRIAPHARMACUM.

PAretur secundum præscriptionem traditam superiùs in *Pharmacopœia Augustana reformata.*

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 932 sur 955

PHARMACOPOEIÆ REGIÆ

CLASSIS XIX,

Ceratorum parandorum modum præscribens.

CERATUM DE BETONICA CAPITALE.

℞. Terebinth. claræ unc. unam semis; in qua liquescat
Pulv. Mastichis elect. uncia una:
Postea adde invicem colliquata,
Ceræ flavæ, &
Colophon. pellucid. ana uncias duas;
Quibus benè mixtis, & saltem liquefactis, immisce
Pulv. Thuris,
Succini,
Benzoës ana drachm. tres,
Betonicæ unciam semis, vel drachmas sex,
Ol. still. Benzoës, vel loco hujus Styr. Cal. drach. un. sem.
Fiat *Ceratum capitale* præstans.

ALIUD PRECIOSIUS.

℞. Resinar. Styracis Calam.
Ladani ana unciam semes.
Harum Resinarum præparationes in Animadversionibus Theriacæ Andromachi progressæ Pharmacopœiæ edoctæ sunt.
Quibus leniter liquefactis, adde
Ceræ liquatæ unciam unam sem.
Pulv. Thuris,
Mastichis,
Sandaracæ,
Succini,
Benzoës ana drachmas duas,
Ligni Aloës gummosi drachmas unam semis,
Ol. stillat. Coriandri drachmam unam.
Fiat *Ceratum capitale* pretiosum.

CERA-

CERATUM DIAQUERCINUM,

quod in Germania, ubi Palmarum rarus est proventus, vices Diapalmæ supplere potest.

℞. Folior. Quercûs recent. teneriorum & succulentorum libr. duas

Conscindantur & contundantur optimè, immergantúrque in
Axungiæ Porcinæ, &
Ol. clari Oliv. ana libris duabus.

Factâ aliquandiu maceratione, coquantur & exprimantur; *Oleo & Axungiæ expressæ, recentia conscissa & contusa folia* in supradicto pondere immergantur, reiteratâ maceratione coctione & expressione; Huic *Axungiæ & oleo jam essentificatis*, addantur
Lithargyrii subtilissimè triti libræ tres.

Coquantur leniter spatulâ vel rudiculâ continuò agitando, & sensim ac per vices infundendo
Vitrioli albi in succo vel saltem decocto Quercino soluti unc. quatuor, vel quinque,

ad consistentiam *Cerati durioris* seu *Emplastri*, quod non solùm prænominatæ *Diapalmæ* vices supplere poterit, quin ipsam etiam in effectu & virtutibus superabit.

CERATUM MATRICALE.

JUxtà præscriptionem *Pharmacopœiæ reformatæ* & *Animadversiones* nostras super ipsum factas parari convenit.

CERATUM pro HERNIIS, seu CATAPLASMA ADSTRICTIVUM.

℞. Pulv. florum Rosar. rub. exsicc.
Balaust.
Saniculæ cum radicibus,
Aristolochiæ ana unc. tres,
Gallarum,
Nucum Cupress. ana uncias duas,
Tormentillæ unc. unam semis,
Succi Acaciæ, &
Hypocistid. ana, prius in succo vel decocto Quercino solut. unciam unam,
Succi Quercini folior. tenellorum, vel decocti eorum fortis libram unam semis.

Coquantur benè ad consistentiam *Cataplasmatis* continuò agitando, in fine addantur

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 934 sur 955

Mellis simplicis libra una semis,
Vitrioli Veneris uncia una semis.

Et denuò coquantur ac sine intermissione agitentur, quoad redigantur ad formam *Cataplasmatis*, *quod in herniis, inprimis bubonocele magni erit juvaminis.*

CERATUM ALIUD MAGIS DURABILE AD HERNIAS eadem.

℞. Terebinthinæ claræ libram semis,
in qua liquefcant
Pulv. Myrrhæ uncia una,
Mastichis uncia semis,
Quibus benè liquatis superadde
Ceræ flavæ odor. unc. quatuor,
Succi Acaciæ, &
Hypocistidis ana, in succo vel decocto forti fol. Quercûs in pultis formam solutor. unciam unam,
Vitrioli Veneris pulverisati & ad albedinem parumper calcinati, nec non prædictis succis, antequam addatur superioribus, commiscendi unciam unam semis,
Pulv. Sangu. Draconis,
Nucum Cupressi,
Gallarum ana unc. unam,
Aluminis crudi parumper cum decocto folior. Quercûs ad pultis formam humectati drachm. sex,
Sarcocollæ unciam unam.
Misce exactè, fiat *Ceratum.*

CATAPLASMA INSIGNE AD ENTEROCELEN.

℞. Radic. Consolid. major. recent. mundat. & conscissar. libras duas,
Herb. Sanicul. rub. cum radicib. libram unam,
Recent. Consolid. Sarracen. lib. semis,
Fol. Quercûs recent.
Pyrolæ,
Alchimillæ,
Perfoliatæ ana recent. uncias quatuor.

Incisa omnia coquantur in s. q. *aquæ* repetitis vicibus affusæ, quousque tota virtus extracta sit; *Colaturæ omnes unitæ*, ad remanentiam quatuor circiter librarum evaporent, fiatque *Gelatina*, cui immisce
Pulv. flor. rosarum rub. uncias duas,

Pulv.

Pulv. Ariſtoloch. rotund. uncias unam ſemis,
Sanguinis Draconis,
Maſtichis,
Myrrhæ,
Olibani ana unciam unam,
Sarcocollæ unciam unam ſemis,
Aloës Epat. uncias duas,
Rad. Conſolid. major exſic.
Tormentillæ,
Nuc. Cupreſſ. ana uncias tres,
Mellis puri crudi libras tres.

Coquantur omnia & ſingula lento igne, continuò agitando ad conſiſtentiam *Cataplaſmatis* mollioris, *quod ſingulis diebus bis & calidè linteolo involutum, regioni partis affectæ applicetur.*

EPILOGUS.

HÆc ſunt, *Lector Philiatre*, quæ arduo quidem non ſine conatu, aſt aurigante benevolo & promptiſſimo *Tibi* gratificandi animo exaravi; *Tu* interim, quæ *Tua* eſt humanitas, hæc qualiacunque æqui bonique conſule; Quod ſi feceris, abundè mihi uti polliceor, me non ſolùm ulteriùs *Tibi*, *tuiſque* conatibus impensè habebis faventem, ſed etiam ad majora, quæ fortè maturior ætas dictabit, invitabis ac incitabis. Ne mireris autem, quod, dùm in omnibus *methodum D. D. Auguſtanorum* imitatus ſum, novam aliquam *Mantiſſam ſelectiorum medicamentorum Chymicorum* non ſubjunxerim, quam ſanè credas me non niſi ſonticas ob cauſas prætermiſiſſe, quas in præfatione *ſuperioris Mantiſſæ Pharmacopœiæ prægreſſæ* quodammodo innui; Loco autem *Mantiſſæ Hermeticæ novæ* interim *Tibi* commendo ſcripta Chymica *Excellentiſſ. Schroderi & Glauberi*, in quibus ſelectiorum medicamentorum Chymicorum inſignem habebis ubertatem & delectum, quæ proinde, quoties res & uſus poſtulat, minùs gravatè evolvas, atque hiſce bene valeas.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 936 sur 955

INDEX GENERALIS.

Numerus prior est Pharmacopœiæ Augustanæ ; posterior Regiæ, tam in generali quàm speciali Indice.

Præliminaria necessaria, 1
De simplicibus absolutè scriptis, 2
De succedaneis quorundam medicamentorum, 8
De ponderibus & mensuris medicis, 11
Præfatio in Pharmac. Reg. 782

CLASSIS I,
Syrupos alterantes, Mella, Iuleb, Mixtas, ac Rob, & iisdem annexas Animadversiones continet. 15, 813

CLASSIS II,
Syruporũ purgantium seriem, & eorundem annexas Animadvers. complectitur. 107, 832

CLASSIS III,
Pharmacorum & Electuariorum lenientium parandi modum, cum Animadversionibus super eadem exponit. 140, 836

CLASSIS IV,
Electuariorum solutivorum mollium structuram & iisdẽ annexas Animadversiones comprehendit. 156, 838

CLASSIS V,
Confectio. solutivas quæ in forma solida parari consueverunt, cum Animadversionibus proponit. 179, 841

CLASSIS VI,
Pilularum compositiones & iisdem annexas Animadversiones exhibet. 188, 843

CLASSIS VII,
Extracta cum suis Animadversionibus tradit. 227, 848

CLASSIS VIII,
Decocta & Infusiones, nec non iisdem adjunctas animadversiones exhibet. 258, 849

CLASSIS IX,
Pulveres medicatos eorundemque compositiones explicat, inter quos Purgantes primam constituunt aciem : 272. Item, *Animadvers. integram hanc Classem concernentes,* 293, 852

CLASSIS X,
Eclegmata, Sapas, Linctus & Lohoch, cum suis Animadversionib. comprehendit. 294, 859

CLASSIS XI,
Confectiones Aromaticas seu species, eorundemque parandi modum edocet, 307. Item, *Animadv. universam hanc classem concernentes.* 347, 861

CLASSIS XII,
Trochiscorum componendorum rationes, 351. Item, *Animadversiones totam hanc Classem concernentes denotat.* 373, 871

CLASSIS XIII,
Collyria sicca, Arabibus Sief *dicta, Pastas odoratas, nec non alia Suffituum genera,* 391. Item, *Iisdem additas Animadversiones seorsim descriptas habet.* 398, 876

CLAS-

CLASSIS XIV,

Confectiones Antidotales, Narcoticas, quæ & Opiata dicuntur, aliasque cenſimiles Conſervas & Condita, ſuis animadverſionib. locupletata complectitur. 399,878

CLASSIS XV,

Aquarum compoſitarum cum vino deſtillatarum, ſimplicium, vinorum & acetorum parandi modos, nec non Animadverſ. ſuper eadem tradit. 490,888

CLASSIS XVI,

Oleorum coctorum & expreſſorum ſeriem complectitur. 553

Animadverſiones autem eorundem ſuper univerſam Claſſem conſcriptas. 578,897

CLASSIS XVII,

Vnguentorum ſtructuram ac ſeriem cũ iiſdem adjectis animadverſ. depingit. 584. 901

CLASSIS XVIII,

Emplaſtra, eorundemque Animadverſ. explanat. 639. 905

CLASSIS XIX,

Ceratorum parandorum modum cum Animadverſionibus ſuis præſcribit. 690. 914

CLASSIS XX,

Præparationes quorundam ſimplicium cũ iiſdem adjectis animadverſionibus dilucidat. 707

MANTISSA. 737

Præfatio in Mantiſſam, ibid.

Spiritus ſimplices, 740

Animadverſiones ſimplices Spiritus attingentes, 742

Spiritus compoſiti, 746

Animadverſiones in ſpiritus compoſitos omnes, 749

Elixir, 752

Animadverſiones in Elixiria, 755

Eſſentiæ, 758

Animadverſiones in Eſſentias, 760

Tincturæ, 764

Tincturis annexæ Animadverſiones, 765

Olea deſtillata, 766

Animadverſiones Oleis deſtillatis additæ, 770

Balſama ſimplicia, 772

Balſama compoſita, 773

In Balſama ſimplicia & compoſita adjunctæ Animadverſiones, 775

Fæculæ, 778

Fæcular. animadverſiones, 778

Magiſteria, 779

Magiſteriis adjectæ Animadverſiones, 781

Salia, 785

Salium animadverſiones, 788

Flores, 792

Florum animadverſiones, 793

Croci, Vitrum, Sublimati, Præcipitati, aliique pulveres chymicè præparati, 794

Animadverſiones in Crocos, Vitra, Sublimatos, Præcipitatos, aliosq; pulveres chymicè præparatos, 798

Cremor Tartari, & eidem annexæ Animadverſiones ſigillatim factæ, 803

Cornu Cervi Philoſophicè præparatum, eidemque annexæ Animadverſ. 804

Epilogus. 917

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 938 sur 955

INDEX SPECIALIS,

Sive particularis Simplicium & Compositorum, aliarumque rerum notabilium: Tam in Pharmacopœia Augustana quàm Regia, contentarum.

Acetum de Litharpyro, 549
Acetum scilliticum, 550,898
Acetum theriacale, 551,898
in aceta omnia animadverſ. 552
Aceti acrimonia à Gummis aliiſque rebus eo ſolutis elui nequit, 232
Acorus conditus vulgaris, 440
Adſtringentia vegetabilia deſtillationibus inepta ſunt, 61
Adipum præpar. cum adjunctis animadverſionibus, 707
Æris uſtio cum animadverſ. 708
Æris uſtiones diſcutientes, ibid.
Agarici præparatio. 709
Agarici trochiſcatio. 384
Agreſtatũ ſpirit. acidus nondum maturus coquendo non exhalat, 25
Aloës lotio. 709
in eandem animadverſ. ibid.
Aloë propriè loquendo lavari nequit, 197
Aluminis uſtio, 710
Ambra oleis deſtill. ſolvi & reb. aliis vel pulverib. commiſceri poteſt. 293
Anacardiorum præparatio cum annexis animadverſionibus, 710
Anacard. aliiſq; ſimilibus fructib. non ſulphureis, coctione nil demitur, 86
Animalia quomodo deſtillanda, 545
Animalia viva deſtill. commiſſa. ſpiritum vivificum præbere poſſunt, 506
Animalium carnes ad totalem ipſarũ exſiccationem deſtillatæ, nil præter aquam elementarem præbent, ibid.
Animalium mactatorum vis reſtaurativa, in vapore exhalante, dum coquuntur, non conſiſtit, 503
Anilum laxativum, 197
Aniſum ſolutivum ſolidum, 842
Antepilepticum cervinum I. 807
II. 80
Antidotus Matthioli; 431
In antidotum Matth. notabiles animadverſiones, 434
Antidotus Matth conſtat ex ſedecim diverſis compoſitis, & trecentis & octoginta octo ſpeciebus vel ingredientibus. 434,435
Antidotus Theriacalis I. 878
Antid. ther. II. Dyſenteriis malignis accommodata 879
In antidotorum claſſem appendix, 476
In antidotorum appendicem animadverſiones notatu dignæ. 479
Antimonium diaphoreticum, 795
præparatum ad pulverem Comitis Warwichii, 796
non diſcrepat ab ant. diaph. 801
Antim. diaphor. præpar. variant, 799
dextra præparatio, 800
Antim. diaphor, ex Regulo, ibid.
tractu temporis malignam induit qualitatem, ibid.
Antiſcorbuticorũ virtus in ſpirituoſa eorundẽ parte, vel ſale volatili, aut ſpiritu volatili ſalino conſiſtit. 76
Aquæ deſtillatæ, 490
Aqua acovitica D D. Mindereri, 490
in eandem animadverſiones, 491
Aqua alexipharmaca. 892
anrapoplectica alia, 889
mineralis, 890
Aqua antepileptica, 894
apoplectica, 888
Aqua antid. alexipharm. Matth. 492
in eandem animadverſiones, 493
Aqua antimelancholi D. Fiſcheri, ibid.
in eandem animadverſiones, ibid.
Aqua antiſcorbutica, 494
Arthritica, 495,890
Aſthmatica cum annexis animadverſ notabil. 496,497,890
Aurea D Joannis Langii, 499
Bardanæ compoſita, 505
Carponis compoſita, 506
in eandem animadverſ. ibid.
Cinam perperam Extractis pro correctione additur, 244
Confortativa uſitata, 509
in eandem animadverſ. ibid.
Aqua cordialis, 893
Aqua cordialis temperata 510
in eandẽ animadv. notabiles, 512
Ejuſdem dexterior præparatio, 513
Aqua Epileptica Langii cum animadverſionibus, 517,518
Aqua epileptica puerorum, 518
pro epithemate cordis, 519

Ejuſ-

Ejusdem vera præparatio, 520
Fumariæ compositа, ibid.
Hirundinum usitata, 521
in eam animadversiones & dexterior præparatio, 522
Hirundinum compos. minor. 523
Hirundinũ compos. major. ibid.
in eandem animadversiones, 524
Hysterica, 895
Lichargyri, 525
in eandem animadversiones, ibid.
Mastich. cum annexis animadv. & dexteriori præparatione, 526
Mercuriata, 527
Mercuriata alia præstantiss. 528
Mirabilis Langii, ibid.
in eandem animadversiones, 529
Nephritica, 897
Nephritica Brengeri, 530
ad oculos usitata, 531
Odorifera, 531, 896
Panacis Heraclei compos. 533
Perlarum confortativa, 896
Physogona, 533
Stapediana prima, 534
Stapediana secunda, ibid
in eandem animadvers. 535
ad scabiem, furfures, tineas, & pediculos capitis abigendos, 623
stomachica, 535
theriacalis Bezoardica, 536
in eandem animadvers. 537
Vitæ compositа, 538
in eandem animadvers. 539
Aquæ destillatæ cum vino, ibid
Aquæ destillatæ simplices, ibid
Aquæ destillatæ ex mineralibus, quomodo præparari debeant, 542
Aquæ destillatæ propter copiam quâ expetuntur & vile precium, ritè destillari nequeunt 548
Aquæ destill. decoctis spirituos. sunt, ergò in coctura prius exhalant, 41
Aquæ destillatæ ad extractiones rerũ resinosarum inhabiles, 246
Aquæ essentiales virib. integris plantarum uberrimè prægnantes. 546
Aquæ ex carnibus destillatæ, nullam nutriendi vim obtinent, 543
Aquæ ex succis destillatæ & sale proprio acuræ examinantur, ibid.
Aqua fortis minus ritè confectis salibus adjungitur, 789
Aquarum ex vegetabil. simpliciſſimus & genuinus destillandi modus, 544
Aquarũ legitimè destillandarum generalis informatio, 542, 543, 544
Argumenta contra compositorum resolutionem, eorundemque solutiones, 436, 437
Ari radicum præparatio, cum annexis animadversionibus, 710, 711
Aromata & odorata coctionem non ferunt sine virium jactura, 22
Asellorum præparatio, 711
Athanasio magna Nicolai, 451
Audacia quid juvet circa serpent: 481
Avellanarum præparatio, 711
Aurea Alexandrina Nicolai, 448
in eandem animadvarsiones, 450
Aurum foliarum inutiliter pulveribus & speciebus admiscetur, 293
Balsama ex oleis destillatis simplicia & compositа, 772, 773
Balsamum Angelicæ Sennerti, 772
Angel. interno usui destinatũ. 775
Angel. interno usui destinat. ibid.
apoplecticum, 773
ejusdem censura, 776
Caryophyllorum. 772
Cordiale Sennerti, 774
Embryonum, 500, 895
Eidem annexæ animadvers. 502
& dextra præparatio, 504
Galbanetum uterinum, 774
Loimicum, ibid.
Sulphuris anisat. Mynsicht. ibid.
Sulphuris aliud, 777
Vulnerarium, 899
Vulnerarium Mindereri, 555
Benedicta solutiva Nicolai 156, 538
Bezoardicum cervinum alexipharmacum I. 806
II. ibid.
III. 807
Bezoardicum cervinum aureum, 808
corroborans, 809
Boli Armenæ præparatio cum additis animadvers. notatu dignis, 712
Boli armenæ genuina præparat, ibid.
Calx viva quid præstar in animal. 485
Calcinatione clausâ, non cineres, sed carbones efficiuntur, 482
Candelæ pro suffitu, 395
Cantharid, præparatio, 713
Caponum & Gallinarũ saginatio, viperinis carnibus, 383
Carnes in destillationibus nil virtutis exserunt, 544
Cassia extracta, 141, 837

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 940 sur 955

Cassia pulpa; 836
Cataplasmata ad Enterocelen, 916
Cauterii potentialis præparatio, 713
Cauteriũ potentiale aliud nobile, 714
Cera alba sat sufficienterque lota est, itaque non opus habet lotione cum aquâ frigida, 606
Cerata, 690
Ceratum de ammoniaco cum ejusdem dexteriori præparatione, ibid.
Cerat. ex Betonica, 681
Capitale, 692.914
aliud pretiosius, 914
Cerine Ctesiphontis, 693
Cerati capitalis & Cerine Ctesiphontis veræ præparationes. ibid:
Ceratum diachalciteos, seu diapalm: Galen. cum eidem annexis animadversionibus & genuina præpar. 693
Cerat. diadictamnum, seu sacrum Gal. cum dexteriori ejusdẽ præpar. 695
Ceratum diaquercinum. 915
Ceratum de gratia DEI Nicol. 696
alia ejusdem præparatio, 697
Ceratũ Isis ex Galeno cum dexteriori ejusdem præparatione. ibid:
Cerat. matricale, vel de Galb. 698.915
in idẽ animad & genuina præp. 699
Ceratum Oesypi Mesue, ibid.
Philagrii, ibid.
in cerat œsypi & philag anima. 700
Cerat. diapipereos Galeni, ibid.
Cerat. ex pelle arietina, & eidem annexæ animadversiones cum genuina præparatione, 701
Cer. pro hernios. D. D. Norib. 703,915
aliud magis durabile, 916
Santalinum Mesue, 704
Sparadrapp. Vigon. ibid.
ejusdem vera præparatio, 705
stomachale Galeni, 706
in idem animadvetsiones, 706
Cerussæ lotio vel ablutio inepta. 714
Chalcitis quid sit, 416
præparatio, 714
Chalybis præparatio ex aceto. ibid
cum sulph, ibid.
in Chalyb. præp. cum aceto & sulphure animadvers. 715
Chalyb. cum sulphure vera calcinatio, & in vitriolum conversio, 715
Chylostagma diaphor. D. D. Mind. 507
in idem animadversiones, 508
Chymia summis difficultatib. referta est, 737
Coctio rerũ aromatical. in vase licet probè recto, inepta est, 43
Colcothar verũ non est corrosiv. 716
Colcothar perperã sulph. commiscetur pro flor. sulphur. sublimatione, 792
Colcotharis indulcati præpar. cum annexis animadvers. notabilibus, 716
Ex Colcothare mox à destillatione sal elici nequit, ibid.
Colocynthidis præparatio, ibid.
Composita compositis cumulare absurdum est, 348
Compositio medicamentorũ Galenicorum non est vera mistio, sed tantummodò congesta appositio, 437
Compositi Sperniolæ præpar. 717
in compos. Sperniol. animadv. & vera præparatio, ibid.
Condita, 471
in condita annotationes, 472
Conditum pro familia, 454
Confect. anacardina Mesue, 454
Cephalica, 883, altera. 884
Alkermes Mesue, 441,882
Monspelienstum, 442
Confectio Alkermes præstantior in novo Dispensatorio cernitur, 444
Confectio adversus lumbricos, 180
Confectionis antidotales, 399
Confectio Archigenis cum suis animadvers. & vera præparat. 446.447
Confect. Hamech Mesue cum annexa vera præparatione, 161,162
Confectio pectoralis, 343
post pastum. ibid.
Confectionis pectoralis resolutio, 348
Confectio solida, quid, 179
ad vermes, 341,842
Zingiberis cocti, 341
Conservæ, 473
Conserva Hederæ terrestris, 474
Rosarum perperam destillationibus committitur, 513
Corallia soluta, sunt sal corallio. 790
Coralliorum violentæ calcinationes destructoriæ sunt, ibid.
Coralliorum tinctura falsa ex coralliis calcinatis, 791
Coriandrorum præparatio cum annexis animadversionibus, 718
Coriandri semen exsiccatum, nullam habet pravam vel venenatam qualitatem, ibid.
Cornu cervi præparatio, cum adjunctis animadversionibus, ibid.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 941 sur 955

Cornu cervi crudum & raſpatum uſto longè præſtantius eſt, 719
Cornu cervi philoſoph. calcinatū, 804
cum adjunctis animadverſ. 805
Cornu cervini vera præparatio, 806
Cornu cervinū quale ad uſum medic. eligendum, 805
Cornua & oſſa philoſophicè calcinata, examinantur, ibid:
Cranii hominis præparatio, 719
Cremor ptiſſanæ, 271
Crocus Martis, 794
ex oleo ſulphuris, ibid:
Croci Martis adſtringentis verus præparandi modus, 798
aperient. dextra præp. ibid:
Metallorum, 795
vera præparatio, 798
Crocor. Mart. edulcorat. ſtupida. ibid.
Crocus Veneris, 708
Croci Solis præparatio, 809
Cuperoſæ præparatio, 719
Decocta, 258
Decoctum aperitivum, 849
Decoctum aperitivum majus, 458
Aperitiv. majus cum rhabarb. 259
Aperitiv. lenitiv. minus, 260
in idem animadverſ. & generalis decoctor. parandi ratio, 261
Capillorum Veneris, & eidem annexæ animadverſ. 261, 262
Carminativum, 262, 850
Contra calculum, vel nephrit. 850
Epithymi Meſue, 263
Ellebori, 164
Florum & fructuum, 263
Fumariæ Meſue, 264
Decoct. pectorale, 264, 851
Fol. Senæ, 851
Senæ D. Gereonis. 264
In decocta plurima animadverſiones, & generalis de rebus coquendis regula, 266
Dentium aprorum præparatio 719
Diabalzemer, ſeu Elect. Senatum Renodæi, 157
In diabalzem. animadverſ. 158
Diacarthamu Arnol. de Villa nova, 159
Diacarthamu ſolidum, 180
Diacaryon, ſeu Rob nucum Gal. 101
Diacaſſia cum Manna, cum annexis animadverſionibus, 143
Diacodia & Linctus quid, 294
Diacodion pectorale, 859
Diacodion actuarii, 296
in idem animadverſ. & vera præparatio, 297
Dyſentericum, 860
Diacodion Joann. Bapt. Montani, 295
Simplex Galeni, 295
In Diacodion Montani. & ſimpl. animadverſ. 296
Papaverinum, 859
Diacodion in ſolido uſitatum, 298, 860
Solidum, 297
Diacorum ſtomachicum, 881
Diacorū Meſue cum ſuis animadverſionib. & dextrâ præpar. 438, 439
Diacydonites ſimplex 475
aromatiſatum, 475, 887
Diacydon. laxativum, & eidem additæ animadverſiones cum legitima præparatione, 182
Diacydon. ſolutivum, 842
Diacydon. laxat. pellucidum cum ſuis annotationibus. 183, 184, 842
Diambræ ſpecies perperam Laudano, aliiſq; extractis junguntur, 255, 256
Diamoron, 832
Diamoron compoſitum Galeni, 102
Simplex Galeni, ibid.
Uſitatum Nicolai, ibid.
Diaphœnicon Meſue. 169
Fernelii, 170
In diaphœn. utrumque animad. 171
Diaphœnicon ſolidum cum animadverſionibus notabilibus, 185, 186
Diaprunis ſolutivum Nicol. 171
Diaſatyriu Nicolai, 464, 886
Diaſcordium Hieron Fracaſt. 466
Diaſena Nicol. cum animadv. 177, 178
Diaturbith cum rhabarb. Montag. 187
Doſis quorundam medicamentorum valdè diminuta eſt, 348
Eboris ſeu Antiſpodii præparatio, 720
Elaterii præparatio, ibid.
Electuarium quid, 140
Electuar. Alkermes Meſue, 441
Monſpelienſ. 442
In Electuar. Alkermes animadverſiones notab. ibid.
Elect. è baccis lauri Rhaſis, & eidem adjunctæ animadverſ. 452, 453, 858
Elect. Caryocoſtinum, 160
Chalybeatum, 453, 885
In Elect. chalybeat. animadverſ. & dexterior præparatio, 454
de Citro ſolutivum, 160
Elect. contra Dyſenteriam, 885
Elect. Diacathol. Nicolai, 144

Elect.

Elect. diureticum Barth. Montag. 456
Electuar. contra dysenteriam cum suis animadvers. 455
Electuar. Episcopi, 160
Electuar. Episcopi, seu Elescoph solidum, & eidem annexæ animadv. 184
Elect Guidonis contra pestem, 457
Elect. Indum majus Mesue. 168
Animadvers. in idem, 169
Elect. Lenitivum, 838
Elect. Lenitivum Florenzolæ. 145
Lenitivum de Manna Nicol. 146
Lenitivum ex Tamarindis, 151
Diaprunis simplex, 147
Diaprunis lenitiv. seu Damasc. Nicolai, 148
Hieræ picræ Galeni simplic. cum animadvers. in idem, 149, 150
Hieræ cum Agarico, & eidem addicæ annotationes, 150
Elect. Hydragogum, 839
Magnanimitatis, 465
Elect. mitigativum in doloribus, 886
de Ovo Maximil. Imper. 458
in Elect. de Ovo & Guidon. animadversiones, 459
Elect. Panchymagogum. 839
de Phyllio Montagnan. 171
in idem animadvers 173
Rosatum Mesue cũ animadversionibus & dextra præp 174
de succo Rosar. Nicolai, 175
Diasebesten Barth. Mont. 176
De scoria Ferri Rhasis, 456
De succo rosarum solid. 186
Vitæ Arnoldi de Villa nova, 470
Ellebori albi & nigri præparat. 721
Elixir asthmaticum. 891
Elixir pestilentiali Crollii, 753
Elixir pestil. aliud præstantius, 757
Elixir proprietatis Paracelsi, 754
idem examinatur, 757
Purgans panchymagog. 752
ejusdem dexterior præparat 755
Elixir vitæ stomachale & capitale, 898
vitæ Matthioli, 514
in idem animadversio & dexterior præparatio, 516
uterinum Crollii, 754
uterinum liquidum, 758
Emplastra, 639
Emplastra & Cerata non nisi consistentiâ inter se differunt, 639
Emplastrum album coctum, 640, 907
D. D. Ulmensium, 640
In Emplastrum album coctum, & D. D. Ulmens. animadversiones, & dextræ præparat. 641
Emplastr. Apostolicon Nicolai Alexandrini, 642
In idem Animadversio, & dexterior præparatio, 643
de baccis Lauri, 644, 907
Basilicum nervinum & vulnerarium, 908
Basilicum majus Mesue, 644
Basilicum minus Mesue, 645
de lapide calaminari, 645, 909
in Empl. antecedentia animad. 645
Empl. catagmaticũ, seu ad fracturam ossium, cum animadvers. & dexteriori præparatione, 646, 647
Ceroneũ Nicolai cum animadvers. & legitima præp. 649, 650
Citrinum vulgare, 651, 909
Diachylon simplex, ibid: 909
Diachylon composit. cum vera præparatione, 652
Diachylon magnum Mesue, 653
ejusdem dextra præparat 654
Diachylon parvum Mesue, ibid:
Diachylõ cum Gummis Vigon. 655, 909
in Diachyl. parv. & cum gummis Mes. animadvers. & legitima præparationes, 656
de crusta Panis Montag. cum animadv. & dexteriori præparat. 657, 909
alia ejusdem Empl. præpar. 658
de Fuligine cum dextra ejusdẽ præparatione, 658, 659, 910
Gryseum s. de lap. calam. 660
Hepaticum, 913
ad hydropem cum genuina ejus præparatione, 660, 661
Ischiadicum, 661, 910
ejusdem genuina præpar. 662
Empl. Magnet. Angeli Salæ, & eidem annexæ animadv. cum dexteriori præparatione, 662, 910
de Meliloto, cum veriori præparatione, 664, 665, 911
de Min. Vigo. 1, & 2, & iisdem annexæ genuinæ præpar. 666
Nervinum podagricum, 911
Nervin. Vigon. cum animadv. & dextra præparatione, 668
Nigrum cum annexa genuina præparat. 670, 671

Empl.

Emp. Opodelt. D. D. Mind. 671,911
ejusdem genuina præpar. 673
Oxycroceum commune, cum annexis animadv. & dextra præparat. 675,676,911
Oxycroc. Vigonis, cum dexteriori præparat. 677
Diaphœnicon calid. Mes. 678
Diaphœnicon frig. Mes. 679
Diaphœn. calid. & frigidi legitimæ præparat. 680
de Ranis cum Mercur. 681,912
ejusdem genuina præpar. 681
de Rhabar. Joan Manard. 685
Santalinum vel incognit. 683
de spermate Ranarum, 912
Splenetic. ab aquapend. 684,913
ejusdem aucta præpar. 684
Stictic. Crollii, ibid.
Emp. Stomachale pretiosum, 908
Tetrapharmacon Gal. 686,912
Triapharmacon Mes. 686,913
in Stictic. Crollii Tetrapharm. & Triaph. animadvers. 697
ad Trophos, ibid.
ejusdem genuina præpar. 688
Filii Zachariæ, ibid.
Vesicatorium, 689
Essentiæ, 758
Essentia Absinthii, 742
Alexipharmaca, 892
Ambræ Mindereri, 758
Ambræ alia liquida, 760
Ambræ alia sicca, 761
Anisi, 743
Asthmatica, 890
Castorei Sennerti, 759
emendata, 761
Cephalica, 749
Cervina antepileptica, 809
alexipharmaca, 810
Citri, 759
Citri liquida & subacida, 761
Citri sicca, 762
Hysterica, 895
Essent. Marsis liquida, 759
in eandem animadv. not. 763
Essent. Mart. vulgo dictarũ vices supplere potest Vitriolum Martis, ibid.
Essent. Mart. vera qualiter paranda, ib.
Essent. Mart. vulgares quales sint, ib.
Nephritica, 895
Essentia Saccharina Beguini, 760
eadem examinatur, 763
Essentia Saccharina alia, 764
Essent. Theriacalis camphorata, 752
Uterina, 758
Esulæ radicum præparatio, 721
Extracta composita. 235
Extractionis rerum resinosar: exempl: 233
Extractum Agarici, 228
in idem animadvers: not: ib.
Extract: Agarici, composit: 235
Catholicum cum animadv: & legit: præparat: 236
Extract: seu Ballam: Aloës, 229
in extract: Aloës animadv: not: 231
Extract Diacarthami & eidem annexæ animadvrs: 237,238
Extract: Cholagogum Quercet: 238
Ellebori nigri & eidem annexæ animadvers: 248,249
Extract: Diacitru: Reusnericum animadvers: notatu dignis & dexteriori præparat: 240
Extract: Gummi Gamand: Hadriani à Mynsicht: cum animadvers: & legitima præpar: 241
Extract: Holagog: Andern: 243
Melanagog: Querc: cum animadvers: 255
Panchymag: cum animadv: 256
Phlegmagog: Querc: cum animadvers: 257
Diapœonias D. Mind. 250
in Extract: Diapœon: animadv: eum ejusdem dextra præp: 251
Marocostin: Minder: 245
in idem animadvers: notabiles cum vera præparat: 246
Extractum Panchymagogum pro potionibus, 848
Extracta pilularum cum suis animadversionibus, 251,252,848
Fæculæ, 778
Fæcula radicis Aronis, ibid.
in Feculas animadvers: ibid.
Flos seu pulpa Cassiæ, 140
Flores Antimonii, 792
eorundem legitima præparat: 793
Armoniaci Salis, 792
eorundem cum Marte præp: 793
Benzoini. 792
eorundem elegantiorũ præp: 793
Sulphuris, 792
eorundem vera sublimatio. 793
Sulph: compositi, ibid.
Florum Sulphuris iteratæ sublimationes rejiciuntur, 794

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 944 sur 955

Flores contusi succum præbent mucilaginosum, 84
Flor. & herbæ minorem spirit. quantitatem præbent quam fructus, 744
Flor. nonnulli fragrantes, si contundantur, ingrat. spirant fœtorẽ, 547
Fricatio nonnullarum specierum oleo Amygd. dulc. inutilis & repudianda est, 169
Gemmæ & lapides pretiosi duri, an benè compositis speciebus pulveres rari admisceantur, 350
Gemmæ plurimæ ineptè in aquarum destillationibus adduntur, 542
Gersa seu Cerussa Serpentariæ, 778
Gummi Gamandræ Vitriolat. Mindereri, 797. examinatur. 802
Gummata vel resinosa vel mucilaginosa sunt, 232
Gum. resinosa longè exactius solvuntur in terebint. quàm in aceto, 677
Gummata cum aceto multum coquere inconsultum est, ibid.
Hiera composita Nicolai, 165
Hiera Logadii Nicol. Myrepsi, 166
Pachii ex Nicol. Alex. 167
in Hieram comp. Logadii & Pachii animadvers. 168
Hirundinum ustio cum annexis animadversionibus, 722
Hippæ purgantes, 184
Hydromel compositum, 267
Hydromel laxativum, cum ejusdem legitima præparat, 269
Hydromel purgans, 268,852
Jecoris Lupi præparatio, 723
Insul Elleb. cum animadvers. 164,841
Cordiale externe usurpandum, 893
Seri lactis Mesuæ, 265
aliud seri lactis, ibid.
Hieræ Mesuæ, 266
Hystericum, 895
Purgans D. Mannageltæ, 832
aliud, 835
Instrumenta ferrea cupreis minus nova, 49
Intestini Lupi præparat. 723
Inunctiones Mercuriales in Gallia sunt frequentissimi usus, 617
Inunctiones Mercuriales si malè cedant, quæ causa, ibid.
Julep rosarum, cum adjunctis animadvers. & dextra præparat, 97
Julep Sambucinum, ibid.
Jul ex vino Arnol. de Villa nov. 98,831
in idem animadvers. cum dexteriori præparatione, 98
Julep Violarum, 99
Laccæ lotio, 723
Lac Virginum, 525
Sulphuris rejicitur, 784
Lapidis Lazuli præpar. 724
in eandem animadvers. 725
Lapidis Lazuli Magisterium, ibid.
Lapides pretiosi destillationibus inhabiles, 512,542
Lapidum pretiosorum & metallorum solutiones aquis corrosivis peractæ inutiles, 543
Laudanum Opiatum, 252,849
in Laudan. Opiat. animadvers. & ejusdem vera præparatio, 253
Leporis ustio, 724
Lohoch de Caulibus Gordonii, 298
de Farfara, 299
de Papavere Mesue, ibid.
Passularum, 301
de Pino Mesue, ibid.
de Passul. & de Pino veræ præparationes, 301
pectorale, 860
è portulaca, 303
è pulmone Vulpis, 304,861
Sanum & expertum, ibid.
è Scilla, 861
è succo Scillæ Gal. 305
è Scilla compos. Mes. 306
Lumbricorum præparatio, 724
Magnetis præparatio, ibid.
in eandem animadvers. 725
Magnetis præparatio essentiâ Martis an legitima & virtutum ejusdem multiplicativa, 674
Magnes trahit ferrum ab una, repellit ab altera parte, ibid.
Magnes tritus omni ferè virtute trahendi ferrum expers, ibid.
Magisteria, 779
Magisterium Aluminis, ibid.
Corallorum, ibid.
Cornu Cervi, 780
Cornu Cervi ab usto cornu non discrepat, 782
Jalappæ, 780
ejusdem dextra præpar. 783
Sulphuris, 780. rejicitur, 783
Tartari Vitriolati, 784
censura & vera præpar. ibid.
in Magisteria animadvers. 781
Mandibularum Lucii piscis præp 724

Man-

Mantissa Hermetica, 737
Manus Christi S. Tabulæ consortantes perlatæ acidæ, 870
Manus Christi simpl. & cum Margaritis, 342
Medicamentum roborans virtute sua balsamica spirituosa non debet esse orbatum, 29
Mel Anacardinum Azaravii, 85
Mellis Anacard. dextra præpar. 86
Mel Anthosarū cum suis animadvers & legitima præparat. 86,829
Mel anthosat. aliud cum annexis animadvers. & artificiosa præpar. 87
Mel Emblicorum cum animadvers. 88
Mel Menthæ 89
ejusdem vera & dextra præp. ibid.
Mel Mercuriale, ibid
Mel Passularum, 90
Mel rosatum simplex, 90,829
Mesue, 90
eidem additæ animadversiones, 91
Laxativum, 136
Citratum cum adjectis animadvers. & artificiosa præparatione, 91,829
Mel Violatum, 92
Solutivum, 136
Menstruum secretū pro Perlis & Corallis, &c. 783
Menttrua pro extractis varia, 228
Mercurius Cosmeticus vel præcipitatus albus, 796
Sublimatus, ibid.
Subl. dulcis. ibid.
Merc. Corrosiv. legit. præp, 801
alius, ibid.
Præcipit. & Turbith Miner. 802
Mercurius in duram ac solidam compagem sublimatur beneficio spirituum corrosivorum, 745
Mercur. solus in inunctione vim suam exserere debet, 616
Mercurio associata ad intima membra non penetrant. ibid.
Metalla ineptè in aquarum destillationibus adduntur. 542
Mezerei præparatio, 724
Micleta Nicolai Myrepsi, 460
Mithridatium Damocratis, 424
in Mithridat. animadvers. ejusdemque legitima præparatio. 428
Miva Cydon aromatica, 100,831
Miva Cydoniorum simpl. Mes. 99,831
Mivæ Cydon. legit præpar, 99
Mivæ Cydon. adjunctæ animadv. cum dexterrima præparat. 100
Mixtura de Tribus, 750
alia, 751
alia ex spiritibus mineralibus, ibid.
consortantes, 870
Morselli Imperat. cum fructibus, 342
Mucilagines in syrupi durabilem consistentiam cogi nequeunt, 55
Mumia quid sit, quæque olim fuerit, & an medic. dextr. admisceatur, 692
Myrrhæ præparatio, 724
Nitrum conv. destillandi method. 542
depuratum, 786
clarificatum est Sal prunel. 791
Obstructiones Mesenterii, hepatis & venarum meseraicarum efflagitant medicamenta spirituosa, non crassas & feculentas medicinas, 28
Oesypi collectio cum adjunctis animadversionibus, 726,727
Olea cocta, 553
destillata, 766
Olei lotio, 727
ejusdem animadvers. 728
Olea expressa, 574
Oleum coct. Abrotani, 553
Absinthii, ibid.
Anagallidis, 554
Anethinum, ibid.
Araneatum Mind. ibid.
Ol. Chamæmelinum, 555
de Cappariis, 555,900
Castoreo Jacobi de Manl. 556
Nervinum, 900
Cheyrinum Mesue, 557
Costinum Mesue, ibid.
è Croco Mesue, ibid.
Cydoniorum, ibid.
de Enula Mesue, 558
ex Euphorbio Mesue, ibid.
Hyperici, 559
Hypnoticum, 901
Jasminum, 559
Ligustrinum Mesue, 560
Liliorum alborum simpl. ibid.
Liliorum alb. composit. 561
Liliorum convallium, ibid.
Lumbricorum terrest. simpl ibid.
Lumbricorum composit. ibid.
Mandragoræ, 562
Mastichinum Mesue, ibid.
Menthæ, 563
Moschelinum Nicolai, ibid.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 946 sur 955

Ol. Stomachicum, 901
Myrtillorum, 564
Myrtinum, ibid.
Nardinum ſimpl. Meſue, 565
comp. ejuſd. 564
Nymphææ, 565
Papaverinum. ibid.
de Piperibus Meſue, 566
Populinum Nicolai Alel. 567
Ranarum, ibid.
Reſolutivum, ibid.
Roſatum vulgare, ibid.
Roſatum Omphacinum, 568
Roſat. compoſ. Meſue, ibid.
Rutæ, ibid.
Sambucinum, 569
Sampſuchinũ, id eſt Major. ibid.
Scorpion. comp. Meſue, 570
Scorpion. Magn. Matth. ibid.
Scorp. alexipharmacũ comp. 902
Scorpion ſimpl. Meſ. 572
Stomachale Cratonis, ibid.
è Styrace, ibid.
è floribus Verbaſci, 573
Violaceum, ibid.
Vulpinum Meſue. ibid.
Ol. expr. Amygdal. amaratum, 574
dulcium, ibid.
Balaninum, 575
Carthami, ibid.
è granis Citri, ibid.
Hyoſcyami, ibid.
Laurinum, ibid.
Ol. Seminis Lini, 576
Nucis Indicæ, ibid.
Nucum juglandium, 577
Nucis Moſchatæ, ibid.
Seminis Papaveris albi, ibid.
è granis Pæoniæ, ibid.
Nucleorum Perſicorum, ibid.
ex Piſtachiis & Pineis, 578
Seſaminum, ibid.
è Vitellis ovorum, ibid.
in Olea cuncta, tùm cocta tùm expreſſa, & eorundẽ univerſam claſſem animadverſiones, 578, 579
in quibus ſingulariter examinãtur ſequentia, eorumque verus parandi modus indigitatur, utpote
Oleum coct. de Caſtoreo, 580
Jaſminum, ibid.
Liliorn alborum compoſ. 581
Lumbricorum compoſ. ibid.
Maſtichinum Meſue, 582
Moſchelinum, ibid.
Ol. Nardinum, 582
Papaverinum, ibid.
de Piperibus, ibid.
Populinum. ibid.
Roſatum, ibid.
Scorpion. Matthioli, ibid.
Stomachale Cratonis. 583
è Styrace, ibid.
Olea expreſſa examin. ibid.
Olea deſtillata, 766
Ol. ſtill. Abſinthii, ibid.
Angelicæ, 767
Arantiorum, ibid.
Caryophyllorum. ibid.
Chamomillæ ex flor. ibid.
Juniperi ex baccis, 768
Camphoræ Sennerti, ibid.
Ceræ, ibid.
Galbani Sennerti, ibid.
Antimonii ejuſdem, ibid.
Philoſophorum ſeu de later. 769
Salis compoſ. Hartmanni, ibid.
Saturni, ibid.
Tartari Sennerti, 770
Terebinth. ibid.
Vitrioli rubr. ibid.
In olea deſtillata animadverſ. ibid.
Ol. eſſential. deſtill. modus verus, 770
Opii correctio vera, 207
Oxymel compoſit. Meſ. cum annexa dextra præparatione, 93, 94
Oxymel Diuret. D. Ambroſii Jung. cum annotat. 94, 830
Oxymel. Elleborat. majus Juliani, 136
in idem animadverſiones, 158
Oxymel. Scillitice Meſue, 95, 830
Oxymel ſimplex Galeni cum adjunctis animadverſ. 92, 93, 829
Oxyſaccharum compoſ. Nicol. 96
Oxyſaccharum ſimplex, ibid.
Paſſulæ laxativæ, 155
Paſſulæ laxativæ ſiccæ, 185
Paſta regia ſeu panis Marcius, 342
Paſta regia compoſita, ibid.
Paſta, quâ Scilla involuta fuit, venenata non eſt, 389
Paſtilli pro fumo uſitati, 396, 878
Pavor hominum venenum quoddam receptum, multum exaggerare poteſt, 481
Pellicularum ventr. Gallin. præp. 728
Philonium Meſue, 461
Perſicum Meſue, ibid.
Majus Roman. Nicol. 462
Tharſenſe Galeni, ibid.

in

in Philònia cuncta animadverſ. 463
Pilarum marinarum torrefactio, 729
Pilorum Leporis uſtio, ibid.
Pilulæ quid, 188
Pilularum inutilis abundantia eſt, 188
Pilularum verus & univerſalis conficiendi modus, 191
Pilulæ de agarico Méſue, 189
aggregativæ majores Meſ: ibid.
aggregativæ minores Meſ: 190
in pilulas de agarico & aggregativas animadverſiones, 191
Aloëphangin. ſeu aro. Meſ. 192
in aloëphangin. pil. animadverſ. & dextræ præp. 194,195,196
Capitales & ſtomachicæ, 843
de aloë lota incerti autoris, 196
de aloë roſata, 197,844
de aloë & maſtiche Nicolai, 197
de ammoniaco Quercetani, 198
Angel. ſeu de aloë & rhabar. ib.
in eaſdem animadverſ. 199
antihypochondriacæ, 844
arabicæ Nicolai, 200
arthriticæ Nicolai, ibid:
Pilulæ aſſaireth Avicennæ, 201
aureæ Nicolai, 201
de Bdellio majores Meſue, ibid:
in varias pilulas animadv. 203
de Benedicta, ibid.
de Caſtoreo, ibid.
Cochiæ Rhaſis, 204
de colocynthide Meſue, 205
de cynogloſsâ Nicolai, 206,844
de cynogloſsâ cum caſtoreo, 206
de Eupatorio. 207, 845
de Eupatorio Meſue, 207
Fœtidæ majores Meſue, 208
de Fumaria Avicennæ, 209
de Hermodact. major. Meſ. 210
de Hiera Picra Galeni, 211
earundē vera præparatio, ibid.
de Hiera cum agarico, 212
vera earundem præparat. ibid.
de Hiera compoſit. Nicol. ibid
Hydropicæ, 213
Imperiales incerti autoris, ibid.
Indæ Haly ex Meſue, 214
de Lapide Lazuli, 215
Lucis majores Meſue, ibid.
Maſtichinæ Concil. 216, 845
de Mezereo Meſue, 216
de quinque generib. Myrob. 217
de Nitro Alex. Trall. ibid.
de 8 rebus, ſeu octom. Nic. 218
Pilulæ de Opopanace Meſue, 219
Panchymagogæ, 846
Peſtilentiales Avicennæ, 219
Peſtilentiales Ruffi, 220,846
Peſtilentiales Felicis Plat. 220
de Rhabarbaro Meſue, 220, 847
Sagapeno Meſue, 221
Sarcocolla Meſue, 222
ſine quibus eſſe nolo Nic. ibid.
ſtomachicæ Alkindi, 223, 847
de ſuccino Cratonis, 223
In Pilulas de Hiera compoſ. Nicolai, & reliquas ordine ſubſequentes, uſque ad Pilulas de ſuccino Cratonis animadverſ. ibid.
Pilulæ de Tartaro Quercet. 224
iiſdem annexæ animadverſio, & legitima præparatio, 225
Pilulæ Turbith aureæ Meſue, 227
Pineolatum album, 344
viride, ibid.
vulgare, ibid.
Plantæ balſam: & ſiccioris naturæ exiguam ſucci portionem præbent, 546
Plantæ inodoræ & terreſtriores ſimpliciter deſtillatæ, aquam ſaltem præbent elementarem, 547
Plumbi uſtio & lotio, 728
Pomum ambræ, 392, 876
aliud, 394, ibid.
Potus Hippocraticus, 270, 852
Potus jucundior Hippocraticus, 270
Hippocrat. extemporaneus, 271
In Potus Hipp. omnes animadv. ibid.
Præparationes quorundam ſimpl. 707
Præparationes radicum cum aceto, quomodo fieri debeant, 293
Pulmonum vulpium præparatio, 729
Pulpa prunorum, 141
Pulpa Tamarindorum, 142
In Pulpas animadverſiones, ibid.
Pulveres medicati, 272
Pulvis contra abortum, 276, 854
adſtringens ad uſum extern. 854
adſtringens Galeni. 277
anonymus, ibid.
Avicennæ è cineribus, 281
Bezoardicus primus, 854
Bezoardicus ſecundus, 855
Bezoardic. tertius Solaris, ibid.
Bezoardicus Nicolai, 278
Elect de Bolo, 279
Cachecticus Quercet. 280, 855
ad calculum, ibid. 856
ad calculum alius, 281, ibid.

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 948 sur 955

Pulvis Cephalicus. 856
Cholagogus simplex, seu Diagrydium sulphuratum, 274
Cholagogus insuccatus seu diagrydium rosatum. ibid.
Comitis de Warwich. 274,853
ad casum, 282,857
ad dentifricia moschatus, 282
Dysentericus D. Langii, 283
Epilepticus, 857
pro Epithemate cordis, 283
pro Epithemate Epatis, 284
Gryseus Cæsar. contra pest. ib.
Hystericus, 285. 857
Marchionis seu Epilepticus, 285
ad Nasalia, 285. 858
Partum provocans, 286. ibid
aliud Helid. 286
Pulvis ac Dystokiam. 287
pleuriticus, 287. 858
rubeus Cæsaris contra pest. 287
pannonicus. 288
pannonicus alter, 289
Saxonicus, ibid.
Senæ præpar. Montagn. 272
Solutivus Magistr. Stockst. 273
Solutivus grossus, 852
tartarisatus, 853
Solutivus de Tribus, 273. 853
Stegnoticus D. Guttman, 290
Sternutatorius, 290, 858
Sternutator. alius delic. 291
Stomachic. D Birckm. 291, 858
ad strumam Arn. de Villa nova, 291, 858
ad suppositoria acut. 275. 853
suppositoria comm. 275
sicca, ibid.
Tartari crystallini solut. 273
contra Vermes, 275, 854
Violarum odoratus, 292
alius ibid.
pro ulceribus gutturis, 293
In Pulveres omnes animadvers. ibid.
Purgantibus sive catharticis cordialia commiscere non consultum est. 180
Purgatrix vis in sale fixo vegetabiliũ catharticorum non consistit, 234
Requies Nicolai, 463
Resinæ non resolutæ nil operantur, licet in magna dosi assumptæ sint, 238
Resinæ Extractis dextrè commiscen debent, & quomodo, 233. 237
Resinæ Scammonii præparatio, 783
Res plurimæ ad sufflitu ineptæ, 386
Rob de agresta, 103
de Berberis simplic. ibid.
compos. ibid.
Ceraforum simplex, ibid.
de Cornis, 104
Cydoniorum, ibid.
Cynosbati, ibid.
Ebulinum, 104, 832
Juniperinum, 104. 832
Nucum, 832
Prunorum sylvestr. 105
de Ribibus utrumque, ibid.
Ribium purgans, 840
Sambucinum, 105, 832
Veronicæ, 105
In Rob de Cornis, Cynosbat. & Juniperinum animadversiones, 106
Saccharum candum violatum, rarò in pharmacopoliis invenitur, 132
Saccharum discrepat, 16
Saccharum igne crematum, ingratum fœtorem exhalat, 386
Saccharum Penidii si dissolvi debet, in liquore ab alio quovis puro Saccharo non discrepat, 40
Saccharum Penidii solâ consistentiâ durâ, in coctura acquisitâ ab alio Saccharo differt, ibid.
Saccharum Penidii si syrupis additur, saltem precium ipsorum auget, 55
Saccharum rosatum tabulatum. 344
Saccharũ Pharmacopœor. sal est. 179
Saccharum Saturni ex diversis rebus è plumbo oriundis paratur, 791
Saccharum Saturni decocta vegetabilium præcipitat, 609
Sal absinthii, 785
Coralliorum, 786. 790
Ligni sancti, 790
Prunellæ, 786, 791
sive Saccharum Saturni, 787
Tartari. 787. 791
Vitrioli vomitorium salæ. 787
Sal theriacale antiqu. examinatur, 481
Sal Viperin: quod ex Italia nunc temporis fertur, quid & quale sit, 483
Salia chymicè præparata, 785
Salia fixa vel alcalia, spiritus vini non attingit, 234
Salia fixa virtute diureticâ non cathaticâ prædita sunt, 249
de Salibus theriacalibus antiqu. 476
Salia theriacalia composita ex Viperis varia, 488, 489
Salia vegetab, crystallisandi meth. 789

Sa-

Salis theriacalis Quercet. correctio inutilis. 483
Salis Viperini genuinus parandi modus, 483
volatilis virtutes usus & dosis, 487
volatilis fixatio, 486
fixati vires usus & dosis, 487
Salium ingens differentia, 234
Salium vegetabilium fixorum verus præparandi modus, 788
Sanguinis Hirci præparatio, 730
alia præparat. 733
Sapo Moschatus Venetus, 397
alius albi color. ibid.
Scammonii præparatio, 730
resinæ præparatio, 764
& Diagrydii alia præpar. 294
Scillæ præparatio, 730
in eandem animadvers. 734
Scoria ferri præparatio, 730
Scorpion. usitio, ibid.
Semina Malvæ, Cydoniorum, Fœnugr. Lini, inepta sunt pro Syrupis conficiendis, 72
Semina usitata Saccharo obducta, 346
Ex seminib. mucilaginosis virtus nulla extrahi potest, nisi simul extractâ mucilagine, 67
Seminum mucilaginosorum inclusio in nodulum inter coquendum perperam instituitur, ibid.
Serici crudi torrefactio, 731
Sericum an necessario ad confect. Alkermes sumendum sit, 443
Serpentes qui loco anguillarum comederint, 481
Serpentibus metum quendam indidit provida natura, ibid
Seta sive sericum, non sincerâ granorum Kermes tincturâ, multò minus eorum puro succo imbuitur, sed diversis rebus aliis inquinatur, 70
Sief album cum & sine Opio, 391
album Galeni, ibid.
citrinum Mesue, 392
de Plumbo Mesue, ibid.
de Rosis ejusdem, ibid.
de Thure Rhasis, 393
Viride Antæi, ibid.
In Sief. Collyria, Suffitus, animad. 398
lutiones admittuntur, 782
trirella parva, 471, 887
Species aromaticæ, 307, correctionis loco extractis ineptè adduntur, 237, 238, 244, 245
Species aromat. caryophyll. Mes. 308
aromat. rosati Gabrielis, 309
Diambræ Mesue, ibid.
Dianisu Mesue, 310
contra apoplexiam. ibid.
Spec. Dianthon Nicolai, 311
Diacalaminth. Mesue, ibid.
Diacalam Galeni, 312
Diacinamomi Mesue, ibid.
Confect cordialis Al. Ben 315
Cordiales temperatæ, 314
Diacumini Nicolai, ibid.
Diacurcumæ Mesue, 315
Diaspolit, Galeni, 316
Elect. Ducis ex Nicol. ibid.
Diagalangæ Mesue, 318
Elect. de gemmis calidi, ibid.
frigidi, 319
Confect. de Hyacyntho, 320
Diahyssop. Nicolai, 321
Imperatoris, 322
Diaireos Salomonis, ibid.
simplices, 323
usitatæ, ibid.
Electuar. Justini Nicol. ibid,
Dialaccæ major. Mesue, 324
Lætificant. Galeni, 325
Lætificans Rhasis, 326
Confect. liberantis, ibid.
Lithontrib. Nicolai, 328
Diamarg. Calidi. 329
frigidi, ibid.
Diamoschi dulcis, 331
Diapenidi Nicolai, ibid.
Elect. contra pestē Ferdin. 332
Pler. Archont. 333
Diaprass. Nicolai, 334
Diarhod. abbat. Nicol. 336
Rosatæ Novellæ, 337
Diatrion piper. Galeni. 333
Mesue ibid.
Diatr. Santal. Nicolai, 337
Diathamar. Nicolai, 338
Diatragacanth. calidi. 335
frigidi, ibid.
Diaxyloaloës Mesue, 340
Diazingiberis Nicolai, ibid.
Incisæ Saccharo obductæ, 345
five Tragea grossa, ibid.
Species aromat, præstantiores continet Dispensat. novum, 351
In Species omnes, & earum classem animadversiones, 347

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 950 sur 955

Sperma Ranarum sponte resolutum, aque ejusdem præferendum, 717
Spiritus simplices, 740
compositi, 746
Absinthii, 740
Anisi, ibid.
Spir. ardentes varii, 743
Cerasorum, 740
Cephalicus, 746
Euphrasiæ, 747
Diapente, 747, 751
Diapente examinatur, 751
Rosarum, 741
Salis, ibid.
destillatio cur difficilis, 744
rarò purus invenitur, ibid.
Nitri, 741
Sulphuris, ibid
Tartari, ibid.
Tartari genuinus, 745
Theriac. camphorat. 748
Diatrion. 747
Spir vini aptiss. menstruum pro rebus cathart, extrahendis, 229, 233
Spir. vini pro extractione rerum resinosarum aptissimus, 229, 232
Spir. vini nonnulli perperàm damnant pro extract. catharticarum, 234
Spir. Vitrioli, 742
Vitrioli angeli Sali ventilatur, 752
Vitrioli cordialis Angeli Salæ, 748
In Spiritus simplices omnes animadversiones, 742
In Spiritus compositos omnes animadversiones, 749
Spongiarum ustio. 731
Squama æris nihil diversum est ab ære usto, 708
Stypticorũ vis in parte terrestr. consistit, & coquendo non exhalat, 61
Styracis & Ladani Resinæ præpar. 417
Succi acidi destillationibus inepti, 512
Succi vegetab. inhabiles sunt ad extrahendas res resinosas, 239
Suffitus cephalicus, 395
delicatus, ibid.
communis, ibid
Suffit quæ perperàm adjiciuntur, 398
Sulphuris inconveniens quantitas in calcinatione vegetabilium inutilis & noxia; 789
Sulphuris vivi præparatio, 731
Syrupi alterantes, 15
Syrupus quid, ibid.
quam consistent, exposcat, 516
Syrupus de absinthio, 16, 814
ejusdem vera præparatio, 17
Syrupus flor. acaciæ, 107
Syrupus acetositatis citri. 17, 814
In Syrup. acetosit. citri animadvers. cum legitima præparat. 18
Syrup. de succo acetosæ Mesue, 19
acetosellæ Mes 19, 814
iisdẽ annexæ animadversiones. & dextræ præparat. ibid.
acetosus simplex Mesue, 20
dextra ejusdem præparat. 21
acetosus compositus Mes. ejusdemque dexter. præp. 21, 814
acetosus diarhodon Mesue, cum animadversion. & vera præparat. 23
adiantinus Fernelii, 24
de agrestа Mesue. 25
de althæa Fernel. cum animadversionibus, 25, 26
aperitivus Magistr. Minder. eidemque additæ animadv. cum legitima præparat. 26, 27
aperitivus Epaticus, 815
alter pro mulieribus, 816
Florum arantiorum cum dexteriori præparatione, 30, 31
arantiorum simplex, 29, 817
de cort. arantiorum, cum vera ejusdem præparat 29, 30
de artemis. cũ adjunctis animadvers & legit. præp. 31, 32, 33
de Betonica simplex cum legitima ejusdem præp. 33, 34, 817
de Betonica compos. & ejusdem vera præparat. 34, 35, 817
de Berberis. 35. 818
Borragine, 36
Bugloss̃o, ibid.
Byzant. simpl Mesue, 37
compos. Mesue, ibid.
de Calamintha Mesue, & ejusdem vera præparat. 38
de Chamæmelo, 39
de capill. Vener. simpl. 39
compos. 40
de Carthamo cum animadversionibus notabilibus, 107, 108
ejusdem vera præparat. 110
Syr. de succo Card. benedicti, 41, 819
de Cichorio simplex, 42, 819
de Cichorio cum Rhab. eidemque annexæ animadvers. 111, 112
Cerasorum acidorum, 41

Syr.

Syr. de Cinamomo, 42, 819
In eundem animadv. & legitima præpar. 43
de Corticibus Citri, 46, 820
Corallorū cum adjunctis animadv. & dext. præp. 44, 45, 819
Cydoniorum, 74
Diasereos Andernaci, 113
in eundem animadverſ. cum meliori præparatione, 114
Domeſticus ſeu de Spina infectoria cum dextra præpar. 115
de Endivia ſimplex, 48, 820
Compoſitus cum ſuis annotat. 49, 50
Emeticus Angeli Salæ eidemque annexæ animadverſ. 117
de Epithymo Meſue, 118
in eundem animadv. notatu dignæ, 119
de Eupatorio Meſue, 49
de Farfaro, 50, 820
de Fragis, 51, 820
de Fumaria ſimplex, 51, 820
compoſ. Meſ. 119
in eundem animadverſ. 120
de Glycyrrhiza Meſue, 51
de Glycyrrhiza pectoralis, 820
pectoralis alter, 821
Granatorum dulcium, 52
acidorum, 52, 821
de ſucco Hederæ terreſt. 53, 822
Hellebori nigri, 834
florum Hyperici, 53
de Hyſſopo Meſ. & eidem annexæ animadverſ. 54
de Hiſſ. pectoralis, 822
de Jujubis cum animadv. 55, 56
de Limonib. cum adjunctis animadverſionibus. 56
de Limon. vices ſyr. acetoſit Citri ſupplet, ibid.
de Lupulo, 57
de ſucco Meliſſo phylli, 57, 822
de Mentha minor Meſ. 57
major Meſ. 58
de Mentha Stomachalis, 823
de ſucco Mercurialis, 60
Myrtinus compoſ. Meſ. ibid.
in eundem animadv. not. 61
Naſturtii & Cochleariæ antiſcorbutici, 824
Nephriticus, ibid.
Nephrocatharticus Joub. 61
in eundem animad. notab. 63
Syr. de Nymphæa ſimpl. Nic. 64, 825
de Nymphæa compoſ. Pedem. 65
de Papavere ſimpl. Meſ. 66
de Papavere compoſ. Meſ. ibid.
de Papavere erratico, 67, 825
Simplex, 825
Florum Paralyſeos, 68
de Pæonia, 825
de floribus Perſicorum, 120
de Piloſella ſeu Hiſpidula, 68
de ſucco Plantaginis, 69
de Polipodio, 121
in eundem animadverſ. & legitima præparatio, 121, 122
de Pomis ſimplex Meſue, 69
de Pomis ad confectionem Alkermes expetitus. 70
in eundem animadverſ. notab. ib.
de Pomis regis ſapor. Meſ. 123
de Portulaca Meſue, 71
de Praſſio Meſue, 72
de duabus radicibus, 73
de quinque radicibus, ibid.
de Rhabarbaro, 834
de Rhabarbaro ſolut. 123
de Ribibus, 74
Roſatus ſimplex, ibid.
Roſatus ſolutivus ſimpl. 124, 826
in eundem animadverſ. 126
Roſatus compoſ. ſolut. Helleboratus, & eidē additæ animadv. cum dextra præparat. 127, 128
Roſatus compoſitus ſine elleboro, cum animadverſ. 129, 130
Roſatus ſolut. Quercet. 130
de Roſis ſiccis, 74, 826
de Rubo Idæo, 75
de Scabioſa. 75, 826
Scelotyrbicus cum ſuis annotationibus, 75, 76
de Scolopendrio Fernelii, 76
de Scordio ſimplex, 77, 826
de Scordio compoſ. Merc. 77, 827
de Sempervivo ſimplex, 78
compoſit ibid.
de Senæ Foliis, 834
Splenecticus Verbezii, 131, 827
in eundem animadverſ. 132
de Stœchade capitalis, 828
de Stœchade ſimplex, 79
in eundem animadverſ. cum legitima præparatione, ibid.
de Stœchade compoſ. Meſ. 80
de Stœchade Fernelii, ibid.
de Symphyto Fernelii, 81, 833

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 952 sur 955

Syr. Lenitivus de Tribus, 132
in eundem animadverſ. & dexterior præparatio. 133
Syr. florum Tunicæ, 82
de Succo Veronicæ, ibid.
Violatus ſimplex, 83
Violatus compoſ. Meſue, ibid.
Violatus ex ſucco florum. 84
in eundem animadverſ. & dextræ præparationes, ibid.
Violatus ſolutivus, 135
Syrupi craſſi & ad conſiſtentiam debitam cocti, inhabiles ſunt ad extrahendas ſpecies recent. vel arom. 115
Syrupus ſive decoctum ſaccharo imprægnatum rerum eſſentias extrahere nequit, 47
Tæda aromatica, 396
Tamarindos pulpa, 838
Tartarus peregrinis virtutibus imbui poteſt. 804
Tartari ad Magiſterium ejus conficiendum neceſſaria depuratio, 784
Tartari cremor. & Cryſtalli, 803
verus parandi modus, ibid.
virtutes frequentes ſolutiones ejuſdem diminuunt, 804
Terebinthinæ coctio, 731
Terræ Vitrioli edulcoratio an legitima & neceſſaria, 675
in Theriacam Androm D. D. Auguſtanor. proœmium, 399
Theriaca Andromachi Senioris ex Galeno, 400
in Theriacam androm. animadverſiones, cum dextra & legitima præparatione, 408
Theriaca aucta à Medicis Romanis & Bononienſi, 418
in eandem animadverſ. 421
Theriaca Diateſſaron Meſ. ibid.
Communis ſeu Auguſtana, 422.
in eandem animadverſ. 424
Andro. in intemperie ventriculi frigida, aliiſque inteſtinorum ſymptomatibus: compeſcendis præſtantiſſima eſt, 409
Theriacæ legitima præpar. 410
Theriaca & Mithridat. perperàm deſtillationibus committuntur, 508
Theriaca ſimplex, 881
Tincturæ, 764
Tinctura Coralliorum, ibid.
examinantur, 765
inconſtans, ibid.
Tinctura Hyperici, 765
Roſarum, 537
Tragea aromatica communis, 858
Pretioſa, ibid.
Groſſa communis, ibid.
Pretioſa, 859
Tragea groſſa cum Tabulatis, 345
aromatica uſitata, 346
Trochiſci, 351
Trochiſci de abſinthio Meſ. ibid.
de agarico Meſ. 352
de agno caſto, 353
Alhandal Meſue, 353, 872
eorundem legit. præpar. 384
aliptæ Moſchatæ Nic. 355. 872
Trochiſcorũ aliptæ Moſchatæ ad precioſos ſuffitus, uſus etiam internos dexterrimæ præparationes, 385
Trochiſcorum de Alkekeng. ſeu Halicac. 354
Trochiſc. de aniſo Miſue, 355
Bechici albi. 356
ventilantur, 373
Bechici albi pectorales, 872
Bechici nigri, 356, 873
examinantur, 373
Bechici rubri. 357, 873
examinantur, 373
de Benzoi, 357, 873
examinantur, 373
ad ſuffitus prætioſos, 874
de Berberis Meſue, 357
de Camphora Meſue, 358
de Capparibus Meſue, ibid.
de Charabe Meſue, 359
de Corallio Nicolai, ibid.
Diacoralliu Gal. 360
de Croco Nicolai, ibid.
Crocomagmat. Damocr. ibid.
Cypheos Damocr. ex Gal. 361
de Eupatorio Meſue, ibid.
de Gallia Moſchat. Meſue, 362
874
de Gallia Moſch. & plur. alii exam. eorundemq; dextræ præpar. traduntur, 373
Gordonii, 362
Hedychroi Andr. è Gall. 363
examinantur, 373
Diajon ſeu de Violis, 364
de Lacca, 364
de Myrrha Rhaſis, 365
Pectorales cum ambra, ibid.
Pectorales dexteriores, 387
eorundem reſolutio, 388

Pharmacopoeia Augustana Reformata, et eius Mantissa. Cum animadversionibus, ... - page 953 sur 955

Troch. Ramich Meſue, 366
de Rhabarbaro, 467
Troch. Diarhodon Nicol. 367
de Roſis Rhaſis, 367
de Santalis, 368
de Scilla Galeni, ibid.
examinantur, 389
de ſpodio cũ ſemine acet. 369
Sublinguales completi contra peſtem, 369,874
Sublinguales incompleti, 370
Sublinguales alii præſtantiores pro divitibus & pauperibus, 390, 875
Sublingu. odoriferi Moſchati præſtantiſſimi, 390
de Terra ſigillata Meſue, 370
de Tutia & Sulphure, 371
de Violis ſolutivi, ibid.
de Vipera Galeni, 372, 875
Viperini veri quomodo parandi, 378
de Viperis accuratè ventilantur, 373
Viperini confortantes & Alexiphar. 381
Viperini alii confortantes & Alexiphar. ibid.
in Trochiſcos & univerſam eorundem claſſem animadverſiones, 373
Trochiſcorum compoſitiones plurimæ inutiles ſunt, ibid.
Trochiſci difficilis triturationis ſunt & quare, ibid.
Tryphera magna Nicolai, 467
minor Phænonis, 468
Sarracenica, 469
Perſica Meſue, 152
Turpethum Minerale, 797
aliud Mynſichti, ibid.
Tutiæ calcinatio, 731
Vegetabilia differentia in deſtillationibus aquarum ſcitu neceſſaria, 497
Vegetabilia plurima ſpiritum continent ſummè fugacem, 16
Vegetabilia qua ratione deſtillan. 546
Vegetab. quædam incinerata exiguam præbent particulam ſalis fixi, 546
Vegetabilium frigidioris naturæ genuinus deſtillandi modus, 498
de Vegetabilium deſtillatione generalis informatio, 498,499
& quare id fiat, 789
Veſicarum aprorum præpar. 731
Vina medicata, 542
Vina medicata ſive ſucci quidam, ex fructibus vegetabilium expreſſa, deſtillationibus planè non accommodata ſunt, 549
Vini partes aëreæ ſpirituoſæ coquendo penitus exhalant, 98
Vinum antiquum & generoſũ perperàm decoctis ſyruporum additur, 59
Viperæ an Venenatæ reverà & ubinam conſiſtat eorum venenum, 377
Viperæ dentes habent falcatos & longos inſtar Apri, ibid.
Viperæ ex locis montanis & ſalubribus, non verò paludoſis oriundæ, in uſum medicum eligendæ ſunt, 375
Viperæ & animalia cuncta parum vel nihil Salis fixi habent, 486
Viperarum correctio Sale & Anetho ventilatur, 376
Viperarum differentia ratione ſexus parvipendenda, 375
Viperarum morſus cur morſu cæterorum Serpentum, & animalium pernicioſior, 377
Viperarum morſus ſummè venenatus & quare, ibid.
Viperarum oſſa, cor & hepar perperam à confectione Trochiſcorum abarcentur, 375
Viperar. pulveris dexterrimus, & nunquam deſcriptus conficiendi modus, 378
Viperarum pulvis alexipharmac. compoſ. 379
Viperarum pulvis alexiph alius, 380
confortans, 379
ex ſolis cordibus & hepatibus, ſive Bezoardicum animale, 384
Viperas aſpides ipſas & ſerpentũ omne genus nonnulli reſpu, 479,480
Viperina eſſentia alexipharmaca utiliſſima & efficaciſſima, 381, 382
Viperina eſſentia alia, 382
Viperinum pulverem qui ſumpſit, an ab earum morſu inpoſterum immunis ſit, 479
Viperinum Vinum pro reſtauratione virium, 383
Vitrum antimonii legit. præparandi ratio, ſine additione, 798
Vitrum antimonii, ut benè paretur, requiſita, ibid.
Vitrum antimonii Hyacinth. 795
Vitri antimonii correctio adjectione aro-

aromatum & aceti malè inſtituitur, 117
Vitrum Martis Croco Martis aperienti præfertur, 798
Vitri uſtio, 732
Vitriolum Veneris, 708
Ultramarinum, 726
Unguenta, 584
Unguent. Ægyptiacum, 903
Unguentorum Ægyptiaco. compoſit. magiſt. 584
in idem animadv. & dextra præparatio, 585
Ægyptiacum ſimplex Meſ. 586
Agrippæ ex Nicolao, ibid.
de alabaſtro, 587, 903
ejuſdem vera præparatio, 587
album ſive de ceruſſa. 588, 903
Camphoratum, 588, 903
Unguentor. odoratorũ ſecretus conficiendi modus. 631
in Unguentor. de Ceruſſa & alb. Camphor. animadverſ. & legit. præparationes, 589
Unguent, de althæa cum animadv. & vera præparatione. 589, 590, 904
de althæa ſimplex, 591
anodynum, ibid.
Apoſtolorũ Avicenna cum dextra ejuſdem præpar. 592, 593, 904
Aregon Nicolai, 594
ejuſdem dexterior præpar. 595
de Arthanita majus Meſ. 596
ejuſdem vera præparat. 597
de Arthanita purgans, 904
aureum Meſue, 597
Baſilicum Vulnerarium, 904
de Bdellio Meſue, 598
è Calce, ibid.
Citrinum ſeu Baſilicum, 599
ejuſdem dextra præpar. 600
Clyſmaticum 1. & 2. 601, 905
Comitiſſæ, & animadv. 602, 603, 905
de Cynogloſſo, 604
Fuſcum Nicolai, 604, 905
ejuſdem vera præpar. 604
ad Hæmorrhoidas, 605, 905
Infrigidans Galeni. 606, 905
Unguent. Jovis. 607
de Liquiritia, 607
de Lithargyro, 608
de Lithargyro aliud præſtantiſſimum, 609
Martiaton Nicolai, ibid.
legitima ejuſdem præp. 611, 612
ad membra ex igne combu. 614
ad membra peruſſa gelu, ibid.
Mercuriale cum ſuis animadv. notabilibus, 615. 616, 906
ejuſdem vera præpar. 618
de Minio, 906
Nervinum cum annexis animadverſionibus & vera præparatione, 618, 619
Nicotianæ ſeu ex Tabaco, 620
Nihili ad oculos 1. & 2. 621, 906
Pectorale, 621, 906
Pediculor. 906
Diapompholygos, 624
Pomatum, 624, 909
aliud, 625
in eadem animadverſ. & dextra præparat. 625
Populeon, 624, 906
Potabilo, ibid. ibid.
ex Rhamno & Frangula, 628
Reſumptivum Fernelii, 629
Roſarum Meſue, 630, 906
dextra ejuſdem præpar. 630
Rubeum, ſive de Minio camphoratum, 631
Saturninum. 906
ad Scabiem, 632, 906
ad Tineam. 632
de Succis arantii, 633
de Tutia Nicolai, 634
ad Vermes, 634, 906
Violatum, 635
ad Vertucas, ſeu carunculas in meatu urinario, 636
Viride Reginæ cum animadv. & legitima præparat. 637, 906
Ungulæ alcis præparatio, 732
Zingiber laxativum. 187

FINIS.